218

B. AURELII AUGUSTINI

DE

CIVITATE DEI

LIBRI XXII

MS. MCCCCLIX

A

413 ff.

fol. 9	recto	I
19	verso	S
35	id	I
53	recto	D
69	verso	Q
87	recto	Q
99	recto	D
116	verso	N
134	recto	E
146	v.	O
165	v.	C
184	v.	A
195	v	E
209	v	D
227	v	D
246	v	P
269	v	P
289	v.	D
319	v	Q
338	v.	D
364	v.	C
387	r.	S

C.

D'APRES UNE RELIURE DU TEMPS PAR J. WEBER 1878

D

E

F

INTEREA cum Roma Gothorum irruptione agentium sub rege Alarico atque impetu magne cladis euersa est: eius euersionem deorum falsorum multorumque cultores quos usitato nomine paganos uocamus in christianam religionem [illegible] referre conantes: solito acerbius & amarius [illegible] uerum deum blasphemare coeperunt. Vnde ego exardescens zelo domus dei: aduersus eorum blasphemias uel errores libros de Ciuitate dei scribere institui. Quod opus per aliquot annos me tenuit: eo quod alia multa intercurrebant quae differri non oporteret & me prius ad ab soluendum occupabant.

Hoc autem de Ciuitate dei grande opus tandem uiginti duobus libris est terminatum. quorum quinque primi eos refellunt qui res humanas ita prosperari uolunt: ut ad hec multorum deorum cultum quos pagani colere consueuerunt necessarium esse arbitrentur: et quia prohibentur, mala ista exoriri atque abundare contendunt. Sequentes autem quinque aduersus eos loquuntur qui fatentur haec mala nec defuisse unquam nec defutura mortalibus. Et ea nunc magna nunc parua locis temporibus personisque uariari sed deorum multorum cultum quo eis sacrificatur, propter uitam post mortem futuram esse utilem disputant. His ergo decem libris prime duae opiniones uane christiane religioni aduersarie refelluntur. Sed ne quisque nos tantum redarguisse non autem nostra asseruisse reprehenderet: id agit pars altera operis huius quae duodecim libris continetur. Quamquam ubi opus est & in prioribus decem quae nostra sunt asseramus & in xii posterioribus redarguamus aduersa. Duodecim ergo librorum sequentium primi quatuor continent exortum duarum Ciuitatum quarum est una dei altera huius mundi. Secundi quatuor excursum earum seu procursum. Tertii uero et postremi de

aliena

qui

bitos fines. Ita omnes uiginti duo libri cum sint de utraque ciuitate
conscripti, titulum tamen a meliore acceperunt ut de ciuitate dei
potius uocarentur. In quorum duodecimo libro non debuit pro miracu-
lo poni in Abrahe sacrificio flammam celitus factam inter diuisas
uictimas cucurrisse quoniam hoc illi in uisione monstratum est. In decimo
septimo libro quod dictum est de Samuele non erat de filiis Aaron,
dicendum potius fuit qui non erat filius sacerdotis. filios quippe sacer
dotum defunctis sacerdotibus succedere magis legitimi moris fuit.

Nam in filiis aaron reperitur pater Samuelis. sed sacerdos non fuit. nec
ita in filiis ut eum ipse genuerit Aaron. Sed sicut omnes illi populi
dicuntur filii israhel;



MCCCCLVIIII · ADI · P · OTUBRIO

· AURELII · AGUSTINI DE CIVITATE DEI LIBER PRIMUS INCIPIT FELICITER

· PR · NICHOLAUS · POLAN · ME FECIT ·



LORIOSISSIMAM Ciuitatem dei, siue in hoc temporum cursu, cum inter impios peregrinatur, ex fide uiuens: siue in illa stabilitate sedis eterne, quam nunc expectat per patientiam, quo adusque iustitia conuertatur in iudicium. deinceps adeptura per excellentiam uictoria ultima & pace perfecta: hoc opere ad te instituto. ut mea promissione debito: ī eius, deos suos preferunt: fili Carissime Marcelline suscepi magnum opus & arduum. sed deus adiutor noster est. Nam scio quibus uiribus opus sit ut persuadeatur superbis: quanta sit uirtus humilitatis: qua fit ut omnia terrena cacumina temporali mobilitate nutantia non humano usurpata fastu: sed diuina gratia donata, celsitudo transcendat. rex enim et conditor ciuitatis huius, de qua loqui instituimus: in scriptura populi sui, sententiam diuine legis aperuit. qua dictum est deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Hoc uero quod dei est: superbe quoque anime spiritus inflatus affectat: amatque sibi in laudibus dici: parcere subiectis et debellare superbos. Unde etiam de terrena ciuitate, que cum dominari appetit:

defendere aduersus eos qui conditori

et si populi serviant ipsa ei dominandi libido dominatur. Non est preter eundum silentio quicquid suscepti huius operis ratio postulat et facultas datur;

De adversariis nominis christi quibus in vastatione urbis propter christum barbari pepercerunt victis; Capitulum I.

Ex hac namque existunt inimici adversus quos defendenda est dei civitas. Quorum tamen multi correcto impietatis errore cives in ea fiunt satis idonei. Multi vero in eam tantis exardescunt ignibus odiorum tamque manifestis beneficiis redemptoris ingrati sunt ut hodie contra eam linguas non moverent nisi ferrum hostile fugientes in sacratis locis vitam de qua superbiunt invenirent. An non etiam illi Romani christi nomini infesti sunt quibus propter christum barbari pepercerunt? Testantur hoc martyrum loca et basilice apostolorum que in illa urbis vastatione ad se confugientes suos alienosque receperunt. Huc usque cruentus seviebat inimicus. Ibi accipiebat limitem trucidatoris furor. Illo ducebantur a miserantibus hostibus quibus et extra ipsa loca pepercerant ne in eos incurrerent qui similem misericordiam non habebant. Qui tamen et ipsi alibi truces atque hostili more sevientes postquam ad loca illa veniebant ubi fuerat interdictum quod alibi belli iure licuisset tota feriendi refrenabatur immanitas et captivandi cupiditas frangebatur. Sic evaserunt multi qui nunc christianis temporibus detrahunt et mala que illa civitas pertulit christo imputant. Bona vero que in eos ut viverent propter christi honorem facta sunt non imputant christo nostro sed fato suo, cum potius deberent si quid recte saperent illa que ab hostibus aspera et dura perpessi sunt illi divine providentie tribuere que solet corruptos hominum mores bellis emendare atque conterere itemque mortalium vitam iustam atque laudabilem talibus afflictionibus exercere probatamque vel in meliora transferre vel in his adhuc terris propter usus alios detinere. Illud vero quod eis vel ubicumque propter christi nomen vel in illis locis christi nomini dicatissimis et amplissimis ac pro largiore misericordia ad capacitatem multitudinis electis preter morem truculenti barbari pepercerunt hoc tribuere temporibus christianis. Hinc deo agere gratias; hinc ad eius nomen veraciter currere ut effugiant penas ignis eterni. Quod nomen multi eorum mendaciter usurparunt ut effugerent penas presentis. Nam quos vides petulanter et procaciter insultare servis christi sunt in eis plurimi qui illum interitum cladesque non evasissent nisi servos christi se esse finxissent. Et nunc ingrata superbia atque impiissima insania eius nomini resistunt corde

Marginalia: dicere; eius; eius; domino; bellorum; exitii

peruerso ut sempiternis tenebris puniantur: ad quod nomen ore uel co
fugerunt subdolo ut temporali luce fruerentur;

Quod nulla unquam bella ita gesta sunt, ut uictores propter deos eorum,
quos uicerant, parcerent uictis; Capitulum secundum

TOt bella gesta conscripta sunt uel ante conditam Romam. uel
ab eius exortu & imperio. legant et proferant: sic ab alienigenis
aliquam captam esse ciuitatem: ut hostes qui ceperant parcerent
eis quos ad deorum suorum templa confugisse compererant. aut aliquem
ducem barbarorum precepisse, ut irrupto oppido nullus feriretur qui
in illo uel in illo templo fuisset inuentus. Nonne uidit Eneas Priamum
per aras sanguine fedantem quos ipse sacrauerat ignes? Nonne Diome-
des & Vlyxes cesis summe custodibus arcis corripuere sacram effigiem:
manibusque cruentis Virgineas ausi diue contingere uittas? Nec tamen
quod sequitur uerum est. ex illo fluere. ac retro sub lapsa referri spes danaum.
Postea quippe uicerunt. postea Troyam ferro ignibusque delerunt. postea
confugientem ad aram Priamum obtruncauerunt. Nec ideo Troya pe-
riit quia mineruam perdidit. Quid enim prius ipsa Minerua per-
diderat ut periret: an forte custodes suos: hoc sane uerum est. Illis quippe
interemptis potuit auferri. Neque enim homines a simulacro. sed simula-
crum ab hominibus seruabatur. quomodo ergo colebatur ut patriam
custodiret & ciues. que suos non ualuit custodire custodes;

Quod inprudenter Romani deos penates, qui Troyam custodire non po-
tuerant, sibi crediderunt profuturos; Capitulum tertium

ECCe qualibus diis urbem Romani seruandam sese commendasse
gaudebant. O nimium miserabilem errorem. & nobis succenset.
cum de diis eorum talia dicimus. nec succensent auctoritatibus suis.
quos ut discerent mercedem dederunt. doctoresque ipsos insuper & salario
publico & honoribus dignissimos habuerunt. Nempe apud Virgilium,
quem propterea paruuli legunt. ut uidelicet poeta magnus omniumque prae-
clarissimus atque optimus, teneris ebibitus annis non facile obliuioni pos-
sit aboleri. secundum illud Horatii. quo semel est imbuta recens seruabit odo-
rem. testa diu. Apud hunc ergo Virgilium nempe Iuno inducitur infesta
troianis. & Eolo uentorum Regi aduersus eos irritando dicere. Gens inimi-
ca mihi tyrenum nauigat equor. Ilium in Italiam portans uictosque pe-
nates. Ita ne istis penatibus uictis Romam ne uinceretur prudentes com-
mendare debuerunt. Sed hoc Iuno dicebat uelut irata mulier, quid lo-
queretur ignorans. Quid Eneas ipse pius totiens appellatus: nonne ita

Virgilius li° ii. Eneas

Virgilius

Oratius

Virgilius. li. ii. Enei.

narrat: Panthus Otryades arcis phebique sacerdos Sacra manu uictosque deos paruumque nepotem ipse trahit. cursuque amens ad limina ten dit. Nonne deos ipsos quos uictos non dubitat dicere, sibi potius quam se illis perhibet commendatos. cum ei dicitur. sacra suosque tibi commendat Troya penates? Si igitur Virgilius tales deos et uictos dicit et ut uel uicti quoquomodo euaderent, homini commendatos: que dementia est existimare his tutoribus Romam sapienter fuisse commissam. et nisi eos amisisset non potuisse uastari? Immo uero uictos deos tamquam presides ac defensores colere. quid est aliud quam tenere non numina bona. sed demonia mala? Quanto enim sapientius creditur non Romam ad istam cladem fuisse uenturam. nisi prius illi perissent. sed illos potius olim fuisse perituros nisi eos quantum potuisset Roma seruasset. Nam quis non, cum aduerterit uideat. quanta sit uanitate presumptum. non posse uinci sub defensoribus uictis. et ideo perisse. custodes deos quia perdidit. cum uel sola esse potuerit causa pereundi. custodes habere uoluisse perituros.

Non itaque cum de diis uictis illa conscriberent atque canerent. poetas libebat mentiri. sed cordatos homines cogebat ueritas confiteri. Verum ista oportunius alio loco diligenter copioseque tractanda sunt. Nunc quod institueram. de ingratis hominibus dicere. parumper expediam ut possum. qui ea mala que pro suorum morum peruersitate merito patiuntur. blasphemantes christo imputant. Quod autem illis etiam talibus propter christum parcitur. nec dignantur attendere. et eas linguas aduersus eius nomen dementia sacrilege peruersitatis exercent. quibus linguis usurpauerunt mendaciter ipsum nomen. ut uiuerent. uel quas linguas in locis ei sacratis metuendo presserunt. ut illic tuti atque muniti. ubi propter eum illesi ab hostibus fuerant. inde in eum maledictis hostilibus prosilirent;

De asillo Iunonis in Troya quod neminem liberauerit a grecis. et de basilicis apostolorum, quae omnes ad se confugientes a barbaris defenderunt; Capitulum quartum

Ipsa ut dixi Troia mater populi romani. sacratis locis deorum suorum munire non potuit ciues suos ab ignibus ferroque grecorum. eosdem ipsos deos colentium. quin etiam Iunonis asylo custodes lecti fenix et dirus Vlyxes predam asseruabant. Huc undique Troia gaza incensis erepta aditis. mensesque deorum. cateresque auro solidi captiuaque uestis congeritur. pueri et pauide longo ordine matres stant circum. Electus est uidelicet locus tante dee sacratus. non un

captivos non necaret, educeret, sed ubi captivos liberet includeret.

Compara nunc asylum illud non cuiuslibet dei gregalis uel de turba plebis, sed Iouis ipsius sororis & coniugis et reginę omnium deorum cum memoriis nostrorum apostolorum. Illuc incensis templis & diis erepta spolia portabantur, non reddenda uictis, sed diuidenda uictoribus. huc autem et quod alibi ad ea loca pertinere copertum est, cum honore & obsequio religiosissimo reportatum est. Ibi amissa, hic servata libertas. Ibi clausa, hic interdicta captiuitas. Ibi possidendi a dominantibus hostibus premebantur, huc liberandi a miserantibus ducebantur;

De generali consuetudine hostium, uictas ciuitates euertentium, quod Cato senserit; · Capitulum quintum ·

Postremo illud Iunonis templum sibi elegerat auaritia & superbia leuium grecorum; istas xpi basilicas misericordia et humilitas etiam immanium barbarorum. nisi forte greci quidem in illa sua uictoria templis deorum comunium pepercerunt. atque illo confugientes miseros uictosque troianos ferire uel captiuare non ausi sunt. Sed Virgilius poetarum more illa mentitus est. Immo uero morem hostium ciuitates euertentium ille descripsit. Quem morem etiam Cato sicut scribit Salustius nobilitatę ueritatis historicus. sententia sua quam de coniuratis in senatu habuit comemorare non pretermittit. rapi uirgines. pueros diuelli. liberos a parentum complexu. matres familiarum pati que uictoribus collibuisset. phana atque domos spoliari. cedes incendia fieri. postremo armis cadaueribus cruore atque luctu omnia repleri. Hic si phana tacuisset; deorum sedibus solere hostes parcere putaremus. Et hoc non ab alienigenis hostibus, sed a Catilina & sociis eius nobilissimis senatoribus et romanis ciuibus romana templa metuebant. sed hi uidelicet perditi & patrię parricide;

NŌ. leuium grecorum ·

· Virgilius ·

· Cato ·
Salustius ·

Quod nec romani quidem, ita ullas ceperunt ciuitates, ut in templis earum parcerent uictis; · Capitulum sextum ·

Quid ergo per multas gentes, quae inter se bella gesserunt. et nusquam uictis in deorum suorum sedibus pepercerunt. noster sermo discurrat. Romanos ipsos uideamus. Ipsos inquam recolamus. respiciamusque romanos. de quorum laude precipua dictum est. Parcere subiectis & debellare superbos. et quod accepta iniuria ignoscere quam persequi mallebant. Quando tot tantasque urbes ut

late dominarentur expugnatas captasque everterunt. Legatur nobis
que templa excipere solebant, ut ad ea quisquis confugisset libera
retur. An illi faciebant et scriptores earundem rerum gestarum ista re
ticebant? Ita ne vero qui ea quae laudarent maxime requirebant, i
sta preclarissima secundum ipsos pietatis indicia preterirent? Egregius de
nique romani nominis Marcus Marcellus qui Syracusas urbem or
natissimam cepit, refertur eam prius flevisse ruituram et ante eius
sanguinem suas illi lacrymas effudisse. Gessit et curam pudicitie et
in hoste servande. Nam priusquam oppidum victor iussisset invadi,
constituit edicto, ne quis corpus liberum violaret. Eversa est tamen
civitas more bellorum, nec uspiam legitur ab imperatore tam casto atque
clementi fuisse preceptum, ut quisquis ad illud templum fugisset haberetur
illesus. Quod utique nullo modo preteriretur, quando nec eius fletus nec quod
edixerat pro pudicitia minime violanda potuit reticeri. Fabius Taren
tine urbis eversor, a simulacrorum depredatione se abstinuisse laudatur.
Nam cum ei scriba suggessisset, quid de signis deorum que multa capta
fuerant fieri iuberet, continentiam suam etiam iocando condivit. Que
sivit enim cuiusmodi essent; et cum ei non solum multa grandia, ve
rum etiam renuntiarentur armata: relinquamus inquit tarentinis deos
iratos. Cum igitur nec illius fletum, nec huius risum, nec illius castam
misericordiam, nec huius facetam continentiam romanarum rerum
gestarum scriptores tacere potuerint, quando pretermitteretur, si aliquibus hominibus
in honore cuiuspiam deorum suorum sic pepercissent, ut in quocumque tem
plo cedem vel captivitatem fieri prohiberent?

Quod in eversione urbis quae aspere gesta sunt, de consuetudine acci
derunt belli; que vero clementer, de potentia provenerunt nomi
nis christi. — Capitulum septimum

Quicquid ergo vastationis [trucidationis] depredationis concremationis
afflictionis in ista recentissima romana clade commissum
est, fecit hoc consuetudo bellorum. Quod autem novo more fa
ctum est, quod inusitata rerum facie immanitas barbara tam mi
tis apparuit, ut amplissime basilice implende populo cui parcere
tur eligerentur et decernerentur, ubi nemo feriretur, unde nemo ra
peretur, quo liberandi multi a miserantibus hostibus ducerentur, unde
captivandi nulli nec a crudelibus hostibus abducerentur: hoc christi
nomini, hoc christiano tempori tribuendum quisquis non videt,
cecus; quisquis videt nec laudat, ingratus; quisquis laudanti

M. Marcellus.

Fabius.

trucidationis

reluctatur · insanus est. Absit ut prudens quisque hoc feritati inputet barbarorum. truculentissimas & seuissimas mentes ille terruit · ille frenauit · ille mirabiliter temperauit qui per prophetam tanto tempore ante predixit. Visitabo in uirga iniquitates eorum et in flagellis peccata eorum · misericordiam aut meam non dispergam ab eis. Dicet aliquis ·
Cur ergo ista diuina misericordia etiam ad impios ingratosque peruenit · Cur putamus · nisi quia eam ille prebuit qui cotidie facit oriri Solem suum super bonos et malos · & pluit super iustos & iniustos · Quamuis enim quidam eorum ista cogitantes · penitendo ab impietate se corrigant · quidam uero sicut Apostolus dicit · diuitias bonitatis & longanimitatis dei contempnentes · secundum duritiam cordis sui et cor impenitens thesaurizent sibi iram in die ire et reuelationis iusti iudicii dei qui reddet unicuique secundum opera eius · tamen patientia dei ad penitentiam malos inuitat · sicut flagellum dei ad patientiam erudit bonos. Itemque misericordia dei fouendos amplectitur bonos · sicut seueritas dei puniendos corripit malos. Placuit quippe diuine prouidentie preparare in posterum bona iustis · quibus non fruentur iniusti · & mala impiis · quibus non excruciabuntur boni ;

De commodis atque incommodis que bonis ac malis plerumque communia sunt ; · Capitulum octauum ·

Ista uero temporalia bona et mala utrisque uoluit esse communia · ut nec bona cupidius appetantur · que mali quoque habere cernuntur · nec mala turpiter euitentur quibus et boni plerumque afficiuntur · Interest autem plurimum qualis sit usus uel earum rerum que prospere · uel earum que dicuntur aduerse. Nam bonus nec temporalibus bonis extollitur nec malis frangitur. malus autem ideo huiuscemodi infelicitate punitur · quia felicitate corrumpitur. Ostendit tamen deus sepe etiam in his distribuendis euidentius operationem suam. Nam si nunc omne peccatum manifesta plecteretur poena · nihil ultimo iudicio seruari putaretur. Rursus si nullum peccatum nunc puniret aperta diuinitas · nulla esse diuina prouidentia crederetur. Similiter et in rebus secundis si non eas deus quibusdam petentibus euidentissima largitate concederet · non ad eum ista pertinere diceremus. Itemque si omnibus eas petentibus daret non nisi propter talia seruiendum illi esse arbitraremur · nec pios nos faceret talis seruitus · sed potius cupidos & auaros. Hec cum ita sint · quicumque boni et mali pariter afflicti sunt · non ideo ipsi distincti non sunt · Manet enim dissimilitudo passorum etiam in similitudine ·

quia distinctum non est · quod utrique perpessi sunt.

passionum. et licet sub eodem tormento. Non est idem uirtus et uitium.
[t sub] Nam sicut ab uno igne aurum rutilat. palea fumat. & sub eadem tri
bula stipule comminuuntur. frumenta purgantur. nec ideo cum oleo
amurca confunditur quia eodem preli pondere exprimitur. Ita
una eademque uis irruens bonos probat purificat eliquat. malos da
mpnat uastat & exterminat. Vnde in eadem afflictione mali deum
detestantur atque blasphemant. boni autem precantur & laudant. tantum
interest. non qualia sed qualis quisque patiatur. Nam pari motu exagi
tatum & exhalat horribiliter cenum. & suauiter fragrat unguentum;

De causis correctionum propter quas boni & mali pariter fla gellantur. ; Capitulum nonum.

[t tione] Quid igitur in illa rerum uastitate xpiani sunt passi. quod non eis
magis fideliter ista considerantibus ad profectum ualeret? Pri
mo quod ipsa peccata quibus deus indignatus impleuit tantis
calamitatibus mundum. humiliter cogitantes quamuis longe absint a
facinorosis flagitiosis atque impiis. tamen non usque adeo a delictis se deputat
alienos. ut nec temporalia pro eis mala perpeti se iudicent dignos. Excepto
enim quod unusquisque quamlibet laudabiliter uiuens cedit in quibusdam
carnali concupiscentie. et si non ad facinorum immanitatem et gurgi
tem flagitiorum atque impietatis abhominationem. ad aliqua tamen
peccata uel rara uel tanto crebriora quanto minora. Hoc ergo excepto quis
tandem facile repitur. qui eosdem ipsos propter quorum horrendam su
perbiam luxuriamque & auaritiam atque execrabiles iniquitates et im
pietates deus sicut minando predixit. conterit terras. sic habeat ut ha
bendi sunt. sic cum cum eis uiuat ut cum talibus est uiuendum.
Plerumque enim ab eis docendis admonendis aliquando etiam obiurgandis
& corripiendis male dissimulatur. uel cum laboris piget. uel cum
os eorum coram uerecundamur offendere. uel cum eorum inimicitias
deuitamus. ne impediant & noceant in istis temporalibus rebus. siue
quas adipisci adhuc appetit nostra cupiditas. siue quas amittere formi
dat infirmitas. Ita ut quamuis bonis malorum uita displiceat. et ideo
cum eis non incidant in illam damnationem que post hanc uitam
talibus preparatur. tamen quia propterea peccatis eorum damnabilibus parcunt.
dum eos in suis licet leuibus & uenialibus metuunt. iure cum eis
temporaliter flagellantur. quamuis in eternum minime puniantur.
[t qua] Iure istam uitam quando diuinitus affliguntur. cum eis amara sentiunt.
cuius amando dulcedinem. peccantibus eis amari esse noluerunt.

Nam si propterea quisque obiurgandis et corripiendis male agentibus parcit, quia oportunius tempus inquirit, vel eisdem ipsis metuit ne deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonam vitam et piam erudiendos impediant alios infirmos et premant atque avertant a fide, non videtur esse cupiditatis occasio sed consilium caritatis. Illud est culpabile quod hi qui dissimiliter vivunt et a malorum factis abhorrent, parcunt tamen peccatis alienis que dedocere aut obiurgare deberent, dum eorum offensiones cavent ne sibi noceant in his rebus quibus licite boni atque innocentes utuntur, sed cupidius quam oportebat eos qui in hoc mundo peregrinantur et spem superne patrie pre se gerunt. Non solum quippe infirmiores vitam ducentes coniugalem, filios habentes vel habere querentes, domos ac familias possidentes, quos apostolus in ecclesiis alloquitur, docens et monens quemadmodum vivere debeant et uxores cum maritis et mariti cum uxoribus et filii cum parentibus et parentes cum filiis et servi cum dominis et domini cum servis, multa temporalia, multa terrena libenter adipiscuntur, et moleste amittunt, propter que non audent offendere homines quorum sibi vita contaminatissima et conscleratissima displicet. Verum etiam hi qui superiorem vite gradum tenent nec coniugalibus vinculis irretiti sunt et victu parvo ac tegumento utuntur, plerumque sue fame ac saluti dum insidias atque impetus malorum timent, ab eorum reprehensione sese abstinent. Et quamvis non in tantum eos metuant ut ad similia perpetranda quibuslibet eorum terroribus atque improbitatibus cedant, ea ipsa tamen que cum eis non perpetrant, nolunt plerumque corripere, cum fortasse possint aliquos corripiendo corrigere, ne si non potuerint, sua salus ac fama in periculum exitiumque perveniat. Nec ea consyderatione qua suam famam ac salutem vident esse necessariam utilitati erudiendorum hominum, sed ea potius infirmitate qua delectat lingua blandiens et humanus dies, et reformidatur vulgi iudicium et carnis excruciatio vel peremptio, hoc est propter quedam cupiditatis vincula non propter officia caritatis. Non mihi itaque videtur hec parva esse causa, quare cum malis flagellantur et boni, quando deo placet perditos mores etiam temporalium penarum afflictione punire. Flagellantur enim simul, non quia simul agant malam vitam, sed quia simul amant temporalem vitam, non quidem equaliter, sed tamen simul, quam boni contempnere deberent, ut illi correpti atque correcti consequerentur eternam, ad quam consequendam si nollent esse socii, ferrentur et diligerentur inimici.

l coerciti

quia donec vivunt semper incertum est utrum voluntatem sint in melius mutaturi. Quia in re non utique parem sed longe graviorem habent causam quibus per prophetam dicitur: Ille quidem in suo peccato morietur, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. Ad hoc enim speculatores hoc est populorum prepositi constituti sunt in ecclesiis ut non parcant obiurgando peccata. Nec ideo tamen ab huiusmodi culpa penitus alienus est qui licet prepositus non sit, in eis tamen quibus vite huius necessitate coniungitur multa monenda vel arguenda novit et negligit devitans eorum offensiones propter illa quibus in hac vita non indebitis utitur sed plusquam debuit delectatur. Deinde habent aliam causam boni quare temporalibus affligantur malis. Qualem habuit Iob, ut sibi ipse humanus animus sit probatus et cognitus quanta virtute pietatis deum gratis diligat.

Capitulum decimum

Quod sanctis in amissione rerum temporalium nihil pereat.

Quibus recte consideratis atque perspectis attende utrum aliquid mali acciderit fidelibus et piis quod eis in bonum non verteretur. Nisi forte putandum est apostolicam illam vacare sententiam ubi ait: Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Amiserunt omnia que habebant. Numquid fidem? numquid pietatem? numquid interioris hominis bona qui est ante deum dives? Hee sunt opes christianorum quibus opulentus dicebat apostolus: Est autem questus magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, sed nec auferre aliquid possumus. Habentes autem victum et tegumentum his contenti sumus. Nam qui volunt divites fieri incidunt in temptationem et laqueum diaboli et desideria multa stulta et noxia que mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorum est avaritia, quam quidam appetentes a fide pererraverunt et inseruerunt se doloribus multis. Quibus ergo terrene divitie illa vastatione perierunt, si eas sic habebant quemadmodum ab isto foris paupere et intus divite audierant, id est si mundo utebantur tamquam non utentes, potuerunt dicere quod ille graviter temptatus et minime superatus: Nudus exivi de utero matris mee, nudus revertar in terram. Dominus dedit, dominus abstulit; sicut domino placuit ita factum est; sit nomen domini benedictum. Ut bonus servus magnas facultates haberet ipsam sui domini voluntatem, cui pedisecus mente ditescet, nec contristaretur eis rebus vivens relictis quas cito fuerat moriens relicturus. Illi autem infirmiores qui terrenis his bonis

quis ea non preponerent christo. aliquantula tamen cupiditate cohere
bant. quantum hec amando peccauerint: perdendo senserunt. Tantum
quippe doluerunt quantum se doloribus inseruerant: sicut Apostolum
dixisse supra commemoraui. Oportebat enim ut eis adderetur etiam
experimentorum disciplina: a quibus tam diu fuerat neglecta uer
borum. Nam cum dixisset apostolus: qui uolunt diuites fieri: inci
dunt in temptationem &c. profecto in diuitiis cupiditatem repre
hendit non facultatem. quam precepit alibi dicens. Precipe diuiti
bus huius mundi. non superbe sapere neque sperare in incerto diuiti
arum. sed in deo uiuo qui prestat nobis omnia abundanter ad fru
endum. Benefaciant diuites. sint in operibus bonis. facile tribuant.
communicent. thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum:
ut apprehendant ueram uitam. hec qui de suis diuitiis faciebant:
magnis sunt lucris leuia damna solati. plusque letati ex his quae
facile tribuendo tutius seruauerunt: quam contristati ex his que timide
retinendo facilius amiserunt. Hoc enim potuit in terra perire. quod
piguit inde transferre. Nam qui receperunt consilium domini
sui dicentis: nolite uobis condere thesaurum in terra: ubi tinea &
rubigo exterminant. et ubi fures effodiunt & furantur: sed thesau
rizate uobis thesauros in celo. quo fur non accedit. neque tinea corru
pit. ubi enim est thesaurus tuus. ibi erit & cor tuum: tribulationis tempore
probauerunt quam recte sapuerunt non contemnendo ueracissimum
preceptorem et thesauri sui fidelissimum inuictissimumque custo
dem. Nam si multi gauisi sunt ibi se habuisse diuitias [suas] quo con
tigit ut hostis non accederet. quanto certius & securius gaudere potu
erunt qui monitu dei sui illuc migrauerant. quo accedere omnino
non posset. Unde Paulinus noster Nolensis episcopus. et ex opulentissimo
diuite uoluntate pauperrimus et copiosissime sanctus. quando et ipsam
Nolam barbari uastauerunt. cum ab eis teneretur. sic in corde suo ut
ab eo postea cognouimus precabatur. Domine non excrucier propter aurum
et argentum. Ubi enim sunt omnia mea tu scis. Ibi enim omnia sua
habebat. ubi eum condere et thesaurizare ille monuerat. qui haec
mala mundo uentura predixerat. ac per hoc qui domino suo monenti
obedierant. ubi et quomodo thesaurizare deberent. nec ipsas terre
nas diuitias barbaris incursantibus amiserunt. Quos autem non obe
disse penituit. quid de talibus rebus faciendum esset. si non prece
dente sapientia certe consequente experientia didicerunt. At enim quidam

boni etiam christiani tormentis excruciati sunt, ut bona sua hostibus
proderent. Illi uero nec prodere nec perdere potuerunt bonum quo
ipsi boni erant. Si autem torqueri, quam mammona iniquitatis prodere ma
luerunt, boni non erant. Admonendi autem fuerant qui tanta pa
tiebantur pro auro, quanta essent sustinenda pro Christo, ut eum potius
diligere discerent, qui pro se passos aeterna foelicitate ditaret. Non
aurum et argentum, pro quo pati miserrimum fuit, seu mentiendo
occultaretur, seu uerum dicendo proderetur. Namque inter tormenta
nemo Christum confitendo amisit, nemo aurum nisi negando seruauit.
quocirca utiliora erant fortasse tormenta quae bonum incorrupti
bile amandum docebant, quam illa bona, quae sine ullo utili fructu
dominos suo amore torquebant. Sed quidam etiam non habentes quod pro
derent, dum non creduntur, torti sunt. Et hi forte habere cupiebant, nec
sancta uoluntate pauperes erant, quibus demonstrandum fuit non
facultates sed ipsas cupiditates talibus dignas esse cruciatibus. Si
uero uitae melioris proposito conditum aurum argentumque non habebant,
Nescio quidem utrum cuiquam talium acciderit, ut dum habere creditur,
torqueretur. Veruntamen etiam si accidit, profecto qui inter illa tormen
ta paupertatem sanctam confitebatur, [margin: christum confitebatur] Quapropter et si non meruit
ab hostibus credi, non potuit tamen sanctae paupertatis confessor sine
celesti mercede torqueri. Multos inquiunt etiam christianos fames diu
turna uastauit. hoc quoque in usus suos boni fideles pie tollerando uer
terunt. Quos enim quos fames necauit, malis uitae huius sicut corpo
ris morbus eripuit. quos autem non necauit, docuit parcius uiuere.
docuit productius ieiunare;

De fine temporalis uitae, siue longioris siue breuioris; Capitulum xj.

Sed enim multi christiani interfecti sunt. multi multarum
mortium feda uarietate consumpti. hoc si egre ferendum est,
omnibus qui in hanc uitam procreati sunt, utique commune est.
tamen hoc scio neminem fuisse mortuum, qui non fuisset aliquando moriturus.
finis autem uitae tam longam quam breuem uitam hoc idem facit. Neque
enim aliud melius, aliud deterius, aut aliud maius, aliud breuius
est, quod iam pariter non est. Quid autem interest quo mortis genere [margin: l quoquo]
ista uita finiatur, quando ille cui finitur, iterum mori non cogitur. Cum
autem unicuique mortalium sub quotidianis uitae huius casibus in
numerabiles mortes quodammodo comminentur, quamdiu incertum est
quae nam earum uentura sit, quero utrum sanctius sit unam perpeti

moriendo: an omnes timere uiuendo. Nec ignoro quod citius eligatur
diu uiuere sub timore tot mortium. quam semel moriendo nullam
deinceps formidare. Sed aliud est quod carnis sensus infirmiter
pauidus refugit. aliud quod mentis ratio diligenter enucleata conuin
cit. Mala mors putanda non est. quam bona uita precessit. Neque enim
facit malam mortem. nisi quod sequitur mortem. Non itaque multum
curandum est eis qui necessario morituri sunt. quid accidat ut mo
riantur. sed moriendo quo ire cogantur. Cum igitur christiani noue
rint longe meliorem fuisse religiosi pauperis mortem inter lingen
tium canum linguas. quam impii diuitis in purpura et bysso. horrenda
illa genera mortium quid mortuis obfuerunt. qui bene uixerunt.

De sepultura humanorum corporum quae christianis etiam si fuerit
negata nihil adimit; Capitulum .xii.

Et enim in tanta strage cadauerum nec sepeliri potuerunt. Neque
istud pia fides nimium reformidat tenens predictum. nec
absumentes bestias resurrecturis corporibus obfuturas. quorum
capillus capitis non peribit. Nullo modo diceret ueritas. Nolite timere
eos qui corpus occidunt animam autem non possunt occidere. si quid
obesset future uite quicquid inimici de corporibus occisorum fa
cere uoluissent. Nisi forte quispiam sic absurdus est ut contendat
eos qui corpus occidunt non debere timeri ante mortem ne corpus
occidant. et timeri debere post mortem. ne corpus occisum sepeliri
non sinant. Falsum est ergo quod ait christus: qui corpus occidunt et
postea non habent quid faciant. si habent tanta que de cadaueribus
faciant. Absit ut falsum sit quod ueritas dixit. Dictum est enim ali
quid eos facere cum occidunt. quia in corpore sensus est occidendo. po
stea uero nihil habere quid faciant. quia nullus sensus est in corpore
occiso. Multa itaque corpora christianorum terra non texit. sed nullum eorum
quisquam a celo et terra separauit. quam totam implet presentia sui qui no
uit unde resuscitet quod creauit. Dicitur quidem in psalmo. Posuerunt mor
talia seruorum tuorum escas uolatilibus celi. carnes sanctorum tuorum bestiis
terre. Effuderunt sanguinem eorum tamquam aquam in circuitu hierusalem.
et non erat qui sepeliret. Sed magis ad exaggerandam crudelitatem
eorum qui ista fecerunt. non ad eorum infoelicitatem qui ista per
pessi sunt. Quamuis enim hec in conspectu hominum dura et dira uide
antur. sed preciosa est in conspectu domini mors sanctorum eius. Proinde
omnia ista. id est curatio funeris. conditio sepulture. pompa exequiarum

magis sunt uiuorum solatia quam subsidia mortuorum. Si aliquid prodest
impio sepultura preciosa. oberit pio uilis aut nulla. Preclaras exequias
in conspectu hominum purpurato illi diuiti turba famulorum exhibu
it. sed multo clariores in conspectu domini ulceroso illi pauperi ministeri
um prebuit angelorum. qui eum non extulerunt in marmoreum tu
mulum. sed in Abrahe gremium sustulerunt. Rident hec illi contra
quos defendendam dei ciuitatem suscepimus. Verumtamen curam sepulture
etiam eorum philosophi contempserunt. Et sepe uniuersi exercitus dum
pro terrena patria morerentur. ubi postea iacerent. uel quibus bestiis
esca fierent non curarunt. licuitque de hac re poetis plausibiliter dicere.
celo tegitur qui non habet urnam. Quanto minus debent de corporibus
insepultis insultare christianis. quibus et ipsius carnis membrorumque
omnium reformatio non solum ex terra. uerum etiam ex aliorum elemen
torum secretissimo sinu. quo dilapsa cadauera recesserunt in temporis
puncto reddenda et reintegranda promittitur.

Que sit ratio sanctorum corpora sepeliendi. Capitulum xiii.

Nec ideo tamen contempnenda et abiicienda sunt corpora
defunctorum. maximeque iustorum atque fidelium. quibus tamquam
organis et uasis ad omnia bona opera est usus spiritus sanctus.
Si enim paterna uestis et annulus ac si quid huiusmodi tanto carius
est posteris quanto erga parentes maior affectus. nullo modo ipsa sper
nenda sunt corpora que utique familiarius atque coniunctius multo quam que
libet indumenta gestamus. Hec enim non ad ornamentum uel adiu
torium quod adhibetur extrinsecus. sed ad ipsam hominis naturam
pertinent. Unde et antiquorum iustorum funera officiosissima pietate
curata sunt et exequie celebrate et sepultura prouisa. Ipsique cum
uiuerent uel de sepeliendis uel etiam transferendis suis corporibus filiis
mandauerunt. Et Tobias sepeliendo mortuos deum promeruisse teste
angelo commendatur. Ipse quoque dominus die tertio resurrecturus religiose
mulieris opus bonum predicat predicandumque commendat. quod unguen
tum preciosum super membra eius effuderit. atque hoc ad sepeliendum eum
fecit. Et laudabiliter commemoratur in Euangelio. qui corpus eius
de cruce acceptum diligenter atque honorifice tegendum sepelien
dumque curauit. Verum iste auctoritates non hoc admonent quod in
sit ullus cadaueribus sensus. sed ad dei prouidentiam cui placent
etiam talia pietatis officia. corpora quoque mortuorum pertinere signifi
cant propter fidem resurrectionis astruendam. ubi et illud salubriter

discitur quanta possit esse remuneratio pro elemosinis quas uiuentibus et sentientibus exhibemus. si neque hoc apud deum perit quod exanimis hominum membris officii diligentiaeque persoluit. Sunt quidem et alia quae sancti patriarchae de corporibus suis uel condendis uel transferendis prophetico spiritu dicta intelligi uoluerunt. Non autem hic locus est ut ea pertractemus. cum sufficiant ista quae diximus. Sed si ea quae sustentandis uiuentibus sunt necessaria. sic uictus et amictus. quamuis cum graui afflictione desint. non frangunt in bonis perferendi tollerandique uirtutem. nec eradicant ex animo pietatem. sed exercitatam faciunt fecundiorem. quanto magis cum desunt ea quae curandis funeribus condendisque corporibus defunctorum exhiberi solent non efficiunt miseros in occultis piorum sedibus iam quietos. Ac per hoc quando ista cadaueribus christianorum in illa magnae urbis uel etiam aliorum oppidorum uastatione defuerunt. nec uiuorum culpa est. qui non potuerunt ista prebere. nec poena mortuorum qui non possunt ista sentire.

De captiuitate sanctorum, quibus nunquam diuina solatia defuerunt. Capitulum XIIII.

SED multi inquiunt christiani etiam captiui ducti sunt. hoc sane miserrimum est si aliquo duci potuerunt ubi deum suum non inuenerunt. Sunt in scripturis sanctis huius etiam cladis magna solatia. Fuerunt in captiuitate tres pueri. fuit Daniel. fuerunt alii prophetae. nec deus defuit consolator. Sic ergo non deseruit fideles suos sub dominatione gentis licet barbarae et tamen humanae. qui prophetam non deseruit nec in uisceribus beluae. Haec quoque illi cum quibus agimus malunt irridere quam credere. qui tamen in suis litteris credunt Arionem methymneum nobilissimum citharistam cum esset eiectus de naui exceptum delphini dorso et ad terram esse peruectum. Verum illud nostrum de Iona propheta incredibilius est. plane incredibilius quia mirabilius et mirabilius quia potentius.

De Regulo in quo captiuitatis ob religionem etiam sponte tollerandae exemplum, quod tamen illi deos colenti prodesse non potuit. Capitulum XV.

HAbent tamen isti de captiuitate religionis causa sponte tollerandae et in suis preclaris uiris nobilissimum exemplum. Marcus Regulus imperator populi romani captiuus apud Carthaginenses fuit. Qui cum sibi mallent a romanis suos reddi quam eorum tenere captiuos ad hoc impetrandum etiam istum precipue Regulum cum legatis suis Romam miserunt, prius iuratione constrictum.

si quod volebant minime peregisset, rediturum esse carthaginem per-
rexit ille. atque ille in senatu contraria persuasit: quoniam non arbitraba-
tur utile esse romane reipublice mutare captivos. Nec post hanc
persuasionem a suis ad hostes redire compulsus est. sed quia iurave-
rat. id sponte complevit. At illi eum inexcogitatis atque horrendis
cruciatibus necaverunt. Inclusum quippe angusto ligno ubi stare
cogeretur. clavisque acutissimis undique confixo. ut se in nullam eius par-
tem sine penis atrocissimis inclinaret. et vigilando peremerunt.
Merito certe laudaverunt virtutem tam magna infoelicitate ma-
iorem. Et per deos ille iuraverat. quorum pro cultu prohibito has generi
humano clades isti opinantur infligi. Qui ergo propterea colebantur
ut istam vitam prosperam redderent: Si verum iuranti has ir-
rogari poenas seu voluerunt seu permiserunt. quid periuro gravius
irati facere potuerunt? Sed cur non ratiocinationem meam potius
ad utrunque concludam? Deos sic certe ille coluit: ut propter iurisiuran-
di fidem nec remaneret in patria. nec inde quolibet ire. sed ad
suos acerrimos inimicos redire minime dubitaret. Hoc si huic vi-
te utile existimabat cuius tam horrendum exitum meruit: procul
dubio fallebatur. Suo quippe docuit exemplo nihil deos ad istam
temporalem foelicitatem suis prodesse cultoribus: quandoquidem ille eorum
deditus cultui. et victus atque captivus abductus est. Et quia noluit
aliter quam per eos iuraverat facere: novo ac prius inaudito nimiumque
horribili supplicii genere cruciatus extinctus est. Si autem deorum cultus post
hanc vitam velut mercedem reddit foelicitatem: cur calumniantur temporibus
christianis. ideo dicentes urbi accidisse illam calamitatem. quia deos suos
colere destitit. cum potuerit illos et diligentissime colens tam infelix
fieri. quam ille Regulus fuit: Nisi forte contra clarissimam veritatem.
tanta quisque dementia mire cecitatis obnititur, ut contendere au-
deat, universam civitatem deos colentem, infoelicem esse non posse.
unum vero hominem posse. quod videlicet potentia deorum suorum
multos potius idonea sit conservare. quam singulos cum multitudo constet
ex singulis. Si autem dicunt Marcum Regulum etiam in illa captivitate
illisque cruciatibus corporis, animi virtute beatum esse potuisse: virtus
potius vera queratur qua beata esse possit et civitas. Neque enim aliunde
beata civitas aliunde homo. cum aliud civitas non sit quam concors ho-
minum multitudo. Quam ob rem nondum interim disputo qualis in Re-
gulo virtus fuerit. Sufficit nunc quod isto nobilissimo exemplo coguntur

Civitas.

fateri non propter corporis bona · uel earum rerum quę extrinsecus ho
mini accidunt colendos deos · qm quidem ille carere his omnibus maluit
q̃ deos per quos iurauit offendere · Sed quid faciemus hominibus qui
gloriantur se talem habuisse ciuem · qualem timent hr̃e ciuitatem ?
Quod si non timent · tale ergo aliquid quale accidit Regulo · et ciuitati
tam diligenter q̃m illi deos colenti accidere potuisse fateantur · et
christianis temporibus non calumnientur · Verum quia de illis xp̃ia
nis orta est questio qui etiã captiuati sunt · hec intueant̃ & taceant ·
qui saluberrime religioni ex hinc imprudenter atq; impudenter
illudunt · Quia si diis eorum probro non fuit qd attentissimus cultor
illorum · dum eis iurisiurandi finem seruaret · & patria caruit · cum
aliam non hr̃et · captiuusq; apud hostes post longam morte suppli
cio nouę crudelitatis occisus est · multo minus nomen criminandum
est xp̃ianum in captiuitate sanctorum suorum · qui supernam p̃riam (ł sacratorum)
ueraci fide expectantes · etiã in suis sedibus peregrinos se esse noue
runt ;

· Caplm · xvi ·

*An stupris quae etiam sacrarum forte uirginum est passa captiui
tas contaminari potuerit uirtus animi sine uoluntatis assensu ;*

MAgnum sane crimen se putant obicere christianis cum eorum
exaggerantes captiuitatem · addunt etiã stupra comissa
non solum in aliena matrimonia uirginesq; nupturas · sed
etiam in quasdam sctimoniales · Hic uero non fides non pietas · nõ
ipsa uirtus quae castitas dicit̃ · sed nr̃a potius disputatio inter pudorẽ
atq; rationem quibusdam coartat̃ angustiis · nec tm̃ hic curamus a
lienis responsionem reddere · q̃ntum ipsis nr̃is consolationem · Sit i
gitur in primis positum atq; firmatum uirtutem qua recte uiuitur ·
ab animi sede · mẽbris corporis imperare · sctũq; corpus usu fieri scę
uoluntatis qua inconcussa ac stabili permanente · quicquid alius
de corpore fecerit quod sine peccato ꝓprio non ualeat euitari · p̃ter
culpam esse patientis · Sed quia non solum quod ad dolorem · uerum
etiã quod ad libidinem pertinet in corpore alieno ꝑpetrari potest ·
quicquid tale factum fuit et si retentam constantissimo aĩo pudici
tiam non excutit · tm̃ pudorem incutit · ne credat̃ factum cũ men
tis etiam uoluntate · quod fieri fortasse sine carnis aliqua uolup
tate non potuit ;

De morte uoluntaria ob metum poenae uel decoris ;

~ Capitulum · xvii ·

AC per hoc et que se occiderunt ne quicq; huiusmodi paterent.
quis humanus affectus eis nolit ignosci? Et que se occidere
noluerunt ne suo facinore alienum flagitium deuitaret.
quisquis eis hoc crimini dederit: ipse crimine insipientie non ca
rebit. Nam utiq; si non licet priuata potestate hominem occidere.
uel nocentem cuius occidendi licentiam lex nulla concedit: Pro
fecto etiā qui se ipm occidit homicida ē. Et tanto fit nocentior cū
se ipsum occiderit. qnto innocentior in ea causa fuit. qua se occide
dum putauit. Nam si Iude factum merito detestamur. eumq;
ueritas iudicat cum laqueo se suspendit: scelerate illius traditiōis
auxisse potius q̄ expiasse cōmissum. qm de dei misericordia de
sperando exitiabiliter penitens. nullum sibi salubris penitentie lo
cum reliquit. qnto magis a sua nece se abstinere debet. qui tali sup
plicio quid in se puniat non habet? Iudas enī cum se occidit. scelera
tum hominē occidit. & tamen non solum xpi. uerum etiam sue
mortis reus finiuit hanc uitam. qa licet ꝓpter suum scelus alio suo
scelere occisus est. Cur aūt homo qui nihil mali fecit. sibi male fa
ciat et se ipsum interficiendo hominē interficiat innocentem: ne aliū
patiatur nocentem. atq; in se perpetret peccatum ꝓprium. ne in eo
perpetret crimen alienum;

De alienarum uiolentiarum libidine quam in oppresso corpore mens inuita perpetitur; - Capitulum xviij -

SEt enim ne uel aliena polluat libido metuitur. non polluet
si aliena erit. si aūt polluet aliena non erit. Sed cum pudi
citia uirtus sit animi. comitemq; hēat fortitudinem qua
potius quelibet mala tollerare. q̄ malo consentire decernit. Nullus
autem magnanimus et pudicus in potestate hēat quid de sua car
ne fiat. sed tm̄ quid annuat mente uel renuat. quis tādem sana
mente putauerit se perdere pudicitiam. si forte ui apprehensa &
oppressa carne sua exerceatur & expleatur libido non sua? Si enim
hoc modo pudicitia perit. ꝓfecto pudicitia uirtus animi non erit.
nec ptinebit ad ea bona quibus bene uiuitur. sed in bonis cor
poreis numerabitur. qualia sunt uires. pulchritudo. sana integra
q; ualitudo. & si quid huiusmodi est. que bona etiā si minuan
tur. bonam iustamq; uitam omnino non minuunt. Quod si tale ad
est pudicitia ut quid pro illa ne amittatur etiā cum periculo cor
poris laboratur? Si autem animi bonum est etiam oppresso

corpore

corpore non amittitur: quin etiam sancte continentie bonum cum inmunditie carnalium concupiscentiarum non cedit. et ipsum corpus sanctificatur: et ideo cum eis non cedere inconcussa intentione persistit. Nec de ipso corpore perit sanctitas: quia in eo sancte utendi perseuerat uoluntas. et quantum in ipso est, etiam facultas. Neque enim corpus eo sanctum est quod eius membra sunt integra. aut eo quod nullo contrectantur attactu. cum possint diuersis casibus etiam uulnerata uim perpeti. Et medici aliquando saluti opitulantes, hec ibi faciant que horret aspectus. Obstetrix uirginis cuiusdam integritatem manu uelut explorans, siue maliuolentia, siue inscitia, siue casu, dum inspicit perdidit. Non opinor quemquam tam stulte sapere, ut huic perisse aliquid existimet. etiam de ipsius corporis sanctitate, membri illius integritate iam perdita. Quo circa animi proposito permanente, per quod etiam corpus sanctificari meruit: nec ipsi corpori aufert sanctitatem uiolentia libidinis aliene. quam seruat perseuerantia continentie sue. An uero si aliqua foemina mente corrupta, uiolatoque proposito quod deo uouerat, pergat uitianda ad deceptorem suum, adhuc eam pergentem sanctam uel corpore dicimus, ea sanctitate animi per quam corpus sanctificabatur amissa atque destructa? Absit hic error. et hinc potius admoneamur, ita non amitti corporis sanctitatem, manente animi sanctitate, etiam corpore oppresso: sicut amittitur corporis sanctitas, uiolata animi sanctitate, etiam corpore intacto. Quam obrem non habet quod in se morte spontanea puniat femina, sine ulla consensione sua uiolenter oppressa. et alieno compressa peccato: quanto minus antequam hoc fiat ne admittatur homicidium certum, cum ipsum flagitium quamuis alienum adhuc pendet incertum.

De Lucretia que se ob illatum stuprum peremit. Capitulum XIX.

AT forte huic perspicue rationi qua dicimus corpore oppresso nequaquam proposito castitatis ulla in malum consensione mutato. illius tamen esse flagitium qui opprimens concubuerit. non illius que oppressa concubenti nulla uoluntate consenserit: contradicere audebunt hi contra quos feminarum christianarum in captiuitate oppressarum non tamen mentes. uerum etiam corpora sancta defendimus. Lucretiam certe matronam nobilem ueteremque romanam pudicitie magnis efferunt laudibus. huius corpore cum uiolenter oppresso Tarquinij regis filius libidinose potitus esset. illa scelus

Lucretia

improbissimi iuuenis marito Colatino et propinquo Bruto uiris
clarissimis et fortissimis indicauit eosque ad uindictam constrinxit.
Deinde fedi in se commissi egra atque impatiens se peremit. Quid
dicemus? adultera hec an casta iudicanda est? quis in hac contro-
uersia laborandum putauerit? Egregie quidam ex hoc ueraciterque
declamans ait: Mirabile dictu. duo fuerunt et adulterium u-
nus admisit. Splendide atque uerissime. Intuens enim in duorum
corporum commixtione unius inquinatissimam cupiditatem, al-
terius castissimam uoluntatem, et non quid coniunctione mem-
brorum, sed quid animorum diuersitate ageretur attendens: Duo inquit
fuerunt et adulterium unus admisit. Sed quid est hoc quod in eam
grauius uindicatur que adulterium non admisit? Ille patria cum
patre pulsus est, hec summo est mactata supplicio. Si non est illa
impudicitia qua inuita comprimitur, non est hec iustitia qua ca-
sta punitur. Vos appello leges iudicesque romani. Nempe post per-
petrata facinora nec quemquam scelestum indemnatum impune
uoluistis occidi. Si ergo ad uestrum iudicium quisque deferret hoc
crimen, uobisque probaretur non solum indemnatam, uerum etiam
castam et innocentem interfectam esse mulierem, nonne eum qui
id fecisset seueritate congrua plecteretis? Hoc fecit illa Lucretia.
Illa illa sic predicata Lucretia, innocentem castam uim perpessam
Lucretiam insuper interemit. proferte sententiam. Quod si propterea
non potestis, quia non astat quam punire possitis, cur interfec-
tricem innocentis et caste tanta predicatione laudatis? quam certe
apud inferos iudices etiam tales quales poetarum uestrorum carminibus
cantitantur, nulla ratione defenditis, constitutam inter illos scilicet,
qui sibi lethum insontes peperere manu, lucemque perosi proiecere
animas, cui ad superna redire cupienti, fas obstat, tristisque palus
innabilis unde alligat. An forte ideo ibi non est quia non in son-
tem, sed male sibi consciam se peremit? Quid enim si quod ipsa tan-
tummodo nosse poterat, quamuis iuueni uiolenter irruenti, et sua
libidine illecta consensit, idque in se puniens ita doluit, ut morte
putaret expiandum? quamquam ne sic quidem se occidere debuit, si
fructuosam posset apud deos falsos suos agere penitentiam. Verum-
tamen si forte ita est, falsum est illud quod duo fuerunt et adulterium
unus admisit, sed potius ambo adulterium commiserunt. Vnus
manifesta inuasione, altera latente consensione, non se occidit in-

sontem. Et ideo potest a litteratis eius defensoribus dici. non esse apud inferos inter illos. qui sibi lethum insontes peperere manu.

Sed ita hec causa ex utroque latere coartatur. ut si extenuatur homicidium. adulterium confirmetur. si purgatur adulterium. homicidium cumuletur. Nec omnino inuenitur exitus. ubi dicitur. si adulterata cur laudata. si pudica. cur occisa. Nobis tamen in hoc tam nobili feminę huius exemplo. ad istos refutandos. qui xpianis feminis in captiuitate compressis. alieni ab omni cogitatione sanctitatis insultant. sufficit quod in preclaris eius laudibus dictum est. duo fuerunt et adulterium unus admisit. Talis enim ab eis Lucretia magis credita est. que se nullo adulterino potuerit maculare consensu. Quod ergo se ipsam quoniam adulterium pertulit etiam non adultera occidit. non est pudicitię caritas. sed pudoris infirmitas. puduit enim eam turpitudinis alienę in se commisse. etiam si non secum. et romana mulier laudis auida nimium uerita est. ne putaretur quod uiolenter est passa cum uiueret. libenter passa si uiueret. Unde ad oculos hominum mentis sue testem illam poenam adhibendam putauit. quibus consciam demonstrare non potuit. Sociam quippe facti se credi erubuit. si quod alius in ea fecerat turpiter. ferret ipsa patienter. Non hoc fecerunt feminę xpiane. que passe similia uiuunt. Tamen nec in se ulte sunt crimen alienum. ne aliorum sceleribus adderent sua. si quoniam hostes in eis concupiscendo stupra commiserant. illę in se ipsis homicidia erubescendo committerent.

Habent quippe intus gloriam castitatis testimonium conscientię. habent autem coram oculis dei sui. nec requirunt amplius. ubi quid recte faciant non habent amplius. ne deuient ab auctoritate legis diuinę. cum male deuitant offensionem suspicionis humanę;

Nullam esse auctoritatem que christianis in qualibet causa ius uoluntarie necis attribuat; Capitulum. xx.

Neque enim frustra in sanctis et canonicis libris nusquam nobis diuinitus preceptum permissumue reperiri potest. ut uel ipsius adipiscende inmortalitatis uel ullius carendi cauendiue mali causa nobis met ipsis necem inferamus. Nam et prohibitos nos esse intelligendum est. ubi lex ait. non occides. presertim quia non addidit proximum tuum. sicut falsum testimonium cum uetaret. Falsum inquit testimonium non dices aduersus proximum

tuum. Nec ideo tamen si aduersus se ipsum quisque falsum testio nium dixerit: ab h crimine se putauerit alienum, quoniam regulam di ligendi proximum a semet ipso dilector accepit: quando quidem scriptum est: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Porro si falsi testimo nii non minus reus est. qui de se ipso falsum fatetur: quam si aduer sus proximum faceret: cum in eo precepto quo falsum testimonium prohibetur: aduersus proximum prohibeatur. possitque non recte intel ligentibus uideri non esse prohibitum ut aduersus se ipsum quisque falsus testis assistat: quanto magis intelligendum est. non licere homi se ipsum occidere. cum in eo quod scriptum est non occides. nihilo deinde addito: nec ipse utique cui precipitur intelligatur exceptus.

Vnde quidam hoc preceptum etiam in bestias et pecora conantur extendere: ut ex hoc nullum etiam illorum liceat occidere: cur non ergo et herbas et quicquid humo radicitus alitur ac figitur. Nam et hoc genus rerum non sentiat dicitur uiuere. ac per hoc potest et mori, proinde etiam cum uis adhibetur occidi. Vnde et apostolus cum de huiuscemo di seminibus loqueretur: tu inquit quod seminas non uiuificatur. nisi prius moriatur. Et in psalmo scriptum est. et occidit uites eorum in grandine. Num igitur ob hoc cum audimus non occides, uirgul tum uellere nephas dicimus. et manicheorum errori insanissime acqui escimus. His igitur delyramentis remotis cum audimus non occides si propterea non accipimus hoc dictum esse de fructetis. quia nullus eis sensus est. nec de irrationabilibus uolatilibus aiantibus natatilibus ambulatilibus reptilibus. quia nulla nobis ratione sociantur: quam non eis datum est nobiscum habere commune. Vnde iustissima ordinatione creatoris et uita et mors eorum nostris usibus subditur. Restat ut de ho mine intelligamus quod dictum est. non occides. nec alterum ergo nec te. Neque enim qui se occidit aliud quam hominem occidit.

Marginal glosses: ·/· hoc — ·/· nullus — ·/· quis — ł legimus — ergo — his

De interfectionibus hominum que ab homicidii crimine excipi untur. Capitulum xxi.

Qvasdam uero exceptiones eadem ipsa diuina fecit aucto ritas: ut non liceat hominem occidi. sed exceptis quos deus oc cidi iubet. siue data lege. siue ad personam pro tempore ex pressa iussione. non autem ipse occidit: qui ministerium debet iubenti. sicut adminiculum gladius est utenti. Et ideo nequaquam contra hoc pre ceptum fecerunt: quo dictum est. non occides. qui deo auctore bella gesserunt. aut personam gerentes publice potestatis et secundum eius leges

hoc est iustissime rationis imperium, sceleratos morte punierunt. Et — t Unde

Abraham non solum non est culpatus crudelitatis crimine, uerum etiā laudatus est nomine pietatis; q̄d uoluit filium nequaq̄ scelerate sed obedienter occidere. Et merito quęrit̄ utrum pro iussu dei sit habendum, q̄ Iepte filiam quæ pr̄i occurrit occidit, cum id se uouisset immolaturum deo, quod ei redeunti de prelio uictori primitus occurrisset. Nec Sampson aliter excusatur, q̄ se ipsum cum hostib; ruina domus oppressit, nisi quia sp̄us latenter hoc iusserat, qui per illum miracula faciebat;

Abraham. — Iepe. — Sampson.

Quod nunq̄m possit mors uoluntaria ad magnitudinem animi pertinere; · Capitulum · xxij ·

His igitur exceptis quos uel lex iusta ḡnaliter, uel ipse fons iustitiæ deus specialiter occidi iubet, quisquis hominem uel se ipsum uel quemlibet occiderit, homicidii crimine innectitur. Et quicumq; hoc in se ipsis ꝑpetrauerūt, animi magnitudine fortasse mirandi, non sapientię sanitate laudandi sunt. Q̄q̄ si rōm diligentius consulas, nec ipsa quidem animi magnitudo recte nominatur, ubi quisq; non ualendo tollerare uel quęq; aspera uel aliena peccata se ipse interemerit. Magis enī mens infirma deprehenditur quæ ferre non pōt uel duram sui corpōis seruitutē uel stultam uulgi opinionem. Maiorq; animus dicendus est qui uitam ęrumnosam magis potest ferre q̄ fugere, et humanū iudicium maxieq; uulgare, quod plerumq; caligine erroris inuoluit̄, preconsciē luce ac puritate contemnere. Q̄r ob rem si magno animo fieri putandum ē, cū homo sibi ingerit mortem, ille potius Theobrotus in hac animi magnitudine repitur, quem ferunt lecto platonis libro ubi de inmortalitate animæ disputauit, se precipitem dedisse de muro, atq; ita ex hac uita emigrasse ad eam quam credidit esse meliorem. Nihil enī urgebat aut calamitatis aut criminis, seu uerū siue falsum, quod non ualendo ferre se auferret; sed ad capessendam mortem atq; ad huius uitæ suauia uincula rūpenda, sola affuit animi magnitudo. Quod tn̄ potius magne factum esse q̄ bene, testis ei potuit esse Plato ipse quem legerat; qui profecto id precipue potissimumq; fecisset uel etiā precepisset, nisi ea mente qua inmortalitatem animę uidit, nequaq̄ faciendum, quin etiā prohibendum esse iudicasset. At enī multi se interemerūt ne in manus hostium peruenirent. Non modo quęrimus utrū sit factum, sed utrum

merito — Theobrotus — Plato — fieri

fuerit faciendum. Sana quippe ratio exemplis etiam anteponenda est, cui quidem et exempla concordant. Sed illa que tanto digniora sunt imitatione quanto excellentiora pietate. Non fecerunt patriarche, non prophete, non apostoli, quia et ipse dominus Christus quando eos si persecutionem paterentur fugere admonuit de civitate in civitatem, potuit admonere ut sibi manus inferrent ne in manus persequentium pervenirent. Porro si hoc ille non iussit aut monuit ut eo modo sui ex hac vita emigrarent, quibus migrantibus se mansiones eternas preparaturum esse promisit, quelibet exempla opponant gentes que ignorant deum, manifestum est hoc non licere colentibus unum verum deum;

Nota

Quale exemplum sit Catonis qui se Cesaris victoriam non ferens interemit; · Capitulum · xxiii ·

Sed tamen etiam illi preter Lucretiam de qua supra satis quod videbatur diximus, non facile reperiunt de cuius auctoritate prescribant, nisi illum Catonem qui se Utice occidit. Non quia solus id fecit, sed quia vir doctus et probus habebatur, ut merito putetur etiam recte fieri potuisse vel posse quod fecit. De cuius facto quid potissimum dicam, nisi quod amici eius docti quidam viri qui hoc fieri prudentius dissuadebant, imbecillioris quam fortioris animi facinus esse censuerunt, quo demonstraretur non honestas turpia precavens, sed infirmitas adversa non sustinens. Hoc et ipse Cato in suo carissimo filio iudicavit. Nam si turpe erat sub victoria Cesaris vivere, cur auctor huius turpitudinis filio fuit, quem de Cesaris benignitate omnia sperare precepit? Cur non et illum secum coegit ad mortem? Nam si eum filium qui contra imperium in hostem pugnaverat etiam victorem laudabiliter Torquatus occidit, cur victus victo filio pepercit Cato qui non pepercit sibi? An turpius erat contra imperium victorem esse quam contra decus ferre victorem? Nullo modo igitur Cato turpe esse iudicavit sub victore Cesare vivere, alioquin ab hac turpitudine paterno ferro filium liberaret. Quid ergo est, nisi quod filium quantum amavit, cui parci a Cesare speravit et voluit, tantum glorie ipsius Cesaris ne ab illo etiam sibi parceretur, ut ipse Cesar dixisse fertur, invidit, aut ut aliquid nos mitius dicamus erubuit;

Cato Utica · Cesar · Torquatus · fuisse

Quod in ea virtute qua Regulus Catone prestantior fuit, multo magis emineant christiani; · Capitulum · xxiiii ·

Volunt autem isti contra quos agimus, ut sanctum virum Iob qui tam horrenda mala in sua carne perpeti maluit quam illata sibi morte omnibus carere cruciatibus, vel alios sanctos ex litteris nostris summa auctoritate celsissimis fideque dignissimis qui captivitatem dominationemque hostium ferre quam sibi necem inferre maluerunt, Catoni preferamus. Sed ex litteris eorum eundem illum Marco Catoni Marcum Regulum preferam. Cato enim numquam Cesarem vicerat, cui victus dedignatus est subici et ne subiceretur a se ipso elegit occidi. Regulus autem penos iam vicerat imperioque romano Romanus imperator non ex civibus dolendam, sed ex hostibus laudandam victoriam reportaverat.

• Iob.

M. Regulus.

Ab eis tamen postea victus maluit eos ferre serviendo quam eis se auferre moriendo. Proinde servavit et sub carthaginensium dominatione patientiam et in romanorum dilectione constantiam, nec victum auferens corpus ab hostibus, nec animum invictum a civibus.

Nec quod se occidere noluit vite huius amore fecit. hoc probavit, cum causa promissi iurisque iurandi ad eosdem hostes quos gravius in senatu verbis quam in bello armis offenderat sine ulla dubitatione remeavit. Tantus itaque huius vite contemptor cum sevientibus hostibus per quaslibet penas eam finire quam se ipse perimere maluit, magnum scelus esse si se homo interimat procul dubio iudicavit.

Inter omnes suos laudabiles et virtutis insignibus illustres viros non proferunt romani meliorem, quem neque felicitas corrupit, nam in tanta victoria remansit pauperrimus, nec infelicitas fregerit. nam ad tanta exitia revertit intrepidus. Porro si fortissimi et preclarissimi viri terrene patrie defensores deorumque licet falsorum non tamen fallaces cultores, sed veracissimi etiam iuratores, qui hostes victos more ac iure belli ferire potuerunt, hi ab hostibus victi se ipsos ferire noluerunt, et cum mortem minime formidarent, victores tamen dominos ferre quam eam sibi inferre maluerunt, quanto magis christiani verum deum colentes et superne patrie suspirantes ab hoc facinore temperabunt, si eos divina dispositio vel probandos vel emendandos ad tempus hostibus subiugaverit, quos in illa humilitate non deserit, qui propter eos tam humiliter altissimus venit. presertim quos nullius militaris potestatis vel militie iura constringunt ipsum hostem ferire superatum. Quis ergo tam malus error obrepit ut homo se occidat, vel quia in eum peccavit vel

Preclare de M. Regulo.

ne in eum peccet inimicus: cum uel peccatorem uel ipm̄ peccatu
rum occidere non audeat inimicum;

Qđ peccatum non per peccatum debeat declinari; Capm̄. XXV.

AT enim timendum ē et cauendum ne libidini hostili
subditum corpus illecebrosa uoluptate animū alliciat.
consentire peccato. proinde inquiunt non iam pp alie
num. sed ppter suum peccatum. anteq̄ hoc quisq; comittat se de
bet occidere. Nullo modo quidem hoc faciat animus ut consen
tiat libidini carnis sue aliena libidine concitate. qui deo potius
eiusq; sapientie q̄s corpori concupiscentieq; subiectus est. Verūta
men si detestabile facinus & damnabile scelus est etiā se ipsum
occidere hominem sicut ueritas pclamat. quis ita desipiat ut di
cat. iam nunc peccemus. ne forte postea peccemus. Iam nunc per
petremus homicidium ne forte postea in adulterium incidam?

Nonne si tm̄ dominat̄ iniquitas. ut non innocentia sed peccata
potius eligant̄. sanctius est incertum de futuro adulterium. q̄m
certum de pn̄ti homicidium? Nonne satius ē flagitiū omittere.
quod penitendo sanetur. q̄ tale facinus ubi locus salubris pn̄iæ
non relinquitur? Hæc dixi ppter eos uel eas que non alieni. sed
prij peccati deuitandi causa. ne sub alterius libidine et excitate
sue libidini forte consentiant. uim sibi qua moriantur inferendā
putant. Ceterum absit a mente xpiana. que in deo suo fidit.
in eoq; spe posita. eius adiutorio nititur. Absit inq̄m ut mens ta
lis quibuslibet uoluptatibꝫ ad consensum turpitudinis cedat. Qđ
si illa concupiscentialis inobedientia que ad huc in membris mori
bundis habitat. preter uoluntatis nr̄e legem q̄si lege sua mouet̄.
q̄nto magis absq; culpa est in corpore non consentientis. si absq; cul
pa est in corpore dormientis?

i. carnis

De his quæ fieri non licet. cum a sanctis facta noscuntur. qua ratione facta credenda sint; Capitulum XXVI.

De hoc Ambrosius li. de virginibꝫ tertio. ubi notat sanctam pelagiam.

SEd quedam inquiunt sanctæ femine tpre psecutionis ut
insectatores sue pudicitie deuitarent. in rapturum atq; ne
caturum se fluuium piecerunt. eoq; modo defuncte sunt.
earumq; martyria in catolica ecclesia ueneratione celeberrima
frequentant̄. De his nil temere audeo iudicare. Utrum enī ecclesiæ
aliquibus fidedignis testificationibus ut earum memorias sic ho
noret. diuina persuaserit auctoritas nescio. et fieri pōt ut ita sit.

Quid? si enim hoc fecerunt non humanitus decepte, sed diuinitus iusse; nec errantes, sed obedientes: sicut de Sampson aliud nobis fas non est credere. Cum aut̄ deus iubet seq; iubere sine ullis ambagibus intimat, quis obedientiam in crimen uocet? quis obsequium pietatis accuset? sed non ideo sine scelere facit, quisquis deo filium immolare decreuerit, quia hoc Abraham et laudabiliter fecit. Nā et miles cum obediens potestati sub qua legitime constitutus est, homīē occidit, nulla ciuitatis sue lege reus est imperij deserti atq; contempti. Quod si sua sponte aut auctoritate fecisset, crimē effusi humani sanguinis incidisset. Itaq; unde punitur si fecit iniussus, inde punietur nisi fecerit iussus. Quod si ita est iubente imperatore, q̄nto magis iubente creatore? Qui ergo audit non licere se occidere, faciat si iussit cuius non licet iussa contemnere. tm̄modo uideat utrum diuina iussio nullo nutet incerto. Nos per aurem cōscientiam cōuenimus: occultorum nobis iudicium non usurpamus. Nemo scit quid agitur in homine, nisi sp̄us hominis qui in ipso est. Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus: neminem spontaneam mortem sibi inferre debere, uelut fugiendo molestias temporales, ne incidat in perpetuas. Neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso incipiat hr̄e grauissimum proprium, quem nō polluebat alienum. neminem propter sua peccata preterita, propter que magis hac uita opus est, ut possint poenitendo sanari. neminem desiderio uelut uite melioris que post mortem speratur. qa reos sue mortis melior post mortē uita non suscipit;

Sampson

homicidii. Immo nisi fecerit reus est

An propter declinationem peccati mors subitanea appetenda sit; Capitulum. xxvij.

Restat una causa de qua dicere ceperam, qua utile putat, ut quisq; se interficiat: scilicet ne in peccatum irruat uel uoluptate blandiente uel dolore seuiente. Quia causam si uoluerimus admittere, eo usq; progressa perueniet, ut hortandi sint homines tunc se potius interimere, cum lauacro sancte regñationis abluti uniuersorum remissionem acceperint peccatorum. Tunc enī tp̄us est cauendi om̄ia futura, cum sunt om̄ia deleta preterita. Quod si morte spōtanea recte fit, cur non tunc potissimū fit? Cur baptizatus sibi quisq; parcit? cur liberatum caput tot rursus huius uite periculis inserit, cum sit facillime potestatis illata sibi nece omnia deuitare, scriptumq; sit: qui amat periculum incidet in illud? Cur

peccata

ergo amantur tot et tanta pericula, uel certe etiam si non amantur,
suscipiuntur? Cur in hac uita manetur cum abscedere licitum est?
An uero tam insulsa peruersitas cor euertit et a consideratione ueri
tatis auertit, ut si se quisque interimere debeat ne unius captiuantis
dominatu corruat in peccatum, uiuendum sibi existimet ut ipsum
perferat mundum per omnes horas temptationibus plenum et
talibus quales sub uno domino formidantur, et innumerabilibus ce
teris sine quibus hec uita non ducitur? Quid igitur cause est cur
in eis exhortationibus tempora consumamus, quibus baptizatos allo
quendo studemus accendere, siue ad uirginalem integritatem,
siue ad continentiam uidualem, siue ad ipsam tori coniugalis
fidem, cum habeamus meliora et ab omnibus peccandi periculis
remota compendia, ut quibuscumque post remissionem recentissi
mam peccatorum arripiendam mortem sibique ingerendam persua ad
dere potuerimus, eos ad dominum saniores purioresque mittamus? Por
ro si quisquis hoc aggrediendum et suadendum putat, non di
co desipit, sed insanit. Qua tandem fronte homini dicit: In
terfice te, ne paruis tuis peccatis addas grauius dum uiuis sub
domino barbaris moribus impudico, qui non potest nisi sceleratissime
dicere: Interfice te peccatis tuis omnibus absolutus, ne rursus talia
uel etiam peiora committas dum uiuis in mundo tot impuris uoluptatibus
illecebroso, tot nephandissimis crudelitatibus furioso, tot terroribus
et erroribus inimico? Hoc quia nephas est dicere, nephas est profecto
se occidere. Nam si hoc sponte faciendi ulla causa iusta esse posset,
procul dubio iustior quam ista non esset; quia uero nec ista est, ergo nulla
est. Non itaque uobis o fideles christi sit tedio uita uestra, si ludibrio
fuit hostibus castitas uestra.

Quod iudicio dei in corpora continentium libido hostilis pec care permissa sit; Caplm. xxviii.

Habetis magnam ueramque consolationem, si fidam conscientiam
retinetis non uos consensisse peccatis eorum qui in uos pecca
re permissi sunt. Quod si forte cur permissi sint queritis, alta
quidem est prudentia creatoris mundi atque rectoris, et inscrutabilia
sunt iudicia eius et inuestigabiles uie eius. Uerumtamen interrogate
fideliter animas uestras, ne forte de isto integritatis et continentie
uel pudicitie bono uos inflatius extulistis, et humanis laudibus
delectate in hoc etiam aliquibus inuidistis. Non accuso quod nescio.

nec audio, quid uobis interrogata uestra corda respondent. Tamen si
ita esse responderint nolite mirari hoc uos amisisse unde hominibus
placere gestistis. Illud uobis remansisse. quod hominibus ostendi non
potest. Si peccantibus non consensistis, diuine gratie, ne amitteretur,
diuinum accessit auxilium. humane glorie, ne amaretur, humanum
successit obprobrium. In utroque consolamini pusillanimes. Illinc probate.
hinc castigate. illinc iustificate. hinc emendate. Quarum
uero corda interrogata respondent. numquam se de bono uirginitatis
uel uiduitatis uel coniugalis pudicitie superbisse. sed humilibus con-
sentiendo de dono dei cum tremore exultasse. nec inuidisse cuiquam
paris excellentiam sanctitatis et castitatis. sed humana laude post-
posita que tanto maior deferri solet: quanto est bonum rarius quod
exigit laudem, optasse potius ut amplior earum numerus esset, quam ut
ipse in paucitate amplius eminerent. Nec iste quidem que tales
sunt, si earum quoque aliquas barbarica libido compressit, permissum
hoc esse causentur. nec ideo credant deum ista negligere, quia permittit
quod nemo inpune committit. quedam enim uelut pondera malarum
cupiditatum et per occultum presens diuinum iudicium relaxantur,
et manifesto ultimo reseruantur. Fortassis autem iste que bene sibi
sunt conscie non se ex isto castitatis bono cor inflatum extulisse.
et tamen uim hostilem in carne perpesse sunt. habebant aliquid laten-
tis infirmitatis que posset in superbie fastum, si hanc humilitatem
in uastatione illa euasissent extolli. Sicut igitur quidam morte rap-
ti sunt ne malitia mutaret intellectum eorum. Ita quiddam ab istis
ui raptum est. ne prosperitas eas mutaret modestiam. Vtrisque igitur
que de carne sua quod turpem nullius essent perpesse contactum. uel
iam superbiebant uel superbire, si nec hostium uiolentia contrecta-
te essent forsitan poterant. non ablata est castitas. sed humilitas per-
suasa. illarum tumori occursum est inmanenti. istarum occursum
est imminenti. Quamquam et illud non sit tacendum. quod quibusdam que
ista perpesse sunt. sunt potuit uideri continentie bonum in bonis
corporalibus deputandum. et tunc manere, si nullius libidine corpus
attrectaretur. non autem esse positum in solo adiuto diuinitus ro-
bore uoluntatis ut sit sanctum corpus et spiritus. nec tale bonum esse quod
inuito animo non possit auferri. Qui error eis fortasse sublatus est.
Cum enim cogitant qua conscientia deo seruierint. et fide inconcussa.
non de illo sentiunt. quod ita sibi seruientes eumque sic inuocantes,

l. p̄sti ultione

deserere ullo modo potuerit. quantumque illi castitas placeat dubitare non possunt: uident esse consequens. nequaquam illum fuisse permissurum. ut haec acciderent sanctis suis. si eo modo perire posset sanctitas. quam contulit eis. & diligit in eis. Habet itaque omnis familia summi et ueri dei consolationem suam non fallacem. nec in spe rerum nutantium uel labentium constitutam: uitamque etiam ipsam temporalem minime penitendam in qua eruditur ad eternam. bonisque terrenis tamquam peregrina utitur. nec capitur. malis autem aut probatur aut emendatur;

Quid familia xpi respondere debeat infidelibus cum exprobrant quod eam a furore hostium non liberauerit Christus; Capitulum xxix.

Illi uero qui probitati eius insultant eique dicunt cum forte in aliqua mala temporalia deuenerint ubi est deus tuus: ipsi dicant ubi sint dii eorum cum talia patiantur: pro quibus euitandis eos uel colunt uel colendos esse contendunt. Nam ista respondet. deus meus ubique presens est. ubique totus. nusquam inclusus. qui possit adesse secretus abesse non motus. Ille cum me aduersis rebus exagitat: aut merita examinat. aut peccata castigat. mercedemque mihi eternam pro toleratis pie malis temporalibus seruat. Vos autem qui estis. cum quibus loqui dignum sit. saltem de diis uestris. quanto minus de deo meo: qui terribilis est super omnes deos. quoniam dii gentium demonia. dominus autem celos fecit. Si Nasica ille Scipio uester quondam pontifex uiueret. quem sub terrore belli punici in suscipiendis phrygiis sacris. cum uir optimus quereretur. uniuersus Senatus elegit. cuius os fortasse non auderetis aspicere. ipse uos ab hac impudentia cohiberet;

Scipio Nasica.

Quam inpudendis prosperitatibus affluere uelint qui de xpianis temporalibus conqueruntur; Capitulum xxx.

Cur enim afflicti aduersis rebus de temporibus queremini xpianis: nisi quia uestram luxuriam cupitis habere securam: & perditissimis moribus remota omni molestiarum asperitate diffluere: Neque enim propterea cupitis habere pacem et omni copiarum genere abundare ut his bonis honeste utamini. hoc est modeste. sobrie. temperanter et pie. sed ut infinita uarietas uoluptatum insanis effusionibus exquiratur. secundisque rebus ea mala oriantur in moribus, que seuientibus peiora sint hostibus. At ille Scipio pontifex maximus uester ille iudicio totius Senatus uir optimus istam uobis metuens calamitatem nolebat emulam tunc imperii Romani

Scipio.

Carthago. Cato.

Carthaginem dirui: et decernenti ut dirueretur contradicebat Catoni timens infirmis animis hostem securitatem: & tanquam pupillis ciuibus idoneum tutorem necessarium uidens esse terrorem. Nec eum sententia fefellit re enim ipsa probatum est quam uerum diceret. Deleta quippe carthagine magno scilicet terrore romane rei publice depulso & extincto: tanta de rebus prosperis orta mala continuo subsecuta sunt: ut corrupta diruptaque concordia prius seuis cruentisque seditionibus: deinde mox malarum connexione causarum bellis etiam ciuilibus tante strages ederentur tantus sanguis effunderetur: tanta cupiditate proscriptionum ac rapinarum ferueret immanitas: ut romani illi qui uita integriore mala metuebant ab hostibus perdita integritate uite crudeliora paterentur a ciuibus: eaque ipsa libido dominandi que inter alia uitia generis humani moderatior inerat uniuerso populo romano: postquam in paucis potentioribus uicit: obstrictos fatigatosque ceteros etiam iugo seruitutis oppressit;

Quibus uitiorum gradibus aucta sit in Romanis cupido regnandi; · Capitulum · XXXI ·

Nam quando illa quiesceret in superbissimis mentibus: donec continuatis honoribus ad potestatem regiam perueniret? honorum porro continuandorum facultas non esset. nisi ambitio preualeret. Minime autem preualeret ambitio. nisi in populo auaritia luxuriaque corrupto. Auarus uero luxuriosusque populus secundis rebus effectus est: qualis Nasica ille prudentissime cauendas esse censebat. quando ciuitatem hostium maximam fortissimam opulentissimam nolebat auferri: ut timore libido premeretur: libido pressa non luxuriaretur: luxuriaque cohibita nec auaritia grassaretur. quibus uitiis obseratis ciuitati utilis uirtus floreret & cresceret: eique uirtuti libertas congrua permaneret. Hinc enim erat: et ex hac prudentissima patrie caritate ueniebat: quod idem ipse pontifex uester maximus a senatu illius temporis quod sepe dicendum est electus sine ulla sententiarum discretione uir optimus: caueam theatri senatum construere molientem ab hac dispositione & cupiditate compescuit. persuasitque oratione grauissima ne grecam luxuriam uirilibus patrie moribus paterentur obrepere. et ad uirtutem labefactandam eneruandamque romanam peregrine consentire nequitie. Tantumque auctoritate ualuit ut uerbis eius commota senatoria prudentia et subselia quibus ad horam congestis in ludorum spectaculo iam uti ciuitas coeperat deinceps prohiberet apponi. Quanto studio iste ab urbe Roma ludos

ipsos scenicos abstulisset. si auctoritati eorum, quos deos putabat, resistere auderet: quos esse noxios demones non intellegebat. aut si intellegebat placandos etiam ipse potius quam contemnendos existimabat. Nondum enim fuerat declarata gentibus superna doctrina quae fide cor mundans ad celestia uel supercelestia capessenda humili pietate humanum mutaret affectum. et a dominatu superborum demonum liberaret;

De Scenicorum institutione ludorum; Cap. xxxii.

Verumtamen scitote qui ista nescitis. et qui uos scire dissimulatis aduertite. qui aduersus liberatorem a talibus dominis murmuratis. ludi scenici spectacula turpitudinum. et licentia uanitatum non hominum uitiis. sed deorum uestrorum iussis rome instituti sunt. Tollerabilius diuinos honores deferretis illi Scipioni quam deos eiusmodi coleretis. Neque enim erant illi dii suo pontifice meliores. Ecce attendite si mens tam diu potatis erroribus ebria uos aliquid sanum considerare permittit. Dii propter sedandam corporum pestilentiam ludos sibi scenicos exhiberi iubebant. pontifex autem propter animorum cauendam pestilentiam et ipsam scenam construi prohibebat. Si aliqua luce mentis animum corpori preponitis. eligite quem colatis. Neque enim et illa corporum pestilentia ideo conquieuit. quia populo bellicoso & solis antea ludis circensibus assueto ludorum scenicorum delicata subintrauit insania. Sed astutia spirituum nephandorum preuidens illam pestilentiam iam fine debito cessaturam. aliam longe grauiorem qua plurimum gaudet. ex hac occasione non corporibus sed moribus curauit immittere. quae animos miserorum tantis obcecauit tenebris. tanta deformitate fedauit. ut etiam modo quod incredibile forsitan erit. si a nostris posteris audietur. Romana urbe uastata. quos pestilentia ista possedit. atque inde fugientes carthaginem peruenire potuerunt. in theatris cotidie certatim pro histrionibus insanirent;

qd

Preclare de Nasica.

De uitiis romanorum quos patrie non correxit euersio; Cap. xxxiii.

O mentes amentes. quis est hic tantus non error sed furor. ut exitium uestrum sicut audiuimus plangentibus orientalibus populis & maximis ciuitatibus in remotissimis terris publicum luctum merorem que ducentibus. uos theatra quereretis intraretis impleretis & multo insaniora quam fuerant antea faceretis. hanc animorum labem. hanc pestem. hanc probitatis & honestatis euersionem.

uobis Scipio ille metuebat. quando construi theatra prohibebat. quando rebus prosperis uos facile corrumpi atque euerti posse cernebat. quando uos ab hostili terrore securos esse nolebat. Neque enim censebat ille felicem esse rem publicam stantibus menibus ruentibus moribus. Sed in uobis plus ualuit quod demones impii seduxerunt quam quod homines prouidi precauerunt. Hinc est quod mala quae facitis uobis imputari non uultis. mala uero quae patimini christianis temporibus imputatis. Neque enim in uestra securitate pacatam rem publicam sed luxuriam queritis inpunitam. qui deprauati rebus prosperis nec corrigi potuistis aduersis. Volebat uos ille Scipio terreri ab hoste. ne in luxuriam flueretis. uos nec contriti ab hoste luxuriam repressistis. perdidistis utilitatem calamitatis et miserrimi facti estis et pessimi permansistis;

De clementia dei quae urbis excidium temperauit; Cap. xxxiiii.

Et tamen quod uiuitis dei est. qui uobis parcendo admonet ut corrigamini penitendo. Qui uobis etiam ingratis prestitit ut uel sub nomine seruorum eius uel in locis martyrum eius hostiles manus euaderetis. Romulus et Remus asylum constituisse perhibentur quo quisque confugeret ab omni noxa liber esset. augere querentes creandae multitudinem ciuitatis. Mirandum in honorem christi processit exemplum. hoc constituerunt euersores urbis. quod constituerunt antea conditores. Quid autem magnum si hoc fecerunt illi ut ciuium suorum numerus suppleretur quod fecerunt isti ut suorum hostium numerositas seruaretur. Haec autem et alia si qua uberius et commodius poterit respondeat inimicis suis redempta familia dei et domini ihesu christi. et peregrina ciuitas regis christi;

Romulus · Remus ·

De latentibus inter impios ecclesiae filiis. et de falsis intra ecclesiam christianis; Capitulum · xxxv.

Meminerit sane in ipsis inimicis latere ciues futuros. ne infructuosum uel apud ipsos putet quod donec perueniat ad confessos portat infensos. sicut ex illorum numero etiam dei ciuitas habet secum quamdiu peregrinatur in mundo conexos communione sacramentorum nec secum futuros in eterna sorte sanctorum. qui partim in occulto partim in aperto sunt. qui etiam cum ipsis inimicis aduersus deum cuius sacramentum gerunt murmurare non dubitant. modo cum illis theatra modo ecclesias nobiscum replentes. De correctione autem quorundam et talium multo minus est desperandum. si apud apertissimos aduersarios predestinati amici latitant. adhuc ignoti et sibi.

De exortu ciuitatis utriusque ptractat aug. ab xi°. li°. usque ad xv. De pcursu aut a li°. xv. usque ad xix. De fine aut utriusque a xix. usque ad finem :—

Perplexe quippe sunt iste due ciuitates in hoc seculo inuicemque permixte donec ultimo iudicio dirimantur. de quarum exortu et procursu et debitis finibus quid dicendum arbitror quantum diuinitus adiuuabor expediam, pp gloriam ciuitatis dei, que alieis a contrario comparatis clarius eminebit;

De quibus causis sequenti disputatione sit differendum; · Capitulum · xxxvi ·

Sed adhuc quedam mihi dicenda sunt, aduersus eos qui romane rei publice clades in religionem nram referunt. qua diis suis sacrificare phibentur. Commemoranda enim sunt, quae et quanta occurrere potuerint, uel satis esse uidebuntur mala, quae illa ciuitas pertulit, uel ad eius imperium prouinciae ptinentes. antequam eorum sacrificia prohibita fuissent. quae omnia procul dubio nobis tribuerent si iam uel illis clareret nra religio. ul ita eos a sacris sacrilegis prohiberet. Deinde demonstrandum est. ob quos eorum mores et quam ob causam uerus deus ad augendum imperium adiuuare dignatus est. in cuius ptate sunt regna omnia. quamque nihil eos adiuuerint hi quos deos putant. quin potius decipiendo et fallendo nocuerint. Postremo aduersus eos dicetur qui manifestis documentis refutati atque conuicti conantur asserere non pp uitae pntis utilitatem sed pp eam, quae post mortem futura est, colendos deos. Quae nisi fallor, quo multum erit operosior et subtilior disputatione dignior. ut et contra phos in ea disseratur. non quoslibet sed qui apud illos excellentissima gloria clari sunt et nobiscum multa sentiunt. et de anime immortalitate. et quod deus uerus mundum condidit. et de prouidentia eius qua uniuersum quod condidit regit. Sed quoniam et ipsi in illis quae contra nos sentiunt refellendi sunt. deesse huic officio non debemus ut refutatis impiis contradictionibus pro uiribus quas nobis deus impertiet asseramus ciuitatem dei ueramque pietatem et dei cultum. in quo uno ueraciter sempiterna beatitudo promittitur. Hic itaque modus sit huius uoluminis. ut deinceps disposita ab alio sumamus exordio;

Incipiunt capitula secundi libri de ciuitate dei. Aurelii Augustini doctoris eximii Iponensis episcopi :—

AVRELII . AVGVSTINI . DOCTORIS . EXIMII . IPONENSIS . EPISCOPI . INCIPIT . LIBER . SECVNDVS :

De modo disputationis qui necessitati habendus est ; Capitulum . I.

SI rationi perspicue veritatis infirmus humane consuetudinis sensus non auderet obsistere : sed doctrine salubri languorem suum tanquam medicine subderet . donec divino adiutorio fide pietatis impetrande sanaretur : non multo sermone esset opus ad convincendum quemlibet vane opinionis errorem, his qui recte sentiunt : et sensa verbis sufficientibus explicant . Nunc vero

l' opinationis

quoniam ille est maior et deterior insipientium morbus animorum
quo rationabiles motus suos etiam post rationem plene redditam quanta
homini ab homine debetur siue nimia cecitate qua nec aperta
cernuntur siue obstinatissima peruicacia qua et ea que cernuntur
non ferunt tamquam ipsam rationem ueritatemque defendunt
fit necessitas copiosius dicendi plerumque res claras uel ut eas non
spectantibus intuendas sed quodam modo tangendas palpantibus
et cohibentibus offeramus. Et tamen quis disceptandi finis erit et
loquendi modus si respondendum esse respondentibus semper existi
memus? Nam uel qui non possunt intelligere quod dicitur uel tam
duri sunt aduersitate mentis ut etiam intellexerint non obediant
respondent ut scriptum est et loquuntur iniquitatem atque infati
gabiliter uani sunt. quorum dicta contraria si totiens uelimus re
fellere quotiens obnixa fronte statuerint non cogitare quid dicant
dum quocumque modo nostris disputationibus contradicant quam sit in
finitum et erumnosum et infructuosum uides. Quam ob rem nec
te ipsum mi fili Marcelline nec alios quibus hic labor noster in
Christi caritate utiliter ac liberaliter seruit tales meorum scriptorum
uelim iudices qui responsionem semper desiderent cum his que
leguntur audierint aliquid contradici ne fiant similes earum mulier
cularum quas commemorat apostolus semper discentes et ad ueritatis
scientiam numquam peruenientes;

De his que primo uolumine expedita sunt; · Capitulum · II ·

Superiori itaque libro cum de ciuitate dei dicere instituissem
unde uniuersum hoc opus illo adiuuante in manus sumptum
est occurrit mihi resistendum esse primitus eis qui hec bel
la quibus mundus iste conteritur maximeque romane urbis recentem
a barbaris uastationem christiane religioni tribuunt qua prohibe
tur nephandis sacrificiis seruire demonibus cum potius hec deberent
tribuere Christo quod propter eius nomen contra institutum moremque bel
lorum eis quo confugerent religiosa et amplissima loca barbari
libera prebuerunt atque in multis famulatum debitum Christo non so
lum uerum sed etiam timore confictum sic honorauerunt ut quod in
eos belli iure fieri licuisset illicitum sibi esse iudicarent. Inde inci
dit questio cur hec diuina beneficia et ad impios ingratosque peruenerint
et cur illa itidem dura que hostiliter facta sunt pios cum impiis
pariter afflixerint quam questionem per multa diffusam in omnibus

(margin: ir; si; at huius)

cui quotidianis uel dei muneribus uel hominum cladibus quo
rum utraq; bene ac male uiuentibus permixte atq; indiscrete sepe
accidunt. solet multos mouere. pro suscepti operis necessitate dissol uerem aliquantum immoratus sum. maxime ad consolandas scas — [margin: .i. qd at ut]
feminas & pie castas. in quibus ab hoste aliquid perpetratum est.
quod intulit uerecundie dolorem. et si non abstulit pudicitie fir
mitatem. ne peniteat eas uite. quas non e unde possit penitere ne
quitie. Deinde pauca dixi in eos qui xpianos aduersis illis rebus
affectos. & precipue pudorem humiliatarum feminarum. quis casta
rum atq; sanctarum proteruitate impudentissima exagitant. cum
sint nequissimi et irreuerentissimi. longe ab eis ipsis ab eis romanis — [margin: .i. et]
degeneres. quorum preclara multa laudantur. & litterarum memoria
celebrantur. immo illorum glorie uehementer aduersi. Romam — [margin: .i. at. cura instructam]
quippe partam ueterum auctamq; laboribus. fediorem stantem.
fecerunt quam ruentem. quandoquidem in ruina eius lapides & ligna. in
istorum autem uita omnia non murorum sed morum munimenta atq; ornamenta
ceciderunt. cum funestioribus eorum corda cupiditatibus quam ignibus
tecta illius urbis arderent. quibus dictis primum librum. dein — [margin: .i. terminaui]
ceps itaq; dicere institui quae mala ciuitas illa perpessa sit. ab ori
gine sua. siue apud se ipsam. siue in prouinciis sibi iam subditis.
que omnia xpiane religioni tribuerent. si iam tunc euangelica do
ctrina aduersus falsos & fallaces eorum deos. testificatione liberri
ma personaret ;

De assumenda historia. qua ostendatur. quae mala acciderunt romanis. cum deos colerent antequam religio christiana obcre sceret ; Capitulum. II.

MEmento autem me ista commemorantem. adhuc contra im
peritos agere. ex quorum imperitia. illud quoq; ortum est
uulgare prouerbium. pluuia defecit. causa christiani sunt.
Namq; qui eorum studiis liberalibus instituti. amant historiam. fa
cillime ista nouerunt. sed ut nobis ineruditorum turbas infestissimas
reddant. se nosse dissimulant. atq; hec apud uulgus confirmare
nituntur. clades quibus per certa interualla locorum & temporum genus
humanum oportet affligi. causa accidere nominis xpiani. quod
contra deos ingenti fama & preclarissima celebritate diffunditur. — [margin: .i. suos]
Recolant ergo nobiscum antequam Christus uenisset in carne. antequam
eius nomen. et cui frustra inuident gloria. populis innotesceret.

Quibus

quibus calamitatibus res romana multipliciter uarieque contrite sunt.
et in his defendant si possunt deos suos. si propterea coluntur ne ista
mala patiantur cultores eorum, quorum si quid nunc passi fuerint
nobis imputanda esse contendunt. Cur enim ea que dicturus sum,
permiserunt accidere cultoribus suis antequam eos declaratum Christi
nomen offenderet eorumque sacrificia prohiberet. primo ipsos mores
ne pessimos haberent. quare dii eorum curare noluerunt?

Quod cultores deorum nulla umquam a diis suis precepta probitatis
acceperint. et in sacris eorum turpia queque celebrauerint; · C · IIII ·

Deus enim uerus eos a quibus non colebatur merito neglexit.
dii autem illi a quorum cultu se prohiberi homines ingratissime
conqueruntur cultores suos ad bene uiuendum quare nullis
legibus adiuuerunt? utique dignum erat. ut quomodo isti illorum
sacra. ita illi istorum facta curarent. Sed respondetur quod uoluntate propria
quisque malus est. quis hoc negauerit? Verumtamen pertinebat ad con
sultores deos uite bone precepta non occultare populis cultoribus
suis. sed clara predicatione prebere. per uates etiam conuenire atque arguere
peccantes. palam minari poenas mala agentibus. premia recte ui
uentibus polliceri. Quid umquam tale in deorum illorum templis prom
pta et eminenti uoce concrepuit? Veniebamus etiam nos aliquando
adolescentes ad spectacula ludibriaque sacrilegiorum. spectabamus
arreptitios. audiebamus symphoniacos ludos turpissimos qui diis
deabusque exhibebantur. oblectabamur celesti uirgini et berecinthie
matri omnium. ante cuius lecticam die solemni lauationis eius
talia per publicum cantitabantur a nequissimis scenicis. qualia
non dico matrem deorum. sed matrem qualiumcumque senatorum uel
quorumlibet honestorum uirorum. immo uero qualia nec matrem ipsorum
scenicorum deceret audire. Habet enim quiddam erga parentes hu
mana uerecundia quod nec ipsa nequitia possit auferre. Illam
proinde turpitudinem obscenorum dictorum atque factorum sce
nicos ipsos domi sue proludendi causa coram matribus suis agere
puderet. quam per publicum agebant coram deorum matre spectante et
audiente utriusque sexus frequentissima multitudine. que si illec
ta curiositate adesse potuit circumfusa. saltem offensa castitate de
buit abire confusa. Que sunt sacrilegia si illa erant sacra. aut
que inquinatio si illa lauatio? Et hec fercula appellebantur quasi
celebraretur conuiuium quo uelut suis epulis immunda demonia

pascerentur. quis enim non sentiat, cuiusmodi spiritus talibus obscenitatibus delectentur, nisi uel nesciens utrum omnino sint ulli inmundi spiritus deorum nomine decipientes, uel talem agens uitam in qua istos potius quam uerum deum et optet propitios et formidet iratos;

De obscenitatibus quibus mater deorum a cultoribus suis honorabatur; Capitulum Quintum.

Nequaquam istos qui flagitiosissime consuetudinis uitiis oblectari potius quam obluctari student, sed illum ipsum Nasica Scipionem qui uir optimus a senatu electus est, cuius manibus eiusdem demonis simulacrum susceptum est, in urbemque peruectum, habere de hac re iudicem uellem. Qui diceret nobis utrum matrem suam tam optime de re publica uellet mereri ut ei diuini honores decernerentur, sicut et grecos et romanos aliasque gentes constat quibusdam decreuisse mortalibus, quorum erga se beneficia magni penderant, eosque inmortales factos atque in deorum numero receptos crediderant. Profecto ille felicitatem tantam sue matri si fieri posset optaret. Porro si ab illo deinde quereremus utrum inter eius diuinos honores uellet illa turpia celebrari, Nonne se malle clamaret ut sua mater sine ullo sensu mortua iaceret, quam ad hoc dea uiueret ut illa libenter audiret. Absit ut senator populi romani ea mente preditus qua theatrum edificari in urbe fortium uirorum prohibuit, sic coli uellet matrem suam, ut talibus dea sacris propitiaretur qualibus matrona uerbis offenderet. Nec ullo modo crederet uerecundiam laudabilis femine ita in contrarium diuinitate mutari, ut eam honoribus talibus aduocarent cultores sui qualibus conuitiis in quempiam iaculatis cum inter homines uiueret, nisi aures clauderet seque subtraheret, erubescerent que pro illa propinqui maritus et liberi. Proinde talis mater deorum, qualem matrem habere puderet quemlibet etiam pessimum uirum, romanas occupatura mentes quesiuit optimum uirum, non quem monendo et adiuuando faceret, sed quem fallendo deciperet, ei similis de qua scriptum est: Mulier autem uirorum pretiosas animas captat, ut ille magne indolis animus hoc uelut diuino testimonio sublimatus et uere se optimum existimans ueram pietatem religionemque non quereret, sine qua omne quamuis laudabile ingenium superbia uanescit et decidit. Quomodo igitur nisi insidiose quereret dea illa

optimum uirum: cum talia querat in suis sacris: qualia uiri opti
mi abhorrent suis adhibere conuiuiis; · Caplm · vi ·

D eos paganorum nunquam beneuiuendi sanxisse doctrinam;

Hoc est quod de uita et moribus ciuitatum atque populorum,
a quibus colebantur illa numina non curarunt: ut tam
horrendis eos et detestabilibus malis non in agro et uitibus,
non domo atque pecunia, non denique in ipso corpore, quod menti
subditur: sed in ipsa mente, in ipso rectore carnis animo eos impleri,
ac pessimos fieri sine ulla terribili prohibitione permitterent. Aut
si prohibebant: hoc ostendatur potius hoc probetur. Nec nobis ne
scio quos susurros paucissimorum auribus anhelatos ac archana
uelut religione traditos iactent: quibus uite probitas castitasque di
scatur. Sed demonstrentur uel commemorentur loca talibus aliquando
conuenticulis consecrata: non ubi ludi agerentur obscenis uocibus
histrionum: nec ubi fugalia celebrarentur effusa omnium licen
tia turpitudinum et uere fugalia: sed pudoris et honestatis: sed
ubi populi audirent quid dii preceperint de cohibenda auari
tia, ambitione frangenda, luxuria refrenanda: ubi discerent mi
seri quod discendum Persius increpat dicens. Discite o miseri
et causas cognoscite rerum: quid sumus et quidnam uicturi
gignimur: ordo quis datus: aut mete quam mollis flexus et unde:
quis modus argenti: quid fas optare: quid asper utile nummus
habet: patrie carisque propinquis quantum largiri deceat: quem
te deus esse iussit: et humana qua parte locatus es in re. Dicatur
in quibus locis hec docentium deorum solebant precepta recitari: et
a cultoribus eorum populis frequenter audiri: sicut nos ostendimus
ad hoc ecclesias institutas quaqua uersum religio christiana
diffunditur;

persius

I nutilia esse inuenta philosophica sine auctoritate diuina, ubi
unusquisque ad uitia magis pronum mouent quod dii fecerint quam
quod homines disputauerint; Caplm vii.

AN nobis forte philosophorum scholas disputationesque memo
rabunt: primo hec non romana: sed greca sunt. aut si
propterea iam romana quia et grecia facta est romana
prouintia: non deorum precepta sunt: sed hominum inuenta:
qui utcumque conati sunt ingeniis acutissimis prediti ratiocinando
inuestigare: quid in rerum natura latitaret: quid in moribus

appetendum esset atq; fugiendum. qd in ipsis ratiocinandi regulis
certa connexione traheretur. aut quid non esset consequens. uel etiã
repugnaret. Et quidam eorum quędam magna quantũ diuinit(us)
adiuti sunt inuenerunt. q̃ntum autẽ humanitus impediti sunt:
errauerunt maxime cum eo(rum) sup(er)biae iuste p(ro)uidentia diuina resiste
ret. ut uiam pietatis ab humilitate in superna surgentem. etiã isto(rum)
comparatione monstraret unde postea nobis erit in dei ueri domini q;
uoluntate disquirendi ac disserendi locus. Verũtamen si philoso
phi aliquid inuenerunt quod agendę bonę uitę beateq; adipiscendę
satis esse possit: q̃nto iustius talibus diuini honores decernerent: q̃nto
Plato
melius & honestius in platonis templo libri eius legerentur: q̃ in
templis demonum galli absciderentur, molles consecrarent(ur) insani
/. vel crudele uel turpe.
secarentur. et quicquid aliud uel turpiter crudele. uel crudeliter
turpe in sacris talium deo(rum) cele brari solet: q̃nto satius erat ad eru
diendum iustitia iuuentutem publice recitari leges deo(rum): q̃ lau
dari inaniter leges atq; instituta maiorum. Om̃es enim cultores ta
Persius
lium deo(rum) mox ut eos libido pepulerit. feruenti ut ait Persius tincta
Terentius
ueneno magis intuentur quid Iuppiter fecerit: q̃m qd docuerit Plato.
uel censuerit Cato. hĩc apud Terentium flagitiosus adolescens spe
ctat tabulam quandam pictam in pariete. ubi inerat pictura hęc.
Iouem quo pacto dia-nę misisse aiunt in gremium quondam im
brem aureum. atq; ab hac tanta auctoritate adhibet patrocinium
turpitudini suę. cum in ea se iactat imitari deum. at quẽ deum
inquit: qui templa celi summo sonitu concutit. ego homuntio id
non facerem. ego uero illud feci. ac libens;

De ludis Scenicis in quibus dii non offenduntur editione suarum
turpitudinum. sed placantur; · Capitulum ·viii·

At enim non traduntur ista sacris deo(rum). sed fabulis poetarũ.
Nolo dicere illa mystica q̃ ista theatrica esse turpiora. hoc
dico q(uod) negantes conuincit historia. eosdem ipsos ludos in q(ui)
bus regnant figmenta poeta(rum) non per inpitum obsequium sacris
deorum suo(rum) intulisse romanos. sed ipsos deos ut sibi solenniter e
derentur & honori suo consecrarentur acerbe impando. & quodam
modo extorquendo fecisse. quod in primo libro breui cõmemoratione
perstrinxi. Nam ingrauescente pestilentia, ludi scenici auctoritate
pontificum rome primitus instituti sunt. Quis ergo in agenda
uita non ea s(ibi) potius sectanda arbitretur quae actitantur ludis

auctoritate diuina institutis: q̄ ea que scriptitantur legibus hūano
consilio promulgatis? Adulterum iouem si poete fallaciter ꝓdiderūt:
dii utiq; casti. quia tantum nephas per humanos ludos confictum est:
non quia neglectum irasci aut uindicare debuerunt. Et hec sunt
scenicoꝝ tollerabiliora ludorum. comedie scilꝫ et tragoedie. hoc est
fabule poetarum agende in spectaculis multa turpitudine rerū. sed
nulla saltem sicut alia multa uerboꝝ obscenitate composite. quas
etiā inter studia que honesta & libera(lia) uocantur: pueri legere et
discere coguntur a senibus;

Quid Romani ueteres de cohibenda peccati licentia senserint. q̄m greci dictum secuti liberam esse uoluerūt; Capitulum. IX.

Quid autē hinc senserint romani ueteres. Cicero testatur in
libris quos de R. P. scripsit. ubi Scipio disputans ait. Nū
q̄m comedie nisi consuetudo uite pateretur. probare sua the
atris flagitia potuissent. Et greci quidam antiquiores uitiose sue o
pinionis quandam conuenientiam seruauerunt: Apud quos fuit
etiā lege concessum. ut quod uellet comedia nominatim uel de quo
uellet diceret. Itaq; sicut in eisdem libris loquitur affricanus. que
illa non attigit. uel potius quem non uexauit? cui pepercit? Esto
populares homines improbos. in re publica seditiosos. cleonem. cleo
fontem hyperbolum lesit. Patiamur inquit. & si eiusmodi ciues
a censore melius est q̄ a poeta notari. sed Periclem cum iam sue
ciuitati maxima auctoritate plurimos annos domi & bellis ꝓfuisset.
uiolari uersibus. & eos agi in scena non plus decuit q̄ si Plautus in
quit noster uoluisset. aut Neuius publio & Gneo Scipioni. aut Ce
cilius Marco Catoni maledicere. Deinde paulo post nr̄e inquit
contra duodecim tabule cum per paucas res capite sanxissent: In
his quoq; hanc sanciendam putauerunt. si quis occentauisset aut
carmen condidisset quod infamiam faceret flagitium ue alteri predi
caret. Iudiciis enī magistratuum disceptationibus legitimis proposi
tam uitam non poetarum ingeniis non hr̄e debemus nec probrum
audire. nisi ea lege ut respondere liceat & iuditio defendere. Hec
ex Ciceronis quarto de re. pu. libro ad uerbum excerpenda arbitra
tus sum. nonnullis ꝓpter faciliorem intellectum uel pretermissis uel
paululum cōmutatis. Multum enī ad rem pertinet (quam) molior ex
plicare si potero. Dicit deinde alia. & sic concludit hunc locum
ut ostendat ueteribus displicuisse romanis uel laudari quenq̄m

Cicero. Scipio. Ex libris de re pu. ciceronis.
Pericles.
Plautus. Neuius. Publius Scipio. GN. Scipio. Cecilius. Cato.
Ex li. de re pu.a hucusq;.
quam

in scena uiuum hominem uel uituperari. Sed ut dixi hoc greci quamquam inuerecundius, tamen conuenientius licere uoluerunt, cum uiderent dys suis accepta et grata esse obprobria. non tantum hominum, uerum et ipsorum deorum in scenicis fabulis, siue a poetis essent conficta, siue flagitia eorum uera commemorarentur & agerentur in theatris. atque ab eorum cultoribus utinam solo risu, ac non etiam imitatione digna uiderentur. Nimis enim superbum fuit famae parcere principum ciuitatis & ciuium, ubi suae famae parci numina noluerunt. Nam quod affertur pro defensione non illa uera in deos dici, sed falsa atque conficta, id ipsum est scelestius si pietatem consulas religionis. Si autem malitiam demonum cogites, quid astutius ad decipiendum atque callidius. Cum enim probrum iacitur in principem patriae bonum atque utilem, nonne tanto est indignius, quanto a ueritate remotius & a uita illius alienum? Quae igitur supplicia sufficiunt, cum deo fit ista tam nepharia tam insignis iniuria?

Qua nocendi arte demones uelint uel falsa de se crimina uel uera narrari; Capitulum .x.

Sed maligni spiritus quos isti deos putant, etiam flagitia quae non admiserunt de se dici uolunt, dum tamen humanas mentes his opinionibus uelut retibus induant, & ad praedestinatum supplicium trahant. siue homines ista commiserunt, quos deos haberi uolunt, qui humanis erroribus gaudent, pro quibus se & colendos mille nocendi fallendique artibus interponunt. siue etiam nullorum hominum illa crimina uera sint, quae tamen de numinibus fingi libenter accipiunt fallacissimi spiritus, ut ad scelesta ac turpia perpetranda uelut ab ipso caelo traduci in terras satis idonea uideatur auctoritas. Cum igitur greci talium numinum seruos se esse sentirent, inter tot et eorum tanta theatrica obprobria, parcendum sibi a poetis nullo modo putauerunt, uel dys suis etiam sic consimilari cupientes uel metuentes ne honestiorem famam ipsi requirendo & eis se hoc modo preferendo illos ad iracundiam prouocarent;

De scenicis apud grecos in rei publicae administrationem receptis eo quod placatores deorum iniuste ab hominibus spernerentur; Capitulum .xi.

Ad hanc conuenientiam pertinet quod etiam scenicos auctores earundem fabularum non paruo ciuitatis honore dignos existimauerunt, siquidem quod in eo quoque de re publica libro commemoratur, et Eschines atheniensis uir eloquentissimus,

illa

secum

cum adolescens tragoedias actitavisset, rem publicam capessivit. et Aristodemum tragicum item actorem maxime de rebus pacis ac belli legatum ad Philippum athenienses saepe miserunt. Non enim consentaneum putabatur cum easdem artes eosdemque scenicos ludos etiam diis suis acceptos viderent, illos per quos agerentur infamium numero ac loco deputare. Haec greci turpiter quidem, sed sane diis suis omnino congruenter, qui nec vitam civium lacerandam linguis poetarum et histrionum subtrahere ausi sunt, a quibus cernebant vitam deorum eisdem ipsis diis volentibus et libentibus carpi. et ipsos homines per quos ista in theatris agebantur, quae numinibus quibus subditi erant grata esse cognoverant, non solum minime spernendos in civitate, verum etiam maxime honorandos putarunt. Quid enim causae reperire possent cur sacerdotes honorarent, quia per eos victimas diis acceptabiles offerebant, et scenicos probrosos haberent, per quos illam voluptatem sive honorem diis exhiberi petentibus et nisi fieret irascentibus eorum admonitione didicerant, cum praesertim Labeo, quem huiusmodi rerum peritissimum praedicant, numina bona a numinibus malis ista etiam cultus diversitate distinguat, ut malos deos propitiari caedibus et tristibus supplicationibus asserat, bonos autem obsequiis laetis atque iocundis, qualia sunt ut ipse ait ludi, convivia, lectisternia. quod totum quale sit postea si deus iuverit diligentius disseremus. Nunc ad rem praesentem quod attinet, sive omnibus omnia tamquam bonis permixte tribuantur, neque enim esse decet deos malos, cum potius isti, quia inmundi sunt spiritus, omnes sint mali, sive certa discretione sicut Labeoni visum est illis illa, istis ista distribuantur obsequia, competentissime greci utrosque honore ducunt, et sacerdotes per quos victimae ministrantur [margin: l. exercentur], et scenicos per quos ludi exhibentur, ne vel omnibus diis suis, si et ludi omnibus grati sunt, vel quod est indignius, his quos bonos putant, si ludi ab eis solis amantur, facere convincantur iniuriam.

Quod romani in auferendo libertatem poetis in homines quam dederunt in deos melius de se quam de diis suis senserint. Caplm. xii.

At romani, sicut in illa de republica disputatione Scipio gloriatur, probris et iniuriis poetarum subiectam vitam famamque habere noluerunt, capite etiam sancientes [margin: puniri] tale carmen condere si quis auderet. Quod erga se quidem satis honeste

constituerunt. sed erga deos suos superbe & irreligiose. quos cum
scirent non solum patienter. uerum etiam libenter poetarum probris
maledictisque lacerari. se potius quam illos huiusmodi iniuriis indignos
esse dixerunt. seque ab eis etiam lege munierunt. illorum autem ista sacris
etiam solemnitatibus miscuerunt. Ita ne tandem Scipio laudas hanc
poetis romanis negatam esse licentiam. ut cuiquam obprobrium infli
gerent romanorum. cum uideas eos nulli deorum pepercisse uestrorum.

Ita ne pluris tibi habenda uisa est existimatio curiae uestrae quam capitolii.
immo rome unius quam celi totius. ut linguam maledicam in ciues tuos
exercere poete etiam lege prohiberent. & in deos tuos securi tanta co
uitia nullo senatore. nullo censore. nullo principe. nullo pontifi
ce prohibente iacularentur. Indignum fuit uidelicet ut Plautus
aut Neuius publio & gneo scipioni aut Cecilius marco catoni ma
ledicerent. & dignum fuit ut Terentius uester flagitio iouis optimi
maximi adolescentium nequitiam concitaret;

Debuisse intelligere romanos quod dii eorum qui se turpibus ludis coli expectabant indigni essent honore diuino; . Capitulum. xiii.

Sed responderet mihi fortasse. si uiueret. quomodo nos ista
impunita esse nollemus. quae ipsi dii sacra esse uoluerunt.
cum ludos scenicos ubi talia celebrantur dictitantur actita
tur. & romanis moribus inuexerunt. et suis honoribus dicari ex
hiberique iusserunt. Cur non ergo hinc magis ipsi intellecti sunt
non esse dii ueri. nec omnino digni. quibus diuinos honores defer
ret illa respublica. Quos enim coli minime deceret. minimeque opor
teret. si ludos expeterent agendos conuitiis romanorum. Quomodo
queso colendi putati sunt. quomodo non detestandi spiritus intellecti.
qui cupiditate fallendi inter suos honores sua celebrari crimina
poposcerunt. Itemque romani quamuis iam superstitione noxia preme
rentur. ut illos deos colerent. quos uidebant sibi uoluisse scenicas
turpitudines consecrari. suae tamen dignitatis memores ac pudoris
actores talium fabularum nequaquam honorauerunt more grecorum.

Cicero.

Sed sicut apud Ciceronem idem Scipio loquitur. cum artem ludicram
scenamque totam in probro ducerent. genus id hominum non modo
honore ciuium reliquorum carere. sed etiam tribu amoueri notatione
censoria uoluerunt. Preclara sane & romanis laudibus annumeranda
prudentia. sed uellem se ipsa sequeretur. se imitaretur. Ecce enim
recte quisquis ciuium romanorum esse scenicus elegisset. non solum

ei nullus ad honorem dabatur locus. uerum etiā censoris nota tribum tenere propriam minime sinebat. O animum ciuitatis laudis auidum germaneq; romanum. sed respondeatur mihi qua consentanea ratione homines scenici ab omni honore pelluntur. & ludi scenici deorum honoribus admiscentur. Illas theatricas artes diu uirtus romana non nouerat. quæ si ad oblectamentum uoluptatis humanæ quererentur, uitio morum irreperent humanorum. dii eas sibi exhiberi petiuerunt. Quō ergo abicitur scenicus per quem colitur deus. et theatrice illius turpitudinis qua fronte notatur actor. si adoratur exactor. In hac controuersia græci romaniq; concertant. Greci putant recte se honorare homines scenicos. cum colant ludorum scenicorū flagitatores deos. Romani uō hominibus scenicis nec plebeiam tribum, quanto minus senatoriam curiam dehonestari sinunt. In hac disceptatione huiuscemodi ratiocinatio summā questionis absoluit. Proponunt græci. si dii tales colendi sunt. profecto etiā tales homines honorandi sunt. Assumunt romani. sed nullo modo tales homines honorandi sūt. Concludunt xpiani. nullo modo igitur dii tales colendi sunt;

Meliorem fuisse platonem qui poetis locum in bene morata urbe non dederit quam hos deos qui se ludis scenicis uoluerunt honorari; . Capitulum . xiiii.

Deinde querimus. ipsi poetę talium fabularum cōpositores qui duodecim tabularum lege prohibentur famam lędere ciuium. tam probrosa in deos conuitia iaculantes. cur nō ut scenici habeantur inhonesti. qua ratione rectum est ut poeticorum figmentorum & ignominiosorum deorum infamentur actores. honorētur autores. An forte greco platoni palma danda ē. qui cum ratione formaret. qualis ciuitas esse debeat. tanquam aduersarios ueritatis, poetas censuit urbe pellendos. Iste uero & deorum iniurias indigne tulit. et fucari corrumpiq; figmentis animos ciuium noluit. Confer nunc platonis humanitatem a ciuibus decipiendis poetas urbe pellentem cum deorum diuinitate honori suo ludos scenicos expetente. Ille ne talia uel scriberentur & si non persuasit. disputando tamen suasit leuitati lasciuieq; grecorum. Isti ut talia etiam agerentur iubendo extorserunt grauitati & modestię romanorum. Nec tamen hæc agi uoluerunt. sed sibi dicari. sibi sacrificari. sibi solemniter exhiberi. Cui tandem honestius diuinos honores

Greci. Romani.

potius Plato.

Labeo Platonem locat inter semideos.

decerneret ciuitas: utrum platoni hec turpia et nephanda prohiben
ti: an demonibus hac hominum deceptione gaudentibus: quibus
ille uera persuadere non potuit? Hunc platonem Labeo inter se
mideos commemorandum putauit. sicut Herculem. sicut Romu
lum. Semideos autem heroibus anteponit. sed utrosque inter numina
collocat. Uerumtamen istum quem appellat semideum. non heroibus
tantum. sed etiam diis ipsis preferendum esse non dubito. Propinquant
autem romanorum leges disputationibus platonis: quando ille cuncta
poetica figmenta condemnat. Isti autem poetis adimunt saltem in
homines maledicendi licentiam. Ille poetas ab urbis ipsius habita
tione. Isti saltem actores poeticarum fabularum remouent a societa
te ciuitatis. Et si contra deos ludorum scenicorum expetitores aliquid
auderent. forte undique remouerent. Nequaquam igitur leges ad institu
endos bonos. aut corrigendos malos mores a diis suis possent accipere.
seu sperare romani. quos legibus suis uincunt atque conuincunt.
Illi enim honori suo deposcunt ludos scenicos. isti ab honoribus omni
bus pellunt homines scenicos. Illi celebrari sibi iubent figmentis
poeticis obprobria deorum. isti ab obprobriis hominum deterrent in
pudentiam poetarum. Semideus autem plato ille et talium deorum
libidini restitit. et ab indole romanorum quid perficiendum esset osten
dit. qui poetas ipsos uel pro arbitrio mentientes uel hominibus mi
seris quasi deorum facta pessima imitanda proponentes omnino in
ciuitate bene instituta uiuere noluit. Nos quidem platonem nec
deum nec semideum perhibemus. nec ulli sancto angelo summi
dei nec ueridico prophete nec apostolo alicui nec cuilibet christi
martyri nec cuiquam christiano homini comparamus. Cuius nostre sententie
ratio deo prosperante suo loco explicabitur. Sed eum tamen quando
quidem ipsi uolunt fuisse semideum: preferendum esse censemus.
si non Romulo et Herculi quamuis istum nec occidisse fratrem nec aliquod
perpetrasse flagitium quisquam historicorum uel poetarum dixit
aut finxit. certe uel priapo uel alicui cynocephalo. postremo uel
febri. que romani numina partim peregrina receperunt. partim
sua propria sacrauerunt. Quo quomodo igitur tanta animi et morum mala
bonis preceptis et legibus uel imminentia prohiberent. uel insita extir
panda curarent dii tales qui etiam seminanda et augenda flagitia
curauerunt. talia uel sua uel quasi sua facta per theatricas solem
nitates populis innotescere cupientes. ut tamquam auctoritate diuina

sua sponte nequissima libido accenderetur humana. Frustra hoc
exclamante cicerone. qui cum de poetis ageret. ad quos cum accessit
inquit clamor et approbatio populi. quasi magni cuiusdam et
sapientis magistri. quas illi obducunt tenebras. quos invehunt
metus. quas inflammant cupiditates.

Quod romani quosdam deos sibi non ratione sed adulatione
instituerunt; · Capitulum · XV ·

Que autem illic eligendorum deorum etiam ipsorum falsorum
ratio et non potius adulatio est. qui istum platonem quem
semideum volunt tantis disputationibus laborantem
ne animi malis quae precipue cavenda sunt mores corrumperentur
humani. nulla sacra edicula dignum putarunt. et Romulum
suum diis multis pretulerunt. quamvis et ipsum semideum potius
quam deum velut secretior eorum doctrina commendet. Nam etiam
flaminem illi instituerunt. quod sacerdotii genus adeo in romanis
sacris testante apice excelluit ut tres solos flamines haberent tribus
numinibus institutos. Dialem Iovi. Martialem Marti. Quirina
lem Romulo. Nam benivolentia civium velut receptus in celum
quirinus est postea nominatus. ac per hoc et Neptuno et Plutoni fra
tribus iovis et ipsi Saturno patri eorum. iste Romulus honore
prelatus est. ut pro magno sacerdotium quod iovi tribuerunt.
huic etiam hoc tribuerent. et marti tamquam patri eius forsitan pro
pter ipsum;

· Flamines ·
· Dialis ·
· Martialis ·
· Quirinalis ·

Quod si diis ulla esset cura iustitiae ab eis romani accipere debu
erunt precepta vivendi potius quam leges ab aliis hominibus
mutuari; · Capitulum · XVI ·

Si autem a diis suis Romani vivendi leges accipere potuis
sent. non aliquot annos post romam conditam ab athenien
ensibus mutuarentur leges Solonis. quas tamen non ut erant
acceperunt. sed meliores et emendatiores facere conati sunt. quamvis
Ligurgus lacedemoniis leges ex apollinis auctoritate se instituisse
confinxerit. quod prudenter romani credere noluerunt. propterea non
inde acceperunt. Numma pompilius qui Romulo successit in re
gnum quasdam leges que quidem regende civitati nequaquam suffice
rent condidisse fertur. qui eis multa etiam sacra constituit. non tamen
perhibetur easdem leges a numinibus accepisse. mala igitur animi.
mala vite. mala morum que ita magna sunt. ut his doctissimi

· Leges · Solonis ·
· Leges · Ligurgi ·
· Numma Pompilius ·

eorum uiri · etiam stantibus urbibus respublicas peruire confirment · dii eorum ne suis cultoribus acciderent, minime curarunt · immo uero ut augerentur · sicut supra disputatum ē omni modo curarunt;

De raptu Sabinarum aliisq; iniquitatibus que in urbe romana etiā laudatis uiguere temporalibus; Capitulum · xvii ·

· Salustius ·

AN forte populo romano propterea leges non sunt a numinibus constitute · quia sicut Salustius ait · ius bonumq; apud eos non legibus magis quam natura ualebat · Ex hoc iure ac bono credo raptas esse sabinas · Quid enim iustius & melius quam filias alienas fraude spectaculi inductas · non a parentibus accipi · sed ui ut quisq; poterat auferri · nam si inique sabini facerent negare postulatas · quanto fuit iniquius rapere non datas · Iustius autem bellum cum ea gente geri potuit · quae filias suas ad matrimonium conregionalibus & confinalibus suis negasset petitas · quam cum ea que repetebat ablatas. Illud ergo potius fieret · ibi mars filium suum pugnantem iuuaret ut coniugiorum negatorum armis ulcisceretur iniuriam & eo modo ad feminas quas uoluerat perueniret · Aliquo enim fortasse iure belli iniuste negatas iuste uictor auferret · nullo autem iure pacis non datas rapuit · & iniustum bellum cum earum parentibus iuste succensentibus gessit · hoc sane utilius foeliciusq; successit · quod & si ad memoriam fraudis illius circensium spectaculum mansit · facinoris tamen in illa ciuitate & imperio non placuit exemplum · faciliusq; romani in hoc errauerunt · ut post illam iniquitatem deum sibi romulum consecrarent · quam ut in feminis rapiendis factum eius imitandum lege ulla uel more permitterent · Ex hoc iure ac bono post expulsum cum liberis suis regem Tarquinium · cuius filius Lucretiam stupro uiolenter oppresserat · Iunius Brutus consul Lucium tarquinium colatinum maritum eiusdem Lucretiae collegam suum · bonum atq; innocentem uirum propter nomen & propinquitatem tarquiniorum coegit a magistratu se abdicare nec uiuere in ciuitate permisit · quod scelus fauente uel patiente populo fecit a quo populo consulatum idem Colatinus · sicut etiā ipse Brutus acceperat · Ex hoc iure ac bono Marcus Camillus illius temporis uir egregius · qui Veientes hostes grauissimos populi romani post decennale bellum · quo romanus exercitus totiens male pugnando grauiter est afflictus · iam ipsa Roma de salute dubitante atq; trepidante · facillime superauit · eorum urbem opulentissimam coepit · inuidia obtrectatorum uirtutis sue & insolentia

· Tarquinius ·
· Iunius Brutus ·
· L · Colatinus ·
M · Camillus ·

tribunorum plebis reus factus est. tamque ingratam sensit quam liberaue
rat ciuitatem. ut de sua damnatione certissimus in exilium sponte
discenderet. decem milibus eris absens etiam damnaretur. mox iterum
a gallis uindex patriae futurus ingratae. Multa commemorare iam
piget feda et iniusta. quibus agitabatur illa ciuitas cum potentes
plebem sibi subdere conarentur. plebsque illis subici recusaret et utri
usque partis defensores magis studiis agerent amore uincendi. quam
aequum et bonum quicquam cogitarent.

Quae de moribus romanorum aut metu compressis aut securitate resolutis Salustii prodat historia. Capitulum xviii.

ITaque habebo modum. et ipsum Salustium testem potius ad
hibebo. qui cum in laudem romanorum dixisset. unde no
bis iste sermo ortus est. ius bonumque apud eos non legibus ma
gis quam natura ualebat. predicans illud tempus quo expulsis regibus
incredibiliter ciuitas breui aetatis spatio plurimum creuit. Idem tamen
in primo historiae suae libro atque ipso eius exordio fatetur. etiam tunc
cum ad consules a regibus esset translata res publica. post paruum
interuallum iniurias ualidiorum et ob eas discessionem a patribus
plebis aliasque in urbe dissensiones fuisse. Nam cum optimis mori
bus et maxima concordia populum romanum inter secundum et po
stremum bellum carthaginense commemorasset egisse. causamque
huius boni non amorem iustitiae. sed stante carthagine metum
pacis in fide fuisse dixisset. Unde et Nasica ille ad reprimendam
nequitiam. seruandosque istos mores optimos ut metu uitia cohibe
rentur. carthaginem nolebat euerti. Continuo subiecit idem Sa
lustius. et ait. At discordia et auaritia atque ambitio et caetera
secundis rebus oriri sueta mala. post carthaginis excidium maxime
aucta sunt. ut intelligeremus etiam antea et oriri solere et augeri. Un
de subnectens cur hoc dixerit. nam iniuriae inquit ualidiorum. et ob
eas discessio plebis a patribus. aliaeque dissensiones domi fuere. Iam inde
a principio neque amplius quam regibus exactis dum metus a Tarquinio
et bellum graue cum etruria positum est. aequo et modesto iure a
gitatum. Vides quemadmodum etiam illo breui tempore ut regibus
exactis id est eiectis aliquantum aequo et modesto iure ageretur. metum
dixit fuisse causam. quoniam metuebatur bellum. quod rex Tarq
uinius regno atque urbe pulsus etruscis sociatus contra romanos gere
bat. Attende itaque quid deinde contexat. De inde inquit seruili

Ex historia Salustii.

con

imperio patres plebem exercere. de uita atque tergo regio more consu
lere. agro pellere. et ceteris expertibus soli in imperio agere. quibus
seuitiis et maxime fenore oppressa plebs cum assiduis bellis tributum
et militiam simul tolleraret armata in montem sacrum atque auen
tinum insedit. tumque tribunos plebis et alia sibi iura parauit.
discordiarum et certaminis utrimque finis fuit secundum bellum puni
cum. Cernis ex quo tempore id est paruo interuallo post reges exa
ctos quales romani fuerunt. de quibus ait. ius bonumque apud
eos non legibus magis quam natura ualebat. Porro si illa tempora ta
lia reperiuntur quibus pulcherrima atque optima fuisse predicatur
romana respublica. Quid iam de consequenti etate dicendum
aut cogitandum arbitramur cum paulatim mutata. ut eiusdem
historici uerbis utar. ex pulcherrima atque optima. pessima atque fla
gitiosissima facta est. Post carthaginis uidelicet ut commemoraui
excidium. que tempora ipse Salustius quemadmodum breuiter
recolat et describat in eius historia legi potest. quantis malis morum que
secundis rebus exorta sunt. usque ad bella ciuilia demonstret esse
peruentum. Ex quo tempore ut ait maiorum mores non paulatim
ut antea. sed torrentis modo precipitati. adeo iuuentus luxu atque
auaritia corrupta est ut merito dicatur genitos esse. qui neque ipsi
habere possent res familiares. neque alios pati. Dicit deinde plura Sa
lustius de Sylle uitiis et cetera feditate rei publice. et alii scriptores
in hoc consentiunt quamuis eloquio multum impari. Cernis tamen
ut opinor. et quisquis aduerterit facillime perspicit colluuiem mo
rum quo illa ciuitas prolapsa fuerit ante nostri superni regis aduen
tum. Hec enim gesta sunt non solum antequam christus in carne presens
docere cepisset. uerum etiam antequam de uirgine natus esset. Cum ergo
tot et tanta mala temporum illorum uel tollerabiliora superius uel
post euersam carthaginem intolleranda et horrenda diis suis
imputare non audeant. opiniones falsas humanis mentibus unde
talia uitia siluescerent maligna astutia inserentibus. cur mala pre
sentia christo imputant. qui doctrina saluberrima et falsos ac fallaces
deos coli uetat. et istas hominum noxias flagitiosasque cupidita
tes diuina auctoritate detestans atque condemnans his malis ta
bescenti ac labenti mundo ubique familiam suam sensim subtra
hit. qua condat eternam et non plausu uanitatis sed iudicio
ueritatis gloriosissimam ciuitatem;

Nota eminentia Salustij inter historicos.

De corruptione romanæ rei publicæ, priusq̃m cultum deorum christus auferret ; Capitulum · xix ·

Ecce romana res publica · quod non ego prius dico · sed auc
tores eorum unde hec mercede didicimus tanto ante dixerunt
ante xp̃i aduentum paulatim mutata · & ex pulcherrima
atq; optima pessima ac flagitiosissima facta est. Ecce ante christi
aduentum post deletam Carthaginem maiorum mores non pau
latim ut antea · sed torrentis modo p̃cipitati · adeo iuuentus luxu
atq; auaritia corrupta est. Legant nobis ꝯtra luxum & auaritiam
precepta deorū suorum populo romano data · cui utinam tm̃ casta
& modesta reticerent · ac non etiā ab illo probrosa & ignominiosa
deposcerent · quibus per falsam diuinitatem perniciosam concili
arent auctoritatem. Legant n̄ra & per p̃phetas & per sanctum
euangelium & per apostolicos actus et per epistolas tam multa
contra auaritiam atq; luxuriam ubiq; populis ad hoc congrega
tis · q̃ excellenter q̃ diuine · non tanq̃m ex philosophorum concerta
tionibus perstrepere · sed tanq; ex oraculis et dei nubibus intonare.
Et tm̃ luxu atq; auaritia seuisq; ac turpibus moribus ante aduentū
xp̃i rem publicam pessimam ac flagitiosissimam factam · non im
putant dis suis. afflictionem uero eius quacunq; isto tempore · su
perbia delitieq; eorum perpesse fuerint · religioni inputant xp̃ianę.
Cuius precepta de iustis probisq; moribus si simul audirent atq;
curarent reges terrę & om̃es populi · principes & om̃es iudices terrę
iuuenes & uirgines · seniores cum iunioribus · etas omnis capax &
uterq; sexus · & quos Baptista iohannes alloquitur · exactores ipsi atq;
milites · et terras uitę p̃ntis ornaret sua felicitate res publica · & uitę
eternę culmen beatissime regnatura conscenderet. Sed quia iste au
dit · ille contempnit · pluresq; uitiis male blandientibus q̃m utili
uirtutum asperitati sunt amiciores. tollerare xp̃i famuli iubentur
siue sint reges · siue principes · siue iudices siue milites · siue prouin
tiales siue diuites · siue pauperes · siue liberi · siue serui utriuslibet
sexus etiā pessimam · si ita necesse ē · flagitiosissimamq; rem publi
cam · & in illa quandam āgelorum sanctissima atq; augustissima
curia celestiq; re publica · ubi dei uoluntas lex est · clarissimum
sibi locum etiā ista tollerantia comparare ;

Quali uelint felicitate gaudere & quibus moribus uiuere · qui t̃pora xp̃ianæ religionis incusant ; · Capitulum · xx ·

Verum tales cultores et dilectores deorum istorum quorum et imitatores in sceleribus et flagitiis se esse letantur. nullo modo curant pessimam ac flagitiosissimam non esse rem publicam.

Tantum stet inquiunt. tantum floreat copiis referta. uictoriis gloriosa. uel quod est foelicius pace secura sit. Et quid ad nos? immo id ad nos magis pertinet. si diuitias quisque augeat. que cotidianis effusionibus suppetant. per quas etiam sibi infirmiores subdat quisque potentior. obsequantur diuitibus pauperes causa saturitatis. atque ut eorum patrociniis quieta inhertia perfruantur. Diuites pauperibus ad clientelas et ad ministerium sui fastus abutantur. populi plaudant non consultoribus utilitatum suarum. sed largitoribus uoluptatum. non dura iubeantur. non prohibeantur inpura. reges non curent quam bonis sed quam subditis regnent. Prouintie regibus non tamquam rectoribus morum, sed tamquam rerum dominatoribus et delitiarum suarum prouisoribus seruiant. eosque non sinceriter honorent. sed nequiter ac seruiliter timeant. quid aliene uinee potius quam quid sue uite quisque noceat. quisque legibus aduertatur. Nullus ducatur ad iudices nisi qui aliene rei domui saluti. uel cuiquam inuito fuerit inportunus aut noxius. Ceterum de suis uel cum suis uel cum quibuscumque uolentibus faciat quisque quod libet. abundent publica scorta. uel propter omnes quibus frui placuerit uel propter eos qui habere priuata non possunt. Extruantur amplissime atque ornatissime domus. [maxime] opipara conuiuia frequententur. ubi cuique libuerit et potuerit die noctuque ludatur. bibatur. uomatur. diffluatur. Saltationes undique concrepent. theatra inhoneste letitie uocibus atque omni genere siue crudelissime siue turpissime uoluptatis exestuent. Ille sit publicus inimicus. cui hec felicitas displicet. Quisquis eam mutare uel auferre tentauerit. eum libera multitudo auertat ab auribus. auertat a sedibus. auferat a uiuentibus. Illi habeantur dii ueri. qui hanc adipiscendam populis procurauerint. adeptamque seruauerint. Colantur ut uoluerint. ludos exposcant quales uoluerint. quos cum suis uel de suis possint habere cultoribus. tantum efficiant ut tali foelicitati nihil ab hoste. nihil a peste. nihil ab ulla clade timeatur. Quis hanc rem publicam sanus non dicam romano imperio sed domui sardanapali compauerit? [Sardanapalus] qui quondam rex ita fuit uoluptatibus deditus. ut in sepulchro suo scribi fecerit. ea sola se habere mortuum. que libido eius etiam cum uiueret hauriendo consumpserat.

Quem regem si isti haberent. sibi in talibus indulgentem. nec in eis

cui q̄ ulla seueritate aduersantem. huic liberius q̄ romani ueteres
Romulo templum & flaminem consecrarent;

Quae sententia fuit Ciceronis de romana republica; Capitulum XXI.

SEd si contemnitur qui romanam rem publicam pessimam
ac flagitiosissimam dixit. nec curant isti quanta morum pessi
morum ac flagitiosorum labe ac dedecore impleatur. Sed tamen
modo ut consistat & maneat. audiant eam non salustius narrat. [ut]
pessimam ac flagitiosissimam factam. Sed sicut Cicero disputat
iam tunc prorsus perisse. & nullam omnino [remansisse] rem pu. Inducit enim
Scipionem eum ipsum qui Carthaginem extinxerat de re publica
disputantem quando presentiebatur ea corruptione quam describit
Salustius. propius iam iamque perituram. Eo quippe tempore dispu
tabatur quo iam unus gracchorum occisus fuit. a quo scribit seditio
nes graues cepisse Salustius. Nam mortis eius fit in eisdem libris
commemoratio. Cum autem Scipio in secundi libri fine dixisset.
Ut in fidibus aut tibiis atque cantu ipso ac uocibus concentus est quidam
tenendus ex distinctis sonis quem immutatum aut discrepantem aures
erudite ferre non possunt. isque concentus ex dissimillimarum uocum
moderatione concors tamen efficitur & congruens. sic ex summis
& infimis et mediis interiectis ordinibus ut sonis moderatam ratione
ciuitatem consensu dissimillimorum concinnere. & quae armonia
a musicis dicitur in cantu. eam esse in ciuitate concordiam. Artissimum
atque optimum omni in re [publica] uinculum incolumitatis. eamque sine iusti
tia nullo pacto esse posse. Ac deinde cum aliquanto latius & uberius
disseruisset. quantum prodesset iustitia ciuitati. quantum obesset si ab
fuisset. suscepit deinde pilus unus eorum qui disputationi aderant.
& poposcit ut hec ipsa questio diligentius tractaretur. ac de iustitia
plura dicerentur propter illud quod iam uulgo ferebatur. rem publi
cam regi sine iniuria non posse. Hanc proinde questionem discu
tiendam & enodandam esse assensus est Scipio. responditque nihil
esse quod adhuc de re publica dictum putaret. & quo possent longius
progredi nisi esset confirmatum non modo esse falsum illud. sine
iniuria non posse. sed hoc uerissimum sine summa iustitia rem
publicam regi non posse. Cuius questionis explicatio cum in diem con
sequentem dilata esset in tertio libro magna conflictione res acta
est. suscepit enim Pilus ipse disputationem eorum qui sentirent sine
iniustitia regi non posse rem pu. purgans precipue ne hoc ipse sen

Marginalia: Salustius. — Cicero. — Scipio. — Ex libro de re publica Ciceronis. — Pilus

tur crederetur. Egitque sedulo pro iniustitia contra iustitiam ut
hanc esse utilem rei publice, illam uero inutilem uerisimilibus ra
tionibus et exemplis uelut conaretur ostendere. Tunc Lelius roga
tibus omnibus iustitiam defendere aggressus est. asseruitque quantum
potuit nihil tam inimicum quam iniustitiam ciuitati. nec omnino nisi
magna iustitia regi aut stare posse rem publicam. Qua questione
quantum satis uisum est pertractata. Scipio ad intermissa reuertitur
recolitque suam atque commendat breuem rei publice diffinitionem
qua dixerat eam esse rem populi. populum autem non omnem
cetum multitudinis sed cetum iuris consensu et utilitatis communione
sociatum esse determinat. Docet deinde quanta sit in disputando
diffinitionis utilitas atque ex illis suis diffinitionibus colligit tunc
esse rem publicam id est rem populi cum bene ac iuste geritur siue
ab uno rege siue a paucis optimatibus siue ab uniuerso populo.
Cum uero iniustus est rex quem tyrannum more greco appellauit.
aut iniusti optimates quorum consensum dixit esse factionem. aut
iniustus ipse populus cui nomen usitatum non repperit nisi ut etiam
ipsum tyrannum uocaret. non iam uitiosam sicut pridie fuerat
disputatum sed sicut ratio ex illis diffinitionibus connexa docuisset.
omnino nullam esse rem publicam. quoniam non esset res populi cum
tyrannus eam factione capesseret. nec ipse populus iam populus esset
si esset iniustus. quoniam non esset multitudo iuris consensu et utilita
tis communione sociata sicut populus fuerat diffinitus. Quando ergo res
publica romana talis erat qualem illam descripsit Salustius non
iam pessima ac flagitiosissima sicut ipse ait. sed omnino nulla
erat. secundum istam rationem quam disputatio de re publica inter ma
gnos eius tunc principes habita patefecit. sicut etiam ipse Tullius non
Sciponis nec cuiusquam alterius sed suo sermone loquens in principio
quinti libri commemorato prius Ennii poete uersu quo dixerat
Moribus antiquis res stat romana uirisque. Quem quidem ille uersum
inquit uel ueritate uel breuitate tamquam ex oraculo quodam
mihi affatus uidetur. Nam neque uiri nisi ita morata fuisset
ciuitas neque mores nisi hi prefuissent uiri aut fundare aut tam
diu tenere potuissent tantam et tam iuste lateque imperantem rem
publicam. Itaque ante nostram memoriam et mos ipse patrius prestantes
uiros adhibebat et ueterem morem atque maiorum instituta retinebant
excellentes uiri. Nostra uero etas cum rem publicam sicut picturam

Lelius

Ennius

accepisset egregiam. sed euanescentem uetustate non modo eam
coloribus hisdem quibus fuerat renouare neglexit. sed nec id
quidem curauit. ut formam saltem eius et extrema tamquam linea
menta seruaret. Quid enim manet ex antiquis moribus quibus
ille dixerat rem publicam stare romanam. quos ita obliuione
obsoletos uidemus. ut non modo non colantur. sed etiam ignoren
tur. Nam de uiris quid dicam. Mores enim ipsi interierunt ui
rorum penuria. cuius tanti mali non modo reddenda ratio no
bis. sed etiam tamquam capitis quodammodo dicenda est causa. no
stris enim uitiis non casu aliquo rem publicam uerbo retinemus.
rem uero ipsam iam pridem amisimus. Haec Cicero fatebatur.
longe quidem post mortem affricani. quem in suis libris fecit
de re pu. disputare. Adhuc tamen ante aduentum xpi. que
si diffamata et preualescente religione xpiana sentirentur
atque dicerentur. quis non istorum ea xpianis imputanda esse cen
seret. Quam obrem cur non curarunt dii eorum ne tunc periret
atque amitteretur illa res publica. quam Cicero longe antequam xpus
in carne uenisset. tam lugubriter deplorat amissam. uiderint
laudatores eius et illis antiquis uiris et moribus qualis fuit. utrum
in ea uiguerit uera iustitia. an forte nec tunc fuit uiua moribus
sed picta coloribus. quod et ipse Cicero nesciens cum eam prefer
ret expressit. Sed alias si deus uoluerit hoc uidebimus. Enitar
enim suo loco ut ostendam secundum diffinitiones ipsius ciceronis.
quibus quid sit res publica et quid sit populus loquente Scipi
one breuiter posuit. attestantibus etiam multis siue ipsius siue
eorum quos loqui fecit in eadem disputatione sententiis. numquam
illam fuisse rem publicam. quia numquam in ea fuit uera et recta
iustitia. Secundum probabiliores autem diffinitiones pro suo modo
quondam res publica fuit. et melius ab antiquioribus romanis
quam a posterioribus administrata est. Vera autem iustitia non est.
nisi in ea re publica. cuius conditor rectorque est xpus. si et ipsam
rem publicam placet dicere. quoniam eam rem populi esse negare
non possumus. Si autem hoc nomen quod alibi aliterque uulgatum
est ab usu nostre locutionis est forte remotius in ea certe ciuitate est
uera iustitia. de qua scriptura sancta dicit. Gloriosa dicta sunt
de te ciuitas dei;

Quod diis romanorum nulla umquam fuerit cura
ne malis moribus res publica periret; Capitulum. xxii.

reis

SEd quid pertinet ad presentem questionem. qualibet
dicant istam fuisse uel esse rem publicam. secundum eorum
auctores doctissimos: iam longe ante aduentum xpi
pessima ac flagitiosissima facta erat. immo uero nulla erat.
atque omnino perierat perditissimis moribus. ut ergo non periret,
dii custodes eius populo cultori suo dare precipue uite ac morum
precepta debuerunt. a quo tot templis tot sacerdotibus et sacrifici
orum generibus tam multiplicibus uariisque sacris tot festis sollem
nitatibus tot tantorumque ludorum celebritatibus colebantur. ubi nihil
demones nisi negotium suum egerunt. non curantes quemadmodum
illi uiuerent. immo curantes ut perdite uiuerent. dum tamen honori
suo illa omnia metu subditi ministrarent. aut si dederunt, proferatur
ostendatur legatur quas deorum leges illi ciuitati datas contempserint
gracchi. ut seditionibus cuncta turbarent. quas Marius et Cynna
et Carbo ut in bella etiam progrederentur ciuilia. causis iniquissimis
suscepta et crudeliter gesta. crudeliusque finita. quas denique Syl
la ipse. cuius uitam mores et facta describente Salustio aliisque scri
ptoribus historie quis non exhorreat. quis illam rem publicam non
tunc perisse fateatur. An forte huiuscemodi ciuium mores uirgili
anam illam sententiam sicut solet pro defensione suorum deorum opponere
audebunt. discessere omnes aditis arisque relictis dii quibus imperium
hoc steterat. primum si ita est. non habent cur querantur de religione
xpiana quod hac offensi eos dii sui deseruerunt. quoniam quidem maiores eorum
iam pridem moribus suis ab urbis altaribus tam multos ac minutos
deos tamquam muscas abegerunt. Sed tamen hec numinum turba ubi
erat cum longe antequam mores corrumperentur antiqui a gallis a gallis
Roma capta et incensa est. An presentes forte dormiebant. Tunc enim
tota urbe in hostium potestate redacta. solus collis capitolinus rema
serat. Qui etiam ipse caperetur. nisi saltem anseres diis dormientibus
uigilarent. Vnde pene in superstitionem egyptiorum bestias auesque colen
tium Roma deciderat. cum anseribus solennia celebrabat. Verum
tamen de his aduenticiis et corporis potius quam animi malis que uel
ab hostibus uel alia clade accidunt. nondum interim disputo. Nunc
ago de labe morum. quibus primum paulatim decoloratis. deinde
torrentis modo precipitatis tanta quamuis integris tectis menibusque facta
est ruina rei publice. ut magni eorum auctores eam tunc amissam non
dubitent dicere. Recte autem abscesserant ut amitteretur. omnes

Gracchi. Marius. Cynna. Carbo. Sylla.

Virgiliana sententia.

propter

Galli.

Collis capitolinus.

Aditis

aditis aris que relictis diis si eorum de bona uita atque iustitia ciuitas prae
cepta contempserat. Nunc uero queso quales dii fuerunt si noluerunt
cum populo cultore suo uiuere, quem male uiuentem non docuerunt
bene uiuere;

V arietates rerum temporalium non ex fauore aut inpugnatione sed
ex dei ueri pendere iudicio; · Capitulum XXIII ·

Quid est quod uidentur etiam eorum affuisse cupiditatibus implendis
et ostenduntur non profuisse refrenandis? Qui enim Marium ho
minem nouum et ignobilem cruentissimum auctorem bel
lorum ciuilium atque gestorem, ut septies consul fieret adiuuerunt.
atque ut in septimo suo consulatu moretur senex ne in manus Syllae
futuri mox uictoris irrueret. Si enim ad hoc dii eorum eum non iu
uerunt non parum est quod fatentur, etiam non propitiis diis suis pos
se accidere homini istam temporalem quam nimis diligunt tantam
felicitatem. et posse homines sicut fuit Marius salute uiribus
opibus honoribus dignitate longeuitate cumulari et perfrui diis
iratis. Posse etiam homines sicut Regulus captiuitate seruitute in
opia uigiliis doloribus excruciari et emori diis amicis. Quod si
ita esse concedunt: compendio nihil eos prodesse et coli superfluo
confitentur. Nam si uirtutibus animi et probitati uitae cuius praemia
post mortem speranda sunt, magis contraria ut populus disceret
instituerunt: et nihil etiam in his transeuntibus et temporalibus bonis,
uel eis quos oderunt nocent uel eis quos diligunt prosunt: ut quid
coluntur: ut quid tanto studio colendi requiruntur. cur laboriosis
tristibusque temporibus tamquam offensi abscesserint murmuratur
et propter eos christiana religio conuitiis indignissimis leditur. Si
autem habent in his rebus uel beneficii uel maleficii potestatem:
cur in eis affuerunt pessimo uiro Mario et optimo Regulo defue
runt. an ex hoc ipsi intelliguntur iniustissimi et pessimi. Quod si pro
pterea magis colendi et timendi magis putantur: neque hoc putentur;
neque enim minus eos inuenitur Regulus coluisse quam Marius. nec
ideo uita pessima eligenda uideatur. quia magis Mario quam Regulo
dii fauisse existimantur. Metellus enim Romanorum laudatissimus.
qui habuit filios quinque consulares, etiam rerum temporalium felix
fuit. et Catelina pessimus oppressus inopia. et in bello sui sceleris
prostratus infoelix. Verissima atque certissima felicitate praepollent
boni deum colentes a quo solo conferri potest. Igitur illa respublica

· Marius homo nouus ·

· Aliter legitur hic textus, sed eo mo
uerus esse non potest ·

Cur non est iuuerunt ut a tantorum
se compesceret immanitate facinorum

Aliter instituerunt

· Regulus ·
· Marius ·

· Metellus ·

· Catilina ·

malis moribus cum periret, nihil dii eorum pro dirigendis et corrigendis moribus ne periret, immo de prauandis et corrumpendis addiderunt moribus ut periret. nec se bonos fingant quod uelut offensi ciuium iniquitate discesserint. prorsus ibi erant, produntur, conuincuntur, nec subuenire precipiendo, nec latere tacendo potuerunt. Omitto quod Marius a miserantibus minturnensibus Marice dee in luco eius commendatus est ut ei omnia prosperaret. Et ex summa desperatione reuersus incolumis in urbem duxit crudelem crudelis exercitum. ubi quam cruenta quam ciuilis hostilique immanior eius uictoria fuerit, eos qui scripserunt legant qui uolunt.

Sed hoc ut dixi omitto, nec marice nescio cui tribuam marii sanguineam foelicitatem. Sed occulte potius prouidentie dei ad istorum ora claudenda eosque ab errore liberandos, qui non studiis agunt, sed nec prudenter aduertunt. Quia et si aliquid in his rebus demones possunt, tantum possunt quantum secreto omnipotentis arbitrio permittuntur. Nec magni pendamus terrenam foelicitatem, que sicut mario malis etiam plerumque conceditur. Nec eam rursus quasi malam arbitremur, cum eam multos etiam pios ac bonos unius ueri dei cultores inuitis demonibus prepolluisse uideamus. nec eosdem immundissimos spiritus uel propter hec ipsa bona mala uel terrena propitiandos aut timendos existimemus. quia sicut ipsi mali homines in terra, sic etiam illi non omnia que uolunt facere possunt, nisi quantum illius ordinatione sinuntur, cuius plene iudicia nemo comprehendit, iuste nemo reprehendit. Capitulum .xxiiii.

De Syllanis actibus quorum se demones ostentauerunt adiutores.

Sylla certe ipse, cuius tempora talia fuerunt ut superiora quorum uindex esse uidebatur illius comparatione quererentur, cum primum ad urbem contra castra marianum mouisset, adeo leta exta fuisse immolanti scribit Liuius, ut custodiri se postumius aruspex uoluerit, capitis supplicium postea subiturus, nisi ea que in animo Sylla haberet diis iuuantibus impleuisset. Ecce non discesserant aditis arisque relictis dii, quando de rerum euentu predicebant, nihilque de ipsius sylle correctione curabant. promittebant presagando felicitatem magnam, nec malam cupiditatem minando frangebant. Deinde cum esset in Asia bellum Mitridaticum gerens, per Lutium titium ei mandatum est a ioue quod esset Mitridatem superaturus. Et factum est. ac postea molienti redire in

[Marginalia: "dei" (right of "permittuntur"); "t cum in ea"; "Sylla"; "Liuius"; "Mitridates"]

urbem . et suas amicorumque iniurias ciuili sanguine ulcisci . uerum
mandatum est ab eodem ioue per militem quendam legionis sexte .
prius se de Mitridate prenuntiasse uictoriam . et tunc promittere
se daturum potestatem . qua recuperaret ab inimicis rem publicam
non sine multo sanguine . Tunc percunctatus Sylla quae forma mili
ti uisa fuerit . cum ille indicasset . eam recordatus est . quam prius ab
illo audierat . qui de mitridatica uictoria ab eodem mandata per
tulerat . Quid hic responderi potest . quare dii curauerint uelut felicia
ista nuntiare . et nullus eorum curauerit Syllam monendo corrigere .
mala tanta facturum scelestis armis ciuilibus . qualia non fedarent .
sed auferrent omnino rem publicam . Nempe intelliguntur demo
nes sicut sepe iam dixi . Notumque nobis est in litteris sacris . resque satis
indicant negocium suum agere . ut pro diis habeantur . ut colantur .
ut ea illis exhibeantur . quibus hi qui adhibent sociati unam pessi
mam causam cum eis habeant in iudicio dei . Deinde cum uenisset
tarentum Sylla atque ibi sacrificasset . uidit in capite uituli mi iecoris
similitudinem corone auree . Tunc postumius aruspex ille respondit .
preclaram ei significare uictoriam . iussitque ut extis illis solus uesceret .

Tarentum

Postea paruo interuallo seruus cuiusdam Lucii pontificis uaticinando
clamauit . a Bellona nuntius uenio . uictoria tua est Sylla . deinde ad
iecit . arsurum esse capitolium . Hec cum dixisset . continuo egressus
e castris postera die conatatior reuersus est . et capitolium arsisse
clamauit . Arserat autem re uera capitolium . quod quidem demoni
preuidere facile fuit . et celerrime nuntiare . Illud sane intende . quod
ad causam maxime pertinet . sub qualibus diis esse cupiant . qui blas
phemant saluatorem uoluntates fidelium a dominatu demonum libe
rantem . clamauit homo uaticinando . uictoria tua est Sylla . atque ut id
diuino spiritu clamasse crederetur . nuntiauit etiam aliquid et prope
futurum . et mox factum . unde longe aberat . per quem ille spiritus
loquebatur . non tamen clamauit a sceleribus parce Sylla . que illic
uictor tam horrenda commisit . cui corona aurea ipsius uictorie illu
strissimum signum in uitulino iecore apparuit . qualia signa si dii iusti
dare solerent ac non demones impii . profecto illis extis nepharia
potius atque ipsi Sylle nociua grauiter mala futura monstrarent . neque
enim eius dignitati tantum profuit illa uictoria . quantum nocuit cu
piditati . Qua factum est . ut inmoderatius inhians . et secundis rebus
elatus ac precipitatus magis ipse periret in moribus . quam inimicos in cor

Bellona

poribus perderet. hec illi dii uere tristia uereque lugenda non extis nec
auguriis. non cuiusquam somnio uel uaticinio pronuntiabant. Magis
enim timebant ne corrigeretur. quam ne uinceretur. immo uero satis
agebant ut uictor ciuium gloriosus uictus atque captiuus nephandis
uitiis et propter hoc ipsis etiam demonibus multo obstinatius sub
deretur;

· ut corrigeretur

· Capitulum · XXV ·

Quantum maligni spiritus ad flagitia incitent homines. cum committendis sceleribus quasi diuinam exempli sui ponunt auctoritatem;

HInc uero quis non intelligat. quis non uideat. nisi qui
tales deos imitari eligit. quam diuina gratia ab eorum societa
te separi. quantum moliantur maligni spiritus isti. exemplo
suo uelut diuinam auctoritatem prebere sceleribus. quod etiam in
quadam campanie lata planitie. ubi non multo post ciuiles acies
nephario prelio conflixerunt. ipsi inter se prius pugnare uisi sunt.
Namque ibi auditi sunt primum ingentes fragores. moxque multi se ui
disse nuntiarunt. per aliquot dies duas acies preliari. que pugna ubi
destitit. uestigia quoque uelut hominum et equorum quanta de illa con
flictatione exprimi poterant inuenerunt. Si ergo ueraciter inter se
numina pugnauerunt. iam bella ciuilia excusantur humana. Con
sideretur tamen que sit talium deorum uel malitia uel miseria. Si
autem se pugnasse finxerunt. quid aliud egerunt. nisi ut sibi romani
bellando ciuiliter tamquam deorum exemplo nullum nephas admittere
uiderentur. Iam enim ceperant bella ciuilia. et aliquot nephandorum
preliorum strages execrande processerant. Iam multos mouerat quod
miles quidam dum occisorum spolia detraheret. fratrem nudato cada
uere agnouit. ac detestatus bella ciuilia. se ipsum ibi perimens fraterno
corpori adiunxit. Ut ergo tanti huius mali minime tederet. sed
armorum scelestorum magis magisque ardor incresceret. noxii demones
quos illi deos putantes colendos et uenerandos arbitrabantur. inter
se pugnantes hominibus apparere uoluerunt. Ne imitari tales pug
nas ciuica trepidaret affectio. sed potius humanum scelus diuino
excusaretur exemplo. hac astutia maligni spiritus etiam ludos unde
multa iam dixi scenicos sibi dicari sacrarique iusserunt. ubi tanta
deorum flagitia theatricis canticis atque fabularum actionibus celebra
bantur. ut et quisquis eos talia fecisse crederet. et quis non crederet. et
quisquis non crederet. sed tamen illos libentissime sibi talia exhiberi
cerneret. securus imitaretur. Ne quis itaque existimaret in deos conuitia

· magis

· Non nulli affirmant etiam nunc ibi eadem portenta sentire ·

potius quam eis dignum aliquid scriptitasse. ubicumque illos inter se pugnasse
poete commemorarunt. ipsi ad decipiendos homines poetarum carmina
firmauerunt. pugnas uidelicet suas non solum per scenicos in theatro
uerum etiam per se ipsos in campo humanis oculis exhibentes. Hec di
cere compulsi sumus quoniam pessimis moribus ciuium romanam rem
publicam iam antea perditam fuisse. nullamque remansisse ante
aduentum domini nostri ihesu christi auctores eorum dicere et
scribere minime dubitarunt. Quam perditionem diis suis non
imputant. qui mala transitoria [quibus mali siue inuoluntur siue euadant, pereunt. Et in] quibus boni seu uiuant seu mori
antur perire non possunt. christo nostro imputant. cum christus noster
tanta frequentet pro moribus optimis precepta contra perditos mores.
Dii uero ipsorum nullis talibus preceptis egerunt aliquid cum suo culto
re populo pro illa re publica ne periret. immo eosdem mores uelut
suis exemplis auctoritate noxia corrumpendo egerunt potius ut
periret. quam non ideo ut arbitror tunc perisse quisquam iam dicere
audebit. quia discessere omnes aditis arisque relictis dii. uelut a
mici uirtutibus. cum uitiis hominum offenderentur. quia tot
signis extorum auguriorum uaticiniorum quibus se tanquam
presagos futurorum adiutoresque preliorum iactare atque commen
dare gestiebant. conuincuntur fuisse presentes. Qui si uere abces
sissent. mitius romani in bella ciuilia suis cupiditatibus quam illorum
instigationibus exarsissent;

De secretis demonum monitis que pertinebant ad bonos mores, cum palam in sacris eorum omnis nequitia disceretur; Capitulum xxvi.

Quae cum ita sint. palam aperteque turpitudines crudeli
tatibus mixte et obprobria numinum et crimina si
ue prodita siue conficta ipsis exposcentibus et nisi fie
rent irascentibus etiam certis et statutis solemnitatibus consecra
ta illis et dicata claruerint. atque ad omnium oculos ut imitanda pro
ponerentur spectanda processerint: Quid est quod idem ipsi de
mones qui se huiuscemodi uoluptatibus inmundos esse spiritus con
fitentur. qui suis flagitiis et facinoribus siue indicatis siue si
mulatis eorumque sibi celebratione petita ab impudentibus ex
torta a prudentibus auctores se uitae scelestae immundeque testantur.
perhibentur tamen in abditis suis secretisque penetralibus dare que
dam precepta bona de moribus quibusdam uelut electis sacratis
suis. quod si ita est. hoc ipso callidior aduertenda est et conuincenda

· N̄o ·

malitia spirituum noxiorum. Tanta enī uis est probitatis & castitatis. ut omnis uel pene omīs eius laude moueatur humana natura. nec usq; adeo turpitudine sit uitiosa. ut totum sensum honestatis amittat. ꝑinde malignitas demonum nisi alicubi se quēadmodum scriptum in nr̄is litteris nouimus transfiguret in angelos lucis. non implet negotium deceptionis. Foris itaq; populis celeberrimo strepitu impietas impura circūsonat. & intus paucis castitas simulata uix sonat. ꝑbentur propatula pudendis & secreta laudandis. decus latet & dedecus patet. Quod malum geritur omnes conuocat spectatores. quod bonū dicitur uix aliquos inuenit auditores. tanq̄m honesta erubescenda sint & inhonesta glorianda. Sed ubi hoc. nisi in demonum templis. ubi nisi in fallacie diuersoriis. Illud enī fit ut honestiores qui pauci sunt capiantur. hoc aut̄ ne plures qui sunt turpissimi corrigantur.

Ubi et quando secrati celestis audiebant castitatis precepta nescimus.

ante ipsum tn̄ delubrum ubi simulachrum illud locatum conspiciebamus. uniuersi undiq; confluentes. & ubi quisq; poterat stantes. ludos qui agebant intentissime spectabamus. intuentes alternante conspectu. hinc meretritiam pompam. illinc uirginē deam. illam suppliciter adorari ante illam turpia celebrari.

Non ibi pudibundos mimos. nullam uerecundiorem scenicam uidimus cuncta obscenitatis implebant officia. Sciebatur uirginali numini qd placeret. & exhibebatur quod de templo domum matrona doctior reportaret. Non nulle pudentiores auertebant faciem ab impuris motibus scenicoꝝ. & artem flagitii furtiua intentione discebant. hominibus namq; uerecundabantur ne auderent impudicos gestus ore libero cernere. sed multo minus audebant sacra eius q̄m uenerabantur casto corde damnare. hoc tamen palam discendum prebebatur in templo. ad quod perpetrādum saltem secretum querebatur in domo. mirante nimium si ullus ibi erat pudore mortalium. qͥ humana flagitia non libere homines committerent. quę apud deos etiā religiose discerent iratos habituri. nisi etiā exhibere curarent. Quis enim alius sp̄s occulto instinctu nequissimas agitans mentes instat faciendis adulteriis. & pascitur factis. nisi qui etiam sacris talibus oblectatur. constituens in templis simulachra demonum. amans in ludis simulacra uitioꝝ. susurrans in occulto uerba iustitię ad decipiendos etiam paucos bonos. frequentans in aperto inuitamēta

nequitie ad possidendos innumerabiles malos;

Quanta eversione publice discipline [illegible] diis suis sacrandis placuerit scena ludorum; Capitulum xxvii.

SIR gravis et philosophus Tertulius edilis futurus clamat in auribus civitatis inter cetera sui magistratus officia sibi Floram matrem ludorum celebritate placandam. qui ludi tanto devotius quanto turpius celebrari solent. Dicit in alio loco iam consul in extremis periculis civitatis ludos per decem dies factos. neque rem ullam quae ad deos placandos pertineret pretermissam. quasi non satius erat tales deos irritare temperantia quam placare luxuria. et eos honeste etiam ad inimicitias provocare quam tanta deformitate lenire. Neque enim gravius fuerant qualibet crudelissima inmanitate nocituri homines propter quos placabantur, quam nocebant ipsi cum vitiositate fedissima placarentur. quandoquidem ut averteretur quod metuebatur ab hoste in corporibus. eo modo dii conciliabantur quo virtus debellaretur in mentibus. Qui non opponerentur defensores oppugnatoribus menium. nisi prius fierent expugnatores morum bonorum. hanc talium numinum placationem petulantissimam impurissimam impudentissimam nequissimam immundissimam cuius auctores laudanda romane virtutis indoles honore privavit. tribu amovit. agnovit turpes. fecit infames: Hanc inquam pudendam vereque religioni adversandam et detestandam talium numinum placationem fabulas in deos illecebrosas atque criminosas. hec ignominiosa deorum vel scelerate turpiterque facta vel sceleratius turpiusque conficta. oculis et auribus publicis civitas tota discebat. hec commissa numinibus placere cernebat. et ideo non solum illis exhibenda. sed sibi quoque imitanda credebat. Non illud nescio quid velut bonum et honestum. quod tam paucis et tam occulte dicebatur. si tamen dicebatur. ut magis ne innotesceret. quam ne non fieret timeretur.

Tertulius

De christiane religionis salubritate; Capitulum xxviii.

AB istarum immundissimarum potestatum tartareo iugo et societate penali erui per Christi nomen homines et in lucem saluberrime pietatis ab illa perniciosissime impietatis nocte transferri. queruntur et murmurant iniqui et ingrati et illo nephario spiritu altius obstrictiusque possessi. quia populi confluunt ad ecclesias casta celebritate honesta utriusque sexus discretione. ubi

· Hec usque in finem libri legantur attentius ·

audiant q̄ bene hic ad tempus uiuere debeant: ut post hanc uitã
beate semperq; uiuere mereantur. Ubi sancta scriptura iustitiæq;
doctrina de superiore loco in conspectu omium personante. et qui
faciunt audiant ad premium. & qui non faciunt audiant ad iu
dicium. Quo & si ueniunt quidam talium preceptorum irriso
res. omnis eo⁊ petulantia aut repentina mutatione deponitur. aut
timore uel pudore comprimitur. Nihil eñ eis turpe ac flagitiosum
spectandum imitandumq; ꝓponitur. ubi ueri dei aut precepta insi
nuantur. aut miracula narrantur. aut dona laudantur. aut beneficia
postulantur;

De abiciendo cultu deo⁊ cohortatio ad Romanos; Capłm. xxix.

Progenies Regulo⁊. Sceuola⁊. Scipionũ. Fabritio⁊.

Hec potius concupisce o indoles romana laudabilis. o pro
genies regulo⁊. Sceuolarum. Scipionum. fabritiorum.
hec concupisce potius. hec ab illa turpissima uanitate &
fallacissima demonum malignitate discerne. Si quid in te laudabi
le naturaliter eminet. non nisi uera pietate purgatur atq; ꝑficitur.
impietate aut disperditur & punitur. Nunc iam elige qd sequaris
ut non in te. sed in deo uero sine ullo errore lauderis. Tunc eñ tibi
gloria popularis affuit. sed occulto iam iudicio diuine prouidentiæ
uera religio quam eligeres defuit. Expergiscere. dies est. sicut exper
recta es in quibusdam. de quorum uirtute perfecta. & pro fide uera.
etiã passionibus gloriamur. qui usq; quaq; aduersus ꝑtates inimicis
simas confligentes easq; fortiter moriendo uincentes sanguine nobis
hanc patriam peperere suo. ad hanc patriam te inuitamus & ex
hortamur. ut eius adiunaris numero ciuium. cui' quodammodo
asylum est uera remissio peccatorum. Non audias degeneres tuos
xpo xpianisue detrahentes. & accusantes uelut tempa mala. cum
querant tempora. quibus non sit quieta uita. sed potius secura
nequitia. hec tibi nunq̄ nec pro terrena pria placuerunt. Nunc
iam celestem accipe. pro qua minimum laborabis. & in ea uera
citer semperq; regnabis. Ibi enim tibi non uestalis focus. non lapis
capitolinus. sed deus unus & uerus. nec metas rerum. nec tempora
ponet. imperium sine fine dabit. Noli deos falsos fallacesq; requi
rere. abice potius atq; contemne in ueram emicans libertatem.
Non sunt dii. maligni sunt spiritus. quibus eterna tua foelicitas
pena est. Non tam Iuno troianis a quibus carnalem originem
ducis arces uidetur inuidisse romanas. q̄m isti demones quos ad

huc deos putas, omni generi hominum, sedes inuident sempiternas.
Et tu ipsa non parua ex parte de talibus spiritibus iudicasti, quando ludis
eos placasti, et per quos homines eosdem ludos fecisti, infames esse
uoluisti. Patere asseri libertatem tuam aduersus immundos spiritus,
qui tuis ceruicibus imposuerat sacrandam sibi et celebrandam
ignominiam suam, auctores criminum diuinorum remouisti ab hono
ribus tuis. Supplica deo uero, ut a te remoueat illos deos qui de
lectantur criminibus seu ueris quod ignominiosum est, seu falsis quod (i. suis.)
malitiosissimum est. Bene quod tua sponte histrionibus et sceni
cis societatem ciuitatis patere noluisti. Euigila plenius, nullo mo
do his artibus placatur diuina maiestas quibus humana dignitas in
quinatur. Quo igitur pacto deos qui talibus delectantur obse
quiis, bene putas in numero sanctarum celestium potestatum, cum
homines per quos eadem aguntur obsequia, non putasti habendos
in numero qualiumcumque ciuium romanorum. Incomparabiliter
superna est ciuitas clarior, ubi uictoria ueritas, ubi dignitas san
ctitas, ubi pax foelicitas, ubi uita eternitas. Multo minus in sua
societate tales habet deos, si tu in tua tales homines habere erubuisti.
proinde si ad beatam peruenire desideras ciuitatem, deuita de
monum societatem. Indigne ab honestis coluntur, qui per turpes
placantur. Sic isti a tua societate remoueantur purgatione xpiana,
quomodo illi a tua dignitate remoti sunt notatione censoria.
De bonis autem carnalibus quibus solis mali perfrui uolunt, et de ma
lis carnalibus que sola perpeti nolunt, quod neque in his habeant quam
putant habere isti demones potestatem, quamquam si haberent, deberemus
potius ista contemnere, quam propter ista illos colere, et illos colendo
ad ea que nobis inuident peruenire non posse. Tamen nec in istis
eos hoc ualere quod hi putant, qui propter hec eos coli oportere con
tendunt, deinceps uidebimus, ut hic sit huius uoluminis modus;

Incipiunt Capitula Tertii libri de Ciuitate dei Aurelii Au
gustini doctoris eximii Iponensis Episcopi :—

AVRELII. AVGVSTINI. DOCTORIS. EXIMII. IPONENSIS. EPISCOPI. INCIPIT. LIBER. TERTIVS. DE. CIVITATE DEI. LEGE. FOELICITER :—

De aduersitatibus quas soli mali metuunt. & quas semper passus
est mundus cum deos coleret; . Capitulum . i.

IAm satis dictum esse arbitror de morum
malis & animorum que precipue cauenda
sunt. nihil deos falsos populo cultori suo,
quo minus eorum malorum aggere premeretur.
subuenire curasse: sed potius ut maxime
premeretur egisse. Nunc de illis malis uideo
dicendum que sola isti perpeti nolunt. qua
lia sunt fames. morbus. bellum. expoliatio.
captiuitas trucidatio. & si qua similia iam in primo libro comme
morauimus. hec enim sola mali deputant mala. quae non faciunt
malos. nec erubescunt inter bona. que laudant ipsi mali esse qui
laudant. magisque stomachantur si uillam malam habeant. quam
si uitam. quasi hoc sit hominis maximum bonum. habere bona omnia
preter se ipsum. Sed neque talia mala que isti sola formidant. eorum
dii quando ab eis libere colebantur ne illis acciderent obstiterunt.
Cum enim uariis per diuersa temporibus ante aduentum redemptoris
nostri innumerabilibus non nullisque etiam incredibilibus cladibus
genus contereretur humanum. quos alios quam istos deos mundus colebat.
excepto uno populo hebreo & quibusdam extra ipsum populum ubicum
que gratia diuina digni occultissimo atque iustissimo dei iudicio fuerunt.
Verum ne nimium longum sermonem faciam tacebo. Aliarum usque
quaque gentium mala grauissima. quod ad Romam pertinet, ro
manumque imperium tantum loquar. id est ad ipsam proprie ciuitatem.
& quecumque illi terrarum uel societate coniuncte. uel conditione
subiecte subdite sunt. que sint perpesse ante aduentum christi. cum iam
ad eius quasi corpus rei publice pertinerent;

An dii qui a romanis & a grecis similiter colebantur. causas habue
rint quibus ilium paterentur excidi; · Capitulum · ii.

PRimum ipsa Troia uel Ilium unde est origo populi romani.
neque pretereundum est aut dissimulandum quod & in pri
mo libro attigi. eosdem deos habens & colens. cur a grecis ui
ctum captum atque deletum est. Priamo inquiunt paterna sunt
reddita Laomedontea patrna periuria. Ergo uerum est quod apollo
atque Neptunus eidem Laomedonti mercennariis operibus seruierunt.

illis qui quippe promisisse mercedem falsumque iurasse perhibetur.
Miror apollinem nominatum diuinatorem, in tanto opificio laborasse.
nescientem quod laomedon fuerat promissa negaturus. cum nec ipsum
Neptunum patruum eius fratrem iouis. regem maris. decuit ignarum
esse futurorum. Nam hunc Homerus de stirpe enee, de cuius posteris
Roma est cum ante illam urbem conditam idem poeta fuisse dicatur.
inducit magnum aliquid diuinantem. que etiam nubes rapuit: ut
dicit, ne ab Achille occideretur cuperet conuertere ab imo. quod apud
Virgilium confitetur. structa suis manibus periure menia troie. Nesci
entes igitur tanti dii Neptunus et apollo laomedontem sibi negaturum
esse mercedem, structores menium troianorum gratis et ingratis fue
runt. Videant ne grauius sit tales deos credere. quam diis talibus peierare.
hoc enim nec ipse Homerus facile credidit: qui neptunum quidem
contra troianos, apollinem autem pro troianis pugnantem facit. cum
illo periurio ambos fabula narret offensos. Si igitur fabulis credunt,
non obtendant troiana periuria aut mirentur deos periuria pu
nisse troiana. amasse romana. Vnde enim coniuratio Catiline in tanta
tamque corrupta ciuitate. habuit etiam eorum magnam copiam. quos
manus atque lingua periurio aut ciuili sanguine alebat, Quid enim
aliud totiens senatores corrupti in iudiciis. totiens populus in suffra
giis uel in quibuscumque causis que apud eum contionibus agebantur.
nisi etiam peierando peccabant. Namque corruptissimis moribus ad
hoc mos iurandi seruabatur antiquitus. non ut a sceleribus metu re
ligionis prohiberentur. sed ut periuria quoque sceleribus ceteris adderen
tur. Nulla itaque causa est. quare dii quibus ut dicunt steterat illud im
perium, cum a grecis preualentibus pro bentur uicti. troianis peiera
tibus fingantur irati;

Non potuisse offendi deos paridis adulterio. quod inter ipsos tradit frequenter ostensum; Capitulum. Tertium.

Nec de adulterio paridis ut rursus a quibusdam defenduntur.
ut troiam desererent: succensuerunt. Auctores enim doctores
que peccatorum esse assolent. non ultores. Vrbem romanam inquit
Salustius sicut ego accepi condidere atque habuere in initio troiani.
qui Enea duce profugi sedibus incertis uagabantur. Si ergo adulte
rium paridis uindicandum numina censuerunt: aut magis in tro
ianis, aut certe etiam in romanis puniendum fuit. quia enee mater
hoc fecit. Sed quomodo in illo illud flagitium oderant: qui in sua

Homerus.
Virgilius.
erubescant talia colere numina. si fabulis non credunt.
Catilina
sint
al's Nec adulterium paridis ut rursus a quibusdam defenduntur uictoria ulciscendum censuerit
Salustius.

socia ueneri non oderant. ut alia omittam quod cum anchise com
miserat ex quo eneam pepererat. An quia illud factum ē indignan
te Menelao illud aūt concedente Vulcano. Dii enī ut credo non ze
lant coniuges suas usq; adeo ut eas etiā cum hominibus dignentur
hr̄e communes. Irridere fabulas fortassis existimor. nec grauiter a
gere tanti ponderis causam. Non ergo credamus si placet eneam esse
ueneris filium. ecce concedo. sed nec Romulum martis. Si autem
illud cur non & illud. An deos hominibꝰ feminis mares aūt hoīes (/. fas est)
deabus misceri nephas. Dura potius uel non credenda conditio quod
ex iure ueneris in concubitu martis libuit. hoc in iure suo ueneri nō
licere. At utrunq; firmatum ē auctoritate romana. Neq; enī minus
credidit recentior cesar auiam uenerem. q̄ patrem antiquior Ro
mulus martem;

De sententia Varronis quia utile esse dixit ut se homines diis geni
genitos mentiantur; · Capitulum .iiij.

(Varro.)

Dixerit aliquis ita ne tu ista credis. ego uero ista non credo. Nam
& uir doctissimus eorum Varro hec falsa esse quis non auda
cter atq; fidenter pene tamen fatetur. Sed utile esse ciuita
tibus dicit. ut se uiri fortes etiā si sit falsum. diis genitos esse credāt.
ut eo modo animus humanus uelut diuine stirpis fiduciam gerens
res magnas aggrediendas presumat audacius. agat uehementius. &
ob hoc impleat ipsa securitate felicius. Que Varronis sententia ex
pressa ut potui meis uerbis cernis q̄ latum locum aperiat falsitati. u
bi intelligamus plura iam sacra & quasi religiosa potuisse confingi.
ubi putata sunt ciuibus etiā de ipsis diis prodesse mendacia;

Non probari quod dii adulterium paridis punierint. quod in matre
Romuli non ulti sunt; · Capitulum .V.

Sed utrum potuerit uenus ex concubitu anchise eneam parere.
uel Mars ex concubitu filie numitoris romulum gignere. in
medio relinquamus. Nam pene talis questio de nostris scri (/ etiam)
pturis oboritur. qua queritur. utrū preuaricatores angeli cū filiabꝰ
hominum concubuerint. unde nati gigantibus id est nimium
grandibus ac fortibus uiris tunc terra completa ē. Proinde ad utrū
q; interim modo nr̄a disputatio referatur. Si enī uera sunt que apd
illos de matre enee & de patre romuli lectitant. quomodo possunt
diis adulteria displicere hominum. que in se ipsis concorditer fe
runt. Si aūt falsa sunt. nec sic quidem possunt irasci ueris adulte

ris humanis, qui etiam falsis delectantur suis. Huc accedit quoniam
si illud de marte non creditur, ut hoc quoque de venere non credatur;
nullo divini concubitus obtentu matris romuli causa defenditur.
Fuit autem sacerdos illa vestalis, ideo dii magis in romanos sacrilegium
illud flagitium quam in troianos paridis adulterium vindicare de-
buerunt. Nam et ipsi romani antiqui in stupro detectas vestales
sacerdotes vivas etiam defodiebant. Adulteras autem feminas quamvis
aliqua damnatione, nulla tamen morte plectebant; usque adeo gravius
putabant adita divina quam humana cubilia vindicari;

ł vestae

De paricidio Romuli quod dii non vindicaverunt; . Capitulum . VI .

Aliud adiuro. quia si peccata hominum illis numinibus di-
splicerent. ut offensi paridis facto desertam troiam ferro ig-
nibusque donarent. magis eos contra romanos moveret romu-
li frater occisus. quam contra troianos grecus maritus illusus. Magis
irritaret paricidium nascentis quam regnantis adulterium civitatis.
Nec ad causam quam nunc agimus interest utrum fieri Romulus
iusserit aut romulus fecerit. quod multi impudentia negant. mul-
ti pudore dubitant. multi dolore dissimulant. Nec nos itaque in ea
re diligentius requirenda, per multorum scriptorum testimonia de-
moremur. Romuli fratrem palam constat occisum. non ab hostibus
non ab alienis. Si autem perpetravit aut imperavit hoc Romulus.
magis ipse fuit romanorum quam paris troianorum caput. Cur igitur
troianis iram deorum provocavit ille alienae coniugis raptor; et
eorundem deorum tutelam romanis invitavit iste sui fratris extinctor.
Si autem illud scelus a facto imperioque Romuli alienum est. quoniam
debuit totum utique vindicari tota hoc illa civitas fecit. quod tota
contempsit. et non iam fratrem. sed patrem, quod peius est, occidit.
Uterque enim fuit conditor. ubi alter scelere ablatus non permissus est
esse regnator. Non est ut arbitror quod dicatur quid mali troia meru-
erit ut eam dii desererent quo posset extingui. et quid Roma boni
ut eam dii inhabitarent quo posset augeri. nisi quod victi inde fu-
gerunt et se ad istos quos pariter deciperent contulerunt. immo
vero et illic manserunt, ad eos more suo decipiendos qui rursus
easdem terras habitarent. et hic easdem artes fallaciae suae magis
etiam exercendo maioribus honoribus gloriati sunt;

ł hoc

ł perpensa

De eversione ilii quod dux marii fimbria excidit;
. Capitulum . septimum .

Fimbria

Certe enim ciuilibus iam bellis scatentibus quid miserum com
miserat ilium: ut a fimbria marianarum partium homine
pessimo euerteretur multo ferocius atque crudelius. quam olim
a grecis. Nam et tunc multi inde fugerunt: et multi captiuati sal
tem in seruitute uixerunt. Porro autem fimbria prius edictum pro
suit. ne cui parceretur. atque urbem totam cunctosque in ea homines
incendio concremauit. hoc meruit ilium non a grecis quos sua ir
ritauerat iniquitate. sed a romanis quos illa calamitate propaga
uerat. diis illis communibus ad haec repellenda nihil iuuantibus.
sed quod uerum est nihil ualentibus. Nunquid et tunc abscessere
omnes aditis arisque relictis dii quibus illud oppidum steterat post
antiquos grecorum ignes ruinasque reparatum. Si autem abscesserant.
causam requiro et oppidanorum quidem quanto inuenio meliorem,
tanto deteriorem deorum. illi enim contra fimbriam portas clauserant,
ut Syllae seruarent integram ciuitatem. hic eos iratus incendit.
uel potius penitus extinxit. Adhuc autem meliorum partium ciui
lium Sylla dux fuit. adhuc armis rem publicam recuperare moli
ebatur. horum bonorum initiorum nondum malos euentus habuit.
Quid ergo melius ciues illius urbis facere potuerunt. quid honestius.
quid fidelius. quid romana parentela dignius. quam meliori causae
romanorum ciuitatem seruare. et contra parricidam romanae rei
publicae portas claudere. Et hoc eis in quantum exitium uerterit.
attendant defensores deorum. Deseruerint dii adulteros. iliumque
flammis grecorum reliquerint. ut ex eius cineribus Roma ca
stior nasceretur. Cur et postea deseruerunt eandem ciuitatem ro
manis cognatam. non rebellantem aduersus Romam nobilem
filiam. sed iustioribus eius partibus fidem constantissimam piissima
que seruantem. eamque delendam reliquerunt non grecorum uiris
fortibus. sed uiro spurcissimo romanorum. Aut si displicebat diis
causa partium syllanarum. cui seruantes urbem miseri portas
clauserant. cur eidem Syllae tanta bona promittebant et prenuntia
bant? An et hinc agnoscuntur adulatores foelicium potiusque in
foelicium defensores. Non ergo ilium etiam tunc ab eis cum euerte
retur desertum est. Nam demones ad decipiendum semper uigilan
tissimi quod potuerunt fecerunt. Euersis quippe et incensis omnibus
cum oppido simulacris solum mineruae sub tanta ruina templi
illius ut scribit Liuius integrum stetisse perhibetur. Non ut diceretur

Liuius

dii patrii quorum semper sub numine troia est. ad deorum laudem. sed ne diceretur. excessere omnes aditis arisque relictis dii. ad eorum defensionem. Illud enim posse permissi sunt non unde probarentur potentes. sed unde presentes convincerentur;

An debuerit diis Iliacis Roma committi; Capitulum viii.

Diis itaque iliacis post troie ipsius documentum qua tandem prudentia Roma custodienda commissa est. Dixerit quispiam iam eos rome habitare solitos quando expugnante fimbria cecidit ilium. Unde ergo stetit minerve simulacrum. Deinde si apud romam erant quando fimbria delevit ilium. fortasse apud ilium erant quando a gallis ipsa roma capta et incensa est. Sed ut sunt auditu acutissimi motuque celerrimi. ad vocem anseris cito redierunt. ut saltem capitolinum collem qui remanserat tuerentur. Ceterum ad alia defendenda serius sunt redire commoniti;

An illam pacem que sub Nume regno fuit deos prestitisse credendum sit; Capitulum. ix.

Hii etiam Numam pompilium successorem romuli adiuvisse creduntur. ut in toto tempore regni sui pacem haberet et Iani portas que bellis patere assolent clauderet. eo merito scilicet quia romanis multa sacra constituit. Illi vero homini pro tanto ocio gratulandum fuit. si modo id rebus salubribus scisset inpendere et perniciosissima curiositate neglecta deum verum vera pietate perquirere. Nunc autem non ei dii contulerunt illud ocium. sed eum fortasse minus decepissent si ociosum minime repperissent. Quanto enim minus eum occupatum invenerunt. tanto magis ipsi occupaverunt. Nam quid ille molitus sit. et quibus artibus deos tales sibi vel illi civitati consociare potuerit. Varro prodit. quod si domino placuerit. suo diligentius loco disseretur. Modo autem quia de beneficiis eorum questio est. magnum beneficium est pax. sed dei veri beneficium est. Plerumque etiam sicut sol sicut pluvia vitaeque alia subsidia super ingratos et nequam. Sed si hoc tam magnum bonum dii illi rome vel Pompilio contulerunt. cur imperio romano per ipsa tempora laudabilia id numquam postea prestiterunt. An utiliora erant sacra cum instituerentur. quam cum instituta celebrarentur. Atqui tunc nondum erant. sed ut essent addebantur. postea vero iam erant. que ut prodessent custodiebantur. Quid ergo est quod illi quadraginta tres. vel ut alii volunt. triginta et novem anni in tam longa pace transacti sunt regnante Numa. et postea sacris institutis diisque ipsis qui eisdem sacris

Numa pompilius.

Varro.

fuerant in ciuitate iam presidibus atque custodibus. uix post tam multos
annos ab urbe condita usque ad augustum, pro magno miraculo u-
nus commemoratur annus, post bellum primum punicum quo bel-
li portas romani claudere potuerunt;

Augustus.

An optandum fuerit ut tota bellorum rabie romanorum augeretur imperium.
cum eo studio quo sub Numa auctum est ut quietum esse potuisset
nihil tutum; Capitulum . x.

AN respondent. quod nisi assiduis sibique continuo succedenti-
bus bellis romanum imperium tam longe lateque non
posset augeri & tam grandi gloria diffamari. idonea uero
causa, ut magnum esset imperium, cur esse deberet inquietum.
Nonne in corporibus hominum, satius est modicam staturam cum
sanitate habere. quam ad molem aliquam giganteam perpetuis afflictionibus
peruenire. nec cum perueneris requiescere. sed quanto grandioribus mem-
bris. tanto maioribus agitari malis. Quid autem mali esset. ac non po-
tius plurimum boni. si ea perdurarent tempora. que perstrinxit
Salustius ubi ait. Igitur initio reges nam in terris nomen imperii id
primum fuit, diuersi pars ingenium alii corpus exercebant. & tum
uita hominum sine cupiditate agitabatur sua cuique satis placebat.
An ut tam multum augeretur imperium. debuit fieri. quod Virgilius
detestatur dicens. deterior donec paulatim ac decolor etas & belli
rabies & amor successit habendi. Sed plane pro tantis bellis suscep-
tis et gestis iusta defensio romanorum est. quod irruentibus sibi impor-
tune inimicis resistere cogebat non auiditas adipiscende laudis
humane. sed necessitas tuende salutis & libertatis. Ita sit plane.
Nam postquam res eorum, sicut scribit ipse Salustius. legibus moribus
agris aucta. satis prospera. satisque pollens uidebatur, sicuti pleraque
mortalium habentur, inuidia ex opulentia orta est. Igitur reges po-
pulique finitimi bello temptare. pauci ex amicis auxilio esse. nam ce-
teri metu perculsi aberant. At romani domi militieque intenti festi-
nare parare. alius alium hortari hostibus obuiam ire. libertatem
patriam. parentesque armis tegere. Post ubi pericula uirtute propule-
rant. sociis atque amicis auxilia portabant. magisque dandis quam accipi-
endis beneficiis amicitias parabant. Decenter his artibus Roma
creuit. Sed regnante Numa, ut tam longa pax esset. utrum ir-
ruebant improbi. belloque temptabant. an nihil eorum fiebat. ut
posset pax illa persistere? Si enim bellis etiam tunc Roma lacessebatur

Salustius.

Virgilius.

Ex historia Salustii.

t a periculis

nec armis arma obuiā ferebantur: quibus modis agebatur ut nulla pu
gna superati nullo martis impetu territi sedarentur inimici. His mo
dis semper ageretur ut semper roma clausis iani portis pacata regna
ret. quod si in potestate non fuit: non ergo Roma pacem hūit q̄ diu
dii eorum. sed q̄ diu finitimi homines circūquaq; uoluerunt. qui
eam nullo bello prouocauerunt. nisi forte dii tales etiam id homini
uendere audebant. quod alius homo uoluit siue noluit. Interest
quidem iam uitio ꝓprio malas mentes quatenus sinantur isti de
mones uel terrere uel excitare. Sed si semper hoc possent. nec ali
ud secretiore ac superiore potestate contra eorum conatum sæpe
aliter ageretur. sēp in potestate hrēnt paces bellicasq; uictorias. q̄
semper fere per humanorum animorum motus accidunt. Quas tamē
plerumq; contra eorum fieri uoluntatem non sole fabule multa
mentientes & uix ueri aliquid indicantes uel significantes. sed ēt
ipsa romana confitetur historia;

p deorū

De simulacro cumani apollinis. cuius fletus creditus est cladem gre
corum quibus opitulari non poterat indicasse; - Capitulum. xi.

Neq; enim aliunde apollo ille Cumanus cum aduersus ache
os regemq; arystonicum bellaretur: quatriduo fleuisse nū
tiatus est. Quo prodigio aruspices territi cum id simulacrū
in mare putauissent esse proiciendum. cumani senes intercesserūt
atq; retulerunt. tale prodigium & antiochi & persis bello in eodem
apparuisse figmento. & quia romanis foeliciter prouenisset. & a
senatus consulto eidem apollini sua dona missa esse testati sunt.
Tunc uelut peritiores acciti aruspices responderunt. simulacri apolli
nis fletum ideo prosperum esse romanis. qm̄ cumana colonia greca
esset. suisq; terris unde accitus esset. id ē ipsi grecie. & luctum et
cladem apollinem significasse plorantem. Deinde mox regem a
ristonicum uictum & captum esse nuntiatum ē. quem uinci utiq;
apollo nolebat & dolebat. et hoc sui lapidis etiā lacrymis indicabat.
Unde non usq; quaq; incongrue quāuis fabulosis tamen ueritati sibi
mores demonum describuntur carminibus poetarum. Nam camil
lam diana doluit apud Virgilium. & palantem moriturum Her
cules fleuit. hinc fortassis & numa pompilius pace abundans sed
quo donante nesciens nec requirens cum cogitaret ociosus quibus
nam diis tuendam romanam salutem regnumq; committeret. Nec
uerum illum atq; omnipotentem summum deum curare opinaret

Apollo cumanus

Virgilius

ista terrena atque recoleret troianos deos quos Eneas aduexerat · neque troianum neque lauiniense ab ipso Enea conditum regnum diu conseruare potuisse · alios prouidendos existimauit quos illis prioribus qui siue cum Romulo iam Romam transierant · siue quandoque alba euersa fuerant transituri · uel tanquam fugitiuis custodes adhiberet · uel tanquam inualidis adiutores ;

Quantos sibi deos romani preter constitutionem Nume adiecerint quorum eis numerositas nihil iuuerit ; · Capitulum · xii.

Nec his sacris tamen Roma dignata est esse contenta · que tam multa illic Pompilius constituerat · Nam ipsius summum templum nondum habebat Iouis · rex quippe Tarquinius ibi capitolium fabricauit · Esculapius autem ab epidauro ambiuit romam ut peritissimus medicus in urbe nobilissima artem gloriosius exerceret · Mater etiam deorum nescio unde a pessimunte · Indignum enim erat ut cum eius filius iam colli capitolino presideret · ipsa in loco ignobili latitaret · Que tamen si omnium deorum mater est · non solum secuta est quosdam romam filios suos · uerum et alios precessit etiam secuturos · Miror sane si ipsa peperit Cynocephalum qui longe postea uenit ex egypto · Utrum etiam dea febris ex illa nata sit · uiderit Esculapius pronepos eius · Sed undecunque nata sit · non opinor audebunt eam dicere ignobilem dii peregrini deam ciuem romanam · Sub hoc tot deorum presidio quos numerare quis potest · indigenas et alienigenas · celestes terrestres · infernos · marinos · fontanos · fluuiales · et ut Varro dicit certos atque incertos · in omnibusque generibus deorum sicut in animalibus mares et feminas · Sub hoc ergo tot deorum presidio constituta Roma · non tam magnis et horrendis cladibus · quales ex multis paucas commemorabo · agitari affligique debuit · Nimis enim multos deos grandi fumo suo tanquam signo dato ad tuitionem congregauerat · quibus templa altaria sacrificia sacerdotes instituendo atque prebendo · summum uerum deum · cui uni hec rite gesta debentur · offenderet · et felicior quidem cum paucioribus uixit · Sed quanto maior facta est · sicut nauis nautas · tanto plures adhibendos putauit · credo desperans pauciores illos · sub quibus in comparatione peioris uite · melius uixerat · non sufficere ad opitulandum granditati sue · Primo enim sub ipsis regibus excepto Numa pompilio de quo supra iam locutus sum quantum malum discordiosi certaminis fuit quod fratrem romuli coegit occidi ;

— : · Quo iure · : —

Marginalia: · Tarquinius · | ^ nata penestrinum monte insedit | adhuc | · Varro ·

Quo iure quo fędere Romani obtinuerunt prima coniugia ;

Quomodo nec Iuno quę cum Ioue suo ¶ · Capitulum · xiij ·
iam fouebat romanos rerum dn̄os gentemq; togatam nec
Venus ipsa eneadas suos potuit adiuuare, ut bono & ęquo
more coniugia mererent . cladesq; tanta irruit huius inopię . ut e
as dolo raperent . moxq; compellentur pugnare cum soceris, et mi
sere foeminę nondum ex iniuria maritis conciliatę iam parentū
sanguine dotarentur . At enī uicerunt in hac conflictatione roāni
uicinos suos . Quātis & q̄ multis utrinq; uulneribus ac funeribus
tam propinquorum & confinium iste uictorię constiterunt ? pp
unum cesarem socerum , & unum generum eius pompeium . iā
Iulia mortua cesaris filia uxore pompeij . q̄nto & q̄ iusto doloris
instinctu Lucanus exclamat . Bella per Emathios plusq̄ ciuilia
campos . Iusq; datum sceleri canimus . Vicerunt ergo romani .
ut strage socerorꝝ manibus cruentis ab eorū filiabus amplexus mise
rabiles extorquerent . nec illę auderent flere pres occisos . ne offende
rent uictores maritos quę adhuc illis pugnantibus pro quib; uota
facerent nesciebāt . Talibus nuptiis populum romanum non Venus
sed bellona dotauit . aut fortassis alletho illa inferna furia iam eis
fauente iunone plus in illis licentię habuit q̄ cum eius precibus con
tra Eneam fuiat excitata . Andromacha foelicius captiuata ē q̄ illa
illa coniugia romana nupserunt . licet seruiles tamen post eius am
plexus nullum Troianorꝝ pyrrhus occidit . Romani aūt soceros
interficiebant in prelijs quorum iam filias amplexabant in thalamis
Illa uictori subdita dolere tm̄ suorꝝ mortem potuit non timere .
Illę sociatae bellantibus parentum suorum mortes pcedentibus ui
ris timebant . redeuntibus dolebant nec timorem hn̄tes liberū nec
dolorem . Nam pp̄ter interitum ciuium propinquorꝝ fratrum ,
parentum aut pie cruciabant aut crudeliter letabantur uictorijs
maritorum . huc accedebat qđ ut sunt alterna bellorꝝ aliquę paren
tum ferro amiserant uiros . aliquę utrorūq; ferro & parentes et uiros
Neq; enī et apud romanos parua fuerunt illa discrimina . Siquidem
ad obsidionem quoq; peruentum ē ciuitatis . clausisq; portis se tu
ebantur . Quibus dolo apertis admissisq; hostibus intra menia in ipo
foro scelerata & nimis atrox inter generos socerosq; pugna comissa
est . Et raptores illi etiā supabantur . & crebro fugientes inter domos
suas grauius fedabant pristinas quāuis & ipsas pudendas lugendasq;

· Cesar socer ·
· Pompeius gener ·
· Iulia p. uxor Ce. filia
· Lucanus ·

uictorias. hic tamen Romulus de suorum uirtute iam desperans Iouem orauit ut starent. atque ille hac occasione nomen statoris inuenit. nec finis esset tanti mali. nisi rapte ille laceratis crinibus emicarent. & prouolute parentibus iram eorum iustissimam non armis uictricibus. sed supplici pietate sedarent. Deinde Titum tatium regem sabinorum socium regni Romulus ferre compulsus est. germani consortis impatiens. Sed quando & istum diu tolleraret qui fratrem geminumque non pertulit. Vnde et ipso interfecto ut maior deus esset. regnum solus obtinuit. Que sunt ista nuptiarum iura? que irritamenta bellorum? que federa germanitatis. affinitatis. societatis. diuinitatis? que postremo sub tot diis tutoribus uita ciuitatis? Vides quanta hinc & quam multa dici possent. nisi que supersunt nostra curaret intentio. & sermo in alia festinaret;

De impietate belli. quod albanis romani intulerunt & dominandi libidine adepta uictoria; · Capitulum · xiiii.

Qvid deinde post Numam sub aliis regibus? quanto malo non solum suo sed etiam romanorum in bellum albani prouocati sunt? quia uidelicet pax Nume tam longa uiluerat. quam crebre strages romani albanique exercitus fuerunt. & utriusque comminutio ciuitatis? Alba namque illa quam filius enee creauit aschanius. rome mater propior ipsa quam troia a Tullo hostilio prouocata conflixit. confligens autem. & afflicta est & afflixit. donec multorum tederet pari defectione certaminum. Tunc euentum belli de trigeminis hinc atque inde fratribus placuit experiri. A romanis tres Oratii. ab albanis autem tres Curiatii processerunt. A curatiis tribus duo. ab uno autem oratio tres curiatii superati & extincti sunt. ita Roma extitit uictrix ea clade etiam in extremo certamine. ut de sex unus rediret domum. cui damnum in utrisque? cui luctus nisi enee stirpi? nisi aschanii posteris? nisi proli ueneris? nisi nepotibus iouis? Nam & hoc plusquam ciuile bellum fuit. quando filia ciuitas cum ciuitate matre pugnauit. Accessit aliud huic tergeminorum pugne atrox atque horrendum malum. Nam ut erant ambo populi prius amici uicini quippe atque cognati. uni curatiorum desponsata fuerat oratiorum soror. hec postquam sponsi spolia in fratris uictoria conspexit. ab eodem fratre quoniam fleuit occisa est. humanior huius unius femine quam uniuersi populi romani mihi fuisse uidetur affectus. Illa que uirum iam fide media retinebat. aut forte etiam ipsum fratrem dolens

· Iuppiter stator.
· Alba.
· Ascanius.
· Tullus host.
t prior
· Oratii.
· Curiatii.
/ rege
/ Oratii

qui eum occiderat: cui promiserat sororem; puto quod non culpabiliter fleuerit. Vnde enim apud Virgilium pius Eneas laudabiliter dolet hostem etiam sua manu peremptum. Vnde Marcellus Syracusanam ciuitatem recolens eius paulo ante culmen et gloriam sub manus suas subito concidisse communem cogitans conditionem miseratus est flendo.

Queso ab humano impetremus affectu ut foemina sponsum suum a fratre suo peremptum sine crimine fleuerit: si uiri hostes a se uictos etiam cum laude fleuerunt. Ergo sponso a fratre illatam mortem quando foemina illa flebat: tunc se contra matrem ciuitatem tanta strage bellasse et tanta hinc et inde cognati cruoris effusione uicisse

Roma gaudebat. Quid mihi obtenditur nomen laudis nomenque uictorie: remotis obstaculis insane opinionis facinora nuda cernantur nuda pensentur nuda iudicentur. Causa dicatur albe sicut troie adulterium dicebatur nulla talis nulla similis inuenitur tamen ut desides moueret Tullus in arma uiros et iam desueta triumphis Agmina.

Illo itaque uitio tantum scelus perpetratum est socialis belli atque cognati, quod uitium Salustius magnum transeunter attigit. Cum enim laudans breuiter antiquiora commemorasset tempora quando uita hominum sine cupiditate agitabatur et sua cuique placebant: Postea uero inquit quam in asia cyrus in grecia lacedemonii et athenienses cepere urbes atque nationes subigere. libidinem dominandi causam belli habere maximam gloriam in maximo imperio putare et cetera que ipse instituerat dicere. mihi hucusque satis sit eius uerba posuisse. Libido ista dominandi magnis malis agitat et conterit humanum genus. hac libidine Roma tunc uicta albam se uicisse triumphabat et sui sceleris laudem gloriam nominabat. Quoniam laudatur inquit scriptura nostra peccator in desideriis anime sue. et qui iniqua gerit benedicitur. Fallacia igitur tegmina et deceptorie dealbationes auferantur a rebus ut sincero inspiciantur examine. Nemo mihi dicat magnus ille atque ille quia cum illo et pugnauit et uicit.

Pugnant etiam gladiatores uincunt et ipsi. habet premia laudis et illa crudelitas. Sed puto esse satius inertie poenas luere quam illorum cuiuslibet armorum gloriam querere. Et tamen si in harenam procederent pugnaturi inter se gladiatores quorum alter filius alter pater esset tale spectaculum quis ferret: quis non auferret: Quomodo ergo gloriosum alterius matris alterius filie ciuitatis inter se armorum potuit esse certamen? An ideo diuersum fuit quia harena illa non

Virgilius. Eneas. M. Marcellus.

Salustius.

Cyrrus. Lacedemonii. Athenienses.

non fuit. & latiores campi non duorum gladiatorum. sed in duobus
populis multorum funeribus implebantur. Nec amphiteatro cin
gebantur illa certamina. sed uniuerso orbi & tunc uiuis & posteris
quousque ista fama porrigetur. impium spectaculum prebebatur.
Vim tamen patiebatur studii sui dii illi presides imperii romani. &
talium certaminum tamquam theatrici spectatores. donec oratiorum
soror propter curatios tres peremptos. etiam ipsa tertia ex altera parte
fraterno ferro duobus fratribus adderetur. ne minus haberet mortuum
etiam roma que uicerat. Deinde ad fructum uictorie alba sub
uersa est. ubi post ilium quod greci euerterunt. & post lauinium.
ubi eneas regnum peregrinum atque fugitiuum constituerat. tertio
loco habitauerant numina illa troiana. Sed more suo etiam inde for
tasse migrauerant. ideo deleta est. Discesserant uidelicet omnes aditis
arisque relictis dii quibus imperium illud steterat. discesserant sane
ecce iam tertio. ut eis quarto prudentissime crederetur. Displicuerat
enim et alba ubi Amulius expulso fratre. et Roma placuerat ubi Ro
mulus occiso fratre regnauerat. Sed antequam alba dirueretur trans
fusus est inquiunt populus eius in Romam. ut ex utraque ciuitate u
na ciuitas fieret. esto ita factum sit. urbs tamen ascanii regnum
& tertium domicilium troianorum deorum ab urbe filia mater euer
sa est. Ut autem reliquie ex duobus populis unum facerent mise
rabile coagulum. multus ante effusus utriusque sanguis fuit. Quid
iam sigillatim dicam sub ceteris regibus totiens eadem bella reno
uata que uictoriis finita uidebantur & tantis stragibus iterum
iterumque confecta. iterum iterumque post fedus & pacem inter generos
et soceros & eorum stirpem posterosque repetita. Non paruum indi
tium calamitatis huius fuit. quod portas belli nullus clausit
illorum;

Qualis romanorum regum uita atque exitus fuerit; Capitulum XV.

Nullus ergo illorum sub tot diis presidibus in pace regna
uit. Ipsorum autem regum qui exitus fuerunt. De Romulo
uiderit adulatio fabulosa qua perhibetur receptus in ce
lum. Viderunt quidam scriptores eorum qui eum propter ferocitatem
a senatu discerptum esse dixerunt. subornatumque nescio quem Iulium
proculum. qui eum sibi apparuisse diceret. eumque per se mandasse
populo romano. ut inter numina coleretur. eoque modo populum.
qui contra senatum intumescere ceperat repressum atque sedatum.

/. iam

/. Roma

/. illa

/. belli

Mors Romuli;

Iulius proculus

Acciderat enim et solis defectio: quam certa ratione sui cursus effectam, imperita nesciens multitudo meritis romuli tribuebat. Quasi uero si luctus ille solis fuisset. non ideo magis credi deberet occisus. ipsumque scelus auersione etiam diurni luminis indicatum. sicut reuera factum est. cum Christus dominus crucifixus est impietate iudeorum. quam solis obscurationem non ex canonico siderum cursu accidisse satis ostendit, quod tunc erat pascha iudeorum. Nam plena luna sollemniter agitur. Regularis autem solis defectio non nisi lune fine contingit.

[margin: crudelitate atque]

[margin: De Eclipsi que in Christi morte peracta est que non regularis sed miraculosa fuit.]

Satis et cicero illam inter deos romuli receptionem putatam magis significat esse quam factam. quando et laudans eum in libris de re publica, scipionisque sermone: tantum est inquit consecutus. ut cum subito sole obscurato non comparuisset: deorum in numero collocatus putaretur. quam opinionem nemo umquam mortalis assequi potuit sine eximia uirtutis gloria.

[margin: Cicero.]

[margin: Ex libro de re publica.]

Quod autem dicit subito eum non comparuisse. profecto ibi intelligitur aut uiolentia tempestatis aut cedis facinorisque secretum. Nam et alii scriptores eorum, defectioni solis addunt etiam subitam tempestatem. que profecto aut occasionem sceleri prebuit. aut romulum ipsa consumpsit. De tullo quippe etiam hostilio qui tertius a romulo rex fuit. quia et ipse fulmine absumptus est. Dicit in eisdem libris idem Cicero. propterea et istum non creditum inter deos translatum tali morte quia fortasse quod erat in romulo probatum id est persuasum. romani uulgare noluerunt. id est uile facere. si hoc et alteri facile distribueretur.

[margin: Tullus hostilius.]

[margin: uel receptum]

Dicit etiam aperte in inuectiuis. illum qui hanc urbem condidit romulum, ad deos immortales beniuolentia famaque sustulimus. ut non uere factum sed propter merita uirtutis eius beniuolentia iactatum diffamatumque monstraret.

[margin: Ex inuectiuis.]

In hortensio uero dialogo cum de solis defectionibus canonicis loqueretur. ut easdem inquit tenebras efficiat. quas effecit in interitu romuli, qui obscuratione solis est deus effectus. Certe hic minime timuit hominis interitum dicere. quia disputator magis quam laudator fuit.

[margin: Ex hortensio dialogo.]

Ceteri autem reges populi romani excepto Numa pompilio et Anco martio qui morbo interierunt. quam horrendos exitus habuerunt. Tullus ut dixi hostilius uictor et euersor albe cum tota domo sua fulmine concrematus est. Priscus Tarquinius per sui decessoris filios interemptus est. Seruius tullius generi sui tarquinii superbi qui ei successit in regnum. nephario scelere occisus

[margin: Numa Pompilius. Ancus Martius. Tullus hostilius. Priscus Tarquinius. Seruius Tullius. Tarquinius superbus.]

est. Nec discessere aditis arisq; relictis dii. tanto in optimum illius
populi regem parricidio perpetrato. quos dicunt ut hoc miserę troyę
facerent. eamq; grecis diruendam exurendamq; relinquerent. a
dulterio paridis fuisse commotos. Sed insuper interfecto a se socero
Tarquinius ipse successit. hunc illi dii nepharium parricidam so
ceri interfectione regnantem. insuper multis bellis uictoriisq; glo
riantem. & demonibus capitolium fabricantem. non abscedien
tes. sed presentes manentesq; uiderunt. et regem suum iouem in
illo altissimo templo hoc est in opere parricide sibi presidere atq;
regnare perpessi sunt. Neq; enim adhuc innocens capitolium con
struxit. & postea malis meritis urbe pulsus est. sed ad ipsum re
gnum. in quo capitolium fabricaret. immanissimi sceleris perpetra
tione peruenit. Quod uero eum regno romani postea depulerunt.
ac secluserunt moenibus ciuitatis. non ipsius de Lucretię stupro
sed filii peccatum fuit. illo non solum nesciente. sed etiam absente
commissum. Ardeam ciuitatem tunc oppugnabat. pro populo roma [·que]
no bellum gerebat. Nescimus quid faceret. si ad eius notitiam
flagitium filii deferretur. & tamen inexplorato iudicio eius. et inexperto ei populus ademit imperium. & recepto exercitu a quo
deseri iussus est. clausis deinde portis non sinit intrare redeuntem.
At ille post bella grauissima quibus eosdem romanos concitatis fini
timis attriuit. postquam desertus ab eis quorum fidebat auxilio regnum
accipere non ualuit. in oppido tusculo romę uicino quatuordecim
ut fertur annos priuatam uitam quietus habuit. & cum uxore
consenuit. optabiliore fortasse exitu quam socer eius generi sui facinore
nec ignorante filia sicut perhibetur extinctus. Nec tamen istum
tarquinium romani crudelem aut sceleratum. sed superbum ap
pellauerunt. fortasse regios eius fastus alia superbia non ferentes.
Nam scelus ab eo occisi soceri optimi regis sui usq; adeo contempserunt
[·suum] ut eum regem facerent. Ubi miror. si non scelere grauiore merce
dem tantam tanto sceleri reddiderunt. Nec discessere aditis aris
q; relictis dii. nisi forte quispiam sic defenderet illos deos. ut di
cat eos ideo mansisse romę. quo possent romanos magis punire
suppliciis quam beneficiis adiuuare. seducentes eos uanis uictoriis. &
bellis grauissimis conterentes. Hæc fuit romanorum uita sub regi
bus. laudabili tempore illius rei publice. usq; ad expulsionem
tarquinii superbi per ducentos ferme quadraginta & tres annos

cum ille omnes uictoriæ tam multo sanguine et tantis emptæ ca
lamitatibus uix illud imperium intra uiginti ab urbe milia di
latauerint, quantum spatium absit ut saltem alicuius getulę ciui
tatis nunc territorio comparetur;

De primis apud romanos consulibus quorum alter alterum patria
patria pepulit. moxque ipse post atrocissima parricidia a uulnerato
hoste uulneratus interiit; - Capitulum . xvi .

Huic tempori adiciamus etiã tempus illud, quousque dicit
Salustius æquo & modesto iure agitatum dum metus
a tarquinio & bellum graue cum etruria positum est. Quã
diu enĩ etrusci Tarquinio redire in regnũ conanti opitulati sũt.
graui bello Roma concussa ẽ. Ideo dicit æquo & modesto iure
gestam rem publicam metu premente, non persuadente iustitia
In quo breuissimo tempore . q̃ funestus annus ille fuit . quo primi
consules creati sunt, expulsa regia potestate : annum quippe su
um non compleuerunt. nam Iunius brutus exhonoratũ eiecit
urbe collegam Lucium tarquinium colatinum. Deinde mox
ipse in bello cecidit mutuis cum hoste uulneribus. occisis a se
ipso primitus filiis suis & uxoris suę fratribus . qđ eos pro restitu
endo tarquinio coniurasse cognouerat. Quod factum Virgilius
postq̃m laudabiliter cõmemorauit, continuo deinde exhorruit
Cum enĩ dixisset. natosque pater noua bella mouentes ad poenam
pulchra pro libertate uocabit. mox deinde exclamauit & ait.
Infoelix ut cũque ferent ea fata minores. quomodolibet inquit fca
ea posteri ferant & extollant : qui filios occidit infelix ẽ . et tãq̃m
ad consolandum infelicem, subiunxit. Vincit amor patriæ
laudumque immensa cupido. Nonne in hoc Bruto qui & filios
occidit & a se percusso hoste filio tarquinii mutuo percussus su
peruiuere non potuit. eique potius ipse Tarquinius superuixit.
Colatini collegę uideť ĩnocentia uindicata : Qui bonus ciuis hoc
tarquinio pulso passus est, quod tyrannus ipse tarquinius. Nã
& idem Brutus consanguineus tarquinii fuisse perhibetur.
Sed Colatinum uidelicet similitudo nominis pressit. qui etiã
tarquinius uocabatur. Mutare ergo nomen non patriam co
geretur. Postremo in eius nomine hoc uocabulum minus esset : si
Lucius Colatinus tm̃ modo uocaretur, sed ideo non amisit . quod
sine ullo detrimento posset amittere ut et honore primus consul

· Salustius ·

· Iunius Brutus ·

L. tarquinius Colatinus

· Virgilius ·

& ciuitate bonus ciuis carere iuberetur. Etiam ne ista ē gloria iunii
bruti detestanda iniquitas: & nihilo utilis rei publice. etiam ne
ad hanc ꝑpetrandam uicit amor patriæ laudumq; imensa cupi
do: Iam expulso utiq; Tarquinio tyranno, consul cum Bruto
creatus est maritus Lucretiæ, Lutius Tarquinius colatinus. Q̃m
iuste populus mores in ciue non nomen attendit: q̃m impie bru
tus collegam primę ac nouę illius potestatis quem posset si hoc
offendebatur nomine tm̄ priuare. & patria priuauit & hono
re: Hæc mala facta sunt: hęc aduersa acciderunt. qn̄ in illa
re publica æquo & modesto iure agitatum est. Lucretius quoq;
qui in locum bruti fuerat surrogatus. morbo anteq̃ idem annus
terminaretur absumptus est. Ita publius Valerius qui successe
rat Colatino. & Marcus Oratius qui pro defuncto Lucretio suffe
ctus fuerat. annum illum funereum atq; tartareum qui consules
qui consules quinq; hūit compleuerunt. Quo anno consulatus
ipsius nouum honorem ac p̄tatem auspicata est romana res publica.
tunc iam diminuto paululum metu. non qa bella conquieuerant
sed quia non tam graui pondere urgebant;

P ost initia consularis imperii quibus malis uexata fuerit romana
res publica diis non opitulantibus quos colebat; Caplm̄. xvii.

F Inito igitur tempore quo ęquo & modesto iure agitatum
est. secuta sunt quæ idem Salustius breuiter explicat. deīn
seruili imperio patres plebem exercere. de uita atq; tergo
regio more consulere. agro pellere. & ceteris exptibus soli imperiū
agere. Quibus seuitiis & maxime fenore oppressa plebs cum assi
duis bellis tributum & militiam simul tolleraret. armata monte
sacrum atq; auentinum insedit. Tumq; tribunos plebis & alia sibi
iura parauit. discordiarum & certaminis utrinq; finis fuit scdm
bellum punicum. Quid itaq; ergo tantas moras uel scribens patiar
uel lecturis afferam: q̃m misera fuerit illa res publica tam longa
ętate per tot annos usq; ad scdm bellum punicum, bellis forinsecus
inquietare non desistentibus. & intus discordiis seditionibusq; ci
uilibus. a Salustio breuiter intimatum est. Proinde uictorię illę
non solida beatorum gaudia fuerunt: sed inania solatia miserorū.
& ad alia atq; alia mala subeunda inlecebrosa incitamenta minime
quietorum. Nec nobis quia hoc dicimus boni romani prudentesq;
succenseant. Quamq̃ de hac re nec petendi sint nec monendi qn̄ eos

/ terribilia

minime successuros esse certissimum est. Neq; enim grauius uel grauiora dicimus auctoritatibus eorum & stilo & otio multum impares. quibus tamen discendis & ipsi elaborauerunt & filios suos elaborare compellunt. qui autem successent. quando me ferrent. si ego dicerem. quod Salustius ait. plurime turbe seditiones & ad postremum bella ciuilia orta sunt. dum pauci potentes quorum in gratiam plerique concesserant. sub honesto patrum aut plebis nomine dominationes affectabant. Boniq; & mali ciues appellati non ob merita in rem publicam. omnibus pariter corruptis. sed ut quisq; locupletissimus et iniuria ualidior. quia presentia defendebat. pro bono ducebatur. Porro si illi scriptores historie ad honestam libertatem pertinere arbitrati sunt mala ciuitatis proprie non tacere. quam multis locis magno preconio laudare compulsi sunt. cum aliam ueriorem quo ciues eterni legendi sunt non haberent. quid nos facere conuenit. quorum spes quanto in deo melior et certior. tanto maior debet esse libertas. cum mala presentia xpo nostro imputant. ut infirmiores imperitioresq; mentes alienentur ab ea ciuitate. in qua sola iugiter foeliciterq; uiuendum q; est. Nec in deos eorum horribiliora nos dicimus. quam eorum identidem auctores quos legunt & predicant. quandoquidem & ex ipsis que diceremus accepimus. et nullo modo dicere uel talia uel cuncta sufficimus. Vbi ergo erant illi dii. qui propter exiguam fallacemq; huius mundi foelicitatem colendi existimantur. cum romani quibus se colendos mendacissima astutia uendicabant tantis calamitatibus uexarentur. Vbi erant quando Valerius consul ab exulibus & seruis incensum capitolium cum defensaret occisus est. faciliusq; ipse prodesse potuit edi iouis. quam illi turba tot numinum cum suo maximo & optimo rege. cuius templum liberauerat. subuenire. ubi erant. quando densissimis fatigata ciuitas seditionum malis. cum legatos athenas missos ad leges mutuandas paululum quieta opperiretur. graui fame pestilentiaq; uastata est. Vbi erant. quando rursus populus cum fame laboraret. prefectum annone primum creauit. atq; illa inualescente Spurius Meliusq; esurienti multitudini frumenta largitus est. regni affectati crimen incurrit & eiusdem prefecti instantia per Dictatorem Lutium quintium etate decrepitum. a Quinto Seruilio magistro equitum cum maximo & periculosissimo tumultu ciuitatis occisus est. ubi erant quando pestilentia maxima exorta diis inutilibus sine remedio populus diu multumq; fatigatus noua lectisternia quod numquam antea fecerat

alr dabat

exhibenda arbitratus est. Lecti autem sternebant in honore deorũ.
unde hoc sacrum uel potius sacrilegium nomen accepit. Ubi erat
quando per decem continuos annos male pugnando crebras et ma
gnas clades apud Veios exercitus romanus acceperat. nisi p̄ Furiũ
Camyllum tandem subueniretur. quem postea ciuitas ingrata
damnauit. Ubi erant qn̄ galli Romam ceperunt spoliauerũt.
incenderunt. cedibus impleuerunt. ubi erant quando insignis

Furius Camillus.

pestilentia tam ingentem stragem dedit. qua et ille Furius Camil
lus extinctus est qui rem publicam ingratam et a Veientibus an
defendit et de gallis postea uindicauit. Inde in hac pestilentia
scenicos ludos aliam nouam pestem non corporibus romanorum
sed quod est multo perniciosius moribus intulerunt. ubi erant

talia

quando illa pestilentia grauis de ueneniis matronarum exorta est
credita. quarũ supra fidem multarũ atq; nobilium mores depre
hensi sunt omni pestilentia grauiores. Vel qn̄ in caudinas furculas
a Samnitibus obsessi ambo cum exercitu consules. fedus cum eis fe
dum facere coacti sunt. ita ut equitibus romanis sexcentis obsidib;
datis ceteri amissis armis aliisq; spoliati priuatiq; tegminib; sub
iugum hostium cũ uestimentis singulis mitterentur. Vel qn̄ graui
pestilentia ceteris laborantibus multi etiã in exercitu icti fulmine
perierunt. uel quando item alia intollerabili pestilentia esculapi
um ab epidauro quasi medicum deum Roma aduocare atq; ad
hibere compulsa est. qm̄ regem omnium iouem qui iam diu in ca
pitolio sedebat multa stupra quibus adolescens uacauerat non
permiserant fortasse discere medicinam. Vel cum conspirantib;
uno tp̄re hostibus Lucanis brutiis samnitibus etruscis et scenoni
bus gallis primo ab eis legati perempti sunt. deinde cum pretore
oppressus exercitus. septem tribunis cum illo pereuntibus et tre
decim milibus militum. uel q̄ndo post longas et graues Romae
seditiones quibus ad ultimum plebs in ianiculum hostili dire
ptione secesserat. hui' mali tam dira calamitas erat ut eius rei
causa quod in extremis periculis fieri solebat dictator crearetur
Hortensius qui plebe reuocata in eodem magratu expirauit. quod
nulli dictatori ante contigerat. et qđ illis dijs iam p̄nte Esculapio
grauius crimen fuit. Tum uero tam multa bella ubiq; crebruerũt

Proletary.

ut inopia militum proletarii illi qui eo quod proli gignende ua
cabant ob egestatem militare non ualerẽt hoc nomen acceperant.

militie conscriberentur. Accitus etiam a tarentinis pyrrhus rex grecie tunc ingenti gloria celebratus romanorum hostis effectus est. Cui sane de rerum futuro euentum consulenti satis urbane apollo sic ambiguum oraculum edidit ut e duobus quicquid accidisset ipse diuinus haberetur. Ait enim Dico te pyrrhe uincere posse romanos atque ita siue pyrrhus a romanis siue romani a pyrrho uincerentur securus fatidicus utrumlibet expectaret euentum. Que tunc et quam horrenda utriusque exercitus clades. in qua tamen superior pyrrhus extitit. ut iam posset apollinem pro suo intellectu predicare diuinum. nisi proxime alio prelio romani abscederent superiores.

· Pyrrhus ·

· Apollo ·

Atque in tanta strage bellorum etiam pestilentia grauis exorta est mulierum. Nam priusquam maturos partus ederent grauide moriebantur. ubi se credo esculapius se excusabat quod archiatrum se non obstetricem profitebatur. Pecudes quoque similiter interibant ita ut iam defecturum genus animalium crederetur. Quid hyems illa memorabilis tam incredibili immanitate seuiens ut niuibus horrenda altitudine etiam in foro per dies quadraginta manentibus tyberis quoque glacie duraretur. Si nostris temporibus accidissent que isti et quanta dixissent. Quid illa itidem ingens pestilentia quamdiu seuiuit quam multos peremit. que cum in annum alium multo grauius tenderetur frustra presente esculapio aditum est ad libros sibyllinos. In quo genere oraculorum sicut cicero in libris de diuinatione commemorat magis interpretibus ut possunt seu uolunt dubia coniectantibus credi solet. Sic a magno interim imperitie uel desidie crimine esculapius liberatus est. Unde autem a multis edes ille fuerant occupate nemine prohibente. nisi quia tante numinum turbe frustra diu fuerat supplicatum. atque ita paulatim loca deserebantur a cultoribus ut tamquam uacua sine ullius offensione possent humanis saltem usibus uendicari. Tunc namque uelut ad sedandam pestilentiam diligenter repetita atque reparata nisi postea eodem modo neglecta atque usurpata latitarent. Non itaque magne peritie uarronis tribueretur quod scribens de edibus sacris tam multa ignorata commemorat. Sed tunc interim elegans non pestilentie depulsio sed deorum excusatio procurata est;

· Libri Sibyllini ·

· Cicero ·

Tunc ergo dictum est eam esse causam pestilentie quod plurimas edes sacras multi occupatas priuatim tenerent;

t coniectan.

t utique

Quante clades romanos sub bellis punicis terruerint frustra deorum presidiis expetitis.

· Capitulum · decimum octauum;

Iam uero punicis bellis cum inter utrumque imperium uictoria diu anceps atque incerta penderet populique duo praualidi impetus in alterutrum fortissimos et opulentissimos agerent. quot minutiora regna contrita sunt. quae urbes ample nobilesque delete. Quot afflicte. quot perdite ciuitates. quam longe lateque tot regiones terreque uastate sunt. quoties uicti hinc atque inde uictores. quid hominum consumptum est uel pugnantium militum uel ab armis uacantium populorum? Quanta uis nauium marinis etiam preliis oppressa et diuersarum tempestatum uarietate submersa est? Si enarrare uel commemorare conemur. nihil aliud quam scriptores etiam nos erimus historie.

Tunc magno metu perturbata romana ciuitas ad remedia uana et ridenda currebat. Instaurati sunt ex auctoritate librorum sibyllinorum ludi seculares. quorum celebritas inter centum annos fuerat instituta. foelicioribusque temporibus memoria neglegente perierat. Renouauerunt etiam pontifices ludos sacros inferis et ipsos abolitos annis retrorsum melioribus. Nimirum enim quando renouati sunt tanta copia morientium ditatos inferos etiam ludere delectabat. cum profecto miseri homines ipsa rabida bella et cruentas animositates funereasque hinc atque inde uictorias magnos agerent ludos demonum et opimas epulas inferorum. Nihil sane miserabilius primo punico bello accidit. quam quod ita romani uicti sunt ut etiam Regulus ille caperetur. cuius in primo et altero libro mentionem fecimus. uir plane magnus et uictor antea domitorque penorum. qui etiam ipsum primum bellum punicum confecisset. nisi auiditate nimia laudis et glorie duriores conditiones quam ferre possent fessis carthaginensibus imperasset. Illius tam et captiuitas inopinatissima et seruitus indignissima et iuratio fidelissima et mors crudelissima. si deos illos non cogit erubescere uerum est quia ferrei sunt et non habent sanguinem. Nec mala illo tempore grauissima intra menia defuerunt. nam excundante nimis ultra morem fluuio tyberino pene omnia urbis plana subuersa sunt. aliis impetu quasi torrentis impulsis. aliis uelut stagno diuturno madefactis atque sublapsis. Istam deinde pestem ignis pernitiosior subsecutus est. Qui correptis circa forum quibusque celsioribus etiam templo ueste suo familiarissimo non pepercit. ubi ei ueluti uitam perpetuam diligentissima substitutione lignorum non tam honora

Ludi seculares.

Ludi sacri inferorum.

Regulus.

te q̄ damnate uirgines donare consueuerant. Tum uero ille ignis
non tm̄ uiuebat. sed etiam seuiebat. Cuius impetu exterrite uir
gines sacra illa fatalia, quæ iam tres in quibus fuerant p̄sserant
ciuitates, cum ab illo incendio liberari non possent. Metellus po
tifex suæ quodammodo salutis oblitus irruens ea semi ustula
tus arripuit. Neq; enim uel ip̄m ignis agnouit. aut uero erat ibi
numen qđ non etiā si fuisset fugisset. Homo igitur potius sacris
ueste. q̄ illa homini prodesse potuerunt. Si autem a se ipsis igne
non repellebant. ciuitatem cuius tueri salutem putabant quid
contra illas aquas flammasq; poterant adiuuare. sicut etiā res
ipsa nihil ea prorsus potuisse patefecit. Hæc istis nequaq̄; obice
rentur a nobis. si illa sacra dicerent non tuendis bonis t̄pralibus ·his
instituta. sed significandis æternis. Et ideo cum ea q̄ corporalia
uisibiliaq; essent perire contingeret. nihil his rebus minui ꝓpter
quas instituta fuerant. & posse ad eosdem usus denuo reparari.
Nunc uero cecitate mirabili eis sacris quæ p̄ire possent. fieri potu
isse existimant ut salus terrena & t̄pralis foelicitas ciuitatis peri
re non posset. Proinde cum illis etiā manentibus sacris uel salutis
contritio uel infelicitas irruisse monstret̄. mutare sn̄iam quam
defendere nequeunt erubescunt;

De afflictione belli punici secundi qua uires utriusque partis consumpte sunt; · Capitulum · xix ·

SEcundo autem punico bello nimis longum ē commemo
rare clades duoꝝ populorum tam longe secum lateq;
pugnantium. ita ut his quoq; fatentibus qui non tam
narrare bella romana. q̄ romanum imperium laudare instituerunt.
similior uicto fuerit ille qui uicit. Hannibale quippe ab · Hannibal ·
hispania surgente & pireneis montibus sup̄atis gallia transcursa
alpibusq; diruptis tam longo circuitu auctis uiribus cuncta ua
stando aut subigendo torrentis modo italie faucibus irruente q̄
cruenta prelia gesta sunt. quotiens romani sup̄ati. q̄ multa ad
hostem oppida defecerunt. q̄ multa capta & oppressa. q̄ dire
pugne. et totiens hannibali romana clade gloriose. De cannensi
autem mirabiliter horrendo malo quid dicam. ubi hannibal
cum esset crudelissimus. tamen tanta inimicorum atrocissimoꝝ
cede satiatus parci iussisse p̄hibetur. Unde tres modios anuloꝝ
aureorum carthaginem misit. quo intelligerent. tantam in

illo prelio dignitatem cecidisse romanam . ut facilius eam caperet men
sura q̃ numerus atq; hinc strages cetere turbe . tanto utiq; uberioris
q̃nto infirmioris . que sine annulis iacebant contitenda priusq̃ nu
tianda putaretur . Deinde tanta militum inopia secuta est . ut romani
reos facinorum ꝓposita inpunitate colligerent . seruitia libertate do
narent . atq; illis pudendus non tam suppleretur q̃ institueret exerci
tus . Seruis itaq; immo ne faciamus iniuriam iam libertis . pro roma
na re publica pugnaturis arma defuerunt . detracta sunt templis .
tanq; romani dys suis dicerent . ponite que tam diu inaniter habuistis .
ut forte aliquid utile inde facere possint nr̃a mancipia . unde nr̃a
numina nihil facere potuistis . Tunc etiã stipendys sufficiendis cum
defecisset erarium . in usus publicos opes uenere priuate . adeo uno q̃q;
id quod habuit conferente . ut preter singulos anulos aureos . singu
lasq; bullas miserabilia dignitatis insignia nihil ẽ auri senatus ipse
q̃nto magis ceteri ordines tribusq; relinquerent . Quis ferret istos . si
nostris temporibus ad hanc inopiam cogerent̃ . cum eos modo uix
feramus . q̃n per superfluam uoluptatem plura donant̃ histrionibus .
q̃m tunc legionibꝰ pro extrema salute collata sunt ;

De exitu Saguntinorum quibus ꝓpter romanorum amicitiam pereun
tibus dy romani auxilium non tulerunt ; . Capitulum . XX .

SEd in his omnibus belli punici sc̃di malis nihil miserabi
lius ac miserabili querela dignius q̃ exitium saguntinorũ
fuit . Hec quippe hispanie ciuitas amicissima populi romani
dum eidem populo fidem seruat . euersa ẽ . hinc enĩ hannibal fracto
federe romanorum causas quesiuit . quibus eos irritaret ad bellum . Sa
guntum ergo ferociter obsidebat . Quod ubi rome auditum est .
missi legati ad hannibalem ut ab eius obsidione discederet . contepti
carthaginem pergunt . querimoniamq; deponunt federis rupti . i
fectoq; negotio Romam redeunt . Dum he more agunt̃ . misera
illa ciuitas opulentissima . sue rei publice romaneq; carissima . oc
tauo uel nono a penis mense deleta ẽ . Cuius interitum legere q̃nto
magis scribere horridum est . Breuiter tamen eum commemorabo .
ad rem quippe de qua agitur multum ꝑtinet . Primo fame conta
buit . nam etiã suorum cadaueribus a nonnullis pasta ꝓhibetur .
deinde omnium fessa rerum ne saltem captiua in manus hanni
balis perueniret . ingentem rogum publice struxit in quẽ ardente
ferro etiã trucidatos omnes se suosq; miserunt . Hic aliqd agerent

t horroris

diis eluones atque nebulones sacrificiorum adipibus inhiantes et fallaciarum diuinationum caligine decipientes. hic aliquid agerent, ut ciuitati populi romani amicissime subuenirent. fidei conseruatione pereuntem perire non sinerent. Ipsi utique medii prefuerunt cum romane reipublice interiecto foedere copulata est. Custodiens itaque fideliter quod ipsis presidibus placito iunxerat fide iunxerat iuratione constrinxerat. a perfido obsessa oppressa consumpta est. Si ipsi dii tempestate atque fulminibus hannibalem postea a romanis proximum menibus terruerunt. longeque miserunt. tunc primum tale aliquid facerent. Audeo quippe dicere honestius illos pro amicis romanorum ideo periclitantibus ne romanis frangerent fidem et nullam opem tunc habentibus quam pro ipsis romanis qui pro se pugnabant atque aduersus hannibalem opulenti erant potuisse tempestate seuire. Si ergo tutores essent romane felicitatis et glorie: tam graue ab ea crimen saguntine calamitatis auerterent. Nunc uero quam stulte creditur illis defensoribus romam uictore hannibale non perisse. qui saguntine urbi non potuerunt ne pro eius periret amicitia subuenire. Si saguntinorum xpianus populus esset. et huiusmodi aliquid pro fide euangelica pateretur. qua in xpm crediderat non mercede breuissimi temporis sed eternitatis interminae potiretur. Pro istis autem diis qui propterea colendi requiruntur. ut harum labentium atque transeuntium rerum felicitas tuta sit. quid nobis defensores et excusatores eorum de saguntinis pereuntibus respondebunt. nisi quod de illo regulo extincto? Hoc quippe interest. quod ille unus homo. hec tota ciuitas. utriusque tamen interitus causa conseruatio fidei fuit. propter hanc enim ad hostes et redire ille uoluit. et noluit ista transire. conseruata ergo prouocat deorum iram fides. An possunt et diis propitiis perire non solum quippe homines. uerum etiam integre ciuitates: utrum uolunt eligant. Si enim fidei seruate irascuntur illi dii. querant perfidos a quibus colantur. Si autem etiam illis propitiis multis grauibusque cruciatibus afflicti interire homines ciuitatesque possunt nullo fructu felicitatis huius coluntur. Desinant igitur succensere qui sacris deorum suorum perditis se infelices factos esse putant. Possent enim illis non solum manentibus. uerum etiam fauentibus non sicut modo de miseria murmurare. sed sicut tunc regulus et saguntini excruciati horribiliter etiam penitus interire.

[Marginalia: dus — quam qui se ipse nec ferro nec ignibus corrupisset sed tamen si pro fide euangelica pateretur exilium. si ea spe pateretur — qui propterea coli perhibentur.]

Quā ingrata fuerit romana ciuitas Scipioni liberatori suo. & in qbus moribus egerit eum quā Salusti' optimā fuisse describit; Cap. xxi.

Salusti'.

Scipio.

Preclare de Scipiōe.

Porro inter. scdm & postremum bellum carthaginense. qn Salustius optimis moribus & maxima concordia dixit egis se romanos. multa eni pretereo suscepti operis modum co gitans. Eodem ergo ipso tempore morum optimoꝝ maximeq; con cordie. Scipio ille Rome italieq; liberator. eiusdemq; belli punici scdi tam horrendi. tam exitiosi. tam periculosi. preclarus mirabi lisq; confector. uictor hannibalis. domitorq; carthaginis. cuius ab adolescentia uita describitur dis dedita templisq; nutrita inimi corum accusationibus cessit. Carensq; patria quam saluam & libe ram sua uirtute reddidit. in oppido Linternensi egit reliqm cople uitq; uitam. post insignem suū triumphum nullo illius urbis capt' desiderio. ita ut iussisse perhibeatur. ne saltem in ingrata patria funus fieret. Deinde tunc primum per Gneum Mallium proco sulem de gallogrecis triumphantem asiatica luxuria romam oī hoste peior irrepsit. Tunc eni primum lecti aurati & preciosa stra gula uisa perhibentur. tunc inducte in conuiuia psaltrie. & alia licentiosa nequitia. Sed nunc de his malis quae intollerabiliter ho mines patiunt. non de his que libenter faciunt. dicere institui. Vn illud magis de Scipione commemoraui. qđ cedens inimicis extra patriam quā liberauit mortuus ē. ad pñtem pertinet disputatio nem. qđ ei romana numina a quoꝝ templis auertit hannibalem non reddiderunt uicem. que ppter istam tm̄modo colunt felici tatem. Sed quia Salustius eo tempore ibi dixit mores optimos fuisse. ppterea hoc de asiatica luxuria comemorandum putaui. ut etiā intelligatur illud a Salustio in cōpatione alioꝝ temporum dictum. quibus temporibus peiores utiq; in grauissimis discordijs mores fuerunt. Nam tunc id est inter scdm & postremū bellū carthaginense. lata ē illa lex uoconia. ne quis heredem femina facerent. nec unicam filiam. Qua lege quid iniquius dici aut cogitari possit ignoro. Verū tamen toto illo interuallo duoꝝ bel lorum punicoꝝ tollerabilior infelicitas fuit. bellis tantūmodo foris conterebantur exercitus. sed uitorijs consolabatur. domi aūt nulle sicut alias discordie seuiebant. Sed ultimo bello punico u no impetu alterius Scipionis. qui obhoc etiā ipse affricani cogno men inuenit. emula imperij romani abstirpe deleta ē. ac deinde

mortuo

quod

Salusti'.

Asiatica luxuria.

Lex uoconia.

Vltimū bellū punicū.

Scipio Iunior

tantis malorum aggeribus oppressa romana res publica. ut prosperitate ac securitate rerum unde nimium corruptis moribus mala illa congesta sunt: plus nocuisse monstretur tam cito euersa, quam prius nocuerat tam diu aduersa Carthago. hoc toto tempore usque ad Cesarem augustum qui uidetur non ad hoc uel ipsorum opinione gloriosam sed contentiosam et exitiosam et plane iam eneruem ac languidam libertatem omni modo extorsisse romanis et ad regale arbitrium cuncta reuocasse. et quasi morbida uetustate collapsam ueluti instaurasse ac renouasse rem publicam.

Toto ergo isto tempore omitto ex aliis atque aliis causis etiam atque etiam bellicas clades et numantinum fedus horrenda ignominia maculosum. uolauerant enim pulli de cauea et mancino consuli ut aiunt augurium malum fecerant. quasi per tot annos quibus illa exigua ciuitas romanum circumsessa exercitum afflixerat. ipsique romane rei publice terrori esse iam ceperat. alia contra eam mala augurio processerunt;

No. plus nocuit Ro. euersa quam aduersa Carthago.

Cesar Augustus.

Fedus numantinum.

Mancinus consul.

De Mitridatis edicto quo omnes ciues romanos qui intra asiam inuenirentur iussit occidi; Capitulum. xxii.

Sed hec inquam omitto. quamuis illud nequaquam tacuerim quod Mitridates rex asie ubique in Asia peregrinantes ciues romanos atque innumerabili copia suis negotiis intentos uno die occidi iussit et factum est. Quam illa miserabilis rerum facies erat. subito quemque ubicumque fuisset inuentus in agro in uia in oppido in domo in uico in foro in templo. in lecto in conuiuio inopinate atque impie fuisse trucidatum. quis gemitus morientium. que lacryme spectantium fortasse etiam ferentium fuerunt. Quam dura necessitas hospitum non solum uidendi nepharias illas cedes domi sue. uerum perpetrandi. ab illa blanda comitate humanitatis repente mutatis uultibus ad hostile negotium in pace peragendum. mutuis dicam omnino uulneribus. cum percussus in corpore et percussor in animo feriretur. Num et isti omnes auguria contempserant. Num deos et domesticos et publicos cum de sedibus suis ad illam irremeabilem peregrinationem profecti sunt, quos consulerent non habebant. Hoc si ita est non habent cur isti in hac causa de nostris temporibus conquerantur. Olim romani hec uana contempnunt. Si autem consuluerunt. respondeatur quid ista profuerunt. quando per humanas dumtaxat leges nemine prohibente

Mitridates.

licuerunt;

De interioribus malis, quibus romana res publica exagitata est. presente ꝓdigio, quod mirabile fuit omnium animalium que hominibus seruiunt; · Capitulum · xxiij.

Sed iam illa mala breuiter q̄ntum possumus commemoremus: Que q̄nto interiora tanto miseriora extiterunt. Discordie ciuiles uel potius inciuiles, nec iam sediciones, sed etiam ipsa bella urbana. ubi tantus sanguis effusus est. ubi partium studia non contentionum dissensionibus uariisq; uocibus ĩ alterutrum, sed plane iam ferro armisq; seuiebant. bella socialia bella seruilia, bella ciuilia, q̄ntum romanum cruorem fuderūt? q̄ntam italie uastationem desertionemq; fecerunt? Nam anteq̄ se aduersus Romam sotiale latium commoueret, cuncta animalia humanis usibus subdita, canes equi asini boues & queq; alia pecora sub hominum dominio fuerunt. subito efferata & domestice lenitatis oblita. relictis tectis libera uagabantur. et omnem non solum alioꝝ. uerum etiam dn̄orum aduersabantur accessū. non sine exitio uel periculo audentis si quis de proximo urgeret. Quanti mali signum fuit. hoc si n̄ris temporibus accidisset rabidiores istos q̄ sua illa animalia pateremur;

· Bella socialia ·
· Bella seruilia ·
· Bella ciuilia ·

./. si hoc signū fuit: q̄d tantū malum fuit. si etiā signū nō fuit:

De discordia ciuili quā sediciones gracce excitauerūt; Caplm · xxiiij.

Initium autem maloꝝ ciuilium fuit gracchoꝝ agrariis legibus excitata seditio. Volebat enī agros ꝑplo diuidere quos nobilitas perperam possidebat. Sed tam uestutam iniquitatem audere conuellere piculosissimum. immo uero ut res ipsa docuit pniciosissimum fuit. Que funera facta sunt. cum prior gracchus occisus est. que etiā cum frater eius non longo interposito t̄pre. Neq; enī legibus & ordine potestatum. sed turbis armorumq; conflictibus nobiles ignobilesq; necabantur. Post gracchi alterius interfectionem. Lutius opimius consul. qui aduersus eum intra urbem arma commouerat. eoq; cum sotiis oppresso et extincto ingentem stragem ciuium fecerat. cum questionem hr̄et iam iudiciaria inquisitione ceteros persequens, tria millia hominum occidisse perhibetur. Ex quo intelligi potest q̄ntam multitudinē mortium habere potuerit turbidus conflictus armoꝝ. q̄n tanta habuit iudicioꝝ uelut examinata cognitio. percussor gracchi ipsius caput q̄ntum graue erat. tanto auri pondere consuli uendidit.

· Gracchi ·
· Lex agraria ·
· L · opimius consul ·
alius

Haec enim pacto cedem p̄cesserat. in qua etiā occisus est cū liberis Marcus Fulvius consularis;

M. Fulvi⁹ consularis.

De ede & concordie ex senatus consulto in loco seditionum & cedium condita; · Capitulum. xxv.

Eleganti sane senatus consulto eo ipso loco ubi funereus tumultus ille commissus est ubi tot cives ordinis cuiusq; ceciderunt. edes concordie facta est. ut gracchoꝝ pene testis contionantium oculos feriret. memoriamq; compungeret. Sed hoc qd aliud fuit qm̄ deoꝝ derisio. illi dee templum construere. que si esset in civitate non tantis dissensionibus dilacerata corrueret. nisi forte sceleris huius rea concordia quia deseruerat animos civium meruit in illa ede tanq̄ in carcere includi. Cur enī si rebus gestis congrue voluerunt non ibi potius edem discordie fabricarunt. An ulla ratio redditur cur concordia dea sit et discordia dea non sit. ut sc̄dm labeonis distinctionem bona sit ista illa vero mala. Nec ipse alid secutus videtur. q̄ quod advertit rome & febri sicut saluti templum constitutum. Eo modo igitur non tantum concordie. verum etiā discordie institui debet. Periculose itaq; romani tam mala dā irata vivere voluerunt. nec troianum excidium recoluerunt originem ab eius offensione sumpsisse. Ipsa quippe quia inter deos non fuerat invitata trium dearum litem aurei mali suppositione commeta est. Unde rixa numinum. & Venus victrix. & rapta helenā & troia deleta est. Quapropter si forte indignata q inter deos in urbe nullum templum h̄re meruit. ideo iam turbabat tantis tumultibus civitatem. q̄nto atrocius potuit irritari. cum in loco illius cedis hoc ē in loco sui operis adversarie sue constitutam edem videret. Hec vana ridentibus nobis illi docti sapientesq; stomachabant. & tamen numinum bonoꝝ maloruq; cultores. de hac questione concordie discordieq; non exeunt. sive pretermiserint harum dearum cultum. eisq; febrem bellonamq; pretulerint. quibus antiqua phana fecerunt. sive & istas coluerint. cum sic eos discedente concordia discordia seviens usq; ad civilia bella perduxerit;

· Labeo ·

De diversis gn̄ibus belloꝝ que post conditam edem concordie sunt secuta; · Caplm. xxvi;

Praeclarum vero seditionibus obstaculum edem concordie testem cedis suppliciiq; gracchoꝝ contionantibus opponendam

putarunt. Q̄ntum ex hoc profecerint indicant secuta peiora laborarunt
enim deinceps contionatores non exemplum deuitare gracchorum,
sed superare ꝓpositum. Lutius saturninus tribunus plebis, & Gaius ce
sar Seruilius pretor, & multo post Marcus drusus quorum omnium se
ditionibus cedes primo iam tunc grauissime, deinde sotialia bella ex
arserunt. Quibus italia uehementer afflicta & ad uastitatem mira
bilem desertionemq; perducta est. bellum deinde seruile successit
& bella ciuilia. que prelia cōmissa sunt. quid sanguinis fusum ut
omnes fere italie gentes quibus romanum maxime ꝓpollebat impe
rium tanq̄m seua barbaries domarentur. Iam ex paucissimis hoc
ē minus q̄ septuaginta gladiatoribus quemadmodum bellum serui
le contractum sit ad q̄ntum numerum & q̄m acrem ferocemq; per
uenerit quos ille numerus imperatores populi romani superauerit.
quas & quot ciuitates regionesq; uastauerit. uix qui historiam con
scripserunt satis explicare potuerunt. Neq; id solum fuit seruile bellū,
sed macedoniam prouinciam prius seruitia depopulata sunt. & de
inde Siciliam oramq; maritimam. Q̄nta etiā q̄ horrenda commise
runt primo latrocinia. deinde ualida bella pyratarum. quis pro ma
gnitudine rerum eloqui ualeat?

De bello ciuili mariano atq; syllano; Caplm. xxvii.

Cum uero Marius ciuili sanguine iam cruentus, multis aduer
sarum sibi partium peremptis uictus urbe profugisset. uix
paululum respirante ciuitate ut uerbis tullianis utar supa
uit postea cynacum mario. tum uero clarissimis uiris interfectis
lumina ciuitatis extincta sunt. ultus est huiusmodi uictorie crude
litatem postea Sylla. ne dici quidem opus est q̄nta diminutione ciui
um & q̄nta calamitate rei publice. De hac enim uindicta que per
niciosior fuit. q̄ si scelera que puniebantur impunita relinqueren
tur ait lucanus. Excessit medicina modum. nimiumq; secuta est
qua morbi duxere manum periere nocentes. Sed cum iam soli pos
sent superesse nocentes, illo bello mariano atq; Syllano, exceptis his
qui foris in acie ceciderunt in ipsa quoq; urbe uici platee fora thea
tra templa cadaueribus completa sunt ut difficile iudicaret q̄ndo
uictores plus funerum ediderint. utrum prius ut uincerent. an po
stea quia uicissent. cum primum uictoria mariana q̄n de exilio
se ipse restituit exceptis passim quaq; uersum cedibus factis caput
octauij consulis poneretur in rostris. Cesar & fimbria in domibus

Cynna. Marius. Sylla.

Lucanus.

Octauius. Cesar. Fimbria.

et

Trucidarent.

trucidarentur suis· duo crassi pater & filius in conspectu mutuo ma
ctarentur. Bebius et Numitorius unco tracti sparsis uisceribus interiret.
Catulus hausto ueneno se manibus inimicorum subtraheret. Merula
flamen dialis precisis uenis ioui etiam suo sanguine litaret. In ipsius
autem Marij oculis continuo feriebantur. quibus salutantibus de
xteram porrigere noluisset; · Capl'm · xxviij ·

Qualiter fuerit Syllana uictoria uindex mariane crudelitatis;

Syllana uero uictoria secuta huius uidelicet uindex crude
litatis post tantum sanguinem ciuium quo fuso fuerat
comparata. finito iam bello inimicitijs uiuentibus crude
lius in pace grassata est. Iam etiam post Marij maioris pristinas ac
recentissimas cedes addite fuerant alie grauiores a Mario iuuene
atque carbone earundem partium marianarum. Qui Sylla iminente
uerum etiam desperantes salutem cuncta suis alijsque cedibus imple
uerunt. Nam preter stragem late per diuersa diffusam obsesso et
senatu de ipsa curia tanquam de carcere producebantur ad gladium.
Mutius sceuola pontifex quoniam nihil apud romanos temploueste sanctius
habebatur aram ipsam amplexus occisus est. ignemque illum qui perpetua
cura uirginum semper ardebat suo pene sanguine extinxit. urbem
deinde Sylla uictor intrauit qui in uilla publica non iam bello sed
ipsa pace seuiente septem millia peditum unde utique inermia non
pugnando sed iubendo prostrauerat. In urbe autem tota quem uellet
syllanus quisque feriebat. Vnde tot funera numerari omnino non po
terant donec Sylle suggeretur. sinendos esse aliquos uiuere ut essent
quibus possent imperare qui uicerant. Tunc iam cohibita que hac
atque illac passim furibunda ferebatur licentia iugulandi. tabula
illa cum magna gratulatione proposita est. que hominum ex utroque or
dine splendido equestri scilicet atque senatorio occidendorum ac proscri
bendorum duo millia continebat. contristabat numerus. sed et con
solabatur modus nec quia tot cadebant tantum erat meroris quantum
letitie quia ceteri timebant. Sed in quibusdam eorum qui mori ius
si erant etiam licet ipsa crudelis ceterorum securitas genera mortium exq
sita congemuit. Quendam enim sine ferro laniantium manus diruperunt
immanius homines hominem uiuum. quam bestie solent discerpere
cadauer abiectum. alius oculis effossis et particulatim membris am
putatis in tantis cruciatibus diu uiuere uel potius diu mori coactus
est. subhastate etiam sunt tanquam uille quedam nobiles ciuitates.

Margin: · Duo Crassi · · Bebius · · Munitorius · · Catulus · · Merula · · Marius maior · · Marius Juuenis · · Carbo · non solum uictoriam · Mutius Sceuola · · Sylla uictor · l. cunque · l. dedititiorum · l. non · · Ordo equestris · · Ordo Senatorius ·

Vna uero sicut unus reus duci iuberetur. sic tota iussa est trucidari. Haec facta sunt in pace post bellum non ut acceleraretur obtinenda uictoria, sed ne contempneretur obtenta. Pax cum bello de crudelitate certauit & uicit. Illud enim prostrauit armatos. ista nudatos. Bellum erat ut qui feriebatur si posset feriret. pax autem non ut qui euaserat uiueret. sed ut moriens non repugnaret;

De comparatione gothicae irruptionis cum eis cladibus quas romani uel a gallis uel a bellorum ciuilium auctoribus exceperunt; Capitulum xxix.

Galli. Gothi.

Quae rabies exterarum gentium. quae seuitia barbarorum huic de ciuibus uictoriae ciuium comparari potest. quid Roma funestius tetrius amariusque uidit. Vtrum olim gallorum & paulo ante gothorum irruptionem. an Marii & Syllae aliorumque in eorum partibus uirorum clarissimorum, tanquam suorum luminum in sua membra ferocitatem. Galli quidem trucidarunt senatum. quicquid eius in urbe tota preter arcem capitolinam quae sola utcumque defensa est rapere potuerunt. Sed in illo colle constitutis uitam auro saltem uendiderunt. quam et si ferro rapere non possent tamen obsidione consumerent. Gothi uero tam multis senatoribus pepercerunt. ut magis mirum sit quod aliquos peremerunt. At uero Sylla uiuo adhuc Mario ipsum capitolium quod a gallis tutum fuit ad discernendas caedes uictor insedit. Et cum fuga Marius lapsus esset ferocior cruentiorque rediturus iste in capitolium per senatus consultum tam multos uita rebusque priuauit. Marianis autem partibus Sylla absente quid sanctum cui parcerent fuit quando Mutio ciui senatori pontifici aram ipsam ubi erant ut aiunt fata romana miseris ambienti amplexibus non pepercerunt. Syllana porro tabula illa postrema ut omittamus alias innumerabiles mortes plures iugulauit senatores quam gothi uel expoliare potuerunt. Qua igitur fronte quo corde qua impudentia qua insipientia uel potius amentia illa diis suis non imputant. & haec nostro imputant xpo;

Mutius. Ciuis. Senator. pontifex.

De connexione bellorum quae ante aduentum xpi plurima & grauissima precesserunt; Capitulum xxx.

Crudelia autem bella ciuilia omnibus hostilibus bellis auctoribus etiam eorum fatentibus amariora quibus illa res publica nec afflicta sed omnino perdita iudicata est. longe ante aduentum xpi exorta sunt. & sceleratarum concatenatione causarum a bello mariano atque syllano ad bella sertorii & catilinae

Bella Marii Syllae Sertorii Catilinae

quorum a Sylla fuerat ille proscriptus ille nutritus. inde ad lepidi & catuli bellum. quorum alter gesta syllana rescindere. alter defendere cupiebat. inde ad pompei & cesaris. quorum pompeius sectator sylle fuerat. eiusque potentiam uel equauerat uel etiam superauerat. Cesar autem pompei potentiam non ferebat. Sed quia non habebat. quam tamen illo uicto interfectoque transcendit. hinc ad alium cesarem qui post augustus appellatus est peruenerunt. quo imperante natus est xpistus. Nam & ipse augustus cum multis gessit bella ciuilia. & in eis etiam multi uiri clarissimi perierunt. Inter quos & cicero disertus ille artifex regende rei publice. Pompei qp pe uictorem Gaium cesarem qui uictoriam ciuilem clementer exercuit. suisque aduersariis uitam pariter & dignitatem donauit. Velut regni appetitorem quorundam nobilium coniuratio senatorum uelut pro rei publice libertate in ipsa curia trucidauit.

Huius deinde potentiam multum moribus dispar uitiisque omnibus inquinatus atque corruptus affectare uidebatur Antonius. cui & uehementer pro eadem illa uelut patrie libertate Cicero resistebat. Tunc emerserat mirabilis indolis adolescens ille alius cesar illius gaii cesaris adoptiuus. qui ut dixi postea est appellatus Augustus. Huic adolescenti cesari ut eius potentia contra Antonium nutriretur Cicero fauebat. sperans eum depulsa & oppressa Antonii dominatione instauraturum rei publice libertatem. usque adeo cecus atque improuidus futurorum. ut ille ipse iuuenis cuius dignitatem ac potestatem fouebat. & eundem ciceronem occidendum Antonio quadam quasi concordie pactione permitteret. & ipsam libertatem pro qua multum inclamauerat dicioni proprie subiugaret;

Quam impudenter presentia incommoda christo imputent. qui deos colere non sinuntur. cum tante clades eo tempore quo colebantur extiterint; · Capitulum .xxxi.

Deos suos accusent de tantis malis. qui xpo nostro ingrati sunt de tantis bonis. Certe quando illa mala fiebant. calebant are numinum sabeo thure sertisque recentibus abundabant. clarebant sacerdotia. phana renitebant. sacrificabatur. ludebatur. furebatur in templis. quando passim tantus ciuium sanguis a ciuibus non modo in ceteris locis. uerum inter ipsa quoque deorum altaria fundebatur. Non elegit templum quo confugeret Tullius.

Marginal notes: · Lepidi · Catuli · Pompei · Cesaris · iam · Augustus · Cicero disertus artifex regende rei pu. · G. Cesar · · M. Antonius · · Augustus mirabilis Indolis · Adolescens · · Cicero in fauendo Augusto cecus et improuidus futurorum · · Mors Ciceronis ·

quia frustra elegerat Mutius. Hi uero qui multo indignius insul
tant temporibus christianis, aut ad loca xpo dicatissima confu
gerunt, aut illuc eos ut uiuerent etiā ipsi barbari perduxerunt.
Illud scio et hoc mecum quisquis sine studio partium iudicat fa
cillime agnoscat. Vt omittam cetera que multa comemoraui,
& alia multo plura q̄ commemorare longum putaui: si humanū
genus ante bella punica christianam reciperet disciplinam. et cō
sequeretur rerum tanta uastatio. q̄nta illis bellis Europam Aphri
camq; contriuit. nullus talium quales nunc patimur, nisi xpiane
religioni mala illa tribueret. multo aūt minus eorum uoces tolle
rarentur. q̄ntum attinet ad romanos. si xpiane religionis receptioē
& diffamationem, uel irruptio gallorum, uel tyberini fluminis, illa
igniumq; illa depopulatio, uel q̄ cuncta mala p̄cedit, bella illa
ciuilia sequerent. Mala etiā alia quae usq; adeo incredibiliter
acciderunt. ut inter pdigia nūarentur. si christianis t̄poribus ac
cidissent. quibus ea nisi xpianis hominibus tanq̄m crimina ob
icerent. Omitto quippe illa. que magis fuerunt mira q̄m noxia.
boues locutos, infantes nondum natos de uteris matrum quędam
uerba clamasse. uolasse serpentes. feminas & gallinas & homīes
in masculinum sexum fuisse conuersas. & cetera huiuscemodi. q̄
in eorum libris non fabulosis. sed historicis. seu uera seu falsa sint
non inferunt hominibus pniciem sed stuporem. sed cum pluit
terra. cum pluit creta. cum pluit lapidibus. non ut grando appel
lari solet hoc nomine. sed omnino lapidibus. hec pfecto etiā grauit
ledere potuerunt. Legimus apud eos etneis ignibus ab ipso montis
uertice usq; ad litus proximum decurrentibus ita mare ferbuisse,
ut rupes urerentur. et pisces nauium soluerentur. hoc utiq; non le
uiter noxium fuit. quāuis incredibiliter mirum. Eodem rursus
estu ignium tanta ui fauille scripserunt oppletam esse Siciliam.
ut Cateniensis urbis tecta obruta & oppressa dirueret. Qua cala
mitate permoti misericorditer eiusdem anni tributum ei relaxa
uere romani. Locustarum etiā in Aphrica multitudinem, prodi
gij similem fuisse. cum iam esset populi romani prouintia litteris
mandauerunt. Consumptis eīm fructibus foliisq; lignorum ingen
ti atq; inestimabili nube in mare dicunt esse deiectam qua mor
tua redditaq; litoribus atq; hinc aere corrupto tantam ortam ēē
pestilentiam ut in solo Massinisse octingenta milia pisse ferant.

Marginalia: Europa. Aphrica. — Etnei ignes. — Sicilia. Cateniensis. — Aphrica. — Massinissa. Regno

& multo amplius in terris litoribus proximis · tunc utice ex triginta milibus uirorum, que ibi erat decem milia remansisse cofirmant. Talis itaq; uanitas qualem ferimus. eiq; respondere copellimur. quid horum non xpiane religioni tribueret. si xpianis temporibus uideret. et tamen dis suis ista non tribuunt. quoru cultum ideo requirunt. ne ista uel minora patiantur. cum ea maiora pertulerint. a quibus antea colebantur;

Vtica

Aurelii Augustini doctoris eximii Iponensis episcopi de ciuitate dei libri quarti capitula incipiunt;

INCIPIT. LIBER. QVARTVS. AVRELII. AVG. DE. CIVITATE. DEI ;

De hisque in primo uolumine disputata sunt ; · Capitulum primum ·

De ciuitate dei dicere exorsus, prius respondendum putaui eius inimicis qui terrena gaudia consectantes rebusq; fugacibus inhiantes, quicquid in eis triste misericordia potius admonentis dei quam punientis seueritate patiuntur, religioni increpitant xpianę. quę una est salubris et uera religio. Et quoniam cum sit in eis etiam uulgus indoctum, uelut doctorum auctoritate in odium nostrum grauius irritantur existimantibus imperitis ea quę suis temporibus acciderunt. per alia retro tempora accidere non solere. eorum quoque opinionem etiam his qui eam falsam esse nouerunt. ut aduersum nos iusta murmura habere uideantur suę scientię dissimulatione firmantibus. de libris quos auctores eorum ad cognoscendam preteritorum temporum historiam memorię mandauerunt, longe aliter esse quam putant demonstrandum fuit. & simul docendum deos falsos quos uel palam colebant uel occulte ad huc colunt eos esse inmundissimos spiritus & malignissimos ac fallacissimos demones. usq; adeo ut aut ueris aut fictis in suis tamen criminibus delectentur. quę sibi celebrari per sua festa uoluerunt. ut a perpetrandis damnabilibus factis humana non possit reuocari infirmitas. dum ad hec imitanda uelut diuina prebetur auctoritas. hec non ex nostra coniectura probauimus sed partim ex recenti memoria. quia & ipsi uidimus talia ac talibus numinibus exhiberi partim ex litteris eorum qui non tamquam in contumeliam. sed tamquam in honorem deorum suorum ista conscripta posteris reliquerunt. Ita ut uir doctissimus apud eos Varro & grauissime auctoritatis cum rerum humanarum atq; diuinarum dispartitos faceret libros alios humanis

insolite

Varro.

alios diuinis pro cuiusq; (sua) rei dignitate distribuens non saltem in
rebus humanis. sed in rebus diuinis ludos scenicos poneret. cum
utiq; si tantūmodo boni & honesti homines in ciuitate essent. nec
in rebus humanis ludi scenici esse debuissent. Quod profecto nō
auctoritate sua fecit. sed quoniam eos rome natus & educatus in
rebus diuinis inuenit;

De his quæ in libro secundo & tertio continentur. Capitulum .ii.

ET quoniam in fine primi libri quę deinceps dicenda es-
sent. breuiter posuimus. & ex his quędam in duobus cō-
sequentibus diximus. expectationi legentium quę restant.
reddenda cognoscimus. Promiseramus ergo quędam nos esse di-
cturos aduersus eos qui romanę rei publicę clades in religionem
nr̄am referunt. et commemoraturos quęcūq; & quantacumq; occur-
rere potuissent. uel satis esse uiderent mala que illa ciuitas per-
tulit. uel ad eius imperium ꝑuincię ꝑtinentes. anteq̄ eorum sa-
crificia ꝓhibita fuissent. Quæ omnia procul dubio nobis tribu-
erent. si iam uel illis clareret nr̄a religio. uel ita eos a sacris sacri-
legiis prohiberet. hec in secundo & tertio libro satis q̄ntum ex-
istimo absoluimus. in secundo agentes de malis morum. quę
mala uel sola uel maxima deputanda sunt. In tertio autem
de his malis. quæ stulti sola perpeti exhorrent. corporis uide-
licet externarūq; rerum. quę procul dubio plerumq; patiunt(ur)
& boni. illa uero mala non dico patienter sed libenter habē(n)t.
quibus ipsi fiunt mali. Et q̄ pauca dixi de sola ipsa ciuitate
atq; eius im(per)io. nec inde omnia usq; ad cęsarem augustum. Q(uo)d
si commemo(ra)re uoluissem. & exaggerare illa mala. quę non sibi in-
uicem homines faciunt. sicut uastationes euersionesq; bellantiū. (sunt)
sed ex ipsius mundi elementis terrenis accidunt rebus. quę uno
loco Apuleius breuiter stringit in eo libello. quē de mundo scri-
psit. terrena omnia dicens mutationes conuersiones & interitus
habere. Namq; in modicis tremoribus terrarum. ut uerbis eius
utar dissiluisse humum. & interceptas urbes cum populis dicit.
abruptis etiā imbribus prolutas esse totas regiones. illas etiam q̄
prius fuerant continentes. hospitibus atq; aduenis fluctibus insu-
latas. aliasq; desidia maris pedestri accessu peruias factas. uentis
ac procellis euersas esse ciuitates. incendia de nubibus emicuisse.
quibus orientis regiones conflagrate ꝑierunt. & in occidentis

· Cæsar august(us).

· Apuleius.
· Scripsit Aristotiles ad Alexandrū de mūdo librum unū. quē p(ost)ea Apuleius in latinū traduxit. et ad faustinū inscripsit. In eo op(er)e hec continentur;

plagis scaturigines quasdam ac ꝓluuiones easdem strages de-
disse. Sic ex ęthne uerticibus quondam effusis crateribꝰ diuerno
incendio per decliuia torrentis uice flāmarum flumina cucur-
risse. Si hec atq; huiusmodi que habet historia unde possem
colligere uoluissem q̄n finissem. que illis temporibꝰ euenerunt,
ante q̄; xpi nomen ulla istorꝫ uana et uere saluti perniciosa cō-
primeret. Promiseram etiā me demonstraturum quos eorꝫ
mores & q̄m ob causam deus uerus ad augendum imperium
adiuuare dignatus ē in cuius potestate sunt omnia regna,
q̄mq; nihil eos adiuuerit hi quos deos putant. et potius q̄ntum
fallendo & decipiendo nocuerint. Vnde nunc mihi uideo esse dicē-
dum et magis de incrementis imperij romani. Nam de noxia
fallacia demonum quos uelut deos colebant q̄ntum malorum
inuexerit moribus eorum in secundo maxime libro non pauca
iam dicta sunt. Per omēs autem absolutos tres libros ubi oportunū
uisum est commendauimus etiā in ipsis bellicis malis q̄ntum sola-
tiorum deus per xpi nomen cui tantum honoris barbari detulerūt
preter bellorum morem bonis malisq; contulerit. quomodo qui
facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iu-
stos & iniustos;

A nnalitudo imperij que non nisi bellis acquiritur in bonis siue
sapientum siue felicium habenda sit; Caplm. tertium.

Iam itaq; uideamus quale sit quod tantam latitudinem
ac diuturnitatem imperij romani dijs illis audent tri-
buere quos etiam per turpium ludorum obsequia, &
pturpium hominum ministeria se honeste coluisse contendūt.
Quanq̄ prius uellem paululum inquirere que sit ratio. que pru-
dentia cum hominum felicitatem non possis ostendere semper
in bellicis cladibus & in sanguine ciuili uel hostili tn̄ humano
cum tenebroso timore & cruenta cupiditate uersantium. ut
uitreę letitię comparetur fragiliter splendide cui timeatur hor-
ribilius ne repente frangatur. de imperij latitudine uelle glo-
riari. hoc ut facilius diiudicetur non uanescamus inani uerbo-
sitate iactati. atq; obtūdamus intentionis aciem altisonis uoca-
bulis rerum. cum audimus populos regna ꝓuintias. Sed duos
constituamus homiēs. nam singulus quisq; homo. ut ī sermone
una littera. ita quasi elementum ē ciuitatis & regni q̄ talibet

[margin: t neq;]
[margin: ł. ac magnitudine]

terrarum occupatione latissimi . Quorum duorum hominum unum pauperem uel potius mediocrem . alium praediuitem cogitemus . sed diuitem timoribus anxium . merroribus tabescentem . cupiditate flagrantem . numquam securum . semper inquietum . perpetuis inimicitiarum contentionibus anhelantem . augentem sane his miseriis patrimonium suum in inmensum modum atque illis augmentis curas quoque amarissimas aggerantem . Mediocrem uero illum re familiari parua atque succincta sibi sufficientem . carissimum suis cognatis uicinis amicis dulcissima pace gaudentem . pietate religiosum . benignum mente sanum corpore . uita parcum . moribus castum . conscientia securum . Nescio utrum quisquam ita desipiat ut audeat dubitare quem praeferat . Ut ergo in his duobus regnis regula consequitur aequitatis . Qua uigilanter adhibita . si nostra intentio corrigatur facillime uidebimus ubi habitet uanitas et ubi foelicitas . Quapropter si deus uerus colatur eique sacris ueracibus et bonis moribus seruiatur . utile est ut boni longe lateque diu regnent neque hoc tam ipsis quam illis utile est quibus regnant . Nam quantum ad ipsos pertinet pietas et probitas eorum quae magna dei dona sunt . sufficit eis ad ueram felicitatem . qua et ista uita bene agatur . et postea percipiatur aeterna . In hac ergo terrena regnum bonorum non tam illis praestatur . qui suos animos uastant scelerum maiore licentia . his autem qui eis seruiendo subduntur . non nocet nisi iniquitas propria . Nam iustis quicquid malorum ab iniquis dominis irrogatur . non est poena criminis . sed uirtutis examen . Proinde bonus etsi seruiat . liber est . malus etiam si regnet . seruus est . Nec unius hominis . sed quod grauius est tot dominorum . quot uitiorum . de quibus uitiis cum ageret scriptura diuina . a quo enim quis inquit deuictus est . huic et seruus additus est ;

[Margin:] l purum

[Margin:] /. duobus hominibus . ita in duabus familiis . ita in duobus populis . ita in .

[Margin:] N

[Margin:] /. quam rebus humanis . malorum uero regnum magis regnantibus nocet .

Quam similia sint latrociniis regna sine iustitia ; Capitulum . iiij .

Remota ergo iustitia quid regna nisi magna latrocinia . quia et latrocinia quid sunt nisi parua regna . Manus et enim ipsa hominum est . imperio principis regitur . pacto societatis astringitur . placiti lege preda diuiditur . hoc malum si in tantum perditorum hominum accessibus crescit . et ut loca teneat . sedes constituat . ciuitates occupet . populos subiuget . euidentius regni nomen assumit . quod ei iam in manifesto confert non dempta cupiditas . sed addita inpunitas . Eleganter enim et ueraciter

[Margin:] /. sunt

Alexander Macedo.

Alexandro illi magno quidam comprehensus pirata respondit. Nam
cum idem rex hominem interrogaret quid ei uideretur ut mare
haberet infestum. ille libera contumacia. quid tibi inquit. ut orbem
terrarum. sed quia id ego exiguo nauigio facio latro uocor. quia
tu magna classe imperator;

De fugitiuis gladiatoribus quorum potentia similis fuerit regie
dignitati; . Capitulum quintum.

Romulus.

PRoinde omitto quererere quales Romulus congregauerit.
quoniam eis multum consultum est. ut ex illa uita dato
sibi consortio ciuitatis. poenas debitas cogitare desisteret.
quarum metus eos in maiora facinora propellebat. ut deinceps pa
catiores essent rebus humanis. hoc dico quod ipsum romanum impe
rium iam magnum multis gentibus subiugatis. ceterisque terribile
acerbe sensit. grauiter timuit non paruo negocio deuitande in
gentis cladis oppressum. quando paucissimi gladiatores in campania
de ludo fugientes magnum exercitum comparunt tres duces ha
buerunt. italiam latissime uastauerunt. Dicant quis istos deus
adiuuerit ut ex paruo et contemptibili latrocinio peruenirent
ad regnum tantis iam romanis uiribus artibusque metuendum.

et crudelissime

An quia non diu fuerunt. ideo diuinitus negabunt adiutos. quasi
uero ipsa cuiuslibet hominis uita diuturna est. Isto ergo pacto ne
minem dii adiuuant ad regnandum. quoniam singuli quique cito mori
untur. Nec beneficium deputandum est quod exiguo tempore in
uno quoque homine. ac per hoc singulatim utique in omnibus uice
uaporis euanescit. Quid enim interest eorum qui sub romulo deos
coluerunt. et olim sunt mortui. quod post mortem eorum romanum
tantum creuit imperium. cum illi apud inferos causas suas agat.

Utrum bonas an malas ad rem presentem non pertinet. hoc autem de
omnibus est intelligendum. qui per ipsum imperium. quamuis dece
dentibus succedentibusque mortalibus in longa spatia protendatur.
paucis diebus uite sue cursim raptimque transierunt. actuum suorum
sarcinas baiulantes. Si uero etiam ipsa breuissimi temporis beneficia
deorum adiutorio tribuenda sunt. non parum adiuti sunt
illi gladiatores. qui seruilis conditionis uincula ruperunt. fu
gerunt euaserunt. exercitum magnum et fortissimum college
runt. obedientes regum suorum consiliis et iussis. multum roma
nae celsitudini metuendi. et aliquot romanis imperatoribus

in superabiles multa coeperunt. potiti sunt uictoriis plurimis. ui
si uoluptatibus quibus uoluerunt. quod suggessit libido fecerunt.
Postremo donec uincerentur quod difficillime factum est. sublimes
regnantesque uixerunt. sed ad maiora ueniamus;

De cupiditate Nini regis qui ut latius dominaretur primus intulit bella finitimis; . Capitulum . VI .

· Iustinus .
· Trogus Pompei(us).

IUstinus qui grecam uel potius peregrinam Trogum pompeium secutus non latine tantum sicut ille. uerum et breuiter scripsit historiam. opus librorum suorum sic incipit. Principio rerum gentium nationumque imperium penes reges erat. quos ad fastigium huius maiestatis non ambitio popularis. sed spectata inter bonos moderatio prouehebat. populi nullis legibus tenebantur. arbitria principum pro legibus erant. fines imperii tueri magis quam proferre mos erat. intra suam cuique patriam regna finiebantur. Primus omnium Ninus rex assyriorum ueterem et quasi auitum gentibus morem noua imperii cupiditate mutauit. Hic primus intulit bella finitimis. et rudes adhuc ad resistendum populos ad terminos usque libye perdomuit. Et paulo post Ninus inquit magnitudinem quesite dominationis continua possessione firmauit. Domitis igitur proximis cum accessione uirium fortior ad alios transiret. et proxima queque uictoria instrumentum sequentis esset totius orientis populos subegit. Qualibet autem fide rerum uel iste uel Trogus scripserit. Nam quedam illos fuisse mentitos alie fideliores littere ostendunt. Constat tamen et inter alios scriptores regnum assyriorum a Nino rege fuisse longe lateque porrectum. tam diu perseuerauit autem ut romanum imperium non dum sit eius etatis. Nam sicut scribunt qui cronicam historiam persecuti sunt. mille ducentos et quadraginta annos ab anno primo quo Ninus regnare coepit permansit hoc regnum. donec transferretur ad Medos. Inferre autem bella finitimis et inde in cetera procedere ac populos sibi non molestos sola regni cupiditate conterere et subdere quid aliud quam grande latrocinium nominandum est;

No(ta) Iustinum seu Trogum quedam in historia sua fuisse mentitos.
Regnum assyriorum . Ninus

De hoc uide Eusebium Cesariensem l(ibr)o temporum.

An regna terrena in profectus suos atque defectus deorum iuuentur uel deserantur auxilio; . Capitulum . VII .

SI nullo deorum adiutorio tam grande hoc regnum et prolixum fuit. quare diis romanis tribuitur regnum romanum locis amplum. temporibusque diuturnum. Quecunque enim

causa est illa: eadem etiam est ista. Si autem et illud deorū ad
iutorio tribuendum esse contendunt. quorum quero. Non enim
alie gentes quas Ninus domuit et subegit, alios tunc colebant
deos. aut si proprios habebant assyrii quasi peritiores fabros imperii cō
struendi atque seruandi. Nunquid nam mortui sunt. quando ipsi
imperium perdiderunt. aut mercede non sibi reddita, uel alia ma
iore promissa ad Medos transire uoluerunt. atque inde rursus ad
persas, Cyro inuitante et aliquid cōmodius pollicente. que gens
non angustis orientis finibus post Alexandri macedonis regnum
magnum locis sed breuissimum tempore in suo regno adhuc usque per
durat. hoc si ita est. aut infideles dii sunt. qui suos deserunt et ad ho
stes transeunt. quod nec homo fecit camillus quando uictor et expugna
tor aduersissime ciuitatis: romā cui uicerat, sensit ingratam, quam
tamen postea oblitus iniurie. memor patrie a gallis iterū liberauit.
Aut non ita fortes sunt. ut deos fortes esse decet qui possunt humanis
uel consiliis uel uiribus uinci. Aut si cum inter se belligerant. non
dii ab hominibus. sed dii ab aliis diis forte uincuntur. qui sunt quarū
que propriis ciuitatum. Habent ergo et ipsi inter se inimicitias quas
pro sua quisque parte suscipiunt. Non itaque deos suos debuit colere,
ciuitas magis quam alios a quibus adiuuarentur sui. Postremo quoquo
modo se habeat deorum iste uel transitus uel fuga uel migratio uel
in pugna defectio. nondum illis temporibus atque in illis terrarū parti
bus xpi nomen fuerat predicatum. quando illa regna per ingentes belli
cas clades amissa atque translata sunt. Nam si post mille ducentos
et quot excurrit annos quando regnum assyriis ablatum est. iam ibi xpi
ana religio aliud regnum predicaret eternum et deorum falsorum
cultus inhiberet. quid nam aliud illius gentis homines uani dice
rent. nisi regnum quod tam diu conseruatum est, nulla alia cau
sa nisi suis religionibus desertis et illa recepta perire potuisse. In
qua uoce uanitatis que poterat esse. isti attendant speculum suum.
et similia conqueri, si ullus in eis pudor est erubescant. quamquam romanū
imperium afflictum est. potius quam mutatum. quod et aliis ante xpi
nomen temporibus ei contigit. et ab illa est afflictione recreatum.
quod nec ab istis temporibus desperandum est;

Quorum deorum presidio putent romani suum imperium au
ctum atque seruatum: cum singulis uix singularum rerum tuitionem
committendam esse crediderant; . Capitulum. VIII.

[Margin: Regnū persarum. Cyrus / Alexander Macedo. / Camillus. / Galli. / l. sacrilegos]

Cloacina. Dee Volupia. Libentina. Deus Vagitanus. Dea Cunina.
Dea Rusina. Deus Iugatinus. Dea Collatina. Dea Vallonia.
Proserpina. Volutina. Patelana. Hostilina. Flora. Deus Lacturnus. Matura. Runcina.

Quis eorum de hac re nouit uoluntatem dei. Deinde que-
ramus si placet ex tanta deorum turba quam romani co-
lebant quem potissimum uel quos deos credant illud im-
perium dilatasse atque seruasse. Neque enim in hoc tam preclaro ope-
& tante plenissimo dignitatis audent aliquas partes dee Cloacine
tribuere aut uolupie que a uoluptate est appellata aut libentine
cui nomen est a libidine. aut uagitano qui infantum uagitibus
presidet aut cunine que cunas eorum administrat. Quando autem
possunt uno loco libri huius commemorari omnia nomina deorum
& dearum que illi grandibus uoluminibus uix comprehendere
potuerunt singulis rebus propria dispartientes officia numinum. nec
agrorum munus uni alicui deo committendum arbitrati sunt.
Sed rura dee rusine iuga montium deo iugatino. collibus deam
collatinam uallibus uallonam prefecerunt. Nec saltem potuerunt
unam segetiam talem inuenire cui semel segetes commendarent.
sed sata frumenta quamdiu sub terra essent prepositam uoluerunt
habere deam seiam. cum uero iam essent super terram & segetem fa-
cerent deam segetiam. frumentis uero collectis atque reconditis ut
tuto seruarentur deam tutilinam preposuerunt. Cui non sufficere
uidetur illa segetia quamdiu seges ab initiis herbidis usque ad aristas
aridas perueniret. Non tamen satis fuit hominibus deorum mul-
titudinem amantibus ut anima misera demoniorum turbe pro-
stitueret. unius ueri dei castum dedignata complexum. Prefece-
runt ergo proserpinam frumentis germinantibus. geniculis no-
disque culmorum deum nodo cum in uolumentis folliculorum deam uo-
lutinam. cum folliculi patescunt ut spica exeat deam patelanam
cum segetes nouis aristis equantur quia ueteres equare hostire dix-
erunt deam hostilinam. florentibus frumentis deam floram.
lactescentibus deum lacturnum. maturescentibus deam matu-
ram. cum runcantur id est a terra auferuntur deam runcinam. Nec
omnia commemoro. quia me piget quod eos non pudet. Hæc autem
paucissima ideo dixi ut intelligeretur eos nullo modo audere
dicere ista numina imperium constituisse auxisse conseruas-
se romanum. Que ita queque suis adhibebant officiis ut nihil
uniuersum uni alicui crederetur. Quando ergo segetia curaret impe-
rium cui curam gerere simul & arboribus & segetibus non li-
cebat. Quando de armis cunina cogitaret. cuius prepositura paruulorum

cunas non permittebatur excedere; q̄n Nodocus adiuuaret in bello qui nec ad foliculum spice sed tm̄ ad nodum geniculi ptinebat; unusquisq; domui sue ponit hostiarium. & qa homo est sufficit omnio. Tres isti deos posuerunt forculum foribus cardeam cardini limentinum limini. Ita non poterat forculus sil & cardinem limenq; seruare. Obmissa igit turba minutorum deoꝝ uel aliqntulum intermissa officium deoꝝ maiorum debemus inquirere quo Roma tam magna facta ē. ut tam diu tot gentibus imperaret;

Deus Forculus. Dea Cardea. Deus limentinus.

An imperii romani amplitudo & diuturnitas Ioui fuerit ascribenda que summū deū cultores ipius opinantur; Capitulum. IX.

Nimirum Iouis hoc opus est. ipsum enī deorum omnium dearumq; uolunt. hoc eius indicat sceptrum. hoc in alto colle capitolium. De isto deo quāuis a poeta dictum conuenientissime predicant. Iouis omnia plena. Hunc Varro credit etiā ab his coli qui unum deum solum sine simulacro colunt. sed alio nomine nuncupari. Quod si ita est; cur tam male tractatus est rome; sicut & in ceteris gentibus. ut ei fieret simulacrū. quod ipsi etiā Varroni ita displicet. ut cum tante ciuitatis peruersa cosuetudine pmeretur. nequaqm tamen scribere & dicere dubitaret. qd hi qui ppłis instituerunt simulacra & metum dempserunt & errorem addiderunt;

ergo · Iuppiter rex deoꝝ.
regem
Virgilius.
Varro.
qd ē

Quas opiniones secuti sunt qui diuersos deos diuersis mundi partibus prefecerunt; Capitulum. X.

Cur illi etiam Iuno uxor adiungitur. que dicatur soror & coniunx. Quia iouem inquiunt in ethere accipimus. in aere Iunonem. & hec duo elementa coniuncta sunt. alterum superius. alterum inferius. Non est ergo ille de quo dictum est. Iouis omnia plena. si aliquā partem implet. & ambo isti coniuges & in duobus istis elementis & in singulis simul sunt. Cur ergo ether datur ioui. aer Iunoni? Postremo ipsi duo satis essent. Quid est qd mare neptuno tribuit. terra plutoni. et ne ipsi quoq; sine coniugibus remanerent. additur Neptuno Salathia. Plutoni pserpina. Nam sicut inferiorem celi partem id est aerem inquiunt Iuno tenet. ita inferiorem maris Salathia. & terrae inferiorem proserpina. Querunt queadmodum sartiant fabulas. nec inueniunt. Si enī hec ita essent. tria potius elementa mundi esse non quatuor eorum

Iuno.
et Iuno. an uterq; utrūq; implet.
Neptunus. Pluto. Salathia. Proserpina.

ueteres proderent. ut singula deorum coniugia diuiderent singulis e
lementis. Nunc uero omnimodo affirmauerunt aliud esse ethere.
aliud aerem. Aqua uero siue superior siue inferior. utique aqua est.
Puta quia dissimilis. nunquid intantum ut aqua non sit. Et inferior
terra quid aliud esse potest quam terra quantalibet diuersitate distincta.
Deinde ecce iam totus in his quatuor uel tribus elementis corporeus
Minerua. completus est mundus. Minerua ubi erit. quid tenebit. quid implebit.
Simul enim cum his in capitolio constituta est cum ista filia non sit am
borum. Aut si etheris partem superiorem Mineruam tenere dicunt.
et hac occasione fingere poetas. quod de iouis capite nata sit. cur non
ergo ipsa potius regina deorum deputatur. quod sit ioue superior. an quia
Saturnus. indignum erat patri preponere filiam. cur non de ioue ipso erga Sa
turnum iustitia ista seruata est. an quia uictus est. ergo pugnarunt.
Absit inquiunt. fabularum est ista garrulitas. Ecce fabulis non credatur.
et de diis meliora sentiantur. Cur ergo non data est patri iouis et si
non sublimior. equalis certe sedes honoris. quia Saturnus inquiunt
temporis longitudo est. Tempus igitur colunt. qui saturnum colunt.
Et rex deorum Iuppiter insinuatur natus ex tempore. Quid enim indignum
dicitur cum Iuppiter et Iuno nati dicuntur ex tempore. si celum est ille.
et illa est terra. Nam hoc quoque in libris suis habent eorum docti
atque sapientes. neque de figmentis poeticis. sed de philosophorum libris. A

/. cum facta sint utique celum et terra.

Virgilius. Virgilio dictum est. tunc pater omnipotens fecundis imbribus ether. con
iugis in gremium lete descendit. id est ingremium telluris aut terre.
Quia et hic aliquas differentias uolunt esse atque in ipsa terra aliud terram.
aliud tellurem aliud tellumonem putant. Et omnes hos deos ha
bent suis nominibus appellatos suis officiis distinctos suis aris sacris
que ueneratos. Eandem terram etiam matrem deorum uocant. ut iam po
ete tollerabiliora confingant. si secundum istorum non poeticos. sed sacro
rum libros non solum Iuno soror et uxor coniunx. sed etiam mater
Ceres. Vesta. est iouis. Eandem terram cererem. eandem etiam Vestam uolunt.
cum tamen sepius Vestam non nisi ignem esse perhibeant. pertinen
tem ad focos. sine quibus ciuitas esse non potest et ideo illi uirgines
solere seruire. quod sicut ex uirgine. ita nihil ex igne nascatur. Quam
tamen totam uanitatem aboleri et extingui utique ab illo oportuit.
qui est natus ex uirgine. quis enim ferat. quod cum tantum honoris et quasi
/. non castitatis igni tribuerint. aliquando Vestam erubescant etiam Venerem
dicere. ut uanescat in ancillis eius honorata uirginitas. Si enim

Vesta uenus esset. quomodo ei rite uirgines a uenereis operibus abstinendo seruierunt. An veneres due sunt. una uirgo et altera mulier.
An potius tres una uirginum que etiam uesta est alia coniugatarum alia meretricum. cui etiam phenices donum dabant de prostitutione filiarum antequam eas iungerent uiris. Que illarum est matrona uulcani. Non utique uirgo. quoniam habet maritum. Absit autem ut meretrix.
Ne filio iunonis et cooperario minerue facere uideamur iniuriam. ergo hec ad coniugatas pertinere intelligitur. sed eam nolumus imitentur in eo quod fecit illa cum marte. Rursum inquiunt ad fabulas redis. que est ista iustitia nobis succensere. quod talia dicimus de diis eorum. et sibi non succensere qui hec in theatris libentissime spectant crimina deorum suorum. Et quod esset incredibile nisi contestatissime probaretur. hec ipsa theatrica crimina deorum suorum in honorem instituta sunt eorundem deorum.

De multis diis quos doctores paganorum unum eundemque iouem esse defendunt. Capitulum. xi.

Quodlibet igitur phisicis rationibus et disputationibus asserant. modo sit iuppiter corporei huius mundi animus. qui uniuersam istam molem ex quatuor uel quot eis placet elementis constructam atque compactam implet et mouet. modo inde suas partes sorori et fratribus cedat. modo sit ether. ut aerem iunonem subterfusam desuper amplectatur. modo totum simul cum aere sit ipse celum. terram uero tamquam coniugem eandemque matrem. quia hoc in diuinis turpe non est. fecundis imbribus et seminibus fetet. modo autem ne sit necesse per cuncta discurrere. deus unus de quo multi a poeta nobilissimo dictum putant. deum namque ire per omnes terras tractusque maris celumque profundum. Ipse in ethere sit iuppiter in aere sit iuno. ipse in mari neptunus. in inferioribus etiam maris ipse salathia. In terra pluto in terra inferiore proserpina. in focis domesticis Vesta. in fabrorum fornace sit
Vulcanus. in Syderibus Sol et Luna et Stelle. in diuinantibus Apollo. Mercurius in merce. in iano initiator. in termino terminator. Saturnus in tempore. Mars et bellona in bellis. Liber in uineis.
Ceres in frumentis. Diana in siluis. Minerua in ingeniis. Ipse postremo etiam in illa turba quasi plebeiorum deorum. Ipse presit nomine liberi uirorum seminibus et nomine libere feminarum. Ipse sit diespiter qui partum perducat ad diem. Ipse dea mentna quam

[margin: Virgilius; ipse; sit]

prefecerunt menstruis feminarum . ipse lucina que a parturientibus inuocetur . Ipse opem ferat nascentibus excipiens eos sinu terre . et uocetur opis . Ipse in uagitu os aperiat et uocetur deus Vagitanus . Ipse leuet de terra et uocetur dea leuana . ipse cunas tueatur et uocetur Cunina . Non sit alius sed ipse in illis deabus que fata nascentibus canunt et uocantur carmentes . presit fortuitis . uoceturque fortuna . in diua rumina mammam paruulo immulgeat . quia rumam dixerunt ueteres mammam . In diua potina potionem ministret . in diua edulica escam prebeat . De pauore infantium pauentia nuncupetur . De spe que uenit uenilia . de uoluptate Volupia . de actu Agenoria . de stimulis quibus ad nimium actum homo impellitur dea stimula nominetur . Strenua dea sit strenuum faciendo . Numeria que numerare doceat . Camena quae canere . Ipse sit et deus consus prebendo consilia et dea sentia sententias inspirando . Ipse dea iuuentas que post iuuenilis aetatis exordia pretextam excipiat . Ipse sit et fortuna barbata . que adultos barba induat . quos honorare noluerunt . ut hoc qualecumque numen saltem masculum deum uel a barba babatum sicut a nodis nodotum uel certe uel non fortunam sed quia barbas habet fortunium nominarent . Ipse in iugantino deo coniuges iungat . et cum uirgini uxori zona soluitur ipse inuocetur siue uirtutes eius . et dea uirginensis uocetur . ipse sit mutunus uel tutunus . qui est apud grecos priapus . Si non pudet .

Haec omnia que dixi et quecumque non dixi non enim omnia dicenda arbitratus sum hii omnes dii deeque sit unus Iuppiter . siue sint ut quidam uolunt omnia ista partes eius siue uirtutes eius . sicut eis uidetur quibus placet esse eum mundi animum . Que sententia uelut magnorum multorumque doctorum est . Hec si ita sunt . quod quale sit nondum interim quero . quid perderent . si unum deum colerent prudentiore compendio . quid enim eius contempneretur . ipse cum coleretur . Si autem metuendum fuit ne pretermisse siue neglecte partes eius irascerentur . Non ergo ut uolunt uelut unius animantis hec tota uita est quae omnes continet deos quasi suas uirtutes uel membra uel partes . sed suam queque pars habet uitam a ceteris separatam . si preter alteram irasci altera potest et alia placari alia concitari . Si autem dicitur omnes simul id est totum ipsum iouem potuisse offendi . si partes eius non etiam

sigillatim minutatimque colerentur. stulte dicitur. Nulla quippe illarum pretermitteretur. cum ipse unus qui haberet omnia coleretur. Nam ut alia omittam. que sunt innumerabilia cum dicunt omnia sydera partes iouis esse. & omnia uiuere. atque rationales animas habere. Et ideo sine controuersia deos esse non uident quam multos non colant. quam multis edes non construant. aras non statuant. quas tamen paucissimis syderum statuendas esse putauerunt. & sigillatim sacrificandum. Si igitur irascuntur qui non sigillatim coluntur. non metuunt paucis placatis toto celo irato uiuere. Si autem stellas omnes ideo colunt quia in ioue sunt quem colunt. isto compendio possent in illo uno omnibus supplicare. Sic enim nemo irasceretur. cum in illo uno nemo contempneretur. potius quam quibusdam cultis iusta irascendi causa illis qui pretermissi essent multo numerosioribus preberetur. cum eis de superna sede fulgentibus turpi nuditate distentus [presertim] preponeretur & priapus;

priapus.

De opinione eorum qui deum animam mundi & mundum corpus dei esse putauerunt; · Capitulum · xii ·

Quid illud. Nonne debet mouere acutos homines uel qualescumque homines. Non enim ad hoc ingenii opus est excellentia ut deposito studio contentionis attendant. si mundi animus deus est. eique animo mundus ut corpus est. ut sit unum animal constans ex animo & corpore atque iste deus est sinu quodam nature in se ipso continens omnia. ut ex ipsius anima qua uiuificatur tota ista moles uite atque anime cunctorum uiuentium. pro cuiusque nascentis sorte sumantur. nihil omnino remanere quod non sit pars dei. Quod si ita est. quis non uideat quanta impietas & irreligiositas consequatur. ut quod calcauerit quisque partem dei calcet. & in omni animante occidendo pars dei trucidetur. Nolo omnia dicere que possunt occurrere cogitantibus. dici autem sine uerecundia non possunt;

De his que sola rationabilia animantia partes esse unius dei asserunt; · Capitulum · xiii ·

Si autem sola animalia rationalia sicut sunt homines partes dei esse contendunt. non uideo quidem si totus mundus est deus quomodo bestias ab eius partibus separarent. Sed obluctari quid opus [est] de ipso rationali animante id est homine. Quid infelicius credi potest. quam dei partem uapulare.

cū puer uapulatur. Iam uero partes dei fieri lasciuas, iniquas, impias atq; omnino damnabiles. quis ferre possit. nisi q; prorsus insanit. Postremo quid irascitur eis. a quibus non colitur. cum a suis partibus non colatur. Restat ergo ut dicant, omnes deos suas habere uitas. sibi quemq; uiuere. nullum eorum esse partem cuiusq; sed omnes colendos qui cognosci & coli possunt. qui tam multi sunt ut omnes non possint, quorum Iuppiter quia rex presidet. ipsum credo ab eis putari regnum constituisse uel auxisse romanū.
Nam si hoc ipse non fecit. quem alium deum opus tam magnum potuisse aggredi credant. cum omnes occupati sint officiis & opibus propriis. nec alter irruat in opus alterius. A rege igitur deorum regnū hominum potuit propagari & augeri;

Augmenta regnorum ioui in congruenter ascribi. cum si ut uolūt dea esset uictoria ipsa huic negocio sola sufficeret; capitulū. xiiij.

Hic primum quero. cur non ipm etiam regnum aliquis deus est. Cur enī non ita sit. si uictoria dea est. Aut quid ipso ioue in hac causa opus est. si uictoria faueat. sitq; propitia. & semper eat ad illos. quos uult esse uictores. Hac dea fauente ac propitia. et ioue uacante. uel aliud agente que gentes non subdite remanerent. que regna non cederent. An forte displicet bonis iniquissima improbitate pugnare. & finitimos quietos nullamq; iniuriam facientes ad dilatandum regnum bello spontaneo prouocare. Plane si ita sentiunt, approbo & laudo;

An conueniat bonis latius uelle regnare; Capitulum. xv.

Videant ergo ne forte non pertineat ad bonos uiros gaudere de regni latitudine. Iniquitas enī eorum cum quibus iusta bella gesta sunt. regnum adiuuit ut cresceret. qd utiq; paruum esset. si quies & iustitia finitimorum contra se bellum geri nulla prouocaret iniuria. ac sic felicioribus rebus hūanis omnia regna parua essent concordi uicinitate letantia. Et ita essent in mundo regna plurima gentium. ut sunt in urbe domus plurime ciuium. proinde belligerare. & perdomitis gentibus dilatare regnum. malis uidetur felicitas. bonis necessitas. Sed quia peius esset ut iniuriosi iustioribus dn̄arentur. ideo non incongrue dicitur etiā ista felicitas. Sed proculdubio felicitas maior ē uicinū bonum hr̄e concordem. q̄ uicinum malum subiugare bellantem.
Mala uota sunt optare habere quem oderis. uel quem timeas ut possit

esse quem uincas. Si ergo iusta gerendo bella non impia non iniqua
romani imperium tam magnum acquirere potuerunt: numquid
tanquam aliqua dea colenda est eis etiam iniquitas aliena? Multum
enim ad istam latitudinem imperii eam cooperatam uidemus quae
faciebat iniuriosos ut essent cum quibus iusta bella gererentur et au-
geretur imperium. Cur autem et iniquitas dea non sit uel externa-
rum gentium. si pauor et pallor et febris dii romani esse meruerunt?
His igitur duabus id est aliena iniquitate et dea uictoria dum bel-
lorum causas iniquas excitat et uictoria eadem bella feliciter ter-
minat etiam feriato ioue creuit imperium. Quales etenim partes hic
Iuppiter haberet. cum ea quae possent beneficia eius putari. dii ha-
bentur dii uocantur dii coluntur. ipsi pro suis partibus inuocantur.
Haberet hic autem etiam ille aliquam partem. si regnum etiam ipse appel-
laretur sicut appellatur illa uictoria. Aut si regnum munus est
iouis. cur non et uictoria munus eius habeatur? Quod profecto
haberetur. si non lapis in capitolio. sed uerus rex regum et dominus do-
minantium cognosceretur atque coleretur.

Quid fuerit quod romani omnibus rebus et omnibus motibus deos singulos deputantes. aedem quietis extra portas esse uoluerunt. · *Capitulum xvi*

Miror autem plurimum quod cum deos
singulos singulis rebus et pene singulis motibus attribu-
erent. uocauerunt deam agenoriam quae ad agendum
excitaret deam stimulam quae ad agendum ultra modum stimu-
laret deam murceam quae praeter modum non moueret ac faceret
hominem ut ait Pomponius murcidum id est nimis desidiosum
et inactuosum deam strenuam quae faceret strenuum. His omnibus
diis et deabus publica sacra facere susceperunt. Quietam uero ap-
pellantes quae faceret quietum. cum aedem haberet extra portam co-
linam publice suscipere noluerunt. utrum indicium fuerit animi
inquieti. an potius ita significatum est. qui illam turbam colere perse-
ueraret non plane deorum sed daemoniorum. eum quietem habere
non posse. ad quam uocat uerus medicus dicens. Discite a me quia
mitis sum et humilis corde. et inuenietis requiem animabus uestris.

An si iouis summa potestas est etiam uictoria dea debuerit esti-mari. · *Capitulum xvii*

An forte dicunt quod deam uictoriam iuppiter mittat atque
illa tanquam regi deorum obtemperans ad quos iusserit ue-

Agenoria
Deae · Stimula
Murcea
Pomponius
Strenua
illam
in

niat · & in eorum parte confidat. Hoc uere dicitur: non de illo io
ue quem deorum regem pro sua opinione confingunt · sed de illo
uero rege sclorum qđ mittat non uictoriam que nulla substantia
est · sed angelum suum · & faciat uincere quem uoluerit · cuius
consilium occultum esse potest · iniquum non pot̄ · Nam si uicto
ria dea ē · cur non deus est & triumphus · & uictoriæ iungitur
uel maritus uel frater uel filius · Talia quippe isti de diis opinati sr̄
qualia si poete fingerent · atq; a nobis exagitarentur · responderent
isti · irridenda esse figmenta poetarum · non ueris attribuenda nu
minibus · et tamen se ipsi non ridebant · cum talia delyramenta nō
apud poetas legebant : sed in templis colebant · Iouem igitur de om̄i
bus rogarent · ei uni tm̄modo supplicarent · Non enim quo misisset
uictoriam, si dea ē · & sub illo rege est · posset ei audere resistere · & po
tius suam facere uoluntatem ;

· Capitulum · xviii ·

F oelicitatem & fortunam qui deas putant qua ratione se cernunt ;

· Foelicitas ·

· Fortuna ·

ł a

· Plato ·

QVid qđ & foelicitas dea est · edem accepit · aram meruit · sa
crá congrua persoluta sunt · Ipsa ergo sola coleretur · ubi enim
ipsa esset · quid boni non esset · Sed quid sibi uult qđ for
tuna dea putatur & colitur · An aliud est felicitas · aliud fortuna
quia fortuna potest esse mala · foelicitas aut̄ si mala fuerit · felicitas
non erit · Certe omnes deos utriusq; sexus · si & sexum habent · nō
nisi bonos existimare debemus · Hoc Plato dicit · hoc alii philosophi
hoc excellentes rei publice pplorum q; rectores · Quomodo ergo dea
fortuna aliqn̄do bona est · aliqn̄ mala · An forte quando mala est ·
dea non est · sed in malignum demonem repente conuertitur · quot
sunt ergo dee iste · pfecto quotquot homines fortunati · hoc ē bone
fortune · Nam cum sint & alii plurimi simul · hoc est uno tempore
male fortune · numquid si ipsa esset simul & bona esset & mala ·
his aliud · illis aliud · An illa que dea ē · semper est bona · ipsa est
ergo felicitas · Cur adhibentur diuersa nomina · Sed et hoc feren
dum est · solet enim & una res duobus nominibus appellari · Quid enī

t diuersis

diuerse edes · diuerse are · diuersa sacra · Est causa inquiunt · quia
foelicitas illa est · quá boni habent pcedentibus meritis · fortuna uero
que dicitur bona · sine ullo examine meritorum fortuito accidit ho
minibus bonis & malis · unde etiā fortuna nominatur · Quomodo
ergo bona est · que sine ullo iudicio uenit ad bonos & ad malos · Vt
quid autem colitur · que ita ceca ē · passim in quoslibet incurrens ·

ut suos cultores plerumque pretereat et suis conteptoribus hereat.
A ut si aliquid proficiunt cultores eius ut ab illa uideantur et amen
tur. iam merita sequitur. non fortuito uenit. Ubi est illa diffinitio
fortune. ubi est quod a fortuitis etiam nomen accepit. Nihil enim
prodest eam colere. si fortuna est. si autem suos cultores discernit. ut
prosit. fortuna non est. An et ipsam quo uoluerit Iuppiter mittit.
C olatur ergo ipse solus. Non enim potest ei iubenti et eam quo uo
luerit mittenti fortuna resistere. Aut certe istam mali colant. qui
nolunt habere merita. quibus possit dea felicitas inuitari;

De fortuna muliebri; · Capitulum. xix.

Tantum sane huic uelut numini tribuunt. quam fortunam
uocant. ut simulacrum eius quod a matronis dedicatum est.
et appellatum fortuna muliebris. etiam locutum esse memo
riae commendauerint. atque dixisse non semel sed iterum. quod eam
rite matrone dedicauerunt. Quod quidem si uerum sit mirari nos
non oportet. Non enim malignis demonibus sic difficile est fallere.
quorum artes atque uersutias hinc potius isti aduertere debuerunt. quod
illa dea locuta est que fortuito accidit. non que meritis uenit. Fuit
enim fortuna loquax et muta felicitas. Et ad quid aliud nisi ut
homines recte uiuere non curarent. conciliata sibi fortuna. que
illos sine ullis bonis meritis faceret fortunatos. Et certe si fortuna
loquitur. non saltem muliebri sed uiris loqueretur. ut non ipse
que simulacrum dedicauerunt. putarentur tantum miraculum mu
liebri loquacitate finxisse;

· Fortuna muliebris ·

t tamen est

etiam

De uirtute et fide quas pagani templis et sacris honorauerunt. pretermittentes alia bona que similiter colenda fuerunt si recte aliis diuinitas tribuebatur; · Capitulum. xx.

Uirtutem quoque deam fecerunt. que quidem si dea esset.
multis preferenda fuerat. Et nunc quia dea non est. sed
donum dei est. ipsa ab illo impetretur. a quo solo dari po
test. et omnis falsorum deorum turba uanescet. Sed cur etiam
fides dea credita est. et accepit etiam ipsa templum et altare. quam
quisquis prudenter agnoscit. habitaculum illi se ipsum facit. Un
de autem sciunt illi quid sit fides. cuius primum et maximum
officium est. ut in uerum credatur deum. Sed cur non suffecerat
uirtus. Nonne ibi est et fides. quandoquidem uirtutem in quatuor
species distribuendam esse uiderunt. prudentiam iustitiam.

· Virtus ·

· Fides ·

fortitudinem temperantiam. et quoniam iste et singule species suas ha
bent in partibus iustitie fides est. maximumque locum apud nos habet.
quicumque scimus quid sit iustus ex fide uiuit. Sed illos miror
appetitores multitudinis deorum si fides dea est quare aliis tam
multis deabus iniuriam fecerunt. pretermittendo eas. quibus si
militer aras et edes dedicare potuerunt. Cur temperantia dea esse
non meruit. cum eius nomine non nulli romani principes non
paruam gloriam comparint. Cur denique fortitudo dea non est.
que affuit Mutio. cum dexteram porrexit in flammas. quae
affuit Curtio. cum se pro patria in abruptam terram precipitem
dedit. que affuit Decio patri et Decio filio. cum pro exercitu se de
uouerunt. Si tamen his omnibus uera inerat fortitudo. unde modo
non agitur. Quare prudentia. quare sapientia nulla numinum
loca meruerunt. an quia in nomine generali ipsius uirtutis omnes colun
tur. Sic ergo posset et unus deus coli. cuius partes ceteri dii puta
tur. Sed in illa uirtute et fides est et pudicitia. que tamen ex
tra in edibus propriis altaria meruerunt. has deas non ueritas. sed
uanitas facit.

Quod unum non intelligentes deum uirtutum saltem felicitatem
debuerunt esse contenti. Capitulum xxi.

Haec enim ueri dei munera sunt. non ipse sunt dee. uerumtamen
ubi est uirtus et felicitas. Quid aliud queritur. Quid ei
sufficit cui uirtus felicitasque non sufficit. Omnia quippe
agenda complectitur uirtus. omnia optanda felicitas. Si iuppiter
ut hec daret ideo colebatur. quia si bonum est aliquid latitudo re
gni atque diuturnitas. ad eandem pertinet felicitatem. cur non in
tellectum est dona dei esse non deas. si autem putate sunt dee. sal
tem alia tanta deorum turba non quereretur. Consideratis enim
officiis deorum dearumque omnium. que sicut uoluerunt pro sua
opinione finxerunt. inueniant simpliciter aliquid si possunt.
quod ab aliquo deo prestari possit homini habenti uirtutem
habenti felicitatem. Quid doctrine uel a Mercurio uel a Minerua
petendum esset. cum uirtus secum omnia haberet. Ars quippe ipsa
bene recteque uiuendi uirtus a ueteribus diffinita est. Vnde ab eo
quod grece arete dicitur uirtus nomen artis latinos traduxisse puta
uerunt. Sed si uirtus non nisi ad ingeniosum uenire posset. quid
opus erat deo Catio patre. qui catos id est acutos faceret. cum

Marginalia: quod · Temperantia · Fortitudo · Mutius · Curtius · Decius · Prudentia · Sapientia · Fides · Pudicitia · una · Virtus · Felicitas · Mercurius · Minerua · Virtus est ars bene recteque uiuendi · Deus Catius

hoc posset conferre felicitas. Ingeniosum quippe nasci felicitatis est. Unde etiam si non potuit a nondum nato coli felicitas dea: ut hoc ei conciliata donaret; conferret hoc parentibus eius cultoribus suis, ut ei ingeniosi filii nascerentur. Quid opus erat parturientibus Lucinam: cum si adesset foelicitas non solum bene parerent. sed et bonos. Quid necesse erat opi deę commendare nascentes deo Vagitano uagientes. deę cunine iacentes. deę Rumine sugentes. deo Statilino stantes. deę Adeonę adeuntes. Abeone abeuntes. deę menti ut bonam haberent mentem. deo Volumino & deę uolumine ut bona uellent. diis coniugalibus ut bene coniugarent. diis agrestibus ut fructus uberrimos caperent. & maxime ipsi deę frutesee marti & bellone ut bene belligerarent. deę Victorię ut uincerent. deo honorino ut honorarent. deę pecunię ut pecuniosi essent. deo esculano et filio eius argentino ut haberent ęream argenteamque pecuniam. Nam ideo patrem argentini esculanum posuerunt. quia prius ęrea pecunia in usu cepit esse. post argentea. Miror autem quod argentinus non genuit aurinum. quia & aurea subsecuta est. Quem deum isti si haberent sicut Saturno iouem. ita & patri argentino & auo esculano aurinum preponerent. Quid igitur erat necesse propter hęc bona uel animi uel corporis uel externa tantam deorum turbam colere & inuocare. quos neque omnes commemoraui. nec ipsi potuerunt omnibus bonis humanis minutatim singulatimque digestis deos minutos & singulos prouidere. cum posset magno facilique compendio una dea felicitas cuncta conferre. Nec solum ad capienda bona quisquam alius. sed neque ad depellenda mala quereretur. Cur enim esset inuocanda propter fessos diua fessonia. propter hostes depellendos diua pellonia. propter egros. medicus uel apollo uel esculapius uel ambo simul quando esset grande periculum. Nec deus spinensis. ut spinas ex agris eradicaret. nec dea rubigo. ut non accideret rogaretur. una felicitate presente et tuente. ut uel nulla mala exorirentur. uel facillime pellerentur.

Postremo quoniam de istis duabus deabus uirtute & felicitate tractamus. si foelicitas est uirtutis premium. non dea. sed donum dei est. Si autem dea est. cur non dicatur & uirtutem ipsam conferre. quandoquidem etiam uirtutem consequi foelicitas est magna;

De scientia colendorum deorum quam a se Varro gloriatur collatam esse romanis;

Capitulum Vicesimum secundum.

Lucina. Opis. Cunina. Rumina. Statilinus. Adeona. Abeona. Mens. Voluminus. Volumina. Dii coniugales. Dii agrestes. Frutesca. Mars. Bellona. Vitoria. Honorinus. Pecunia. Esculanus. Argentinus.

Fessonia. Pellonia. Apollo. Esculapius. Spinensis. Rubigo.

· Varro ·

Qvid est ergo quod pro ingenti beneficio Varro iactat prestare
se ciuibus suis. quia non solum commemorat deos quos coli
oporteat a romanis: uerum etiā dicit quid ad quemq; perti
neat. quoniam sicut nihil prodest homini alicui⁹ medici nomen
formamq; nosse et quod sit medicus ignorare. Ita dicit nihil ꝓdesse
scire deum esse esculapium. si nescias eum ualitudine opitulari. atq;
ita ignores cur ei debeas supplicare. Hoc etiā alia similitudine affir
mat dicens. non modo bene uiue. sed uiuere omnino neminem
posse. si ignoret quisnam sit faber. quisnam sit pictor. quis tector.
a quo quid utensile petere possit. quem adiutorem assumere. quē
ducem. quem doctorem eo modo nulli dubium esse asserens. ita ēē
utilem cognitionem deoꝝ si sciatur. qm̄ quisq; deus uim faculta
tem & potestatem cuiusq; rei habeat. Ex eo enim poterimus inquit
scire. quem cuiusq; causa deum aduocare atq; inuocare debeamus
ne faciamus ut mimi solent. ne optemus a libero aquam a lymphis
uinum. Magna sane utilitas. Quis non huic gratias ageret. si uera
monstraret. & si unum uerum deum a quo essent omnia bona ho
minibus colendum doceret;

De felicitate quam romani multoꝝ ueneratores deorum diu nō coluerunt honore diuino cū ꝓ oībus sola sufficeret; Capitulum .xxiii.

Sed unde nunc agitur. si libri et sacra deorum uera sūt.
& felicitas dea ē. cur non ipsa una quę coleretur constituta
est quę posset uniuersa conferre. & compendio facere feli
cem. Quis enī optat aliquid ꝓpter aliud q̄m ut foelix fiat. Cur de
niq; tam sero huic tante dee post tot romanos principes, Lucullus
edem constituit. Cur ipse Romulus foelicem cupiens condere ciui
tatem non huic templum potissime construxit. Nec ꝓpter aliqd aliud
diis ceteris supplicauit. qm̄ nihil deesset. si hec adesset. Nam &
ipse nec primus rex. nec ut putant postea deus fieret. si deam
hanc ꝓpitiam non hr̄et. ut quid ergo constituit romanis deos,
iouem ianum martem picum faunum tyberinum herculem,
& si quos alios. Vt quid titus tatius addidit saturnum opem solem
lunam uulcanum lucem & quoscunq; alios addidit. inter quos
etiā deam cloacinam felicitate neglecta. ut quid Numa tot
deos & tot deas sine ista. an eam forte in tanta turba uidere nō
potuit? Ostilius certe rex deos & ipse nouos pauorem atq; pallorē
ꝓpitiandos non introduceret. si deam istam nosset aut coleret.

· Lucullus ·
· Romulus ·

Dii romuli: · Iuppiter · Ianus · Mars · Picus · Faunus · Tyberinus · Hercules ·

Titus Tati⁹: · Saturnus · Ops · Sol · Luna · Vulcanus · Lux · Cloacina ·

· Ostilius ·

Presente quippe felicitate omnis pauor & pallor non propitiatus abscede
ret sed pulsus aufugeret. Deinde quid est hoc. quod iam romanum
imperium longe lateque crescebat. & ad huc nemo felicitatem co
lebat. An ideo grandius imperium quam felicius fuit. Nam quo
ibi esset uera felicitas. ubi non erat uera pietas. Pietas enim uerax
est ueri dei cultus. non cultus falsorum tot deorum. quot demo
niorum. Sed postea iam in deorum numerum felicitate suscepta
magna bellorum ciuilium infelicitas subsecuta est. An forte in
dignata est felicitas iuste. quod etiam sero & non ad honorem. sed
ad contumeliam potius inuitata est. ut cum ea coleretur priapus
& cloacina pauor. pallor. & febris et cetera non numina colendorum
sed crimina colentum. Ad extremum si cum turba indignissima
tanta dea colenda uisa est. cur non uel illustrius ceteris colebatur.
Quis enim ferat. quod neque inter deos consentes quos dicunt in con
cilium iouis adhiberi. nec inter deos quos electos uocant. felicitas
constituta est. ut templum ei aliquod fieret. quod & loci subli
minitate & operis dignitate preemineret. Cur enim non aliquid
melius quam ipsi ioui. Nanque etiam ioui regnum non nisi foelicitas de
dit. si tamen cum regnaret foelix fuit & potior est felicitas regno.
Nemo enim dubitat facile inueniri hominem. qui se timeat regem
fieri. nullus autem inuenitur. qui se nolit esse felicem. Ipsi uero dii si
per auguria uel quolibet modo eos posse consuli putant de hac
re consulerentur. utrum uellent felicitati loco cedere. Si forte
aliorum edibus uel altaribus iam fuisset locus occupatus. ubi edes
maior atque sublimior felicitati construeretur. etiam ipse iuppiter ce
deret ut ipsum uerticem collis capitolini felicitas potius obtine
ret. Non enim quispiam resisteret felicitati. nisi quod fieri non
potest. qui esse uellet infelix. Nullo modo si omnino si consu
leretur. faceret iuppiter. quod ei fecerunt tres dii. mars terminus
& iuuentas. qui maiori & regi suo nullo modo cedere loco uo
luerunt. Nam sicut habent eorum littere. cum rex Tarquinius ca
pitolium fabricari uellet. eum que locum qui ei dignior aptiorque
uidebatur a diis aliis cerneret preoccupatum. non audens contra eorum
aliquid facere arbitrium. & credens eos tanto numini suoque prin
cipi uoluntate cessuros. quia multi erant illic ubi capitolium
constitutum est. per augurium quesiuit utrum concedere locum
uellent ioui. atque ipsi inde cedere omnes uoluerunt preter illos

/ vera

Pauor
Pallor } Ostilii.

Pietas uerus dei cultus.

Iuppiter.
Mars.
Terminus.
Iuuentas.

quos memorauit martem terminum iuuentatem. atq; ideo capi
tolium ita constructum ē. ut etiā isti tres intus essent. tamen obscu
ris signis. ut hoc uix homines doctissimi scirent. Nullo modo i
gitur felicitatem iuppiter ipse contempneret. sicut a termino
marte & iuuentate contemptus est. Sed & ipsi etiā qui non ces
serant ioui. profecto cederent felicitati. quę illis fecerat regem io
uem. aut si non cederent. non id contemptu eius facerent. sed i
domo felicitatis obscuri esse mallent q̄ sine illa in locis propriis
eminere. Ita dea felicitate in loco amplissimo & celsissimo con
stituta discerent ciues unde omnis boni petendum esset auxiliū.

ł tam

Ac sic ipsa suadente natura aliorū deorum superflua multitu
dine derelicta coleretur una felicitas. uni supplicaretur. unius tem
plum frequentaretur a ciuibus. qui felices esse uellent. quorum
esset nemo qui nollet. atq; aliquid ab aliquo deo nisi felicitatem
uelit accipere. uel quod ad felicitatem existimat ptinere. Proin
de si foelicitas habet in potestate cum quo homine sit. habet aūt
si dea est. quę tandem stultitia ē ab aliquo eam deo petere. quam
possis a se ipsa impetrare. hanc ergo deam super deos ceteros hono
rare etiā loci dignitate debuerūt. Sicut enī apud eos legitur romani
ueteres nescio quem sumanum cui nocturna fulmina tribuebant.
coluerunt magis q̄ iouem ad quem diurna fulmina ptinebant. Sed
postq̄ ioui templum insigne atq; sublime constructum ppter edis
dignitatem. sic ad eum multitudo confluxit. ut uix inueniatur qui
sumani nomen quod audire iam non pot. se saltem legisse memine
rit. Si autem felicitas dea non ē quoniam quod uerum ē munus ē
dei. ille deus queratur. qui eam dare possit. & falsorum deorū multitu
do noxia relinquatur. quā stultorum hominum multitudo uana sec
tatur. dei dona sibi deos faciens. & ipsum cuius ea dona sunt obsti
natione superbe uoluntatis offendens. Sic enī infelicitate carere non
potest. qui tanq̄m felicitatem deam colit. & deum datorem felicita
tis relinquit. sicut carere non pot fame. qui panem pictum lingit. &
ab homine qui uerum habet non petit;

ł ita ipsa a seipsa peteretur. que ab omnibus petebatur. Quis enī

· Sumanus deus ·

· Capitulum xxiiii ·

Qua ratione defendant pagani q inter deos colant ipsa dona diuina;

Libet autem eorum considerare rationes. usq; adeo ne inquiunt
maiores nros insipientes fuisse credendum ē. ut hec nescirent
diuina munera esse non deos. Sed qm sciebant nemini ta
lia concedi nisi aliquo deo largiente. quorū deorum nomina non

inueniebant. earum rerum deos nominibus appellabant quas ab eis
sentiebant dari; aliqua uocabula inde flectentes. sicut a bello bellonã
nuncupauerunt. non bellum. sicut a cunis cuninam non cunam.
sicut a segetibus segetiam. non segetem. a pomis pomonam. non po-
mum. sicut a bobus bobonam non bouem. Aut certe nulla uocabu-
li declinatione. sicut res ipse nominant. ut pecunia dicta est dea quę
dat pecuniam. non omnino pecunia dea ipsa putata ē. Ita uirtus q
dat uirtutem. honor qui honorem. concordia quę concordiam.
uictoria quę uictoriã dat. Ita inquiunt cum felicitas dea dicitur
non ipsa quę datur. sed numen illud attendit a quo felicitas dat.
Ista nobis reddita ratione. multo facilius eis quorum cor non nimis
obduruit psuadebimus fortasse quod uolumus;

De uno tm̃ colendi deo quibus non ignoretur tamen foelicitatis dator
esse sentitur; Caplm. xxv.

Si enim iam humana sensit infirmitas non nisi ab aliquo
deo dari posse felicitatem. & hoc senserunt homines q tam
multos colebant deos. in quibus & ipm eorum regem iouem.
quia eius nomen a quo daretur felicitas ignorabant. ideo ipsius rei nõie
quam credebant ab illo dari eum appellare uoluerunt. Satis ergo
indicarunt nec ab ipso ioue dari posse foelicitatem quem iam co-
lebant. sed utiq; ab illo quem nomine illius felicitatis colendum
esse censebant. Confirmo prorsus a quodam deo quem nesciebant
eos credidisse dari foelicitatem. ipse ergo queratur ipse colatur et
sufficit. Repudietur strepitus innumerabilium demoniorum. Illi
non sufficiat hic deus cui non sufficit munus eius. Illi inqm non
sufficiat ad colendum deus dator felicitatis cui non sufficit ad acci-
piendum ipsa felicitas. Cui aut̃ sufficit non enim habet homo
quid amplius optare debeat. seruiat uni deo datori felicitatis non
est ipse quem nominant iouem. Nam si eum datorem felicitatis
agnoscerent. non utiq; alium uel aliam a quo daretur felicitas nomine
ipsius felicitatis inquirerent. neq; ipsum iouem cum tantis iniuriis
colendum putarent. Iste alienarum dicitur adulter uxorum. iste pu-
eri pulchri impudicus amator & raptor; Capitulum. xxvi.

ator

De ludis scenicis quos sibi dii celebrari a suis cultoribus exegerunt;

Sed fingebat hec Homerus ait Tullius. & humana ad deos
transferebat. diuina mallem ad nos. Merito displicuit
uiro graui diuinorum criminum poeta confictor. Cur ergo

Homerus. Tullius.

ludi scenici ubi hec dictitantur cantitantur actitantur deorum hono
ribus exhibentur, inter res diuinas a doctissimis conscribuntur.
Cicero · hic exclamet Cicero non contra figmenta poetarum . sed contra
instituta maiorum . An exclamarent et illi quid nos fecimus? Ipsi
dii ista suis honoribus exhibenda flagitauerunt · atrociter imperarunt ·
cladem nisi fierent prenuntiarunt · quia neglectum est aliquid ·
seuerissime uindicarunt · quia id quod neglectum fuerat factum
est · placatos se esse monstrarunt . Inter eorum commemoratur
Titus Latinus uirtutes et miranda facta quod dicam . Tito latino rustico roma
no patrifamilias dictum est in somnis ut in senatu nuntiaret ut
ludi romani instaurarentur · quod primo eorum die in quodam sce
lerato qui populo spectante ad supplicium duci iussus est numini
bus uidelicet ex ludis hilaritatem querentibus triste displicuisset
imperium . Cum ergo qui somnio commonitus erat · postero die
iussa facere non ausus esset, secunda nocte hoc idem rursus seuerius im
peratum est. amisit filium, quia non fecit. Tertia nocte dictum
est homini · quod maior ei pena si non faceret immineret · Cum etiam
sic non auderet. in morbum incidit acrem et horribilem . Tum
uero ex amicorum sententia ad magistratus rem detulit atque in
lectica allatus est senatum . Expositoque somnio recepta continuo
ualitudine pedibus suis abscessit · tanto stupefactus miraculo
senatus quadruplicata pecunia ludos censuit instaurari. Quis
non uideat qui sanum sapit · subditos homines malignis demo
nibus a quorum dominatu non liberat nisi gratia dei iesum christum
dominum nostrum, ui compulsos esse exhibere talibus diis quae recto
consilio poterant turpia iudicari? In illis certe ludis poetica nu
minum crimina frequentantur. qui ludi cogentibus numinibus
iussu senatus instaurabantur. In illis ludis corruptorem pudicitie
iouem turpissimi histriones cantabant agebant placabant . Si il
lud fingebatur. ille irasceretur . Si autem criminibus etiam fictis de
lectabatur. quando coleretur. nisi diabolo seruiretur? Itane iste roma
num conderet dilataret conseruaret imperium, quouis romano
cui talia displicebant abiectior? iste daret felicitatem . qui tam
infeliciter colebatur · et nisi ita coleretur · irascebatur infoe
licius ;

Margin glosses: ·i· non (at "An"); ·i· ille (at "qui"); ·i· in (at "senatum"); ·i· sanus (at "ualitudine"); ·i· per (at "iesum"); ·i· homine (at "abiectior").

De tribus generibus deorum de quibus Sceuola pontifex disputauit ; · Capitulum · XXVII ·

· Sceuola ·

Relatum est in litteris doctissimum pontificem Sceuolam
disputasse. tria genera tradita deorum · unum a poetis alterum
a philosophis. tertium a principibus ciuitatis. primum
genus nugatorum dicit esse. quod multa de diis fingant indigna.
Secundum non congruere ciuitatibus. quod habeat aliqua superuacua
aliqua etiam quae obsint populis nosse. De superuacuis non magna causa
est. solent enim & a iuris peritis dici. superflua quae non nocent. Quae
sunt autem illa quae prolata in multitudine nocent. Haec inquit non
esse deos Herculem. esculapium. castorem. pollucem. Proditur enim
a doctis quod homines fuerint. & humana conditione defecerint. Quid
aliud? quod eorum qui sunt dii, non habeant ciuitates uera simulacra. quod
uerus deus nec sexum habeat nec etatem nec definita corporis
membra. Haec pontifex nosse populos non uult. nam falsa esse non
putat. Expedire igitur existimat falli in religione ciuitates. quod di
cere etiam in libris rerum diuinarum, Varro ipse non dubitat. Pre

· Varro ·

clara religio quo fugiat liberandus infirmus. & cum ueritatem · con
qua liberetur inquirat. credatur ei expedire quod fallitur. poeticum sane
deorum genus. cur Sceuola respuat. eisdem litteris non tacetur. quia
sic uidelicet deos deformant. ut nec bonis hominibus comparen
tur. cum alium faciunt furari alium adulterare. Sic item aliquid
inquit aliter. turpiter atque inepte dicere ac facere. tres inter se de
as certasse de premio pulchritudinis. uictas duas a uenere. Troiam
euertisse. Iouem ipsum conuerti in bouem aut cignum aut cum
aliqua concumbat. deam homini nubere. saturnum liberos de
uorare. Nihil denique posse confingi miraculorum atque uitiorum. quod
non ibi reperiatur atque a deorum natura longe absit. O Sceuola

· Sceuola ·

pontifex maxime tolle ludos si potes. precipe populis. ne tales honores
diis immortalibus deferant. ubi deorum crimina libeat mirari. et quae · ubi
fieri possunt. placeat imitari. Si autem tibi inciderit populus. uos no
bis importastis ista pontifices. deos ipsos roga. quibus instigantibus
ista iussistis. ne talia sibi iubeant exhiberi. Quae si mala sunt. &
propterea nullo modo de deorum maiestate credenda. maior est deorum
iniuria. de quibus impugne finguntur. Sed non te audiunt. demo
nes sunt. praua docent. turpibus gaudent. non solum non deputant
iniuriam. si de illis ista fingantur. sed eam prorsus iniuriam ferre non
possunt. si per eorum solemnia non agatur. Iam uero si aduersus eos
Iouem interpelles. maxime ob eam causam. quia eius plura crimina

ludis scenicis actitant. non ne etiā si deum nuncupatis a quo re gitur totus atq; ministrat hic mundus. eo illi fit maxima a uo bis iniuria. q eum cum istis colendum putatis. eorumq; regem esse perhibetis;

An ad obtinendum dilatandumq; regnum profuerit romanis cultus deorum; . Capitulum .xxviii.

NUllo igitur modo dii tales qui talibus placant. uel potius accusantur honoribus ut maius sit crimen qđ eis falsis oblectantur q̃ si de illis uera dicerent. romanū imperium augere & conseruare potuissent. hoc enī si possent grecis potius donum tam grande conferrent. qui eos in huiuscemodi rebus diuinis. hoc ē ludis scenicis honorabilius dignius q; coluerunt. qn̄ a morsibus poetarum quibus deos dilacerari uidebant. se non subtraxerunt. dando eis licentiam male tractandi homines quos liberet & ipsos scenicos & non turpes iudicauerunt sed dignos etiā preclaris honoribus habuerunt. Si aūt potuerunt auream pecuniam hr̄e romani quamuis deum aurinum non colerent. sic et argenteam habere potuerunt & eream. si nec argentinum nec eius patrem colerent esculanum. & sic omnia que retexere piget. Sic ergo & regnum inuito quidem deo uero nullo modo hr̄e possent.

Diis uero istis falsis & multis ignoratis siue contemptis atq; uno illo cognito & fide sincera ac moribus culto & melius hic regnū haberent quantumcunq; hr̄ent & post hoc acciperent sempiternū siue ibi haberent siue non haberent;

De foelicitate auspitii quo romani regni fortitudo & stabilitas tu sa est indicari; . Capitulum .xxix.

NAm illud quale est quod paulo ante comemoraui pulcherrimum auspitium fuisse dixerunt. martem & terminum & iuuentatem nec ioui regi deorum loco cedere uoluisse. Sic enim inquiunt significatum ē martiam gentem id ē romanā nemini locum quem teneret daturam. Romanos quoq; terminos propter deum terminū neminem comoturum. iuuentutem etiā romanam propter deam iuuentatem nemini esse cessuram. Videant ergo quomodo hr̄eant istum regem deorum suorū & datorem regni sui ut ei auspicia ista pro aduersario ponerent. cui non cedere pulchrum eēt. quamuis hec si uera sunt. nō habent omnino qđ timeant. Non enī confessuri sunt. q dii cesserint xp̄o qui ioui

cedere noluerunt. Saluis quippe imperii finibus christo cedere
potuerunt et de sedibus locorum et maxime de corde credentium.
Sed antequam christus uenisset in carne, antequam denique ista scriberentur
que de libris eorum proferimus, sed tamen postea quam factum est sub rege
tarquinio illud auspicium, aliquotiens romanus exercitus fusus
est, hoc est uersus in fugam, falsumque ostendit auspicium, quo iu
uentas illa non cesserat ioui. Et gens martia superantibus atque irrumpentibus
gallis in ipsa urbe contrita est. Et termini imperii deficientibus mul
tis ad Hannibalem ciuitatibus in angustum fuerant coartati. Ita
euacuata est pulchritudo auspiciorum. remansit contra iouem con
tumacia non deorum sed demoniorum. Aliud est enim non cessisse,
aliud unde cesseras redisse. Quamquam et postea in orientalibus par
tibus Adriani uoluntate mutati sunt termini imperii romani. Ille
namque tres prouintias nobiles armeniam, mesopotamiam, assyriam per
sarum concessit imperio, ut deus ille terminus qui romanos termi
nos secundum istos tuebatur et per illud pulcherrimum auspicium
loco non cesserat ioui, plus adrianum regem hominum quam regem
deorum timuisse uideatur. Receptis quoque alio tempore prouintiis
memoratis nostra pene memoria retrorsus terminus cessit, quando
Iulianus deorum illorum oraculis deditus inmoderato ausu naues ius
sit incendi, quibus alimonia portabatur, qua exercitus destitu
tus, mox etiam ipso hostili uulnere extincto, in tantam est redactus
inopiam, ut inde nullus euaderet, undique hostibus incursantibus
militem imperatoris morte turbatum, nisi placito pacis illic imperii
fines constituerent, ubi hodieque persistunt, non quidem tanto de
trimento quantum concesserat Adrianus, sed media tamen compositione
defixi. Vano igitur augurio deus terminus non cessit ioui, qui cessit
adriani uoluntati, cessit etiam Iuliani temeritati et iouiniani ne
cessitati. Viderunt hec intelligentiores grauioresque romani, sed con
tra consuetudinem ciuitatis que demoniacis ritibus fuerat obli
gata parum ualebant, quia et ipsi etiam si illa uana esse sentiebant, na
ture tamen rerum sub unius ueri dei regimine atque imperio constitute
religiosum cultum qui deo debetur exhibendum putabant, seruien
tes, ut ait apostolus, creature potius quam creatori, qui est benedictus in
secula. Huius dei ueri erat auxilium necessarium, a quo mitteretur
sancti uiri et ueraciter pii, qui pro uera religione morerentur, ut
falsa ea a uiuentibus tollerentur. Cicero augur irridet auguria et rep

Marginalia (left): ·cesserat

Marginalia (right): Tarquinius · Gens martia · Galli · Hannibal · Adrianus · Armenia · Mesopotamia · Assyria · Regnum persarum · Iulianus · Iouinianus ·

· Traianus qui super omnes romanum extendit imperium adiecit imperio armeniam, Mesopotamiam et assyriam. Seruiuit Adrianus inuidie glorie Traiani et has illas prouincias noluit imperio subesse persarum. lege Helium Spartianum qui Adriani gesta conscripsit;

bendit homines corui et cornicule uocibus uite consilia moderates;

Qualia de diis gentium etiam cultores eorum sentire fateantur; Capitulum xxx.

Sed iste archademicus qui omnia esse contendit incerta indignus est. qui ullam habeat in his rebus auctoritatem. Disputat apud eum Quintus lucilius balbus in secundo de deorum natura libro. et cum ipse superstitiones ex natura rerum uelut phisicas et philosophicas inserat. indignatur tamen institutioni simulacrorum et opinionibus fabulosis ita loquens. Videtis ne igitur ut a phisicis rebus bene atque utiliter inuentis ratio sit tracta ad commenticios et fictos deos. Que res genuit falsas opiniones erroresque turbulentos et superstitiones pene aniles. Et forme enim nobis deorum et etates et uestitus ornatusque noti sunt. genera preterea coniugia cognationes. omniaque traducta ad similitudinem inbecillitatis humane. Nam et perturbatis animis inducuntur. Accepimus enim deorum cupiditates egritudines iracundias. Nec uero ut fabule ferunt dii bellis preliisque caruerunt. nec solum ut apud Homerum cum duos exercitus contrarios alii dii ex alia parte defenderent. sed etiam ut cum titanis. aut cum gigantibus sua propria bella gesserunt. hec et dicuntur et creduntur stultissime. et plena sunt uanitatis summeque leuitatis. ecce interim que confitentur qui defendunt deos gentium. Deinde cum hec ad superstitionem pertinere dicat. ad religionem uero que ipse secundum stoicos uidetur docere. Non enim philosophi solum inquit uerum etiam maiores nostri superstitionem a religione separauerunt. Nam qui totos dies precabantur inquit. et immolabant. ut sibi sui liberi superstites essent. superstitiosi appellati sunt. Quis non intelligat eum conari dum consuetudinem ciuitatis timet religionem laudare maiorum. eamque a superstitione uelle seiungere. sed quomodo id possit non inuenire. Si enim a maioribus illi sunt appellati superstitiosi qui totos dies precabantur et immolabant: numquid et illi qui instituerunt quod iste reprehendit. deorum simulacra diuersa etate et ueste distincta deorum genera coniugia et cognationes. hec utique cum tamquam superstitiosa culpantur: implicat ista culpa maiores talium simulacrorum institutores atque cultores. implicat et seipsum. qui quantolibet eloquio se in libertatem nitatur euoluere. necesse habebat ista uenerari nec quod in hac disputatione disertus insonat. mutire auderet in populi contione. Agamus itaque christiani domino deo nostro gratias non celo et terre. sicut iste disputat. Sed ei qui fecit celum et terram. qui

Q. lucilius balbus.

Liber de natura deorum

Inuehit in Ciceronem.

has supstitiones quas iste Balbus uelut balbutiens uix reprehendit. per altissimam xpi humilitatem per aplorum predicationem. p fidem martyrum pro ueritate morientium & cum ueritate uiuentium. non solum in cordibus religiosis. uerū etiam in edibus supstitiosis libera suorum seruitute subuertit;

· christi humilitas · · Aplorum pdicatio · · Fides martyrū ·

De opinionibus Varronis. qui reprobata persuasione populari. licet ad notitiam ueri dei non peruenerit. unum tamen deum esse censuerit; · Capitulum · XXXI ·

· Varro ·

Quid ipse Varro quem dolemus in rebus diuinis ludos scenicos quamuis non iudicio pprio posuisse. cum ad deos colendos multis locis uelut religiosus hortetur. nonne ita confitetur non se illa iudicio suo sequi. que ciuitatem romanam instituisse comemorat. ut si eam ciuitatem nouam constitueret. ex nature potius formula deos nominaq; eorum se fuisse dedicaturum non dubitet confiteri. Sed iam in uetere populo quō esset acceptam ab antiquis nominum et cognominum historiam tenere. ut tradita est debere se dicit. & ad eum finem illa scribere & perscrutari. ut potius eos magis colere q̄ despicere uulgus uelit. Quibus uerbis homo acutissimus satis indicat non se aperire omnia. que non sibi tm̄ contemptui essent. sed etiā ipsi uulgo despicienda uiderentur. Ego ista conicere putari debui. nisi euidenter alio loco ipse diceret de religionibus loquens. multa esse uera. que non modo uulgo scire non sit utile. sed etiam tam & si falsa sunt. aliter existimare populum expediat. Et ideo grecos theletas ac misteria taciturnitate parietibusq; clausisse.

·/· nisi tacerentur.

Hic certe totum consilium prodidit uelut sapientium per quos ciuitates & populi regerentur. Hac tamen fallacia miris modis maligni demones delectantur. qui & deceptores & deceptos pariter possident. a quorum dnatione non liberat nisi gratia dei per iesum xpm dnm nostrum. Dicit enī ipse auctor acutissimus atq; doctissimus. q hi soli ei uidebantur animaduertisse quid esset deus. qui crediderunt deum esse animam motu ac ratione mundum gubernantem. Ac p hoc et si nondum tenebat qd̄ ueritas habet. ds enī uerus non anima sed animae quoq; est effector & conditor. tamen si contra preiudicia consuetudinis liber esse posset. unū deum colendum fateret atq; suaderet motu ac ratione mundum gubernantem ut ea cum illo de hac re questio remaneret. q deum diceret esse animam. et potius non animae creatorem. Dicit

· Varro acutissimus atq; doctissimus ·

etiam antiquos romanos plus annos centum septuaginta deos sine Simulacris coluisse· Quod si adhuc mansisset. castius dii obseruarentur, cui sententiae suae testem adhibet inter cetera etiã gentem iudeam. nec dubitat eum locum ita concludere, ut dicat qui primi simulacra deorum populis posuerunt. eos ciuitatibus suis & metu dempsisse. & errorem addidisse· prudenter existimans deos facile posse in simulacrorum stoliditate contempni· quod uero non ait errorem tradiderunt, iam utique fuisse etiã sine simulacris uult intellegi errorem, Qua propter cum solos dicit animaduertisse quid esset deus. qui eum crederent aĩam mundum gubernantem· castiusque existimat sine simulacris obseruari religionem· quis non uideat quantum propinquauerit ueritati? Si enĩ aliquid contra uetustatem tanti posset erroris. profecto & unum deũ a quo mundum crederet gubernari. et sine simulacro colendum esse censeret atque in tam proximo inuentus facile fortasse de animae mutabilitate commoneretur. ut naturam potius incommutabilem quae ipsam quoque aĩam condidisset deum uerum esse sentiret. Haec cum ita sint quaecumque tales uiri in suis litteris multorum deorum ludibria posuerunt. confiteri ea potius occulta dei uoluntate compulsi sunt. quam persuadere conati. Si qua igitur a nobis inde testimonia proferuntur. ad eos redarguendos proferuntur. qui nolunt aduertere de quanta & quam maligna demonum potestate nos liberet singulare sacrificium tam sancti sanguinis fusi & donum spũs impartiti;

Gens iudea. — ·i· inquit — ·i· sed addiderunt — Preclare de Varrone

Ad quam spem utilitatis principes gentiũ apud subiectos sibi populos falsas religiones noluerunt permanere; ·Caplm· xxxii·

Dicit etiã de deorum generationibus magis ad poetas quam ad phisicos fuisse populos inclinatos. & ideo sexũ & generationes deorum maiores id est ueteres credidisse romanos. et eorum constituisse coniugia. quod utique non aliam ob causam factum uidetur. nisi quia hominum uelut prudentium & sapientium negocium fuit. populum in religionibus fallere. & in eo ipso non solum colere. sed etiã demones imitari. quibus maxima est fallendi cupiditas. Sicut enĩ demones. nisi quos fallendo deceperint, possidere non possunt. sic & homines principes non sane iusti sed demonum similes ea quae uana esse nouerant. religionis nomine populis tamquam uera suadebant. hoc modo eos ciuili societati uelut artius alligantes. quo similiter subditos possiderent. Quis autem infirmus

·i· eos

et indoctus euaderet simul fallaces principes ciuitatis & demones;

Quod iudicio & potestate dei ueri omnium regum atq; regnorum ordinata sunt tempora; Capitulum. xxxiii.

Deus igitur ille foelicitatis auctor & dator: quia solus est uerus deus. ipse dat regna terrena et bonis et malis. Neq; hoc temere et quasi fortuito. quia deus est non fortuna. sed pro rerum ordine ac temporum occulto nobis notissimo sibi. Cui tamen ordini temporum non subditus seruit. sed eum ipse tanquam dominus regit moderatorq; disponit. Foelicitatem uero dat non nisi bonis. Hanc enim possunt & non habere et habere seruientes. possunt non habere et habere regnantes. Quae tamen plena in ea uita erit: ubi nemo iam seruiet? Et ideo regna terrena ab illo bonis dantur & malis: ne eius cultores adhuc in prouectu animi paruuli: hec ab eo munera quasi magnum aliquid concupiscant. Et hoc est sacramentum ueteris testamenti ubi occultum erat nouum quod illic promissa & dona terrena sunt. intelligentibus et tunc spiritualibus quamuis nondum in manifestatione predicantibus. Et quae illis temporalibus rebus significaretur aeternitas. & in quibus donis dei esset uera foelicitas;

· De regno iudeorum · quod ab uno uero deo institutum atq; seruatum est donec in uera religione mansierunt; Capitulum. xxxiiii.

Itaq; ut cognoscerentur etiam terrena illa bona quibus solum inhyant qui meliora cogitare non possunt. in ipsius unius dei esse posita potestate non in multorum falsorum quos colendos romani antea crediderunt. populum suum in aegypto de paucissimis multiplicauit & inde signis mirabilibus liberauit. Nec lucinam mulieres ille inuocauerunt. quando earum partus ut miris modis multiplicarentur et gens illa incredibiliter cresceret ab aegyptiorum persequentium et infantes omnes necare uolentium manibus ipse liberauit ipse seruauit. Sine dea rumina suxerunt. sine cunina in cunis fuerunt. sine edulica & potina escam potumq; sumpserunt. sine tot diis diis puerilibus educati sunt sine diis coniugalibus coniugati sunt. sine cultu priapi coniugibus mixti. sine inuocatione neptuni mare transeuntibus diuisum patuit & sequentes eorum inimicos fluctibus in se redeuntibus obruit. Nec consecrauerunt aliquam deam maniam quando de celo manna sumpserunt. nec quando sitientibus aquam percussa petra profudit nimphas lymphasq; coluerunt. Sine insanis sacris martis & bellone bella gesserunt.

Marginal notes:

ulli. Et ideo regna mundi huius deus bonis et malis communiter prestat: ne boni ea tanquam dei magna munera concupiscant.

No. ueteris testamenti temporalia fuisse promissa.

t solis

et sine uictoria quidem non uicerunt. non eam tamen deam. sed dei sui munus habuerunt. sine segetia segetes sine bobona boues. mella sine mellona. poma sine pomona. Et prorsus omnia, pro quibus tante falsorum deorum turbe romani supplicandum putauerunt: ab uno uero deo multo felicius acceperunt. Et si in eum non peccassent impia curiositate, tamquam magicis artibus seducti ad alienos deos et ad idola defluendo. et postremo xpm occidendo. in eodem regno et si non spatiosiore tamen feliciore mansissent. Et nunc quod per omnes fere terras gentesque dispersi sunt illius unius dei prouidentia est. ut quod deorum falsorum usquequaque simulacra are luci templa euertuntur. et sacrificia prohibentur. de codicibus eorum probetur quemadmodum hoc fuerit tanto ante prophetatum. ne forte cum legeretur in nostris. a nobis putaretur esse confictum. Iam quod sequitur in uolumine sequenti uidendum est. et hic dandus prolixitati modus;

Cur Iudei regno priuati sunt.

Cur per uniuersum orbem dissemiati.

uero — *huius*

Incipiunt capitula quinti libri de ciuitate dei. Aurelii Augustini doctoris eximii Yponensis Episcopi;

AVRELII. AVGVSTINI. DOCTORIS. EXIMII. IPONENSIS. EPISCOPI. DE. CIVITATE. DEI. LIBER. QVINTVS. INCIPIT.

Causam romani imperii omniumque regnorum nec fortuitam esse nec in stellarum positione consistere ; · Capitulum · I.

Quoniam constat omnium rerum optandarum plenitudinem esse felicitatem . que non est dea sed donum dei . et ideo nullum deum esse colendum ab hominibus . nisi qui eos felices facere potest . Unde si illa dea esset : sola colenda merito diceretur . Iam consequenter uideamus , qua causa deus , qui potest et illa bona dare que habere possunt et non boni ac per hoc etiam non foelices , romanum imperium tam magnum tamque diuturnum esse uoluerit . Quia enim hoc deorum falsorum illa quam colebat multitudo non fecit et iam multa diximus . et ubi uisum fuerit oportunum esse , dicemus . Causa ergo magnitudinis imperii romani nec fortuita est . nec fatalis secundum eorum sententiam siue opinionem qui ea dicunt esse fortuita que uel nullas causas habent uel non ex aliquo rationabili ordine uenientes . et ea fatalia que preter dei et hominum uoluntatem cuiusdam ordinis necessitate contingunt . Prorsus diuina prouidentia regna constituuntur humana . que si propterea quispiam fato tribuit . quia ipsam dei uoluntatem uel potestatem fati nomine appellat . sententiam teneat linguam corrigat . Cur enim non hoc primum dicit quod postea dicturus est cum ab illo quisque quesierit quid dixerit fatum . Nam id homines quando audiunt usitata loquendi consuetudine non intelligunt nisi uim positionis syderum . qualis est quando quis nascitur siue concipitur . Quod aliqui alienant a dei uoluntate aliqui ex illa etiam hoc pendere confirmant . Sed illi qui sine dei uoluntate decernere opinantur sydera quid agamus uel quid bonorum habeamus malorumue patiamur ab auribus omnium repellendi sunt non solum eorum qui ueram religionem tenent sed qui deorum qualiumcunque licet falsorum uolunt esse cultores . Haec enim opinio quid aliud agit nisi ut nullus omnino colatur aut rogetur deus . contra quos nobis modo disputatio non est instituta . sed contra hos qui pro defensione eorum quos deos putant christiane religioni aduersantur . Illi uero qui positionem stellarum quodammodo decernentium qualis quisque sit et quid ei proueniat boni quidue mali accidat ex dei uoluntate suspendunt . si easdem stellas putant habere hanc

· Quid fortuitum
Quid fatale .

— : Potestatem : —

potestatem traditam sibi a summa illius potestate: ut uolentes ista decernant: magnam cęlo faciunt iniuriam. in cuius uelut clarissimo senatu ac splendidissima curia opinant scelera facienda decerni. qualia si qua terrena ciuitas decreuisset. genere hūano decernente: fuerat euertenda. Quale deinde iudicium de hominum factis deo relinquitur: quibus celestis necessitas adhibetur: cum dñs ille sit & syderum et hominum. Aut si non dicunt stellas accepta quidem ptate a summo deo arbitrio suo ista decernere: sed in talibus necessitatibus ingerendis illius omnino iussa complere. ita ne de ipso deo sentiendum ē: quod indignissimum est de stellarum uoluntate sentire. Q si dicunt stellę significare potius ista q̄ facere. ut quasi locutio quędam sit illa positio predicens futura non agens. Non enī mediocriter doctorum hominum fuit ista sententia. non quidem ita solent loq mathematici. ut uerbi gratia dicant Mars ita positus homicida significat. sed homicidam facit. Verumtamen ut concedamus nō eos ut deberent loqui. et a phis accipere oportere sermonis regulam ad ea pronuntianda. quę in syderum positione reperire se putant. quid fit. quod nihil unqm̄ dicere potuerunt. cur in uita geminorum in actionibus in euentis. in professionibus. in artibus. in honoribus ceterisq; rebus ad humanam uitam ptinentibus atq; in ipsa morte sit plerumq; tanta diuersitas. ut similiores eis sint qntum ad hoc attinet multi extranei. q̄ ipsi inter se gemini p exiguo temporis interuallo in nascendo sepr̄ati. in conceptu aūt per unum concubitum uno momento etiā seminati;

I. uisum

De geminorum simili dissimiliq; ualitudine; Capitulum .ii.

Cicero dicit hypocratem nobilissimum medicum scriptum reliquisse: Quosdam fratres cum simul ęgrotare cępissent. et eorum morbus eodem tempore ingrauesceret. eodem tempore leuaretur. geminos suspicatum. Quos possidonius stoicus multum astrologię deditus. eadem constitutione astrorum natos eademq; conceptos solebat asserere. Ita qp medicus ptinere credebat ad simillimam temperiem ualitudinis. Hoc philosophus astrologus ad uim constitutionemq; syderū. quę fuerat tp̄re quo concepti natiq; sint. In hac causa multo ē acceptabilior & de pximo credibilior coniectura medicinalis. qm̄ parentes. ut erant corpōe affecti dum concuberent. ita & primordia conceptorum affici

Cicero. Hypocras. Possidonius.

potuerunt· ut consecuti ex materno corpore prioribus incrementis,
paris ualitudinis nascerentur. Deinde in una domo. eisdem alimen
tis nutriti· ubi aerem et loci positionem et uim aquarum plu-
rimum ualere ad corpus uel bene uel male accipiendum medicina
testatur· eisdem etiam exercitationibus assuefacti tam similia
corpora gererent· ut etiã ad egrotandum uno tempore eisdemq;
causis similiter mouerent. Constitutionem uero cęli ac syderum
quę fuit qñ concepti siue nati sunt uelle trahere ad istam egro
tandi parilitatem cum tam multa diuersissimi generis diuerso
rum effectuum et euentuum eodem tp̃re in unius regionis terra
eidem cęlo subdita potuerint concipi et nasci· nescio cuius insolen
tię sit. Nos autem nouimus geminos non solum actus & peregri
nationes hr̃e diuersas. uerum etiam dispares egritudines ppeti
de qua re facillimam ut mihi uidetur rationem redderet hipo
crates diuersis alimentis et exercitationibus. quę non de corporis
temperatione· sed de animi uoluntate ueniunt· dissimiles eis ac
cidere potuisse ualitudines. Porro aũt Possidonius uel qui
libet fatalium syderum assertor· mirum si pot̃ hic inuenire qd
dicat· si nolit imperitorum mentibus in eis rebus quas nesciunt
illudere. Qđ eñi conantur efficere de interuallo exigui tempõis
qđ inter se gemini dum nascerent. habuerunt propter cęli par
ticulam ubi ponit horę notatio quẽm horoscopum uocant. Aut
non tantum ualet. qñta inuenitur in geminorum uoluntatibus·
actibus moribus casibusq; diuersitas. aut etiã plus ualet. qm̃ est
geminorum uel humilitas generis eadem uel nobilitas. Cuius rei
maximam diuersitatem non nisi in hora qua quisq; nascitur
ponunt. Ac per hoc si tam celeriter alter post alterum nascit.
ut eadem pars horoscopi maneat. paria cuncta quero. quę in
nullis possunt geminis inueniri. Si aũt sequentis tarditas ho
roscopum mutat parentes diuersos quero· quos gemini habere
non possunt;

De argumento quod ex rota figuli Nigidius mathematicus assumpsit in questione geminorum. Capitulũ. iij.

Frustra itaq; affertur nobile illud commentum de fi
guli rota. quod respondisse ferunt Nigidium hac qsti
one turbatum. unde et figulus appellatus est. Dum eñ
rotam figuli ui qñta potuit intorsisset· currente illa bis numero
de atramento tanq̃ uno eius loco summa celeritate pcussit

Deīn inuēta sūt signa que fecerat desistente motu non paruo in
teruallo in rote illius extremitate distantia. Sic inquit in tanta
rapacitate celi etiā si alter post alterum tanta celeritate nascat',
q̄nta rotam bis ipse percussi. in celi spatio plurimum ē. Hic sūt
inquit quecumq; dissimilia perhibentur in motibus casibusq; ge
minorum. Hoc figmentum fragilius est q̄ uasa que illa rota
tione finguntur. Nam si tam multum in celo interest q' constel
lationibus cōphendi non pōt. ut alteri geminoꝝ hereditas ob
ueniat alteri non obueniat. cur audent ceteris qui gemini non
sunt cum inspexerint eoꝝ constellationes talia pronuntiare q̄
ad illud secretum pertinent quod nemo pōt comprehendere et
momentis annotare nascentium. Si autē ꝓpterea talia dicūt
in aliorum genituris qa hec ad productiora spatia tꝑoꝝ ꝑtinet.
momenta uero illa partium minutarum, que inter se gemini
possunt hr̄e nascentes. rebus minimis tribuunt'. de quibus ma
thematici non solent consuli. Quis enī consulat q̄n sedeat. q̄ndo
ambulet. q̄n uel quid prandeat. Numquid ista dicimus. q̄n
in moribus operibus casibusq; geminoꝝ plurima plurimumque
diuersa monstramus; De esau et iacob geminis multum int'
se morum et actionum qualitate disparibus; Capl̄m . iiii .

NAti sunt duo gemini antiqua patrum memoria, ut de
in signibus loquar. sic alter post alterum. ut postremo
plantam prioris teneret. Tanta in eorum uita fuerunt
moribus diuersa. tanta in actibus disparilitas. tanta in parentū
amore dissimilitudo ut etiā inimicos eos faceret inter se ipsa distā
tia. Numquid hoc dicit' quia uno ambulante alter sedebat. et
alio dormiente alius uigilabat. et alio loquente alius tacebat.
que ꝑtinent ad illas minutias que non possunt ab eis cōphendi.
qui constitutionem syderum qua quisq; nascit' scribunt. Vnde
mathematici consulant'. unus duxit mercenariam seruitutem.
alius non seruiuit. unus a matre diligebat'. alius non diligebat'.
unus honorem qui apud eos habebatur magnus amisit. alter
de adeptus est. Quid uxoribus? quid de filiis. quid de rebus. q̄nta
diuersitas. Si ergo hec ad illas pertinet minu-tias temporum
que inter se gemini habent. et constellationib; non ascribunt',
quare aliorum constellationibus inspectis ista dicunt'. Si autē
ideo dicunt' quia non ad minuta incomphensibilia. sed ad tꝑoꝝ

spatia pertinent. quae obseruari notariq; possunt. quid hic agit rota
illa figuli. nisi ut homines luteum cor habentes in gyrum mittantur. ne
mathematicorum uaniloquia conuincantur;

Quibus modis conuincantur mathematici uanam scientiam
profiteri; Capitulum . V.

Quid idem ipsi quorum morbum quod eodem tempore
grauior leuiorq; apparebat. amborum medicinaliter inspici
ens Hypocrates geminos suspicatus est. Nonne satis istos redar-
guunt qui uolunt syderibus dare. quod de corporum simili tempera
tione ueniebat. Cur enim similiter eodemq; tempore non alter prior
alter posterior egrotabant. sicut nati fuerant. quia utiq; simul nasci
ambo non poterant. aut si nihil momenti attulit. ut diuersis tem
poribus aegrotarent quod diuersis temporibus nati sunt. quare tempus in
nascendo diuersum ad aliarum rerum diuersitates ualere contendunt.
Cur potuerunt diuersis temporibus peregrinari diuersis temporibus ducere
uxores. diuersis temporibus filios procreare. et multa alia propterea quia
diuersis temporibus nati sunt. quia non potuerunt eadem causa diuer
sis etiam temporibus egrotare. Si enim dispar nascendi mora mutauit
horoscopum. et disparilitatem intulit ceteris rebus. cur illud in egri
tudinibus mansit. quod habebat in temporis equalitate conceptus.
aut si fata ualitudinis in conceptu sunt. aliarum uero rerum in ortu esse
dicuntur. non deberent inspectis natalium constellationibus de ualitu
dine aliquid dicere quando eis inspicienda conceptionalis hora non datur.
Si autem ideo pronuntiant aegritudines non inspecto conceptionis horos
copo quia indicant eas momenta nascentium. quomodo dicerent cuilibet
eorum geminorum ex hora natiuitatis quando aegrotaturus esset. cum et
alter qui non habebat eandem horam natiuitatis. necesse haberet
pariter aegrotare. Deinde quero. si tanta distantia est temporis in
natiuitate geminorum. ut per hanc oporteat eis constellationes fieri
diuersas propter diuersum horoscopum. et ob hoc diuersos omnes
cardines. ubi tanta uis ponitur. ut hinc etiam diuersa sint facta. unde
hoc accidere potuit cum eorum conceptus diuersum tempus habere non
possit. Aut si duorum uno momento temporis conceptorum potu
erunt esse ad nascendum fata disparia. Cur non et duorum uno mo
mento temporis natorum. possint esse ad uiuendum atq; moriendum
fata disparia. Nam si unum momentum. quo ambo concepti
sunt. non impediuit. ut alter prior alter posterior nasceretur. cur

uno momento si duo nascantur impedit aliquid ut alter prior
alter posterior moriatur. Si conceptio momenti unius diuersos ca
sus in utero geminos hre permittit. Cur natiuitas momenti unius
non etiam quoslibet duos in terra diuersos casus hre permittat. ac sic
omnis huius artis uel potius uanitatis figmenta tollantur. Quid
est hoc. cur uno tempore momento uno sub una eademq; celi po
sitione concepti. diuersa hnt fata que illos perducant ad diuersa
rum horarum natiuitatem. et uno momento temporis sub una
eademq; celi positione de duabus matribus duo pariter nati diuer
sa fata hre non possunt. que illos perducant ad diuersam uiuendi
uel moriendi necessitatem. An concepti nondum hnt fata que nisi
nascantur hre non potuerunt. Quid est ergo qd dicunt. si hora
conceptionalis inueniatur multa ab istis dici posse diuinius. Vn
etiam illud a nonnullis predicatur. quod quidam sapiens horam ele
git. qua cum uxore concuberet. unde filium mirabilem gigneret.
Unde postremo et hoc est. quod de illis pariter egrotantibus geminis
Possidonius magnus astrologus ibidemq; philosophus respondebat. ideo fi
eri qd eodem tempore fuissent nati. eodemq; concepti. Nam utiq;
propter hoc addebat conceptionem ne diceret ei ad liquidum non
eod tempore potuisse nasci. quos constabat omnino eodem tempore
fuisse conceptos. ut hoc quod similiter simulq; egrotabant non da
ret de proximo pari corporis temperamento. sed eandem quoq; ua
litudinis paritatem sydereis nexibus alligaret. Si igitur in conceptu
tanta uis est ad equalitatem fatorum non debuerunt nascendo eadem
fata mutari. Aut si propterea mutantur fata geminorum quia temporibus
diuersis nascuntur. cur non potius intelligamus iam fuisse mutata
ut diuersis temporibus nascerentur. ita ne iam mutat natiuitatis uo fata
luntas uiuentium. cum mutet fata conceptionis ordo nascentium.
Quamquam et in ipsis geminorum conceptibus. ubi certe amborum momen
ta eadem sunt temporum. unde fit ut sub eadem constellatione fata
li alter concipiatur masculus. altera femina;

De geminis disparis sexus; Capitulum VI.

Nouimus geminos diuersi sexus. ambo adhuc uiuunt. ambo
etate adhuc uigent. Quorum cum sint inter se similes
corporum species quantum in diuerso sexu potest. instituto tamen
et proposito uite ita sunt dispares. ut preter actus quos necesse est a ui
rilibus distare femineos. q; ille in officio comitis militat. & a sua

domo semper pene peregrinatur· illa de solo patrio et de rure proprio
non recedit· insuper quod est incredibilius si astralia fata credantur·
non autem mirum si uoluntates hominum et dei munera cogitentur·
ille coniugatus· illa uirgo sacra est· ille numerosam prolem genuit·
illa nec nupsit· At enim plurimum uis horoscopi ualet· Hoc quam nihil
sit· iam satis disserui· sed qualecumque sit in ortu ualere dicunt· Num
quid et in conceptu· ubi et unum concubitum esse manifestum est·
et tanta nature uis est· ut cum conceperit femina deinde alterum
concipere omnino non possit· unde necesse est eadem esse in geminis
momenta conceptus· an forte quia diuerso horoscopo nati sunt·
aut ille in masculum dum nascerentur· aut illa in feminam com-
mutata est· Cum igitur non usquequaque absurde dici posset ad solas　t potest
corporum differentias afflatus quosdam ualere sydereos· sicut in
solaribus accessibus et decessibus uidemus etiam ipsius anni tempora
uariari· et lunaribus incrementis atque decrementis augeri et minui
quedam genera rerum· sicut echinos et concas et mirabiles estus occe-
ani· non autem et animi uoluntates positionibus syderum subdi·
Nunc isti cum etiam nostros actus inde relegare conantur admonent
ut queramus unde ne ipsis quidem corporibus eis possit ratio ista
constare· Quid etiam tam ad corpus pertinens quam corporis sexus· Et
tamen sub eadem positione syderum diuersi sexus gemini conci-
pi potuerunt· Unde quid insipientius dici aut credi potest· quam syderum
positionem que ad horam conceptionis eadem ambobus fuit· fa-
cere non potuisse· ut cum quo habebat eandem constellationem
sexum diuersum a fratre non haberet· Et positionem syderum que
fuit ad horam nascentium facere potuisse· ut ab eo tam multum
uirginali sanctitate distaret;

De electione diei quo uxor ducitur· quo uel in agro plantatur
aut seritur; · Capitulum· vij·

Iam illud quis ferat quod in eligendis diebus noua quedam
suis actibus fata moliuntur· Non erat uidelicet ille ita
natus ut haberet tam mirabilem filium· sed ita potius ut
contemptibilem gigneret· et ideo uir doctus elegit horam qua
misceretur uxori· fecit ergo fatum quod non habebat· et ex ipsius
fato coepit esse fatale· quod in eius natiuitate non fuerat· O stul-
titiam singularem· Eligitur dies ut ducatur uxor· Credo propterea quia
potest in diem non bonum nisi eligatur incurri et infeliciter duci·

Ubi est ergo quod nascenti iam sydera decreverunt. an potest homo quod etiam
constitutum est. dierum electione mutare? et quod ipse in eligendo die
constituerit, non poterit ab alia potestate mutari? Deinde si soli
homines non autem omnia quae sub caelo sunt, constellationibus subia
cent. cur alios eligunt dies accomodatos ponendis uitibus. uel arbo
ribus. uel segetibus. alios pecoribus dies. uel domandis. uel admitten
dis maribus quibus equarum uel bouum fetentur armenta. &
cetera huiusmodi? Si autem propterea ualent ad has res dies electi qua
terrenis omnibus corporibus siue animantibus siue non animantibus
secundum diuersitates temporalium momentorum syderum positio dominatur. con
siderent quam innumerabilia in uno temporis puncto uel nascantur uel o
riantur uel inchoentur. et tam diuersos exitus habeant. ut istas ob
seruationes cuiuis puero ridendas esse persuadeant. Quis enim est
tam excors. ut audeat dicere omnes arbores. omnes herbas. omnes
bestias. serpentes. aues. pisces. omnes uermiculos momenta nascendi si
gillatim habere diuersa? Solent tamen homines ad temptandam peritiam
mathematicorum. afferre ad eos constellationes mutorum animalium.
quorum ortus propter hanc explorationem domi suae diligenter ob
seruant. eosque mathematicos praeferunt ceteris qui constellationibus
inspectis dicunt non esse hominem natum sed pecus. Audent etiam
enim dicere. quale pecus. utrum aptum lanitio an uectationi. an a
ratro. an custodiae domus. Nam et ad canina fata temptantur. et
cum magnis admirantium clamoribus ista respondent. Sic de
cipiunt homines ut existiment. cum homo nascitur ceterarum rerum
ortus ita inhiberi. ut cum illo sub eadem caeli plaga nec musca na
scatur. Nam si hanc admiserint. procedit ratiocinatio. quae grada
tim accessibus modicis eos a muscis ad camelos elephantosque perdu
cat. Nec illud uolunt aduertere. quod electo ad seminandum agrum
die. tam multa grana in terra simul ueniunt. germinant simul. et
exorta segete simul herbescunt. pubescunt. flauescunt. et tamen
inde spicas ceteris coeuas. atque ut ita dixerim congerminantes. ali
as rubigo interimit. alias aues depopulantur. alias homines euellunt.
Quomodo istis alias constellationes fuisse dicturi sunt. quas tam diuersos
exitus habere conspiciunt? An eos penitebit his rebus dies eligere. e
asque ad caeleste negabunt pertinere decretum. et solos syderibus sub
dent homines quibus solis deus in terra dedit liberas uoluntates.
His omnibus consideratis non inmerito creditur cum astrologi mi

vel congerminales

rabiliter multa uera respondent · occulto instinctu fieri spirituu̅ non
bonorum · quorum cura ē · has falsas & noxias opiniones de astrali
bus fatis inserere humanis mentibus atq; firmare · non horoscopi
notati & inspecti aliqua arte quę nulla est ;

De his qui non astrorum positionem · sed connexionem causarum
ex dei uoluntate pendentem fati nōie appellant ; Capl̅m · viij ·

QVi uero non astrorum constitutionem · sicuti ē cum quic
quid concipitur uel nascitur uel inchoatur · sed om̅ium
connexionem seriemq; causarum · qua fit om̅e qđ fit ·
fati nomine appellant · non multum cum eis de uerbi controuer
sia laborandum atq; certandum ē · quandoquidem ip̅m causaru̅
ordinem · et quandam connexionem dei summi tribuunt uolu̅
tati et potestati · qui optime et ueracissime creditur et cuncta scire
anteq̅ fiant · & nihil inordinatum relinquere · a quo sunt om̅es
potestates · quis ab illo non sint om̅ium uoluntates · Ipsam itaq; dei
summi p̅cipue uoluntatem · cuius potestas insuperabiliter p̅ cunc
ta porrigitur eos appellare fatum · sic probatur · Annei senecę sunt
nisi fallor hi uersus · Duc me summe pater altiq; dn̅ator poli · quo
cunq; placuit · nulla parendi mora est · assum impiger · fac nolle · co
mitabor gemens · malusq; patiar facere quod licuit bono · ducunt
uolentem fata nolentem trahunt · Nempe euidentissime hoc ulti
mo uersu ea fata appellauit · quā supra dixerat summi patris
uoluntatem · Cui se paratum obedire dicit · ut uolens ducat̄ · et
nolens trahat̄ · q̅m s · ducunt uolentem fata nolentem trahunt ·
Illi quoq; uersus homerici huic sententię suffragant̄ · quos cicero
in latinum uertit · Tales sunt hominum mentes · quali pater ip̅e
Iuppiter auctiferas lustrauit lumine terras · Nec in hac q̅stione
auctoritatem h̅ret poetica sententia · sed q̅m stoicos dicit uim fa
ti asserentes istos ex homero uersus solere usurpare · non de illius
poetę · sed de istorum ph̅orum opinione tractat̄ · cum per istos
uersus quos disputationi adhibent · quā de fato h̅nt · qđ senti
ant esse fatum · apertissime declaratur · q̅m iouem appellant quē
summum deum putant · a quo connexionem dicunt pendere
fatorum ;

(margin: t que)

(margin: No · hic q̅ uis ab illo no̅ sint om̅iu̅ uolu̅tates · sp̅r eos qui uolu̅t q̅ d̅s i me̅te allıciat q̅cu̅q; actu̅ uolu̅tatis create uel bonu̅ uel malum ;)

(margin: Anneus Seneca ·)

De p̅scientia dei et libera hominis uoluntate co
tra ciceronis diffinitionem ; Capitulum · ix ·

HOs cicero ita redarguere nititur · ut non existimet
aliquid se aduersus eos ualere · nisi auferat diuinati

(margin: Cicero ·)

onem. Quam sic conatur auferre. ut neget esse scientiam futurorum.
eamque omnibus uiribus nullam omnino esse contendat uel in homine
uel in deo. nullamque rerum predictionem. Ita et dei prescientiam
negat. et omnem prophetiam luce clariorem conetur euertere uanis
argumentationibus & opponendo sibi quędam oracula quę fa
cile possunt refelli. quę tamen nec ipse conuincit. In his autem
mathematicorum coniecturis refutandis eius regnat oratio. quia
uere tales sunt ut se ipse destruant et refellant. Multo autem sunt
tollerabiliores. qui uel syderea fata constituunt quam iste. qui tollit
prescientiam futurorum. Nam et confiteri esse deum. et negare pre
scium futurorum apertissima insania est. quod et ipse cum ui
deret. etiam illud temptauit quod scriptum est. Dixit insipiens
in corde suo. non est deus. sed non ex persona sua. Vidit enim quam
esset inuidiosum et molestum. ideoque Cottam fecit disputantem de hac
re aduersus stoicos in libris de deorum natura. Et pro Lucilo balbo
cui stoicorum partes defendendas dedit. maluit ferre sententiam.
quam pro cotta. qui nullam diuinam naturam esse contendit. In
libris uero de diuinatione. ex se ipso apertissime oppugnat prescientiam
futurorum. Hoc totum autem facere uidetur ne fatum esse consentiat.
et perdat liberam uoluntatem. Putat enim concessa scientia futuro
rum. ita esse consequens fatum. ut omnino negari non possit. Sed
quoquomodo se habeant tortuosissime concertationes & dispu
tationes philosophorum. nos ut confitemur summum et uerum deum.
ita uoluntatem summamque potestatem ac eius prescientiam confi
temur. Nec timemus ne ideo non uoluntate faciamus quod uolun
tate facimus. quia id nos facturos esse prescriuit. cuius prescientia
falli non potest. quod cicero timuit ut oppugnaret prescientiam. et
stoici ut non omnia necessitate fieri dicerent. quamuis omnia fieri
fato contenderent. Quid est ergo quod cicero timuit in prescientia
futurorum. ut eam labefactare disputatione detestabili niteretur.
uidelicet si prescita sunt omnia futura. hoc ordine uenient. quo
futura esse prescita sunt. Et si hoc ordine uenient. certus est ordo
rerum prescienti deo. Et si certus est ordo rerum. certus est ordo cau
sarum. Non enim aliquid fieri potest. quod non aliqua efficiens cau
sa precesserit. Si autem certus est ordo causarum quo fit omne quod fit.
fato inquit fiunt omnia quę fiunt. Quod si ita est. nihil est in
nostra potestate. nullumque est arbitrium uoluntatis. quod si conce

Marginal notes:

t est conatur

Acriter et uere inuehit in Ciceronem.

asserere

Lib de natura deorum.

Lib de diuinatione.

ille

quia

dimus inquit. omnis humana uita subuertitur. frustra leges dantur. frustra obiurgationes. laudes. uituperationes. exhortationes. exhibentur. neque ulla iustitia bonis premia & malis supplicia constituta sunt. Hæc ergo ne consequentur indigna et absurda et pniciosa rebus humanis. non uult esse præscientia futurorum. atque in has angustias coartat animum religiosum. ut unum eligat ex duobus. aut esse aliquid in nra uoluntate. aut esse pscia futuror. qm utrumque arbitratur esse non posse. Sed si alterum confirmatur. alterum tolli. Si elegerimus psciam futuror. tolli uoluntatis arbitrium. Si elegerimus uoluntatis arbitrium. tolli psciam futuror. Ipse itaque ut uir magnus & doctus et uitæ humanæ plurimum ac peritissime consulens. ex his duobus elegit liberum uoluntatis arbitrium. quod ut confirmaret. negauit pscientia futuror. atque ita dum uult facere liberos facit sacrilegos. Religiosus autem animus utrumque eligit. utrumque confitetur. et fide pietatis utrumque confirmat. Quo inquit. nam si est pscientia futuror. sequentur illa omnia. quæ connexa sunt. donec eo perueniatur. ut nihil sit in nra uoluntate. Porro si est aliqd in nra uoluntate. eisdem recursis gradibus eo peruenitur. ut non sit prescientia futuror. Nam per illa omnia sic recurritur. si est uoluntatis arbitrium. non omnia fato fiunt. Si non omnia fato fiunt. non est omnium certus ordo causarum. Si certus ordo causarum non est. nec rerum certus est ordo pscienti deo. quæ fieri non possunt. nisi pcedentibus et efficientibus causis. Si rerum ordo pscienti deo certus non est. non omnia sic ueniunt ut ab illo uentura pscita sunt. non est inquit in deo pscia omnium futuror. Nos aduersus istos sacrilegos ausus atque impios. et deum dicimus scire omnia antequam fiant. et uoluntate nos facere quicqd a nobis non nisi uolentibus fieri sentimus & nouimus. Omnia uero fato fieri non dicimus. immo nulla fieri fato quidem dicimus. qm fati nomen ubi solet a loquentibus poni. id est in constitutione syderum. cum quisque conceptus aut natus est. qm res ipsa inaniter asseritur. nihil ualere monstramus. Ordinem autem causarum ubi uoluntas dei plurimum potest. neque negamus neque fati uocabulo nuncupamus. nisi forte ut fatum a fando dictum intelligamus. i. a loquendo. Non enim abnuere possumus esse scriptum in litteris sanctis. semel locutus est deus. duo hec audiui. quia potestas dei est. et tibi domine misericordia. quia reddis unicuique secundum opera eius. Quod enim dictum est. semel locutus est intelligitur immo

[Margin, left: ut ea uentura presciuit. porro si non omnia sic ueniunt.]

[Margin, right: t quia — tu]

biliter. hoc est incommutabiliter est locutus. sicut nouit incommutabi
liter omnia que futura sunt. et que ipse facturus est. Hac itaque ratione
possemus a fando fatum appellare. nisi hoc nomen in alia re iam
soleret intelligi. quo corda hominum nolumus inclinari. Non est autem
consequens. ut quia deo certus est omnium ordo causarum. ideo nihil
sit in nostre uoluntatis arbitrio. et ipse quippe nostre uoluntates in cau
sarum ordine sunt. qui certus est deo. eiusque prescientia continetur.
quoniam et humane uoluntates humanorum operum cause sunt. atque
ita qui omnes rerum causas sciuit. profecto in eis causis etiam nostras
pre
uoluntates ignorare non potuit. quas nostrorum operum causas esse
presciuit. Nam et illud quod idem cicero concedit nihil fieri si cau
sa efficiens non precedat satis est ad eum in hac questione redarguen
dum. Quid enim eum adiuuat quod dicit nihil quidem fieri sine cau
sa. sed non omnem causam esse fatalem. quia est causa fortuita. est
naturalis. est uoluntaria. sufficit quia omne quod fit. non nisi causa
precedente fieri confitetur. Nos enim causas que dicuntur fortuite. unde et
cas
fortuna nomen accepit non esse dicimus nullas. sed latentes. easque tri
buimus uel dei ueri. uel quorumlibet spirituum uoluntati. Ipsasque
naturales nequaquam ab illius uoluntate seiungimus. qui auctor
est omnis conditorque nature. Iam uero cause uoluntarie aut dei sunt
aut angelorum aut hominum. aut quorumcumque animalium. si tamen
uoluntates appellande sunt animalium rationis expertium motus illi quibus
aliqua faciunt secundum naturam suam. cum quid uel appetunt uel
euitant. Angelorum autem uoluntates dico siue bonorum quos angelos
dei dicimus. siue malorum quos angelos diaboli uel etiam demones
appellamus. Sic et hominum bonorum scilicet et malorum. ac per
hoc colligitur non esse causas efficientes omnium que fiunt. nisi uolun
tarias. illius nature scilicet que spiritus uite est. Nam et aer iste seu
uentus dicitur spiritus. sed quoniam corpus est. non est spiritus uite. Spiritus
ergo uite qui uiuificat omnia. creatorque est omnis corporis. et omnis
creati spiritus ipse est deus. spiritus utique non creatus. in cuius uoluntate summa
potestas est. que creatorum spirituum bonas uoluntates adiuuat. ma
las iudicat omnes ordinat. et quibusdam tribuit potestates. quibus
dam non tribuit. Sicut enim omnium naturarum creator est. ita omnium
potestatum dator. non uoluntatum. Male quippe uoluntates ab
illo non sunt. quoniam contra naturam sunt que ab illo est. Corpora i
gitur magis subiacent uoluntatibus. quedam nostris id est omnium

animatium mortalium et magis hominu̅ q̅ bestiarum. queda̅ uero
angelorum. Sed om̅ia maxime uoluntati dei subdita sunt. cui
etiam uoluntates om̅es subiciunt̅. q̅a non habent potestatem nisi
qua̅ ille concedit. Causa itaq; rerum quae facit nec fit. deus est.
alie uero causae et faciunt et fiunt. sicut om̅s creati sp̅us & maxi̅e ronales. ·/· sunt
Corporales au̅t causae que magis fiunt q̅ faciunt. non su̅t
inter causas efficientes annumerande. q̅m hoc possunt. q̅ ex ip̅is
faciunt spirituum uoluntates. Quo igit̅ ordo causarum. qui p̅sci
enti certus est deo. id efficit. ut nihil sit in n̅ra uoluntate. cum in
ip̅o causarum ordine magnu̅ habeant locum n̅re uoluntates.

Contendat ergo Cicero cum eis qui hunc causarum ordinem dicu̅t
esse fatalem. uel potius ip̅m fatali nomine appellant. quod nos
abhorremus. precipue p̅pter uocabulum. quod non in re uera con
sueuit intellegi. Q̅ uero negat omnium causarum ordinem esse certis
simum. et dei p̅scientie notissimu̅. plus eum q̅ stoici detestamur.

Aut eni̅ deum esse negat. quod quide̅ inducta alteri' p̅sona in lib̅s
de deorum natura moliutus est. aut si esse confitetur deum quem ·/· facere
negat prescium futurorum. etiam sic nihil dicit aliud. q̅ q̅d ille insi
piens dixit in corde suo non e̅ deus. Qui eni̅ non est prescius om̅
futurorum. non e̅ utiq; deus. Qua p̅pter et uoluntates n̅re tantum
ualent. q̅ntum deus eas ualere uoluit atq; presciuit. et ideo q̅cquid
ualent certissime ualent. et quod facture sunt. om̅o facture sunt.
quia ualituras atq; facturas ille presciuit. cuius prescientia falli non
potest. Qua p̅pter si mihi fati nomen alicui rei adhibendu̅ placeret.
magis dicerem fatum esse infirmioris potentioris uoluntatem qui
eum habet in potestate. q̅ illo causaru̅ ordine. que non usitato sed
suo more stoici fatum appellant. arbitrium n̅re uoluntatis auferri;

An uoluntatib; hominu̅ aliqua dn̅etur necessitas; Capl̅m. X.

Stoici · Unde nec illa necessitas formida̅ e̅. qua formidando stoici ·/· da
laborauerunt causas reru̅ ita distinguere. ut quasdam sb̅
traherent necessitati. quasdam subderent. atq; in his quas
esse sub necessitate noluerunt. posuerunt etia̅ nostras uoluntates.
ne uidelicet non essent libere. si subderentur necessitati. Si eni̅ ne
cessitas n̅ra illa dicenda est que non e̅ in n̅ra potestate. sed etiam
si nolumus efficit quod pot̅. sicut est necessitas mortis. manifestu̅
est uoluntates n̅ras. quibus recte uel p̅peram uiuitur. sub tali neces
sitate non esse. Multa eni̅ facimus que si nollemus. non utique

faceremus quo primitus pertinet ipm uelle. Nam si uolumus est:
si non uolumus non est. non enim uellemus si nollemus. Si aut illa
deffinitur esse necessitas sedm quam dicimus necesse esse ut ita sit ali
quid uel ita fiat. eam timeamus ne nobis libertatem auferat uo
luntatis. Neq; eni et uitam dei et pscientiam dei sub necessitate po
nimus. si dicamus necesse ee deum semp uiuere et cuncta prescire. sic
nec potestas eius minuitur cum dicit mori fallique non posse. Sic eni
hoc non potest ut potius si posset minoris esset utiq; potestatis. Recte
quippe dicit omnipotens qui tamen mori fallique non potest. Dicitur
eni omnipotens faciendo quod uult. non patiendo quod non uult. Qd
ei si accideret nequaq esset omipotens. Vnde ppterea quedam non pot
quia oipotens est. Sic est etia cum dicimus esse necesse ut cum uolum⁹
libero uelimus arbitrio. et uerum procul dubio dicimus. et ideo ipsum
non liberum arbitrium necessitati subicimus que adimit libertatem.

nescio cur

non

S unt igitur nre uoluntates et ipse faciunt quicquid uolendo facimus.
quod non fieret si nollemus. Quicquid aut aliorum hominu uolu
tate nolens quisq; patitur. et sic uoluntas ualet. et si non illius. tamen
hominis uoluntas sed potestas dei. Nam si uoluntas tm esset. nec pos
set quod uellet. potentiore e uoluntate impediretur. nec sic tn uoluntas n
uoluntas esset. nec alterius sed eius esset qui uellet. et si non posset iplere
quod uellet. Vnde quicquid preter suam uoluntatem patitur homo.
non debet tribuere humanis uel angelicis uel cuiusq creati spus uo
luntatibus. sed eius potius qui dat potestatem uolentibus. Non er
go ppterea nihil est in nra uoluntate: Quia deus psciuit qd
futurum esset in nra uoluntate. non eni quia hoc psciuit nihil p
sciuit. Porro si ille qui psciuit quid futurum esset in nra uolunta
te. non utiq; nihil. sed aliquid presciuit. Profecto et illo psciente
est aliquid in nra uoluntate. Quocirca nullo modo cogimur aut
retenta prescientia dei tollere uoluntatis arbitrium. aut retento
uoluntatis arbitrio deum quidem quod nephas est negare pscium
futuro⁊. sed utruq; amplectimur. utruq; fideliter et ueraciter
confitemur. illud ut bene credamus. hoc ut bene uiuamus. Male
aut uiuitur si de deo non bene creditur. Vnde absit a nobis eius
negare psciam ut liberi esse uelimus. quo adiuuante sumus uel
erimus liberi. Proinde non frustra sunt leges. obiurgationes exhor
tationes laudes et uituperationes quia et ipsas futuras esse psciuit.
E t preces ualent ad ea impetranda que se pcantibus concessurum

Et ualent plimu qntum eas ualituras esse presciuit:

esse presciuit. Et iuste premia bonis factis et peccatis supplicia constituta sunt. Neque enim ideo peccat homo quia illum deus peccaturum esse presciuit. immo ideo non dubitatur ipsum peccare cum peccat, quia ille cuius prescientia falli non potest, non fatum non fortunam, non aliud aliquid, sed ipsum peccaturum esse presciuit. Qui si noluit utique non peccat. sed si peccare noluerit etiam hoc ille presciuit;

nescio cur

· Capitulum .xi.

De uniuersali prouidentia dei cuius legibus omnia continentur;

Deus itaque summus et uerus cum uerbo suo et spiritu sancto, que tria unum sunt. deus unus omnipotens creator et factor omnis anime atque omnis corporis, cuius sunt participatione foelices quicumque sunt ueritate non uanitate felices. qui fecit hominem rationale animal ex anima et corpore. qui eum peccantem nec impunitum esse permisit, nec sine misericordia dereliquit qui bonis et malis essentiam cum lapidibus uitam seminalem etiam cum arboribus uitam sensualem etiam cum pecoribus. uitam intellectualem cum solis angelis dedit. A quo est omnis modus. omnis species omnis ordo. a quo est omnis mensura. numerus pondus. a quo est quicquid naturaliter est cuiuscumque generis est. cuiuscumque estimationis est. a quo sunt semina formarum forme seminum motus seminum atque formarum. Qui dedit et carni originem pulchritudinem ualitudinem propagationis fecunditatem membrorum dispositionem salutem concordiam. qui et anime irrationali dedit memoriam sensum appetitum. rationali autem insuper mentem intelligentiam uoluntatem. qui non solum celum et terram nec solum angelum et hominem, sed nec exigui et contemptibilis animantis uiscera nec auis pennulam nec herbe flosculum nec arboris folium sine suarum partium conuenientia et quadam ueluti pace dereliquit: nullo modo est credendus regna hominum eorumque dominationes et seruitutes a sue prouidentie legibus alienas esse uoluisse;

Quibus modis antiqui romani meruerint ut deus uerus quamuis eum non colerent, eorum augeret imperium. ;

· Capitulum .xii.

Proinde uideamus quos romanorum mores et ob quam causam uerus deus ad augendum imperium adiuuare dignatus est. in cuius potestate sunt etiam regna terrena. Quod ut absolutius disserere possemus, ad hoc pertinentem et superiores

librum conscripsimus quod in hac re potestas nulla sit eorum deorum
quos etiam rebus nugatoriis colendos putarunt. et prioris uoluminis par
tes superiores quas hucusque perduximus de fati questione tollenda.
ne quisquam cui iam persuasum esset. non illorum deorum cultu romanum
imperium propagatum atque seruatum nescio cui fato potius id tribu
eret quam dei summi potentissime uoluntati. ueteres igitur primique ro
mani quantum eorum docet et commendat historia. quamuis ut alie
gentes excepta una populi hebreorum et deos falsos colerent et non
deo uictimas sed demoniis immolarent: tamen laudis auidi et
pecunie liberales erant. gloriam ingentem diuitias honestas uole
bant. hanc ardentissime dilexerunt. propter hanc uoluerunt. propter
hanc et mori non dubitauerunt. ceteras cupiditates huius unius in
genti cupiditate presserunt. Ipsam denique patriam suam quoniam serui
re uidebatur inglorium. dominari uero atque imperare gloriosum: prius
omni studio liberam. deinde dominam esse concupierunt. hinc est
quod regalem dominationem non ferentes annua imperia binosque impe
ratores sibi fecerunt qui consules appellati sunt a consulendo non
reges aut domini a regnando atque dominando. Et cum reges utique a regendo
dicti melius uideantur ut regnum a regibus. reges autem ut dictum
est a regendo. sed fastus regius non disciplina putata est regentis uel
beniuolentia consulentis sed superbia dominantis. Expulso itaque rege
Tarquinio et consulibus constitutis secutum est quod idem auctor
in romanorum laudibus posuit quod ciuitas incredibile memoratu
est adepta libertate quantum breui creuerit: tanta cupido glorie in
cesserat. Ista ergo laudis auiditas et cupido glorie multa illa mi
randa fecit laudabilia atque scilicet gloriosa secundum hominum existi
mationem. Laudat idem Salustius temporibus suis magnos et pre
claros uiros Marcum Catonem et Gaium Cesarem. dicens quod diu
illa respublica non habuit quemquam uirtute magnum. sed sua memoria fu
isse illos duos ingenti uirtute diuersis moribus. In laudibus autem
C Cesaris posuit. quod sibi magnum imperium exercitum nouum bellum
exoptabat. ubi uirtus enitescere posset. Ita fiebat in deuotis uirorum
uirtute magnorum. ut excitaret in bellum miseras gentes et fla
gello agitaret bellona sanguineo. ut esset ubi uirtus eorum enitesceret.
hoc illa profecto laudis auiditas et glorie cupido faciebat. Amore
itaque primitus libertatis post etiam dominationis et cupiditate laudis et
glorie multa magna fecerunt. reddit eis utriusque rei testimonium.

etiam poeta insignis eorū. Inde quippe ait. Necnon Tarquinium e
iectum Porsenna iubebat accipere. ingentiq; urbem obsidione
premebat. Eneade in ferrum pro libertate ruebant. Tunc itaque
magnum illis fuit aut fortiter emori. aut liberos uiuere. Sed cum
esset adepta libertas. tanta cupido gloriæ incesserat, ut parum esset
sola libertas nisi et dn̄atio quereret. dum pro magno habētur; quod
uelut loquente ioue Idem poeta dicit. Quin aspera iuno. que mare
nunc terrasq; metu celumq; fatigat. Consilia in melius referet. me
cumq; fouebit Romanos rerum dn̄os gentemq; togatam. Sic placi
tum; ueniet lustris labentibus ætas. Cum domus assaraci pythiam
clarasq; micenas Seruitio premet. ac uictis dn̄abitur argis. Quæ
quidem Virgilius Iouem inducens tanq̄m futura p̄dicentem. ipse
iam facta recolebat. cernebatq; p̄ntia. Verum ꝓpterea commemorare
illa uolui. ut ostenderem dn̄ationem post libertatem sic habuisse
romanos. ut in eorum magnis laudibus poneret. hinc est et illud eius
dem poete. quod cum aliarū gentium artibus eas ipsas ꝓprias roma
norum artes regnandi atq; imperandi. et subiugandi ac debellandi
populos anteponeret ait. Excudent alii spirantia mollius era. credo
equidem uiuos ducent de marmore uultus. Orabunt causas melius.
celiq; meatus Describent radio & surgentia sydera dicent. Tu regere
imperio populos romane memento. Hę tibi erunt artes. paciq; im
ponere mores. Parcere subiectis et debellare superbos. Has artes illi
tanto peritius exercebant. q̄nto minus se uoluptatibus dabant. Et
eneruationi animi et corporis in concupiscendis et augendis diuitiis.
et per illas moribus corrūpendis. rapiendo miseris ciuibus. largien
do scenicis turpibus. Vnde qui tales iam morū labe sup̄abant atq;
abundabant. q̄n scribebat ista Salustius. canebatq; Virgilius. nō
illis artibus ad gloriam et honores. sed dolis atq; fallaciis ambiebat.
Vnde idem dicit. Sed primo magis ambitio q̄ auaritia aīos hoīm
exercebat. quod tamen uitium propius uirtuti erat. Nam gl̄iam
honorem imperium bonus et ignauus ęque sibi exoptant. Sed
ille inquit uera uia nititur. huic q̄a bone artes desunt. dolis atq;
fallaciis contendit. Hę sunt bonę illę artes per uirtutem scilicet
non per fallacem ambitionem. ad honorem et gloriam et imp̄ium
peruenire. que tamen bonus et ignauus eque sibi exoptant. Sed
ille id ē bonus. uera uia nititur. tanq̄ ad possessionis finem. id est
ad gloriam honorem et imperium. hoc insitū habuisse romanos

uia uirtus est. qua nititur.

etiã deorum apud illos ędes indicant quas coniunctissimas con
stituerunt uirtutis et honoris. pro diis habentes quę dant a deo.
V nde intellegi potest: quem finem uolebant esse uirtutis et quo ea
referebant qui boni erant ad honorem scilicet. Nam mali nec
habebant eam. quamuis honorem hr̄e cuperent: quę malis conaba
tur artibus adipisci: id ē dolis atq; fallaciis. Melius laudatus est
C ato. de illo quippe ait: quo minus petebat gloriam. eo illum mag
sequebatur. qnquidem gloria ē. cui illi cupiditate flagrabant.
iudicium hominum bene de hominibus opinantium. Et ideo me
lior est uirtus quę humano testimonio contenta non ē. nisi co
scientię suę. Vnde dicit aplūs. nam gloria nr̄a hec est testimoni
um conscientię nr̄ę. Et alio loco: opus aūt suum probet unusqsq;
et tunc in semetipso tm̄ gloriam habebit: et non in alio. Gloriam
ergo honorem et imperium quę sibi exoptabant. et quo bonis
artibus peruenire nitebantur boni. non debet sequi uirtus. sed
ipsa uirtutem. Neq; eni est uera uirtus. nisi quę ad eum fine
[i. hominis.] tendit ubi ē bonum quo melius non ē. Vnde et honores quos pe
tiuit Cato petere non debuit: sed ciuitas eos ob eius uirtutem no
petenti dare. Sed cum illa memoria duo romani essent uirtute
magni Cęsar et Cato. longe uirtus Catonis ueritati uidet̄ ppin
quior fuisse q̄ cęsaris. Proinde qualis esset illo tempore ciuitas et
antea qualis fuisset uideamus in ipsa sententia Catonis. Nolite
inquit existimare. maiores nr̄os armis rem publicam ex parua
magnam fecisse. Si ita esset. Multo eam pulcherrima nos habemus.
Q uippe sociorū atq; ciuium. ꝑterea armorum et equorum maior co
pia nobis q̄m illis est. Sed alia fuere quę illos magnos fecerunt. q̄
nobis nulla sunt: domi industria. foris iustum imperium, animꝰ
in consulendo liber. neq; delicto neq; libidini obnoxius. Pro his
nos habemus luxuriam atq; auaritiam. publice egestatem. priua
tim opulentiam. laudamus diuitias. sequimur inertiam. inter bo
nos et malos discrimen nullum. omia uirtutis premia ambitio
possidet. Neq; mirum ubi uos sepatim sibi quisq; consilia capitis.
ubi domi uoluptatibꝰ. hic pecunię aut gratię seruitis. Eo fit ut i
petus fiat in uacuam rem publicam. Qui audit hec Catonis uer
ba siue Salustii. putat quales laudant romani ueteres omes eos ta
les tunc fuisse uel plures. Non ita ē. alioquin uera non essent. q̄
ipse idem scribit. ea que comemoraui in scdo libro huius operis.

ubi dicit iniurias ualidorum et ob eas discessionem plebis a patribus. aliasque dissensiones domi fuisse iam inde a principio. Neque amplius equo et modesto iure actum quam expulsis regibus: quamdiu metus a Tarquinio fuit. donec bellum graue quod propter ipsum cum Etruria susceptum fuerat finiret. Postea uero seruili imperio patres exercuisse plebem. regio more uerberasse. agro pepulisse. et ceteris expertibus solos egisse imperio. Quarum discordiarum dum illi dominari uellent. illi seruire nollent. finem fuisse bello punico secundo. quia rursus grauis metus coepit urgere. atque ab illis perturbationibus alia maiore cura cohibere animos inquietos. et ad concordiam reuocare ciuilem. Sed per quosdam paucos. qui pro suo modo boni erant. magna administrabantur. atque illis tolleratis atque temperatis malis. paucorum bonorum prouidentia res illa crescebat. sicut idem historicus dicit. multa sibi legenti et audienti. que populus romanus domi militieque mari atque terra preclara facinora fecerit. libuisse se attendere. que res maxime tanta negocia sustinuisset. quoniam sciebat. sepe numero parua manu. cum magnis legionibus hostium contendisse romanos. cognouerat paruis copiis bella gesta cum opulentis regibus. sibique multa agitanti constare dixit. paucorum ciuium egregiam uirtutem cuncta patrauisse. eoque factum ut diuitias paupertas. multitudinem paucitas superaret. Sed postquam luxu atque desidia inquit ciuitas corrupta est. rursum res publica magnitudine sua imperatorum atque magistratuum uitia sustentabat.

Paucorum igitur uirtus ad gloriam honorem imperium uera uia id est ipsa uirtute nitentium. etiam a Catone laudata est. Hinc erat domi industria. quam commemorauit Cato. ut erarium esset opulentum. tenues res priuate. unde corruptis moribus uitium e contrario posuit. publice egestatem priuatim opulentiam;

De amore laudis. qui cum sit uitium. ob hoc uirtus putatur. quia per ipsum uitia maiora cohibentur; Capitulum. xiiii.

Quam ob rem cum diu fuissent regna orientis illustria. uoluit deus et occidentale fieri. quod tempore esset posterius. sed imperii latitudine et magnitudine illustrius. Idque talibus potissimum concessit hominibus ad domanda grauia mala multarum gentium. qui causa honoris laudis et glorie consuluerunt patrie. in qua ipsam gloriam requirebant. salutemque eius saluti sue preponere non dubitauerunt. pro isto uno uitio .i. amore

laudis pecunię cupiditatem & multa alia uitia comprimentes. Nam sanius uidet qui et amorem laudis uitium esse cognoscit. Quod nec poetam fugit Oratium. qui ait. Laudis amore tumes, sunt certa piacula, quę te Ter pure lecto poterunt recreare libello. Idemque in carmine lyrico ad reprimendam dominandi libidinem ita cecinit. Latius regnes auidum domando spiritum quam si libyam remotis gadibus iungas, et uterque penus seruiat uni. Veruntamen qui libidines turpiores fide pietatis impetrato spiritu sancto et amore intelligibilis pulchritudinis non refrenant. melius saltem cupiditate humanę laudis & glorię non quidem iam sancti sed minus iam turpes sunt. Etiam Tullius hinc dissimulare non potuit in eisdem libris quos de re publica scripsit. ubi loquitur de instituendo principe ciuitatis. quem dicit alendum esse gloria. et consequenter commemorat maiores suos multa mira atque preclara glorię cupiditate fecisse. Huic igitur uitio non solum non resistebant. uerum etiam id excitandum et accendendum esse censebant. putantes hoc utile esse rei publicę. quamquam nec in ipsis philosophię libris Tullius ab hac peste dissimulet. ubi eam luce clarius confitetur. Cum enim de studiis talibus loqueretur. quę utique sectanda sunt fine ueri boni non uentositate laudis humanę. hanc intulit uniuersalem generalemque sententiam. honos alit artes omnesque accenduntur ad studia gloria. iacentque semper ea. quę apud quosque improbantur;

De resecando amore laudis humanę quoniam iustorum gloria omnis in deo sit; · Capitulum · xiiii.

Huic igitur cupiditati melius resistitur sine dubitatione quam ceditur. Tanto enim quisque est deo similior. quanto et ab hac immunditia mundior. quę in hac uita et si non funditus eradicatur ex corde. quia animos etiam bene proficientes temptare non cessat. saltem cupiditas glorię superetur amore iustitię. Vt si alibi iacent. quę apud quosque improbantur. bona si recta sunt. et ipse amor humanę laudis erubescat et cedat amori uirtutis. Tam enim est hoc uitium inimicum pię fidei. si maior in corde sit cupiditas glorię. quam dei timor uel amor. ut dominus diceret. quo potestis credere gloriam ab inuicem expectantes et gloriam quę a solo est non querentes. Item de quibusdam. qui in eum crediderant. et uerebantur palam confiteri ait euangelista. dilexerunt gloriam hominum magis quam dei. Quod sancti apostoli non fecerunt. qui cum in his locis predica

· Oratius ·

· Tullius ·

· Libri de re pub. ·

· Questiones tusculane ·

si

deo

· Preclare de Apostolis ·

rent nomen xpi. ubi non solum improbabantur sicut ille ait. iacentque
ea semper. que apud quosque improbantur. uerum etiam summe detesta
tionis habebantur. tenentes quod audierant a bono magistro eodemque
medico mentium. Si quis me negauerit coram hominibus. negabo
eum coram patre meo. qui est in celis. uel coram angelis dei. Inter ma
ledicta et obprobria. inter grauissimas persecutiones crudelesque poe
nas non sunt deterriti a predicatione salutis humane tanto fre
mitu offensionis humane. Et quod eos diuina facientes atque dicentes.
diuineque uiuentes debellatis quodammodo cordibus duris atque
introducta pace iustitie ingens in ecclesia xpi gloria consecuta
est. non in ea tamquam in sue uirtutis fine quieuerunt sed eam quoque
ipsam ad dei gloriam referentes. cuius gratia tales erant. Isto quoque
fomite eos quibus consulebant. ad ad amorem illius a quo et ipsi
tales fierent accendebant. Nanque ne propter humanam gloriam
boni essent. docuerat eos magister illorum dicens. Cauete facere iustitiam
uestram coram hominibus. ut uideamini ab eis. alioquin mercedem
non habebitis apud patrem uestrum qui in celis est. Sed rursus ne
hoc peruerse intelligentes hominibus placere metuerent. minusque
prodessent latendo quod boni sunt demonstrans quo fine innotescere
deberent. Luceant inquit opera uestra coram hominibus ut uideant
bona facta uestra. et glorificent patrem uestrum qui in celis est. Non ergo
ut uideamini ab eis id est hac intentione. ut eos ad uos conuerti ueli
tis. quia non per uos aliquid estis. sed ut glorificent patrem qui in celis
est. ad quem conuersi fiant quod estis. Hos secuti sunt martyres qui sce
uolas et curtios et decios non sibi inferendo poenas. sed illatas ferendo.
et uirtute uera. quoniam uera pietate et innumerabili multitudine su
perarunt. Sed cum illi essent in ciuitate terrena quibus propositus e
rat omnium pro illa officiorum finis incolumitas eius et regnum non
in celo. sed in terra non in uita eterna. sed in decessione morienti
um. et successione moriturorum. quid aliud amarent quam gloria qua
uolebant etiam post mortem tamquam uiuere in ore laudantium.

De mercede temporali quam reddidit bonis moribus romanorum. Capitulum. XV.

Quibus ergo non erat deus daturus
uitam eternam cum sanctis angelis suis in sua ciuitate
celesti. ad cuius societatem pietas uera perducit que non ex
hibet seruitutem religionis quam latriam greci uocant. nisi uni
uero deo. si neque hanc eis terrenam gloriam excellentissimi impe

concederet, non redderetur merces bonis artibus eorum id ē uir
tutibus quibus ad tantam gloriam peruenire nitebant. De talibꝰ
enī qui ꝓpter hoc aliquid boni facere uident. ut glorificentur ab
hominibus. et dns ait. Amen dico uobis receperunt mercedem
suam. Sic et isti priuatas res suas pro re comuni hoc est pro re pu
blica et pro eius erario contempserunt. auaritię restiterunt. consulu
erunt patrię consilio libero neq; delicto scdm suas leges neq; libidi
ni obnoxii. sed his omnibus artibus tanqm uera uia nisi sunt ad ho
nores imperium gloriam. honorati sunt in omnibus fere gentibus sui
imperii leges imposuerunt multis gentibus hodieq; litteris & histo
ria gloriosi sunt pene in omnibus gentibus. Non est quod de sum
mi et ueri dei iustitia conquerantur. perceperunt mercedem suā;

· Preclare atq; magnifice de priscis romanis ·

De mercede sanctorum ciuium ciuitatis ęternę quibus sunt uti
lia romanorum exempla uirtutum; · Capitulum ·xvi·

Merces autem sanctoꝝ longe alia ē etiā hic obprobria sus
tinentium pro ueritate dei que huiꝰ mundi dilectoribus
odiosa est. Illa ciuitas sempiterna ē. Ibi nullus oritur. qa
nullus morit. ibi est plena et uera foelicitas non dea. sed donum
dei. Inde fidei pignus accepimus qdiu peregrinantes eius pulchri
tudini suspiramus. Ibi non oritur sol super bonos et malos. sed
sol iustitię solos protegit bonos. Ibi non erit magna industria di
tare ęrarium publicum priuatis rebus angustis. ubi thesaurus
comunis est ueritatis. Proinde non solum ut talis merces talibus
hominibus redderet. romanum imperium ad humanam gloriā
dilatatum est. uerum etiā ut ciues ęternę illius ciuitatis qdiu
hic peregrinant. diligenter & sobrie illa intueant exempla · et
uideant qnta dilectio debeantur supnę patrię ꝓpter uitam ę
ternam si tantum a ciuibus suis terrena dilecta est ꝓpter hoim
gloriam. Qntum enī pertinet ad hanc uitam mortalium quę
paucis diebus ducit et finitur. quid interest sub cuius imperio
uiuat homo moriturus. si illi qui imperant ad impia et iniqua
non cogant. An uero aliquid nocuerunt romani gentibus qbus
subiugatis imposuerunt leges suas. nisi qa id factum ē ingenti
strage bellorum quod si concorditer fieret id ipm fieret meliore
successu sed nulla esset gloria triumphantium. Neq; enī et roma
ni non uiuebant sub legibus suis quas cęteris imponebant hoc
si fieret sine Marte et Bellona. ut nec uictoria locum haberet

nemine uincente ubi nemo pugnauerat? nonne romanis et ceteris gentibus una esset eademque conditio? presertim si mox fieret quod postea gratissime atque humanissime factum est ut omnes ad romanum imperium pertinentes societatem acciperent ciuitatis et romani ciues essent. ac sic esset omnium quod erat antea paucorum, tantum quod plebs illa que suos agros non haberet de publico uiueret. qui pastus eis per bonos administratores rei publice gratius a concordibus prestaretur quam uictis extorqueretur;

Quo fructu romani bella gesserunt et quantum his quos uicere contulerint. Capitulum · xvii.

Nam quid intersit ad incolumitatem bonosque mores, ipsas certe hominum dignitates, quod alii uicerunt alii uicti sunt, omnino non uideo preter illum glorie humane inanissimum fastum, in quo perceperunt mercedem suam qui eius ingenti cupidine arserunt et ingentia bella gesserunt. Nunquid enim illorum agri tributa non soluunt? Nunquid eis licet discere quod aliis non licet? nunquid non multi senatores sunt in aliis terris qui Romam nec facie quidem norunt? Tolle iactantiam et omnes homines quid sunt nisi homines? Quod si peruersitas seculi admitteret ut honoratiores essent quique meliores, nec pro magno haberi debuit honor humanus, quia nullius est ponderis fumus. Sed utamur etiam in his rebus beneficio domini dei nostri. consideremus quanta contempserunt, que pertulerunt, quas cupiditates subegerint pro humana gloria qui eam tamquam mercedem talium uirtutum accipere meruerunt. Et ualeat nobis etiam hoc ad opprimendam superbiam, ut cum illa ciuitas in qua nobis regnare permissum est tantum ab hac distet quantum distat celum a terra, a temporali letitia uita eterna, ab inanibus laudibus solida gloria, a societate mortalium societas angelorum, a lumine solis et lune lumen eius qui solem fecit et lunam. Nihil sibi magnum fecisse uideantur tante patrie ciues si pro illa adipiscenda fecerint boni operis aliquid uel mala aliqua sustinuerint, cum illi pro hac terrena iam adepta tanta fecerint, tanta perpessi sint. presertim quia remissio peccatorum que ciues ad eternam colligit patriam habet aliquid cui per umbram quandam simile fuit asyllum illud romuleum, quo multitudinem qua illa ciuitas conderetur quorumlibet delictorum congregauit inpunitas;

Q[ua]m alieni a iactantia debeant esse xpiani si aliquid fecerint pro
dilectione ęternę patrię cum tanta romani gesserint pro hūana
gloria et ciuitate terrena; Capitulum ·xviij·

Quid ergo magnum est pro illa ęterna cęlestiq; patria cū
cta seculi huius q̄mlibet iocunda blandimenta contem
nere. si pro hac tp̄ali atq; terrena filios Brutus potuit et *·Brutus·*
occidere quod illa nemine facere cogit· Sed certe difficilius est
filios interimere· q̄m q͞d pro ista faciendum est. ea quę filiis congre
ganda uidebantur atq; seruanda uel donare pauperibus uel si ex
istat temptatio quę id pro fide atq; iustitia fieri compellat amittē.
Felices enim uel nos uel filios nr̄os non diuitię terrenę faciunt aut
nobis uiuentibus amittende aut nobis mortuis a quibus nescimus
uel forte a quibus nolumus possidende. sed deus felices facit qui ē
mentium uera opulentia· Bruto uero quia filios occidit infelici
tatis perhibet testimonium etiā poeta laudator· dum ait· Natos *·Virgilius·*
q; pater noua bella mouentes ad poenam pulchra pro libertate
uocabit infelix ut cūq; ferent ea fata minores· Sed uersu sequēti
consolatus est infelicem ·Vicit amor patrię laudumq; imensa
cupido· Hęc sunt duo illa libertas et cupiditas laudis humanę·
quę ad facta compulit miranda romanos· Si ergo pro libertate
moriturorum et pro cupiditate laudum q̄ a mortalibus expetuntur
occidi filii a patre potuerunt· quid magnum ē. si pro uera liber
tate quę nos ab iniquitatis et mortis et diaboli dn̄atu liberos facit
nec cupiditate humanarum laudum sed caritate liberandorum
hominum non a Tarquinio rege. sed a demonibus et demonum *·Torquatus·*
principe non filii occiduntur. sed xp̄i pauperes inter filios compu
tantur. Si alius etiā romanus princeps cognomine Torquatus filium
non quia contra patriam. sed etiā pro patria tamen q͞a contra ī
perium suum id est contra id quod pater imperauerat imperator
ab hoste prouocatus iuuenili ardore pugnauerat licet uicisset occi
dit. ne plus mali esset in exemplo imperii contempti q̄ boni in glīa
hostis occisi. ut quid se iactent· qui pro īmortalis patrię legibus
omnia quę multo minus q̄m filii diligunt. bona terrena cōtempnūt.
Si Furius Camillus etiā ingratam patriam a cuius ceruicibus acer *·Fu· Camillus·*
rimorum hostium Veientum depulerat damnatusq; ab emulis
fuerat· a gallis iterum liberauit· quia non habuit potiorem ubi
possit uiuere gloriosus. cur extollatur uelut grande aliq͞d fecerit

qui forte in ecclesia ab inimicis carnalibus grauissimam exhonora
tionis passus iniuriam non se ad eius hostes hereticos transtulit.
aut aliquam contra illam ipse heresim condidit. Sed eam potius
quantum ualuit ab hereticorum perniciosissima prauitate defendit.
cum alia non sit non ubi uiuatur in hominum gloria. sed ubi

· Mutius · Porsenna ·

uita acquiratur aeterna. Si Mutius ut cum Porsenna rege pax fieret
qui grauissimo bello romanos premebat. quia Porsennam ipsum
occidere non potuit. et pro eo alterum deceptus occidit. in ardentem
aram ante eius oculos dexteram extendit dicens multos secum
tales qualem illum uideret in eius exitium coniurasse. cuius ille
fortitudinem et coniurationem talium perhorrescens sine ulla
dilatione se ab illo bello facta pace compescuit. quis regno celorum
imputaturus est merita sua. si pro illo non unam tantum manum neque
hoc sibi ultro faciens. sed persequente aliquo patiens totum flammis

· Curtius ·

corpus impenderit. Si Curtius armatus equo concito in abruptum
hiatum terrae se precipitem dedit deorum suorum oraculis serui
ens. qui iusserant ut illuc quod romani haberent optimum mittere
tur. nec aliud intelligere potuerunt quam uiris armisque se excellere.
unde uidelicet oportebat ut deorum iussis in illum interitum uir
precipitaretur armatus. Quid se magnum pro aeterna patria se
fecisse dicturus est qui aliquem fidei sue passus inimicum. non
se ultro in talem mortem mittens. sed ab illo missus obierit. quandoqui
dem a domino suo eodemque rege patriae suae certius oraculum accepit.
nolite timere eos. qui corpus occidunt. animam autem non possunt
occidere. Si se occidentes certis uerbis quodammodo consecrantes

Decius

Decii deuouerunt ut illis cadentibus et iram deorum sanguine suo
placantibus romanus liberaretur exercitus. nullo modo superbient
sancti martyres tamquam dignum aliquid pro illius patriae partici
patione fecerint. ubi est aeterna et uera felicitas. usque ad sanguinis
sui effusionem. non solum suos fratres pro quibus fundebatur uerum
et ipsos inimicos a quibus fundebatur. sicut eis preceptum est dili

M · Puluillus ·

gentes caritate fide et fidei caritate certantes. Si Marcus Puluil
lus dedicans edem Iouis Iunonis Mineruae falso sibi ab inuidis
morte filii nuntiata. ut ab illo nuntio perturbatus abscederet at
que ita dedicationis gloriam collega eius consequeretur. ita contempsit
ut eum etiam proici insepultum iuberet. sic in eius corde orbitatis
dolorem gloriae cupiditas uicerat. quid magnum se pro euangelii

sancti predicatione. qua ciues superne patrie de diuersis liberant
et colligunt erroribus fecisse dicturus est. cui dominus de sepultura
patris sui solicito ait: sequere me et sine mortuos ut sepeliant mor
tuos suos. Si Marcus Regulus ne crudelissimos hostes iurando fal
leret ad eos ab ipsa Roma reuersus. quoniam sic romanis eum tenere
uolentibus respondisse fertur. postquam penis seruierat dignitatem
illic honesti ciuis habere non posse. eumque carthaginenses quoniam
contra eos in romano senatu egerat grauissimis suppliciis necaue
runt. qui cruciatus non sunt pro fide illius patrie contemnendi
ad cuius beatitudinem fides ipsa perducit. aut quid retribuet
domino pro omnibus que retribuit. si pro fide que illi debetur talia
homo fuerit passus. qualia pro fide quam perniciosissimis inimicis
debebat passus est regulus. Quomodo se debebit extollere de pau
pertate uoluntaria christianus. ut in huius uite peregrinatione ex
peditior ambulet uiam que perducit ad patriam. ubi uere diui
tie deus ipse est cum audiat uel legat Lucium Valerium qui in
suo consulatu defunctus est usque adeo fuisse pauperem. ut nummis
a populo collatis eius sepultura curaretur. Audiat uel legat Q.
cincinnatum cum quatuor iugera possideret. et ea suis manibus
coleret ab aratro esse abductum ut Dictator fieret maiori utique
honore quam consul. uictisque hostibus ingentem gloriam consecutum.
in eadem paupertate mansisse. Aut quid magnum se fecisse pre
dicabit. qui nullo premio mundi huius fuerit ab eterne illius pa
trie societate seductus cum Fabritium didicerit tantis muneri
bus Pyrrhi regis epyrotarum promissa etiam regni quarta parte
a romana ciuitate non potuisse diuelli. ibique in sua paupertate
priuatum manere uoluisse. Nam illud quod rem publicam
id est rem populi rem patrie rem communem cum haberent opulentissi
mam atque ditissimam sic ipsi in suis domibus pauperes erant.
ut quidam eorum qui iam bis consul fuisset. ex ipso senatu hominum
pauperum pelleretur notatione censoria. quod decem pondo ar
genti in uasis habere compertus est. ita idem ipsi pauperes erant quo
rum triumphis publicum ditabatur erarium. Nonne omnes christi
ani qui excellentiore proposito diuitias suas faciunt communes se
cundum id quod scriptum est in actibus apostolorum. ut distri
buatur unicuique sicut cuique opus est. et nemo dicat aliquid proprium.
sed sint illis omnia communia. intelligunt se nulla ob hoc uentilari

·M·Regulus

·L·Valerius·

·Quintus cincinnatus·

·Fabritius·

·Pyrrhus·

oportere iactantia. id faciendo pro obtinenda societate angelorum.
cum pene tale aliquid illi fecerint pro conseruanda gloria romanorum. Haec et alia si qua huiusmodi in eorum litteris reperiuntur
quando sic innotescerent. quando tanta fama predicarentur. nisi romanum
imperium longe lateque porrectum magnificis successibus augeretur. Proinde per illud imperium tam latum tamque diuturnum
uirorumque tantorum uirtutibus preclarum atque gloriosum et illorum intentioni merces quam querebant est reddita. et nobis proposita necessarie commonitionis exempla. ut si uirtutes quarum iste
ut cuique sunt similes quas isti pro ciuitatis terrene gloria tenuerunt. pro dei gloriosissima ciuitate non tenuerimus pudore pungamur. si tenuerimus superbia non extollamur. Quoniam sicut dicit
apostolus. Indigne sunt passiones huius temporis ad futuram gloriam
que reuelabitur in nobis. Ad humanam uero gloriam presentisque temporis satis digna uita estimabatur illorum. Unde etiam iudei qui
christum occiderunt reuelante testamento nouo quod in ueteri uelatum fuit. ut non pro terrenis et temporalibus beneficiis que diuina prouidentia permixte bonis malisque concedit. sed pro eterna uita
muneribusque perpetuis. et ipsius superne ciuitatis societate colatur
unus et uerus deus rectissime istorum glorie donati sunt. ut hi qui
qualibuscumque uirtutibus terrenam gloriam quesierunt et adquisierunt. uincerent eos qui magnis uitiis datorem uere glorie et
ciuitatis eterne occiderunt atque respuerunt.

Iudei.

Iudei recte dati sunt in captiuitate romanis.

Quomodo inter se differant cupiditas glorie et cupiditas dominationis. Capitulum. XIX.

Interest sane inter cupiditatem humane glorie et cupiditatem dominationis. Nam licet procliue sit. ut qui humana gloria nimium delectantur. etiam dominari ardenter affectent. tamen qui ueram licet humanarum laudum gloriam concupiscunt dant operam bene iudicantibus non displicere. Sunt enim multa in moribus bona. de quibus multi iudicant bene. quamuis ea multi non habeant. Per ea bona morum multi nituntur ad gloriam uel imperium et dominationem. de quibus ait Salustius sed ille uera uia nititur. Quisquis autem sine cupiditate glorie qua ueretur homo bene iudicantibus displicere dominari atque imperare desiderat. etiam per apertissima scelera querit plerumque obtinere quod diligit. Proinde qui gloriam concupiscit. aut uera

uia nititur: aut certe dolis atque fallaciis contendit uolens bonus
uideri esse quod non est. Et ideo uirtutes habenti magna uirtus
est contemnere gloriam: quia contemptus eius in conspectu dei
est, iudicio autem non aperitur humano. Quicquid enim fecerit
ante oculos hominum: quo glorie contemptor appareat ad ma-
iorem laudem hoc est ad maiorem gloriam facere si credatur non
est unde se suspicantium sensibus aliter esse quam suspicantur osten-
dat. Sed qui contemnit iudicia laudantium: contemnit et su-
spicantium temeritatem. Quorum tamen si bonus uere est non con-
temnit salutem. Quoniam tante iustitie est qui de spiritu dei uirtutes
habet ut etiam ipsos diligat inimicos et ita diligat ut suos oso-
res uel detractores uelit correctos habere consortes non in terrena patria
sed superna. In laudatoribus autem suis quamuis paruipendat quod
eum laudant: non tamen paruipendit quod amant. Nec eos
uult fallere laudantes ne decipiat diligentes. Ideoque instat ar-
denter: ut potius ille laudetur: a quo habet homo quicquid
in eo iure laudatur. Qui autem glorie contemptor dominationis est
auidus bestias superat siue crudelitatis uitiis siue luxurie.

Tales quidam romani fuerunt: non enim cura existimationis a-
missa dominationis cupiditate caruerunt. Multos tales fuisse pro-
dit historia. Sed huius uitii summitatem et quasi arcem
quandam Nero cesar primus obtinuit. Cuius fuit tanta lux-
uries ut nihil ab eo putaretur uirile metuendum: tanta crude-
litas ut nihil molle habere crederetur si nesciretur. Etiam talibus do-
minandi potestas non datur nisi summi dei prouidentia quando
res humanas iudicat talibus dominis dignas. Aperta de hac re
uox diuina est loquente dei sapientia: per me reges regnant &
tyranni tenent terram. Sed ne tyranni non pessimi atque improbi
reges sed uetere nomine fortes dicti existimentur. Vnde ait Virgi-
lius: pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. Apertissime
alio loco de eo dictum est: qui regnare facit hominem hypocritam
propter peruersitatem populi. Quamobrem quamuis ut potui satis exposuerim
qua de causa deus unus uerus et iustus romanos secundum quandam
formam terrene ciuitatis bonos adiuuerit et tanti imperii gloriam
consequendam: potest tamen et alia causa esse latentior propter diuer-
sa merita generis humani deo magis nota quam nobis: dum illud
constet inter omnes ueraciter pios neminem sine uera pietate id est

ueri dei uero cultu: ueram posse hre uirtutem nec eam ueram
esse quando glorie seruit humane. Eos tamen qui ciues non sint
ciuitatis eterne. quae in sacris nris litteris dicitur ciuitas dei. ulte
riores esse terrenae ciuitati: qn habent uirtutem uel ipsam. qd
si nec ipsam. Illi aut qui uera pietate prediti bene uiuunt: si
hnt sciam regendi populos nihil est foelicius in rebus humanis.
q si deo miserante habeant potestatem. Tales autem homines
uirtutes suas qntascumq; in hac uita hre possunt. non tribuunt
nisi gratie dei quod eas uolentibus credentibus petentibus dede
rit simulq; intelligunt qntum sibi desit ad perfectionem iustitie,
qualis est in illorum sanctorum angelorum societate. cui se nituntur
aptare. Quantumlibet aut laudetur atq; predicetur uirtus: que
sine uera pietate seruit hoim glorie. Nequaqm sanctorum exiguis
initiis comparanda est. quorum spes posita est in gratia et miseri
cordia ueri dei; · Tam turpiter seruire uirtutes humane glorie
qm corporis uoluptati :— · Capitulum. xx.

Solent philosophi qui finem humani boni in ipa uirtute
constituunt ad ingerendum pudorem quibusdam phis
qui uirtutes quidem probant. sed eas uoluptatis corpora
lis fine metiunt. et illam per se ipsam putant appetendam. istas
ppter ipam. fabulam quandam uerbis pingere. ubi uoluptas in
sella regali quasi dedicata quedam regina considat. eiq; uirtutes
famulae subiciantur obseruantes eius nutum ut faciant quod illa
imperauit. que prudentiae iubeat. ut beneficia prestet. uigilanter
inquirat quomodo uoluptas regnet et salua sit. Iustitiae iubeat
ut beneficia praestet. que potest ad comparandas amicitias corpo
ralibus commodis necessarias. Nulli faciat iniuriam. ne offensis
legibus uoluptas uiuere secura non possit. Fortitudini iubeat: ut
si dolor corpori acciderit qui non compellat in mortem: teneat
dominam suam id est uoluptatem fortiter in animi cogitatione:
ut per pristinarum deliciarum suarum recordationē mitiget pntis
doloris aculeos. Temperantie iubeat: ut tm capiat alimentorum
et si qua delectant ne per imoderationem noxium aliqd ualitu
dinem turbet. et uoluptas qm etia in corporis sanitate epycurei
maximā ponunt grauiter offendat. Ita uirtutes cum tota sue glie
dignitate tamq imperiose cuidam et inhoneste muliercule serui
unt uoluptati. Nihil hac pictura dicunt esse ignominiosius et

et deformius et quod minus ferre bonorum possit aspectus. Et uerũ
dicunt: sed non existimo satis debiti decoris esse picturam: si etiã
talis fingatur: ubi uirtutes humane glorie seruiunt. Licet enim ipa
gloria delicata mulier non sit. inflata tamen ẽ. et multum ua
nitatis habet. Unde non ei digne seruit soliditas quedam firmi
tasq; uirtutum. ut nihil prouideat prudentia. nihil distribuat
iustitia. nihil tolleret fortitudo. nihil temperantia moderet̃. nisi
unde placeatur hominibus et uentose glorie seruiatur. Nec illi se
ab ista feditate defenderint. qui cum aliena spernant iudicia ue
lut glorie contemptores sibi sapientes uidentur et placent sibi. nã
eorum uirtus si tñ ulla est. alio modo quodam humane subditur
laudi. Neq; enim ipse qui sibi placet homo non est. qui autem uẽa
pietate in deum quem diligit credit et sperat. plus intendit in ea
in quibus sibi displicet. q̃ in ea si qua in illo sunt. que non tam ipi
q̃ ueritati placent. Neq; id tribuit unde iam placere põt nisi ei'
misericordie. cui displicere metuit. de his sanatis gratias agens.
de illis sanandis preces fundens;

Romanum regnum a deo uero esse dispositum. a quo est omnis
potestas. et cuius prudentia regunt̃ uniuersa; Capitm xxi.

Que cum ita sint. non tribuamus dandi regni atq; impii
potestatem nisi deo uero qui dat foelicitatem in regno
celorũ solis piis. Regnum uero terrenum et piis et impiis
sic ei complacet. cui nihil iniuste placet. Quamuis enim aliquid di
xerimus quod apertum nobis esse uoluit. tñ multum est ad nos
et ualde superat uires nr̃as hominũ occulta discutere et liquido
examine merita diiudicare regnorũ. Ille igit̃ unus uerus deus q
nec iudicio nec adiutorio deserit genus humanũ q̃ndo uoluit
et q̃ntum uoluit. romanis regnũ dedit. qui dedit assyriis uel etiã
persis. A quibus duos solos deos coli. unum bonũ alterũ malum
continent littere istorũ. Ut taceam de populo hebreo de quo iam
dixi q̃ntum satis uisum ẽ qui p̃ter unum deum non coluit. et
q̃n regnauit. Qui ergo persis dedit segetes sine cultu tot deorũ
quos isti singulis rebus plures p̃posuerunt. ipse etiã regnũ dedit
sine cultu eorũ per quorũ cultum seipsi regnasse crediderunt.
Sic etiã hominibus. qui Mario ipse Gaio cesari. qui Augusto ipe
et Neroni. qui Vespasianis uel pr̃i uel filio suauissimis imp̃atoribꝰ
ipse et Domitiano crudelissimo. et ne p̃ singulos ire necesse sit. qui

Romani.
Assyrii.
Perse.
Hebrei.

Marius.
G. Cesar.
Augustus.
Nero. Vespasianus.
Titus. Domitianus.

Constantinus. Iulianus.

Constantino christiano ipse apostate Iuliano. cuius egregiam indolem decepit amore dominandi sacrilega et detestanda curiositas: cuius vanis deditus oraculis erat: quando fretus securitate victorie naves quibus victus necessarius portabatur incendit. Deinde fervide instans inmodicis ausibus et mox merito temeritatis occisus in locis hostilibus egenum reliquit exercitum. ut aliter inde non posset evadi. nisi contra illud auspicium dei termini de quo in superiore libro diximus imperii romani termini moverentur. Cessit enim terminus deus necessitati qui non cesserat Iovi. Hæc plane deus unus et verus regit et gubernat ut placet. Et si occultis causis: numquid iniustis?

Tempora exitusque bellorum ex dei pendere iudicio; Capitulum xxii.

Sic etiam tempora ipsa bellorum sicut in eius arbitrio est iustoque iudicio et misericordia vel atterere vel consolari genus humanum. ut alia citius alia tardius finiantur. bellum pyratarum a Pompeio. bellum punicum tertium a Scipione incredibili celeritate temporis brevitate confecta sunt. Bellum autem fugitivorum gladiatorum. quamvis multis romanis ducibus et duobus consulibus victis Italiaque horribiliter contrita atque vastata. tertio tamen anno post multa consumpta consumatum est. Pycentes Marsi et Peligni gentes non exterę sed italicę post diuturnam et devotissimam sub romano iugo servitutem in libertatem caput erigere temptaverunt Iam multis nationibus romano imperio subiugatis. deletaque carthagine. In quo bello italico romani sepissime victi sunt. ubi duo consules perierunt. et alii nobilissimi senatores non diuturno tamen tempore tractum est hoc malum. Nam quintus ei annus finem dedit. Sed bellum punicum secundum cum maximis detrimentis et calamitate rei publicę per annos decem et octo romanas vires extenuavit et pene consumpsit. Duobus preliis ferre septuaginta virorum romanorum milia ceciderunt. Bellum punicum primum per xx. et iii. annos peractum est. Bellum Metridaticum per xl. annos. Ac ne quisquam arbitretur rudimenta romanorum fuisse fortiora ad bella citius peragenda superioribus temporibus multum in omni virtute laudatis bellum samniticum annis tractum est ferme quinquaginta. In quo bello ita romani victi sunt ut sub iugum etiam mitterentur. Sed quia non diligebant gloriam propter iustitiam. sed iustitiam propter gloriam diligere videbantur: pacem factam foedus

ruperunt. Hec ideo commemoro quoniam multi preteritarum rerum ignari. quidam etiam dissimulatores sue scientie. si temporibus christianis aliquod bellum paulo diutius trahi uident. illico in nostram religionem proteruissime insiliunt exclamantes quod si ipsa non esset. et ueteri ritu numina colerentur. iam romana illa uirtute que adiuuante marte et bellona tanta celeriter bella confecit. id quoque celerrime finiret. Recolant igitur qui legerunt. quam diuturna bella quam uariis euentibus quam luctuosis cladibus a ueteribus sint gesta romanis. Sic solet orbis terrarum uelut procellosissimum pelagus uaria talium malorum tempestate iactari et quod nolunt aliquando fateantur nec insanis aduersus deum linguis se interimant et decipiant imperitos;

De bello in quo Radagasus rex gothorum demonum cultor uno die cum ingentibus copiis suis uictus est; Capitulum .xxiii.

QVod tamen nostra memoria recentissimo tempore deus mirabiliter et misericorditer fecit. non cum gratiarum actione commemorant. sed quantum in ipsis est. omnium hominum si fieri potest obliuione sepelire conantur quod a nobis si tacebitur similiter erimus ingrati. Cum Radagasus rex gothorum agmine ingenti et immani iam in urbis uicinia constitutus romanis ceruicibus immineret uno die tanta celeritate sic uictus est ut ne uno quidem non dicam extincto sed uulnerato romanorum multo amplius quam centum milium prosterneretur eius exercitus. atque ipse cum filiis mox captus poena debita necaretur. Nam si ille tam impius cum tantis et tam impiis copiis Romam fuisset ingressus cui pepercisset. quibus honorem locis martyrum detulisset. in qua persona deum timeret. cuius non sanguinem fusum. cuius pudicitiam uellet intactam. Quas autem pro diis suis uoces haberent. quanta insultatione iactarent quod ideo ille uicisset. ideo tanta potuisset. quia quotidianis sacrificiis placabat atque inuitabat deos. quod romanos facere christiana religio non sinebat. Nam propinquante iam illo his locis ubi nutu summe maiestatis oppressus est. cum eius fama ubique crebesceret. nobis apud carthaginem dicebatur hoc credere spargere iactare paganos. quod ille diis amicis protegentibus et opitulantibus quibus immolare quotidie ferebatur. uinci omnino non posset ab eis. qui talia diis romanis sacra non facerent; nec fieri a quoquam permitterent. Et non agunt miseri gratias tante misericordie dei. qui cum statuisset irruptione bar

barica grauiore dignos mores hominum castigare indignationem
suam tanta miseratione temperauit ut illum primo faceret mirabi
liter uinci. ne ad infirmorum animos euertendos gloria daretur
demonibus. quibus eum supplicare constabat. Deinde ab his a
barbaris Roma caperetur. qui contra omnem consuetudinem gesto
rum ante bellorum ad loca sancta fugientes christiane religionis reue
rentia tuerentur. ipsisque demonibus atque impiorum sacrificiorum
ritibus de quibus ille presumpserat sic aduersarentur nomine christiano
ut longe atrocius bellum cum eis quam cum hominibus gerere uidere
tur. Ita uerus dominus gubernatorque rerum et romanos cum misericor
dia flagellauit et tam incredibiliter uictis supplicatoribus demonum
nec saluti rerum presentium necessaria esse sacrificia illa monstra
uit. ut ab illis qui non peruicaciter contendunt. sed prudenter at
tendunt. nec propter presentes necessitates uera religio deseratur et magis
eterne uite fidelissima expectatione teneatur;

Quis sit christianorum imperator et quam uera felicitas; Capitulum . xxiiii .

Neque enim nos christianos quosdam imperatores ideo felices
dicimus. quia uel diutius imperarunt. uel imperantes
filios morte placida reliquerunt uel hostes rei publice do
muerunt uel inimicos ciues aduersus se insurgentes cauere et
opprimere potuerunt. Hec et alia uite huius erumnose uel mu
nera uel solatia. quidam etiam cultores demonum accipere meru
erunt. qui non pertinent ad regnum dei. quo pertinent isti. Et hoc
ipsius misericordia factum est. ne ab illo ista qui in eum crede
rent uelut summa bona desiderarent. Sed foelices eos dicimus
qui iuste imperant. si inter linguas sublimiter honorantium et
obsequia nimis humiliter salutantium non extolluntur. et se ho
mines meminerint. si suam potestatem ad dei cultum maxime
dilatandum maiestati eius famulam faciunt. si deum timent
diligunt et colunt. si plus amant illud regnum. ubi non timent
habere consortes. si tardius uindicant. facile ignoscunt. si eandem uin
dictam pro necessitate regende tuendeque rei publice. non pro sa
turandis inimiciarum odiis exerunt. Si eandem ueniam non
ad impunitatem iniquitatis. sed ad spem correctionis indulgent.
sed quod aspere coguntur plerumque decernere misericordie leni
tate et beneficiorum largitate compensant. si luxuria tanto est eis
castigatior. quanto posset esse liberior. si malunt cupiditatibus prauis

q̄m quibuslibet gentibus imperare. Et si haec omīa faciunt non
ppter ardorem inanis gloriae. sed caritatem felicitatis aeterne. si
pro suis peccatis humilitatis miserationis et orationis sacrificium
deo suo uero imolare non negligunt. Tales xpianos imperatores
dicimus esse foelices interim spe postea re ipsa futuros cum id
quod expectamus aduenerit; ·De prosperitatibus quas Consta
tino imperatori christiano deus contulit; ·Caplm·xxv·

NAm bonus deus ne homines qui eum crederent ꝑ eterna
uitam colendum has sublimitates et regna terrena existi
marent neminem posse consequi nisi demonibus suppli
cet q̄ hi spiritus in talibus multum ualerent. Constantinū impato
rem non supplicante demonibus. sed ipsum uerū deū colentem
tantis terrenis impleuit muneribus q̄nta optare nullus auderet.
Cui etiā condere ciuitatem romano imperio sociam. uelut ipsius
romae filiam. sed sine aliquo demonū templo simulacroq; con
cessit. Diu impauit uniuersum orbem romanum unus Augu
stus tenuit et defendit. In administrandis et gerendis bellis uicto
riosissimus fuit. In tyrannis opprimendis per omia prosperatus
est. grandeuus aegritudine et senectute defunctus ē. filios impan
tes reliquit. Sed rursus ne impator quisq̄m ideo xpianus esset.
ut foelicitatem Constantini mereretur. cum ppter uitam aetnam
quisq; esse debeat xpianus. Iouinianum multo citius q̄ Iulianū
abstulit Gratianum ferro tyrannico pmisit interimi. Longe q̄dē
mitius q̄ magnum Pompeium colentem uelut romanos deos.
Nam ille uindicari a Catone non potuit que ciuilis belli quodam
modo heredem reliquerat. iste aūt quamuis pie anime solatia ta
lia non requirant a Theodosio uindicatus ē. quem regni partici
pem fecerat. cum paruulum hret et frēm. auidior fide societatis
q̄m nimie potestatis;

De fide et pietate Theodosii Augusti; ·Caplm·xxvi·

UNde et ille non solum uiuo seruauit qua debebat fidem.
uerum etiā post eius mortem pulsum ab eius interfectoē
maximo. Valentinianum eius paruulum frēm in sui par
tes imperii tanq̄m xpianus excepit. pupillum paterno custodiuit
affectu. quem destitutum omibus opibus nullo negocio posset
auferre. Si latius regnandi cupiditate. magis q̄ benefaciendi cari
tate flagraret. Unde potius eum seruata eius impatoria dignitate.

susceptum ipsa humanitate et gratia consolatus est. Deinde cum
maximum terribilem faceret ille successus. hic in angustiis cura-
rum
suarum non est lapsus ad curiositates sacrilegas atque illicitas. sed iohem
in egypti heremo constitutum quem dei seruum prophetandi spiritu
preditum fama crebrescente didicerat misit atque ab eo nuntium
uictorie certissimum accepit. Mox tyranni maximi extinctor
Valentinianum puerum imperii sui partibus unde fugatus fuerat
misericordissima ueneratione restituit. eoque siue per insidias siue
quo alio pacto uel casu maxime extincto alium tyrannum eugenium
qui in illius imperatoris locum non legitime fuerat subrogatus
accepto rursus prophetico responso fide certus oppressit. Contra cuius
robustissimum exercitum magis orando quam feriendo pugnauit.
Milites nobis qui aderant retulerunt extorta sibi esse de manibus
quecumque iaculabantur. cum a Theodosii partibus in aduersarios ue-
hemens uentus iret. et non solum quecumque in eos iaciebantur ci-
tatissime raperet. uerum etiam ipsorum tela in eorum corpora retor-
queret. Vnde poeta claudianus quamuis a christi nomine alienus in
eius tamen laudibus dixit. O nimium dilecte deo. cui militat
aether et coniurati ueniunt ad classica uenti. uictor autem sicut cre-
diderat et predixerat iouis simulacra que aduersus eum fuerat
nescio quibus uelut ritibus consecrata et in alpibus constituta
deposuit. eorum fulmina quia aurea fuissent. iocantibus quod illa letitia
permittebat cursoribus et se ab eis fulminari uelle dicentibus.
hilariter benigneque donauit. Inimicorum suorum filios quos non ip-
sius iussu belli abstulerat impetus etiam nondum christianos ad eccle-
siam confugientes christianos. hac occasione fieri uoluit. et christiana
caritate dilexit. Nec priuauit rebus et auxit honoribus. In ne-
minem post uictorias priuatas inimicitias ualere permisit. Bel-
la ciuilia non sicut Cynna et Marius et Sylla alii tales nec fini-
ta finita finire uoluerunt. sed magis doluit exorta quam cuiquam nocere
uoluit terminata. Inter hec omnia ex ipso initio imperii sui non
quieuit iustissimis et misericordissimis legibus aduersus impios
laboranti ecclesie subuenire. quam ualens hereticus fauens arrianis
uehementer afflixerat. cuius ecclesie se membrum esse magis quam
in terris regnare gaudebat. Simulacra gentium ubique euertenda
precepit. satis intelligens nec terrena munera in demoniorum. sed
in dei ueri esse posita potestate. Quid autem fuit eius religiosa hu-

militate mirabilius. quando in thessalonicensium grauissimu scelus,
cui iam epis intercedentibus, promiserat indulgentiam. tumultu
quorumdam qui ei coherebant uindicare compulsus, ecclesiastica
cohercitus disciplina. sic egit poenitentiam, ut imperatoriam celsi
tudinem pro illo populus orans magis fleret uidendo prostratam
quam peccando timeret iratam. Haec ille secum et si qua similia que
commemorare longum est, bona opera tulit. ex isto temporali uapore cu
iuslibet culminis et sublimitatis humanae. quorum operum merces
est aeterna foelicitas cuius dator est deus solis ueraciter pius. Cetera
uero bona uitae huius uel fastigia uel subsidia, sicut ipsum mundum
lucem auras terras aquas fructus ipsiusque hominis animam corpus,
sensus mentem uitam bonis malisque largitur. In quibus est etiam
quaelibet imperii magnitudo quam pro temporum gubernatione dispensat;
Proinde iam etiam illis respondendum esse uideo qui manifestis
simis documentis quibus ostenditur quod ad ista temporalia, quae
sola stulti habere concupiscunt, nihil falsorum deorum numerositas prosit,
confutati atque conuicti conantur asserere non propter uitae praesentis uti
litatem sed propter eam quae post mortem futura est esse colendos
deos. Nam istis qui propter amicitias huius mundi nolunt uana
colere. et non se permitti puerilibus sensibus conqueruntur, his quin
que libris satis arbitror esse responsum. quorum tres priores cum edi
dissem. et in multorum manibus esse coepissent. audiui quosdam
nescio quam aduersus eos responsionem scribendo praeparare. Dein
ad me perlatum est. quod iam scripserint sed tempus quaerant. quo
sine periculo edere possint. quos ammoneo. non optent quod eis non
expedit. Facile enim est cuiquam respondisse uideri. qui tacere nolu
erit. aut quid loquacius est uanitate. quae non ideo potest. quod
ueritas quia si noluerit. etiam plus potest clamare quam ueritas. Sed
considerent omnia diligenter. ac si forte sine studio partium iudi
cantes talia esse perspexerint. quae potius exagitari quam conuelli pos
sint garrulitate impudentissima et quasi satyrica uel mimica
leuitate cohibeant suas nugas et potius a prudentibus emendari
quam laudari ab imprudentibus eligant. Nam si non ad libertatem
uera dicendi. sed ad licentiam male dicendi tempus expectant.
absit ut eis eueniat quod ait Tullius de quodam qui peccandi
licentia foelix appellabatur. O miserum cui peccare licebat. unde
quisquis est qui male dicendi licentia foelicem se putat. multo

erit foelicior: si hoc illi omino non liceat: cum possit deposita ina
nitate iactantie: etiã isto tempore tanq; studio consulendi: qdqd
uoluerit contradicere et qntum possunt ab eis quos consulit: ami
ca disputatione honeste grauiter libere qđ oportet audire;

Incipiunt capitula libri sexti de ciuitate dei Aurelij Augustini
doctoris eximij Iponensis episcopi:

AVRELII. AVGVSTINI. DOCTORIS. EXIMII. IPONENSIS. EPISCOPI. INCIPIT. LIBER. SEXTVS.

De his qui dicunt deos a se non propter praesentem uitam coli sed propter aeternam — Capitulum primum;

Quinque superioribus libris satis mihi aduersus eos uideor disputasse qui multos deos et falsos quos inutilia esse simulacra uel inmundos spiritus et perniciosa demonia uel certe creaturas non creatorem ueritas christiana conuincit propter uite huius mortalis rerumque terrenarum utilitatem eo ritu ac seruitute quae grece latria dicitur et uni uero deo debetur uenerandos et colendos putant. Et nimie quidem stultitie uel pertinacie nec istos quinque nec ullos alios quantiscunque numeri libros satis esse posse quis nesciat: quando ea putatur gloria uanitatis nullis cedere uiribus ueritatis in perniciem utique eius cui uitium tam immane dominatur. Nam et contra omnem curantis industriam non malo medici sed egroti insanabilis morbus inuictus est. hi uero qui ea que legunt uel sine ulla uel non cum magna ac nimia ueteris erroris obstinatione intellecta et considerata perpendunt facilius nos isto numero terminatorum uoluminum plus quam questionis ipsius necessitas postulabat. quam disseruisse minus iudicabunt: totamque inuidiam quia christiane religioni de huius uite cladibus terrenarumque contritione et mutatione rerum imperiti facere conantur non solum dissimulantibus. sed contra suam conscientiam etiam fauentibus doctis quos impietas uesana possedit: omnino esse inanem recte cogitationis atque rationis plenamque leuissime temeritatis et perniciosissime animositatis dubitare non poterunt;

Quid Varronem de diis gentium sensisse credendum sit quorum talia genera et sacra detexit ut reuerentius cum eis ageret si de illis omnino reticeret; . Capitulum secundum;

Nunc ergo quoniam deinceps ut promissus ordo expetit etiam hi refellendi et docendi sunt: qui non propter istam uitam sed propter aliam que post mortem futura est. deos gentium quos christiana religio destruit colendos esse contendunt placet a ueridico oraculo sancti psalmi sumere exordium disputationis mee. Beatus cuius est dominus deus spes ipsius et non respexit in uanitates et insanias mendaces. Verumtamen in omnibus uanitatibus insanijsque mendacibus longe tollerabilius philosophi audiendi

sunt quibus displicuerunt iste opiniones erroresque populorum. Qui
populi constituerunt simulacra numinibus multaque de his quos
deos immortales uocant, falsa atque indigna siue finxerunt siue
ficta crediderunt, et credita eorum cultui sacrorumque ritibus miscu
erunt. Cum his ergo hominibus qui etsi non libere praedicando sal
tem utcumque in disputationibus mussitando talia se improbare te
stati sunt, non usque adeo inconuenienter questio ista tractatur,
utrum non unum deum qui fecit omnem spiritualem corporaleque
naturam, propter uitam que post mortem futura est coli opor
teat, sed multos deos quos ab illo uno factos et sublimiter collo
catos quidam eorundem philosophorum ceteris excellentiores senserunt
nobilioresque. Ceterum quis ferat dici atque contendi, deos illos
quorum in quarto libro quosdam commemoraui, quibus rerum
exiguarum singulis singula distribuuntur officia, uitam eternam
cuique prestare. An uero peritissimi illi et acutissimi uiri qui
se pro magno beneficio conscripta docuisse gloriantur, ut sciretur
quare cuique deo supplicandum esset, quid a quo esset petendum,
ne absurditate turpissima qualis ilocaliter in mimo fieri solet
peteretur a libero aqua, a lymphis uinum, auctores erunt cuipiam
hominum diis immortalibus supplicanti, ut cum a lymphis
petierit uinum, eique responderint: nos aquam habemus, hoc a libero
pete, possit recte dicere: si uinum non habetis, saltem date mihi
uitam eternam? Quid hac absurditate monstruosius? Nonne
illi cachinnantes, solent enim esse ad risum faciles, si non affectent
fallere ut demones, supplici respondebunt: O homo putasne
nos in potestate habere uitam, quos audis non habere uel uitem? Im
pudentissime igitur stultitie est uitam eternam a talibus diis pe
tere uel sperare, qui uite huius erumnosissime atque breuissime
et si qua ad eam pertinent adminiculandam atque fulciendam
ita singulas particulas tueri asseruntur, ut si id quod sub alterius
tutela ac potestate est, petatur ab altero, tam sit inconueniens et ab
surdum, ut mimice scurrilitati uideatur esse simillimum. Quod
cum fit a scientibus mimis, digne ridentur in theatro. Cum uero a
nescientibus stultis, dignius irridentur in mundo. Cui ergo deo
uel dee propter quid supplicaretur, quantum ad illos deos attinet quos
instituerunt ciuitates, a doctis solerter inuentum memorieque
mandatum est. Quid a libero uerbi gratia, quid a nymphis

quid a uulcano. et sic a ceteris: quos partim commemoraui in quar
to libro. partim pretereundos putaui. Porro si a Cerere uinum
a libero panem. a uulcano aquam. a nymphis ignem petere er
roris est: quanto maioris delyramenti esse intelligi debet: si cuiquam
istorum pro uita supplicatur aeterna. Quam obrem si cum terreno
regno quereremus: quosnam illud deos uel deas hominibus creden
dum esset posse conferre discussis omnibus longe alienum a ue
ritate monstratum est a quoquam istorum istorum numinum atque
falsorum saltem regna terrena existimare constitui: nonne insa
nissime impietatis est: si eterna uita que omnibus terrenis regnis
sine ulla dubitatione uel comparatione preferenda est ab istorum quoquam
dari cuiquam posse credatur. Neque enim propterea tales dij uel terrenum
regnum dare non posse uisi sunt. quia illi magni et excelsi sunt.
hoc quiddam paruum et abiectum quod non dignarentur in
tanta sublimitate curare. sed quantalibet consideratione fragili
tatis humane caducos apices terreni regni merito quisque contep
nat: illi dij tales apparuerunt ut indignissimi uiderentur. quibus
danda atque seruanda deberent uel ista committi. Ac per hoc si ut
superiora proximis duobus libris pertractata docuerunt nullus
deus ex illa turba uel quasi plebeiorum: uel quasi procerum deorum
idoneus est regna mortalia mortalibus dare: quanto minus potest
inmortales ex mortalibus facere. Huc accedit quia si iam cum
illis agimus qui non propter istam. sed propter uitam que post mortem
futura est existimant colendos deos: iam nec propter illa saltem que
deorum talium potestati tamquam dispartita et propria non ratione ueri
tatis: sed uanitatis opinione tribuuntur: omnino colendi sunt:
sicut credunt hij. qui cultum eorum uite huius mortalis utilitatibus
necessarium esse contendunt. contra quos iam quinque uoluminibus
precedentibus satis quantum potui disputaui. que cum ita sint: si
eorum qui colerent deam iuuentatem aetas ipsa floreret insignius
contemptores autem eius uel inter annos occumberent iuuentutis: uel
in ea tamquam senili tempore frigescerent. Si malas cultorum suorum
speciosius et festiuius fortuna barbata uestiret: a quibus autem
sperneretur glabros aut male barbatos uideremus: etiam sic rectissime
diceremus hucusque istas deas singulas posse suis officijs quodam
modo limitatas. Ac per hoc a iuuentate oportere peti uitam ae
ternam: quae non daret barbam: nec a fortuna barbata aliquid

boni post hanc uitam esse sperandum. cuius in hac uita potestas nulla esset. ut eandem saltem etatem que barba induitur ipsa praestaret. Nunc uero cum earum cultus nec propter ipsa ista que putant eis subdita necessarius sit. quia et multi colentes iuventa tem deam. minime in illa etate uiguerunt. et multi non eam colentes gaudent robore iuuentutis. Itemque multi fortune barba te supplices ad nullam uel deformem barbam peruenire potue runt. Et si que eam pro barba impetranda uenerantur a barba tis eius contemptoribus irridentur. Itane desipit cor humanum ut quorum deorum cultum propter ista ipsa temporalia et cito pretereuntia munera quibus singulis singuli preesse perhibentur. inanem ludi briosumque cognoscit. propter uitam eternam credat esse fructuosum.
Hanc dare illos posse nec hii dicere ausi sunt. qui eis ut ab insipi entibus populis colerentur. ista opera temporalia quoniam nimis multos putarunt. ne quisquam eorum sederet otiosus minutatim diuisa tribuerunt;

Quid Varronem de diis gentium sensisse cre dendum sit. quorum talia genera et sacra detexit ut reuerentius cum eis ageret si de illis omnino reticeret; · Capitulum · ii ·

Quis Marco Varrone curiosius ista quesiuit. quis inuenit doctius. quis considerauit attentius. quis distinxit a cutius. quis diligentius pleniusque conscripsit. Qui tam etsi minus est suauis eloquio. doctrina tamen atque sententiis ita refertus est. ut in omni eruditione quam nos secularem. illi autem liberalem uocant. studiosum rerum tantum iste doceat. quantum studiosum uerborum cicero delectat. Denique et ipse Tullius huic ta le testimonium perhibet. ut in libris achademicis dicat. eam que ibi uersatur disputationem. se habuisse cum Marco Varrone. homine inquit omnium facile acutissimo. et sine ulla dubitatione doctissimo.
Non ait eloquentissimo uel facundissimo. quoniam re uera in hac facul tate multum est impar. sed omnium inquit facile acutissimo et in eis libris id est achademicis ubi cuncta dubitanda esse contendit. addit sine ulla dubitatione doctissimo. Profecto de hac re sic erat certus. ut auferret dubitationem. qua solet in omnibus adhibere tamquam de hoc uno etiam pro achademicorum disputatione dispu taturus se achademicum fuisset oblitus. In primo autem libro cum eiusdem Varronis litteraria opera predicaret. nos inquit in nostra urbe peregrinantes errantesque tamquam hospites tui libri quasi domu

reduxerunt. ut possemus aliquando qui et ubi essemus agnoscere.
Tu ætatem patriæ. tu descriptiones temporum. tu sacrorum iura
tu sacerdotum. tu domesticam tu publicam disciplinam. tu
sedem regionum locorumque. tu omnium diuinarum humanarumque
nomina genera officia causas aperuisti. Iste igitur uir tam in
signis excellentisque peritie et quod de illo etiam terentianus elegantissi
mo uersiculo breuiter ait. Vir doctissimus undecunque Varro. qui
tam multa legit. ut aliquid ei scribere uacasse miremur. tam mul
ta scripsit. quam multa uir quequam legere potuisse credamus. Iste
inquam uir tantus ingenio tantusque doctrina. si rerum uelut diui
narum de quibus scripsit oppugnator esset atque destructor. easque
non ad religionem sed ad superstitionem diceret pertinere. nescio u
trum tam multa in eis ridenda contemnenda detestanda conscri
beret. Cum uero deos eosdem ita coluerit. colendosque censuerit.
ut in eo ipso opere litterarum suarum dicat se timere ne pereant.
non cursu hostili. sed ciuium neglegentia. de qua illos uelut ru
ina liberari a se dicit. et in memoria bonorum per eiusmodi libros
recondi atque seruari utiliore cura. quam Metellus de incendio
sacra uestalia. et æneas de troiano excidio penates liberasse pre
dicetur. et tamen ea legenda seculis prodit. quæ a sapientibus et
insipientibus merito abicienda et ueritati religionis inimicissima
iudicentur. Quid existimare debemus nisi hominem acerrimum
ac peritissimum. non tamen sancto spiritu liberum oppressum fu
isse suæ ciuitatis consuetudine ac legibus. et tamen a quibus mo
uebatur sub specie commendandæ religionis tacere noluisse;

Quæ sit recitatio librorum Varronis quos de antiquitatibus rerum
diuinarum humanarumque composuit; . Capitulum . iii .

QVadraginta et unum libros scripsit antiquitatum. hos
in res humanas diuinasque distinxit. Rebus humanis
uiginti quatuor. diuinis sedecim tribuit. Istam secutus
in ea partitione rationem ut rerum humanarum libros senos quatuor
partibus daret. Intendit enim qui agant. quando agant. quid agant. In
sex itaque primis de hominibus scripsit. In secundis sex de locis. sex
tertios de temporibus. sex quartos eosdem postremos de rebus absol
uit. quater autem seni uiginti et quatuor sunt. sed unum singula
rem qui communiter prius de omnibus loqueretur in capite posuit.
In diuinis identidem rebus eadem ab illo diuisionis forma seruata

est. qntum attinet ad ea que diis exhibenda sunt. Exhibentur enim
ab hominibus in locis et temporibus sacra. hec quatuor que dixi li
bris complexus est ternis. Nam tres priores de hominibus scripsit.
sequentes de locis. tertios de tproribus. quartos de sacris. qui etiam
hic exhibeant. ubi exhibeant. quando exhibeant. quid exhibeant.
subtilissima distinctione comendans. Sed quia oportebat dicere
et maxime id expectabatur. quibus exhibeant. de ipsis quoque diis
tres conscripsit extremos ut quinquies terni quindecim fierent.
Sunt autem omes ut diximus sedecim. quia et istorum exordio unum
singularem qui prius de omnibus loqueretur apposuit. Quo absoluto
consequenter ex illa quinque partita distributione tres precedentes
qui ad homines pertinent ita subdiuisit ut primus sit de ponti
ficibus. secundus de auguribus. tertius de quindecim uiris sacrorum.
Secundos tres ad loca pertinentes ita ut in uno de sacellis. altero de
sacris edibus diceretur. tertio de locis religiosis. Tres porro qui istos
sequuntur et ad tprora pertinent id est ad dies festos. ut unum eorum
faceret de feriis. alterum de ludis circensibus. de scenicis tertium.
Quartorum trium ad sacra pertinentium uni dedit consecrationes
alteri sacra priuata. ultimo publica. hanc uelut pompa obsequiorum
In tribus quibus qui restant dii ipsi consequuntur extremi. quibus iste
uniuersus cultus impensus est. In primo dii certi. in secundo incerti.
in tertio cunctorum nouissimo dii precipui atque selecti. In hac tota
serie pulcherrime ac subtilissime distributionis et distinctionis
uitam eternam frustra queri et sperari impudentissime uel optari
ex his que iam diximus et que deinceps dicenda sunt. cuiuis ho
minum qui corde obstinato sibi non fuerit inimicus facillime
apparet. Vel hominum enim sunt ista instituta uel demonum.
non quales illi uocant demones bonos. sed ut loquar apertius im
mundorum spirituum. et sine controuersia malignorum. Qui noxias
opiniones quibus anima humana magis magisque uanescat. et in
comutabili eterneque ueritati coaptari atque inherere non possit.
inuidentia mirabili et occulte inserunt cogitationes impiorum
et aperte aliquando ingerunt. et qua possunt fallaci attestatione
confirmant. Iste ipse Varro propterea se prius de rebus humanis.
de diuinis autem postea scripsisse testatur. quod prius extiterint ci
uitates. Deinde ab eis hec instituta sint. uera autem religio non
a terrena ciuitate aliqua instituta est. sed plane celestem ipsa in

stituit ciuitatem. Eam uero inspirat et docet uerus deus dator uitae aeternae ueris cultoribus suis;

Quod ex disputatione Varronis apud cultores deorum antiquiores res humanae quam diuinae reperiantur; Capitulum IIII

Varronis igitur confitentis ideo se prius de rebus humanis scripsisse postea de diuinis quia diuinae iste ab hominibus institute sunt hec ratio est. Sicut prior est inquit pictor quam picta tabula, prior faber quam edificium, ita priores sunt ciuitates quam ea quae a ciuitatibus instituta sunt. Dicit autem se prius scripturum fuisse de diis postea de hominibus, si de omni natura deorum scriberet, quasi hic de aliqua scribat et non de omni, aut uero etiam aliqua licet non omnis deorum natura non prior debeat esse quam hominum. Quid quod in illis tribus nouissimis libris deos certos et incertos et selectos diligenter explicans nullam deorum naturam pretermittere uidetur? Quid est ergo quod ait: si de omni natura deorum et hominum scriberemus prius diuina absoluissemus antequam humana attingeremus? Aut enim de omni natura deorum scribit aut de aliqua aut omnino de nulla. Si de omni, preponenda est utique rebus humanis. Si de aliqua, cur non etiam ipsa res precedat humanas? An indigna est preferri etiam uniuersae naturae pars aliqua deorum? Quod si multum est ut aliqua pars diuina preponatur uniuersis rebus humanis, saltem digna est uel romanis. Rerum quippe humanarum libros non quantum ad orbem terrarum sed quantum ad solam Romam pertinet scripsit. Quos tamen rerum diuinarum libris se dixit scribendi ordinem merito pretulisse, sicut pictorem tabulae pictae, sicut fabrum edificio, apertissime confitens quod etiam iste res diuinae sicut pictura sic structura ab hominibus institutae sunt. Restat ut de nulla deorum natura scripsisse intelligatur, neque hoc aperte dicere uoluisse sed intelligentibus reliquisse. Vbi enim dicitur non omnis, usitate quidem intelligitur aliqua, sed potest intelligi et nulla. Quoniam quae nulla est nec omnis nec aliqua est. Nam ut ipse dicit, si omnis esset natura deorum de qua scriberet ordine scribendi rebus humanis preponenda esset. Certe rebus romanis, etiam si non omnis uel saltem aliqua esset, recte autem postponitur; ergo nulla est. Non itaque rebus diuinis anteferre uoluit res humanas, sed rebus ueris noluit anteferre res falsas. In his etiam quae scripsit de rebus humanis secutus est historiam rerum gestarum. Quae autem de his quas

diuitias uocat. quid nisi opiniones rerum uanarum. Hoc ē nimi
rum. quod uoluit subtili significatione monstrare. non solum
scribens de his posterius q̄ de illis sed etiam rationem reddens cur
hoc fecerit. quod si tacuisset. aliter hoc factum eius ab aliis fortas
se defenderetur. In ea uero ratione ipsa quam reddit. nec aliud
quicq̄ reliquit pro arbitrio suspicari. Et satis probauit homines
se proposuisse hominum institutis non naturam hominū natuę
deorum. Ita se libros rerum diuinarum non de ueritate quę p
tinet ad naturam. sed de falsitate quę pertinet ad errorem scri
psisse confessus est. quod apertius alibi posuit. sicut in quarto libro
commemoraui ex naturę formula se scripturum fuisse. si nouā
ipse conderet ciuitatem. Quia uero iam ueterem inuenerat. nō
potuisse nisi eius consuetudinem sequi;

De tribus theologię generibus sc̄dm Varronem. uno fabuloso. altero naturali. tertio ciuili; Capitulum .V.

Deinde istud quale est q͞ tria gn̄a theologię dicit esse id ē
rationis quę de diis explicatur. eorumq; unum mythi
con. alterum physicon. tertium ciuile. Latine si usus
admitteret. genus quod primum posuit fabulare appellaremus
sed fabulosum dicamus. a fabulis enī mythicon dictum est.
qm̄ mythos grece fabula dicit'. Secundum aūt ut naturale di
catur iam et consuetudo locutionis admittit. Tertium etiā ipse
latine enuntiauit quod ciuile appellatur. Deinde ait. Mythi
con appellant. quo maxīe utuntur poetę. physicon quo philo
sophi. ciuile quo populi. Primum inquit quod dixi in eo sūt
multa contra dignitatem et naturam īmortalium ficta. In hoc
enī est ut. alius deus ex capite alius ex femore sit alius ex guttis
sanguinis natus. In hoc ut dii furati sint ut adulterauerint et ser
uierint homini. Denique in hoc omīa diis attribuunt'. quę nō mō
in hominem. sed etiā in contemptissimū hoīem cadere possunt
hic certe ubi potuit ubi ausus est ubi impunitum putauit q̄ta
mendacissimis fabulis uacare deorū fieret iniuria sine caligine
ullius ambiguitatis expressit. loquebat' enī non de naturali theo
logia non de ciuili. sed de fabulosa quam libere a se putauit ēe
culpandam. Videamus quid de altera dicat. Secundum genus
est inquit quod demonstraui de quo multos libros phī reliquerūt
in quibus ē dii qui sint ubi qd̄ genus quale ē an quodam tp̄re

an sempiterno fuerint dii, an exigue sint ut credit Heraclytus
an ex numeris. ut credit pythagoras. an ex athomis ut credit
Epicurus. Sic alia que facilius intra parietes in schola q̄ extra in
foro ferre possunt aures. Nihil in hoc gn̄e culpauit qd̄ physicon
uocauit et ad phos pertinet tantum eorum inter se controuersias
comemorauit per quos facta est dissidentium multitudo sectarum.
Remouit tamen id genus a foro id ē a populis. scholis uero et pari
etibus clausit. Illud aut̄ primum mendacissimum atq; turpissi
mum a ciuitatibus non remouit. O religiosas aures populares.
atq; in his etiam romanas quod de diis immortalibus phi dis
putant ferre non possunt. quod uero poete canunt et histriones
agunt que contra dignitatem ac naturam īmortalium ficta
sunt. qa non modo in hominem. sed etiā in contemptissimum
hoiem cadere possint non solum ferunt. sed etiā libenter audiunt.
Neq; id tm̄ de diis quoq; ipis hec placere. et per hoc placandos esse
decernunt. Dixerit aliquis hec duo gn̄a mythicon et physicon
id est fabulosum atq; naturale discernamus ab hoc ciuili de quo
nunc agit̄. Unde illa et ipse discernit. Iamq; ipm̄ ciuile uidea
mus qualiter explicet. uideo quidem cur debeo discerni fabulo
sum quia falsum quia turpe quia indignum est. Naturale
aut̄ a ciuili uelle discernere. quid ē aliud q̄ etiā ipsum ciuile
fateri esse mendosum. Si enī illud naturale est quid habet rep
hensionis ut excludat̄. Si aut̄ hoc quod ciuile dicit̄ naturale
non est quid meriti ht̄ ut admittatur. Hec nempe illa causa
ē. quare prius scripserit de rebus humanis posterius de diuinis.
qm̄ in diuinis rebus non naturam. sed hoim instituta secutus est.
Intueamur sane et ciuilem theologiam. Tertium genus ē inqt
quod in urbibus ciues maxīe sacerdotes nosce atq; administrāe
debent in quo ē quos deos publice sacra ac sacrificia colere et
facere queq; par sit. Ad huc quod sequit̄ attendamus. Prima
inquit theologia maxīe accommodata ē ad theatrum. secunda
ad mundum. tertia ad urbem. Quis non uideat cui palmam
dederit utiq; secunde quam supra dixit esse phorum. hanc
enim pertinere testat̄ ad mundum quo isti nihil esse excellentius
opinantur in rebus duas uero illas theologias. primā et tertiam
theatris. scdam atq; urbis distinxit. Videmus enī non continuo
quod ē urbis ptinere posse et ad mundum quis urbes ēē uideam

in mundo. fieri enim potest ut in urbe secundum falsas opiniones
ea colantur et ea credantur quorum in mundo uel extra mun-
dum natura sit nusquam. Theatrum uero ubi est nisi in urbe.
quis theatrum instituit nisi propter ludos scenicos. ubi sunt lu-
di scenici nisi in rebus diuinis. de quibus hi libri solertia tan-
ta scribuntur;

De theologia metrica id est fabulosa et de ciuili contra Varronem; Capitulum VI.

Laus Varronis

O Uare Varro cum sis homo hominum acutissimus et
sine ulla dubitatione doctissimus. sed tamen homo non
deus nec spiritu dei ad uidenda et annuntianda diui-
na in ueritate libertateque subuectus. Cernis quidem quam sint
res diuine ab humanis nugis atque mendaciis dirimende. sed
uitiosissimas populorum opiniones. et consuetudines in superstitioni-
bus publicis ueteris offendere quas a deorum natura abhorrere
uel talium quales in huius mundi elementis humani animi
suspicatur infirmitas et sentis ipse cum eas usquequaque considera(s)
et omnis uestra litteratura circumsonat. Quid hic agit humanum
quamuis excellentissimum quid tibi humana licet multiplex in-
gensque doctrina in his angustiis suffragatur. Naturales deos cole-
cupis ciuiles cogeris. Inuenisti alios fabulosos in quos liberius quod
sentis euomas. unde et istos ciuiles uelis nolisue perfundas. Di-
cis quippe fabulosos accommodatos esse ad theatrum. naturales
ad mundum. ciuiles ad urbem. Cum mundus opus sit diui-
num urbes uero et theatra opera sint hominum. nec alii deri-
deantur in theatris quam qui adorantur in templis. nec aliis lu-
dos exhibeatis quam quibus uictimas immolatis. quanto liberius
subtiliusque ista diuideres dicens alios esse deos naturales alios ab
hominibus institutos. Sed de institutis aliud habere litteras poetarum
aliud sacerdotum. utrasque tamen inter se amicas esse consortio
falsitatis ut grate sint utrisque demonibus quibus doctrina in-
imica est ueritatis. Sequestrata igitur paululum theologia quam
naturalem uocant de qua postea disserendum est placet ne
tandem uitam eternam peti aut sperari a diis poeticis theatri-
cis ludicris scenicis. absit. immo auertat deus uerus tam imma-
nem sacrilegamque dementiam. Nunquid ab eis diis quibus hec
placent et quos hec placant cum eorum illic crimina frequen-
tentur uita eterna poscenda est. Nemo ut arbitror ut tantum

precipitium furiosissime impietatis insanit. Nec a fabulosa i
gitur nec a ciuili theologia sempiternam quisq; adipiscitur
uitam. Illa enim de diis turpia fingendo seminat, hec fauendo
metit. illa mendacia spargit. hec colligit. Illa res diuinas falsis
criminibus insectatur. hec eorum criminum ludos in diuinis
amplectitur rebus. Illa de diis nephanda figmenta hominum
carminibus personat. hec ea deorum ipsorum festiuitatibus
consecrat flagitia et facinora numinum illa cantat, hec a
mat illa prodit aut fingit hec autem attestatur ueris aut
oblectatur et falsis Ambe turpes ambeq; dampnabiles. Sed
illa que theatrica est publicam turpitudinem profitetur. ista q̄
urbana est illius turpitudine ornatur. huiccine uita æterna spe
rabitur unde ista breuis temporalisq; polluitur. An uō uitam
polluit consortium hominum nephariorum si se inferant affectio
nibus et assentionibus nostris et uitam non polluit societas de
monum qui coluntur criminibus suis si ueris q̄ malis. si falsis
q̄ male. hec cum dicimus uideri fortasse cupiam nimis harum
rerum ignaro pōt ea sola de diis talibus maiestati indigna diui
na et ridicula detestabilia celebrari que poeticis cantantur carmi
nibus et ludis scenicis iactitantur. Sacra uero illa que non histri
ones, sed sacerdotes agunt ab omni esse de decore purgata et
aliena. Hoc si ita esset numquam theatricas turpitudines in eorum
honorem quisquam celebrandas esse censeret numquam eas ipsi dii
preciperent sibimet exhiberi. Sed ideo nihil pudet ad obsequium
deorum talia gerere in theatris quia similia gerunt in templis

D enique cum memoratus auctor ciuilem theologiam a fabulosa
et naturali tertiam quandam sui generis distinguere conaretur.

M agis eam ex utraq; temperatam q̄ ab utraq; separatam intelligi uo
luit. Ait enim ea que scribunt poete minus esse quam ut populi
sequi debeant que autem philosophi plusquam ea uulgus scrutari
ualeat expediat. Que sic abhorrent inquit ut tamen ex utroq;
genere ad ciuiles rationes assumpta sint non pauca quare que
erunt communia cum propriis una cum ciuilibus scribemus. E quibus
maior societas debet esse nobis philosophis quam cum poetis. Non
ergo nulla cum poetis. Et tamen alio loco dicit de generationibus deorum
magis ad poetas q̄ ad physicos fuisse populos inclinatos. hic enim
dixit quid fieri debeat ibi quid fiat. physicos dixit utilitatis cā.

scripsisse poetas delectationis. Ac per hoc ea quae a poetis conscri
pta populi sequi non debent crimina sunt deorum quae tamen
delectant et populos et deos. delectationis enim causa sicut dicit
scribunt poete non utilitatis. Ea tamen scribunt quae dii expe
tant populi exhibeant; . De fabulose atque ciuilis theologie
similitudine atque concordia; . Capitulum .vii.

Reuocatur igitur ad theologiam ciuilem theologia fabu
losa theatrica scenica indignitatis et turpitudinis ple
na. Et hec tota que merito culpanda et respuenda iu
dicatur pars huius est que colenda et obseruanda censetur.
Non sane pars incongrua sicut ostendere institui: et que ab uni
uerso corpore aliena importune illi connexa atque suspensa sit
sed omnino consona et tanquam eiusdem corporis membrum
conuenientissime copulata. Quid enim aliud ostendunt illa
simulacra forme etates sexus habitus deorum. Nunquid bar
batum iouem inberbem mercurium poete habent pontifices non
habent. Nunquid priapo mimi. Non etiam sacerdotes enor
mia pudenda fecerunt. an aliter stat adorandus in locis sacris.
quam procedit ridendus in theatris. Nam saturnus senex apollo
ephebus. ita persone sunt histrionum ut non sint statue delu
brorum. Cur forculus qui foribus preest et limentinus qui limi
ni dii sunt masculi atque inter hos cardea dea foemina est que
cardinem seruat. Nonne ista in rerum humanarum libris re
periuntur que graues poete suis carminibus indigna dixerunt. Nun
quid diana theatrica portat arma et urbana simpliciter uirgo est.
Nunquid scenicus apollo cytharista est et ab hac arte delphycus
est uacat. Si hec honestiora sunt in comparatione turpiorum quid
de ipso ioue senserunt qui eius nutricem in capitolio posuerunt.
Nonne attestati sunt homero qui omnes tales deos non fabulosa ga
rulitate sed historica diligentia homines fuisse mortales con
scripsit. Epulones etiam omnes parasitos iouis ad eius mensam qui
constituerunt quid aliud quam inimica sacra esse uoluerunt. Nam
parasitos iouis ad conuiuium eius adhibitos si minus dixisset
utique risum quesisse uideretur. Varro dixit non cum irrideret
deos. sed cum commendaret hec dixit. Diuinarum non huma
narum rerum libri. hoc eum scripsisse testantur nec ubi ludos
scenicos exponebat. sed ubi capitolina iura pendebat. Denique a

talibus uincitur et fatetur sicut forma humana deos fecerunt ita
eos delectari humanis uoluptatibus credidisse. Non eni et maligni
spiritus suo negocio defuerunt ut has noxias opiniones humanarum
mentium ludificatione firmarent. Unde etiam illud est q herculis
lis edituus otiosus atq; feriatus lusit tesseris secum utraq; manu
alternante in una constituens herculem in altera se ipm sub ea
conditione ut si ipse uicisset de stipendio templi sibi cenam pararet
amicamq; conduceret. Si aut uictoria herculis fieret hoc idem
de pecunia sua uoluptati herculis exhiberet. Deinde cum a se ipo
tanqm ab hercule uictus esset debitam cenam et nobilissimam
meretricem laurentinam deo herculi dedit. At illa cu dormisset
in templo uidit in somnis herculem sibi esse commixtum sibiq; di
xisse q inde discedens cui primum iuueni obuia fieret apud il
lum esset inuentura mercedem quam sibi credere deberet ab her
cule persolutam. Ac sic abeunti cum primus iuuenis ditissimus
taruntius occurrisset eamq; dilectam secum diutius habuisset
illa herede defunctus est. Que amplissimam adepta pecuniam
ne diuine mercedi uideretur ingrata quod acceptissimum pu
tauit esse numinibus populum romanum etiam ipsa scripsit
heredem. Atq; illa non oparente inuentum est testamentum q
bus meritis eam ferunt etiam honores meruisse diuinos. hec si
poete fingerent si mimi agerent ad fabulosam theologiam di
cerent procul dubio pertinere et a ciuilis theologie dignitate se
parada iudicaretur. Cum uero hec dedecora non poetarum sed
populorum non mimorum sed sacrorum non theatrorum sed templo
rum id est non fabulose sed ciuilis theologie a tanto auctore pro
duntur. Non frustra histriones ludicris actibus fingunt deoru
que tanta est turpitudinem sed plane frustra sacerdotes uelut
sacris ritibus conantur fingere deorum que nulla e honestatem
Sacra sunt iunonis et hec in dilecta eius insula Samo celebrant
ubi ad nuptum data est ioui. Sacra sunt cereris ubi a plutone
rapta proserpina querit. Sacra sunt ueneris ubi amatus eius
adonis aprino dente extinctus iuuenis formosissimus plangit
Sacra sunt matris deorum ubi atys pulcher adolescens ab ea di
lectus et muliebri zelo abscisus et hominum abscisorum quos
gallos uocant infelicitate deploratur. hec cum deformiora sint
omni scenica feditate quid est q fabulosa de diis figmenta poe

tarum ad theatrum uidelicet pertinentia uelut se cernere nitun
tur a ciuili theologia qua pertinere ad urbem uolunt: quasi ab
honestis et dignis indigna et turpia. Itaque potius est unde gratie
histrionibus debeantur qui oculis hominum pepercerunt, nec omnia
his spectaculis nudauerunt que sacrarum aedium parietibus
occultabantur. quid de sacris eorum boni sciendum est que tene
bris operiuntur cum sint tam detestabilia que proferuntur in lucem.
Et certe quid in occulto agant per abscisos et molles ipsi uiderunt.
Eosdem tamen homines infeliciter ac turpiter eneruatos atque cor
ruptos occultare minime potuerunt. persuadeant cui possunt
se aliquid sanctum per tales agere homines. quos inter sua sancta
numerari atque uersari negare non possunt. Nescimus quid a
gant. sed scimus per quales agant. Nouimus autem que agantur
in scena quo numquam uel in choro meretricum abscisus aut mollis
intrauit. et tamen etiam ipsa turpes et infames agunt. neque enim
ab honestis agi debuerunt. Que sunt ergo illa sacra quibus agen
dis tales elegit sanctitas. quales nec meretricia in se admisit ob
scenitas;

De interpretationibus naturalium rationum quas doctores pagani pro diis suis conantur ostendere; Capitulum .viij.

AT enim habent ista physiologicas quasi sicut aiunt id
est naturalium rationum interpretationes. Quasi uero
in hac disputatione physiologiam querimus et non the
ologiam id est rationem non nature. sed dei. quamuis enim qui ue
rus deus non opinione sed natura uerus deus sit. non tamen omnis
natura deus est quia et hominis et pecoris et arboris et lapidis
utique natura est. quorum nihil est deus. Si autem interpretationis huius
quando agitur de sacris matris deorum caput est certe quod mater deorum
terra est. quid ultra querimus. quid cetera perscrutamur. Quid
euidentius suffragatur eis qui dicunt omnes deos istos homines
fuisse. Si enim sunt terrigene. sic eis mater est terra. In uera autem
theologia opus dei est terra non mater. Verumtamen quoquo
modo sacra eius interpretentur et referant ad rerum naturam
uiros muliebria pati non est secundum naturam. sed contra naturam
hoc morbus hominum moribus uix habet inter illa sacra professionem
quod in uitiosis hominum moribus uix habet inter tormenta confessionem.
Deinde si ista sacra que scenicis turpitudinibus conuincuntur esse
fediora hinc excusantur atque purgantur quod habent interpretationes

suas quibus ostendantur rerum significare naturam. Cur non etiã
poetica similiter excusentur atq; purgentur. Multa enĩ et ipsa ad
eundem modum interpretati sunt usq; adeo ut q ab eis im
manissimum et infandissimum dicit saturnum filios deuoras
se ita nonnulli interptentur q longinquitas temporis quę satur
ni nomine significatur quicquid gignit ipsa consumat. Vel
sicut ipse Varro opinatur q pertineat saturnus ad semina quę
in terram de qua oriuntur iterum redeunt. Itemq; alij alio mõ
et similiter cętera. Et tñ theologia fabulosa dicit et cum omnibus
huiuscemodi interpretationibus suis reprenditur abicit inpbat.
Nec solum a naturali quę phorum est. uerum etiam ab ista ciuili
de qua agimus quę ad urbes populosq; asseritur pertinere eo q̃d
de dijs indigna confinxit merito repudianda discernit. Eo nimi
rum consilio ut qm acutissimi atq; doctissimi a quibus ista con
scripta sunt ambas improbandas intellegebant. et illam scilicet
fabulosam et istam ciuilem. Illam uero audebant improbare.
hanc non audebant. Illam culpandam pposuerunt hanc eius
similem compandam exposuerunt non ut hęc pre illa eligeret
tenenda sed ut cum illa respuenda intelligeretur. Atq; ita sine pi
culo eorum qui ciuilem theologiam reprehendere metuebant
utraq; contempta ea quam naturalem uocant apud meliores ho
mines inuenirent locum. Nam et ciuilis et fabulosa ambę fa
bulosę sunt ambęq; ciuiles. ambas fabulosas inueniet qui uani
tates et obscenitates ambarum prudenter inspexerit. Ambas ciui
les qui scenicos ludos pertinentes ad fabulosam in deoꝝ ciuilium
festiuitatibus et in urbium diuinis rebus aduerterit. Quomodo
igit uitę ęternę dandę potestas cuiq; istorum deoꝝ tribuitur qs
sua simulacra et sacra conuincunt. dijs fabulosis apertissime
reprobatis esse simillimos formis ętatibus sexu habitu coniugio
gnationibus ritibus. In quibus hominibus aut homines fuisse in
telliguntur et pro uniuscuiusq; uita uel morte sacra eis et solenni
a constituta sunt. hunc errorem insinuantibus firmantibus dę
monibus aut certe ex qualibet occasione inmundissimi spiritus
fallendis humanis mentibus irrepsisse;

De officiis singulorum deorum; · Capitulum · ix ·

QVid ipsa numinum officia tam uiliter minutatimq; co
cisa. ppter quod eis dicunt pro uniuscuiusq; pprio munẽ

supplicari oportere. unde non quidem omnia sed multa iam di
ximus. nonne magis scurilitati inimice quam diuine consonant di
gnitati. si duas quisque nutrices adhiberet infanti. quarum una
nihil nisi escam. altera nihil nisi potum daret. sicut isti ad hoc du
as adhibuerunt deas edulicam et potinam nempe desipere et a
liquid mimo simile in sua domo agere uideretur. liberum a libera
mento appellatum uolunt quod mares in coeundo per eius beneficium
emissis seminibus liberentur. hoc idem in feminis agere uideretur
liberam quam etiam uenerem putant quod et ipsas perhibeat semina
emittere. et ob hoc libero eandem uirilis corporis partem in tem
plo poni femineam libere. Ad hec addunt mulieres attributas li
bero et uinum propter libidinem concitandam. Sic bacchanalia sum
ma celebrantur insania. ubi Varro ipse confitetur a bacchantibus ta
lia fieri non potuisse nisi mente commota. hec tamen postea displi
cuerunt senatui saniori et ea iussit auferri. Saltem hic tandem for
sitan senserunt quid inmundi spiritus dum pro diis habentur non ho
minum mentibus possint. hec certe non fierent in theatris. ludunt
quidem ibi non furiunt. quamuis deos habere qui etiam ludis talibus
delectantur simile sit furoris. Quale autem illud est quod cum religiosum
a superstitioso ea distinctione discernat. ut a superstitioso dicat ti
meri deos. a religioso autem tantum uereri ut parentes non ut hostes timeri
atque omnes ita bonos dicat ut facilius sit eos nocentibus parcere quam
ledere quemquam innocentem. Tamen mulieri fete post partum
tres deos custodes commemorat adhiberi ne siluanus deus per no
ctem ingrediatur et uexet. eorumque custodum significandorum cau
sa tres homines noctu circumire limina domus et in primo limi
ne securi ferire postea pilo tertio deuerrere scopis. ut his datis cul
ture signis deus siluanus prohibeatur intrare quod neque arbores cedun
tur ac putantur sine ferro. neque far conficitur sine pilo. neque fru
ges coaceruantur sine scopis. Ab his autem tribus rebus tres nuncu
patos deos intercidonem a securis intercisione. pilunnus a pilo. de
uerram a scopis. quibus diis custodibus contrarium dei siluani fe
ta conseruarentur. Ita contra dei nocentis seuitiam non ualeret cus
todia bonorum nisi plures essent aduersus unum. eique aspero in
culto horrendo ut pote siluestris signis culture tamquam contrariis
repugnarent. Itane ista est innocentia deorum. ista concordia. hec
cine sunt numina salubria urbium magis ridenda quam ludibria

theatrorum. Cum masculus et foemina coniunguntur adhibetur
deus iugatinus sit hoc ferendum si domum ducenda est. quae
nubit adhibetur deus domiducus ut in domo sit adhibetur deus
domitius ut maneat cum uiro adhibetur dea manturna. Quid ultra
queritur. parcatur humane uerecundie. peragat cetera concupis
centia carnis et sanguinis procurato secreto pudoris. quid imple
tur cubiculum turba numinum quando et paranimphi inde disce
dunt et hoc impletur non ut eorum presentia cogitata maior sit cura
pudicitie. sed ut femine sexu infirme nouitate pauide illis coope
rantibus sine ulla difficultate uirginitas auferatur. Adest enim
dea uirginensis et deus pater subigus et dea mater prema et dea par
tunda et uenus et priapus. Quid est hoc si omnino laborantem in
illo opere uirum ab diis adiuuari oportebat non sufficeret aliquis
unus aut aliqua una. Nunquid uenus sola parum esset quae ad
hoc etiam dicitur nuncupata quod sine ui femina uirgo esse non desinat.
Si est ulla frons in hominibus quae non est in numinibus nonne cum
credunt coniugati tot deos utriusque sexus esse presentes et huic operi
instantes ita pudore afficiuntur ut et ille minus moueatur et illa plus
reluctetur. Et certe si adest uirginensis dea ut uirgini zona solua
tur si adest deus subigus ut et uiro subigatur si adest dea prema ut
subacta non se commoueat comprimatur. dea partunda ibi quid
facit. Erubescat eat foras agat aliquid et maritus. Valde inhonestum
est ut quod uocatur illa impleat quisquam nisi ille. sed forte ideo tolleratur
quia dea dicitur esse non deus. Nam si masculus crederetur et partun
dus uocaretur magis contra eum pro uxoris pudicitia posceret mari
tus auxilium quam feta contra siluanum. sed quid hic dicam cum ibi
sit priapus nimius masculus super cuius immanissimum et turpis
simum fascinum sedere noua nupta iubebatur more honestissimo
et religiosissimo matronarum. Eant adhuc et theologiam ciuilem
a theologia fabulosa urbes a theatris templa a scenica sacra pon
tificum a carminibus poetarum uelut res honestas a turpibus uera
ces a fallacibus graues a leuibus. serias a ludicris appetendas a respu
endis qua possunt qua conantur subtilitate discernant. Intelligimus
quid agant illam theatricam et fabulosam theologiam ab ista ci
uili pendere nouerunt et ei de carminibus poetarum tanquam de
speculo resultare. Et ideo exposita ista quam damnare non audent
illam eius imaginem liberius arguunt et reprehendunt ut qui

agnoscunt quid uelint et hanc ipsam faciem cuius illa imago est detestentur quam tamen dii tanquam in eodem speculo se intuentes ita diligunt ut qui qualesque sint in utraque melius uideant. Unde etiam cultores suos terribilibus imperiis compulerunt ut inmunditiam theologiae fabulosae sibi dicarent in suis solemnitatibus ponerent in rebus diuinis haberent. atque ita et se ipsos inmundissimos spiritus manifestius esse docuerunt et huius urbanae theologiae uelut electae et probatae illam theatricam abiectam atque reprobatam membrum partemque fecerunt. Ut cum sit uniuersa turpis et fallax atque in se contineat commenticios deos una pars eius sit in litteris sacerdotum altera in carminibus poetarum. Utrum habeat et alias partes alia questio est. Nunc propter diuisionem Varronis et urbanam et theatricam theologiam ad unam ciuilem pertinere satis ut opinor ostendi. Unde quia sunt ambae turpis similitudinis absurditatis indignitatis falsitatis absit a uiris religiosis ut siue ab hac siue ab illa uita speretur aeterna. Denique et ipse Varro commemorare et enumerare deos coepit a conceptione hominum quorum numerus exorsus est a iano eamque seriam perduxit usque ad decrepiti hominis mortem et deos ad ipsum hominem pertinentes clausit ad deam neniam quae in funeribus senum cantatur. Deinde coepit alios deos ostendere qui pertinerent non ad ipsum hominem sed ad ea quae sunt hominis sicuti est uictus et uestitus et quaecumque alia huic uitae sunt necessaria ostendens in omnibus quod sit cuiusque munus et propter quod cuique debeat supplicari. In qua uniuersa diligentia nullos demonstrauit uel nominauit deos a quibus uita aeterna poscenda sit propter quam unam proprie nos christiani sumus. Quis ergo usque adeo tardus sit ut non intelligat istum hominem ciuilem theologiam tam diligenter exponendo et aperiendo eamque illi fabulosae an digne atque probrose similem demonstrando atque ipsam fabulosam partem esse huius satis euidenter docendo non nisi illi naturali quam dicit ad philosophos pertinere in animis hominum moliri locum ea subtilitate ut fabulosam reprehendat ciuilem non reprehendere quidem nemo audeat sed prodendo reprehensibilem ostendat atque ita utraque iudicio recte intelligentium reprobata sola naturalis remaneat eligenda de qua in suo loco adiutorio ueri dei diligentius disserendum est;

De libertate senecae qui uehementius ciuilem theologiam reprehendit

q̄m Varro fabulosam ; · Capitulum · x ·

LIbertas sane que huic defuit ne istam urbanam theolo
giam tam diligenter exponendo theatricam simillima
aperte sicut illam reprehendere auderet anneo senece ·
quem ideo nullis iudiciis inuenimus aplorum nrorum claruisse
temporibus non quidem ex toto uerum ex aliqua parte nō defuit ·
affuit enī scribenti defuit uiuenti · Nam in eo libro quem contra
superstitiones condidit multo copiosius atq; uehementius reprehen-
dit ipse ciuilem istam et urbanam theologiam q̄m Varro theatricā
et fabulosam · Cum enī de simulacris ageret sacros inquit inmor
tales inuiolabiles in materia uilissima atq; ignobili dedicant ha
bitus illis hominum ferarumq; et piscium quidam uero mixto
sexu diuersis corporibus induunt et numina uocant · que sibi spū
accepto subito currerent monstra haberent · deinde aliq̄nto post
cum theologiam naturalem predicans quorūdam phorum senten
tias degessisset opposuit si questionem et ait · hoc loco dicet aliquis
Credam ego celum et terram deos esse · et supra lunam alios · infra
alios · Ego feram aut platonem aut peripatheticum stratonem quo
rum alter fecit deum sine corpore alter sine animo · Et ad hoc
respondens · Quid ergo tandem inquit ueriora tibi uidentur ·
titi tatii aut romuli aut tullii hostilia somnia · Cloacinam titus
tatius dedicauit deam · pycum tiberinumq; romulus · hostilius
pauorem atq; pallorem teterrimos hominum affectus quorum
alter mentis territe motus est · alter corporis ne morbus quidem
sed color · hec numina potius credes & celos recipies · De ipsis uero
ritibus crudeliter turpibus q̄ libere scripsit · Ille inquit uiriles sibi
inquit partes amputat ille lacertos secat ubi iratos deos timent q
sic ppitios merentur · Dii aut̄ nullo q̄me coli debent si hec uolunt ·
Tantus est perturbate mentis et sedibus pulse furor ut sic dii placen-
tur · quemadmodum nequidem homines seuiunt teterrimi et in
fabulas tradite crudelitatis tyranni lacerauerunt aliquorum mem
bra neminem sua lacerare iusserunt · In regie libidinis uoluptatem
castrati sunt quidam · sed nemo sibi ne uir esset iubente dn̄o manus
attulit · Se ipsi in templis contrucidant uulneribus suis ac sanguine
supplicant · Si cui intueri uacet que faciunt queq; patiuntr inueniet
tam indecora honestis indigna liberis · tam dissimilia sanis ut ne-
mo fuerit dubitaturus furere deos si cum paucioribus furerent ·

Nunc sanitatis patrocinium est insanientium turba. Iam illa quę
in ipso capitolio fieri solere commemorat et intrepide omnino coar
guit quis credat nisi ab illudentibus aut furentibus fieri. Nam cum
in sacris ęgyptiis osyrim lugeri perditum mox autem inuentum ma
gno esse gaudio derisisset cum perditio eius inuentioque fingatur dolor
tamen ille atque lętitia ab eis qui nihil perdiderunt nihilque inuenerunt
ueraciter exprimantur. huic tamen inquit furori certum tempus
est tollerabile est semel in anno insanire. In capitolium peruenire
pudebit publicatę dementię quod sibi uanus furor attribuit offi
cii alius nomina domini subicit alius horas ioui nuntiat alius li
ctor est alius unctor qui uano motu brachiorum imitatur ungentem
Sunt quę iunoni ac mineruę capillos disponant longe a templo
non tantum a simulacro stantes digitos mouent ornantium modo.
Sunt quę speculum teneant sunt quę ad uadimonia sua deos aduo
cent sunt qui libellos offerant et illos causam suam doceant doctus
archimimus senex iam decrepitus cotidie in capitolio mimum
agebat quasi dii libenter expectarent quę illi homines deserat
Omne illic artificum genus operantium diis immortalibus desidet.
Et paulo post hi tamen inquit si superuacuum usum non tur
pem nec infamem deo permittunt. Sedent quędam in capito
lio quę se a ioue amari putant. ne iunonis quidem si credere
poetis uelis iracundissime respectu terrerentur. hanc libertatem
Varro non habuit tantummodo theologiam poeticam reprehendere
ausus est quam iste concidit. Sed si uerum attendamus deterio
ra sunt templa ubi hec aguntur. quam theatra ubi finguntur. Vnde
in illis sacris ciuilis theologię has partes potius elegit Seneca sa
piens ut eas in animi religione non habeat sed in actibus fingat
ait enim quę omnia sapiens seruabit tanquam legibus iussa non
tanquam diis grata. Et paulo post. quid quod et matrimonia inquit
deorum iungimus et ne pie quidem fratrum ac sororum. Bel
lonem marti collocamus Vulcano uenerem Neptuno salathiam
Quosdam tamen celibes relinquimus quasi conditio defecerit pre
sertim cum quędam uiduę sint ut populonia uel fulgura uel
diuina rumina quibus non miror petitorem defuisse. Omnem
istam ignobilem turbam deorum quam longo ęuo longa sup
stitio congessit sic inquit adorabimus ut meminerimus cultum
eius magis ad morem quam ad rem pertinere. Nec leges ergo ille nec

mos in ciuili theologia id instituerunt quod diis gratum esset uel ad rem pertineret: Sed iste quem philosophi quasi liberum fecerunt tum quia illustris populi romani senator erat colebat qđ reprehendebat agebat quod redarguebat. quod culpabat adorabat quia uidelicet magnum aliquid cum phia docuerat ne superstitiosus esset inmundo sed ꝓpter leges ciuium moresq; hominum non quidem ageret fingentem scenicum intheatro sed imitaretur in templo. eo damnabilius quo illa quę mendaciter agebat sic ageret ut eum populus ueraciter agere existimaret. Scenicus autem ludendo potius delectaret qm̄ fallendo deciperet;

Quid de iudeis Seneca senserit · Capitulum. xi.

Hic inter alias ciuilis theologię superstitiones rep̄hendit etiā sacramenta iudeoꝝ et maxime sabbata inutiliter eos facere affirmans q̄ per illos singulos septem interpositos dies septimam ferre partem ętatis suę perdant uagando et multa in tempore urgentia non agendo ledantur. xp̄ianos tamen iam tūc iudeis inimicissimos in neutram partem comemorare ausus est ne uel laudaret contra suę patrię ueterem consuetudinem uel reprehenderet contra propriam forsitan consuetudinem uoluntatem. De illis sane iudeis cum loqueretur ait. Cum interim usq; eo sceleratissime gentis consuetudo conualuit ut per omnes iam terras recepta sit uicti uictoribus leges dederunt. Mirabat̄ hoc dicens. Et quid diuinitus ageret̄ ignorans subiecit plane sententiam qua significaret quid de illorum sacramentorum ratione sentiret. Ait enī. Illi tamen causas ritus sui nouerunt. maior pars populi facit quod cur faciat ignorat. Sed de sacramentis iudeorum uel cur uel quatenus instituta sunt auctoritate diuina ac postmodum a populo dei cui uitę ęternę mysterium reuelatum est tp̄re quo oportuit auctoritate eadem sublata sint et alias diximus maxime cū aduersus manicheos ageremus et in hoc opere oportuniore dicendum est;

· Seneca cont̄ sac̄menta Judeoꝝ ·

Qđ deorum gentilium uanitate detecta nequeat dubitari ętnam eos uitam nemini posse prestare qui nec ipam adiuuerit temporalem: · Capitulum. duodecimum;

Nunc autem propter tres theologias quas greci dicunt mythicen physicen politicen Latine aūt dici possunt fabulosa naturalis et ciuilis qđ neq; de fabulosa quam

nec ipsi deorum multorum falsorumque cultores liberrime reprehenderunt neque de ciuili cuius illa pars esse conuincitur eiusque et ista simillima uel deterior etiam inuenitur speranda est æterna uita si cui satis non sunt quæ in hoc uolumine dicta sunt adiungat etiã illa quæ in superioribus libris et maxime quarto de felicitatis datore deo plurima disputata sunt. Nam cui nisi foelicitati propter æternam uitam consecrandi essent homines si dea felicitas esset. Quia uero non dea sed dei munus est cui deo nisi datori foelicitatis consecrandi sumus qui æternam uitam ubi uera est et plena foelicitas pia caritate diligimus. Non autem foelicitatis esse datorem quemquam istorum qui tanta turpitudine coluntur et nisi ita colantur multo turpius irascuntur atque ob hoc se spiritus immundissimos confitentur puto ex his quæ sunt dicta neminem dubitare oportere. Porro qui non dat felicitatem uitam quomodo dare possit æternam. Eam quippe uitam æternam dicimus ubi est sine fine foelicitas. Nam si anima in poenis uiuit æternis quibus et ipsi spiritus cruciabuntur inmundi mors est illa potius æterna quam uita. Nulla quippe maior et peior mors est quam ubi non moritur mors. Sed quia animæ natura per id quod imortalis creata est sine qualicumque uita esse non potest summa eius mors est alienatio a uita dei in æternitate supplicii. Vitam igitur æternam id est sine ullo fine foelicem solus ille dat qui dat ueram foelicitatem. Quam quoniam illi quos colit theologia ista ciuilis dare non posse conuicti sunt non solum propter ista temporalia atque terrena quod superioribus quinque libris ostendimus sed multo magis propter uitam æternam quæ post mortem futura est quod isto etiam uno illis cooperantibus egimus colendi non sunt. Sed quoniam ueternose consuetudinis uis nimis in alto radices habet si cui de ista ciuili theologia respuenda atque uitanda parum uideor disputasse in aliud uolumen quod huic opitulante deo coniungendum est animum intendat.

Incipiunt capitula septimi libri de ciuitate dei. Aurelii Augustini doctoris eximii yponensis episcopi. —

AVRELII · AVGVSTINI · DOCTORIS · EXIMII · IPONENSIS · EPISCOPI · DE · CIVITATE · DEI · INCIPIT · LIBER · SEPTIMVS ·

· Diligentius ·

DILIGENTIUS me prauas et ueteres
opiniones ueritati pietatis inimicas quasi
tenebrosis animis altius et tenacius di
uturnus humani gn̄is error infixit
euellere atq; extirpare conantem et illius
gratiae qui hoc ut uerus deus potest in
eius adiutorio cooperantem ingenia
celebriora atq; meliora quibus ad hāc
rem superiores libri satis superq; suffi
ciunt patienter et equanimiter ferre debebunt et propter alios
non putare superfluum quod iam sibi sentiunt non necessariū
multum. Magna res agitur cum uera et uere sancta diuinitas
quamuis ab ea nobis etiam huic quam nunc gerimus fragilitati ne
cessaria subsidia prebeantur non tamen propter mortalitatis
uite transitorium uaporem. sed propter uitam beatam quae nō
nisi aeterna est colenda et querenda predicatur. Hanc uitam
diuinitatem uelut si dixerim deitatem nam et hoc uerbo uti
iam nostros non piget ut de greco expressius transferant quod illi
theoteca appellant. hanc ergo diuinitatem siue deitatem non
esse in ea theologia quā ciuilem uocant quae a Marco Varrone
sedecim uoluminibus explicata est id est non perueniri ad aeter
nae uite felicitatem talium deorum cultu quales a ciuitatibus
uel a qualitercunq; colendi instituti sunt cui nondum ꝑsuasit
sextus liber quem proxīe absoluimus cum istum forsitan legerit
quid de hac questione expedienda ulterius desideret non hēbit
Fieri enim potest ut saltem deos electos atq; precipuos quos Varro
uolumine complexus est ultimo de quibus parum diximus qsq;
colendos ꝓpter uitam beatam que non nisi aeterna est opinetur.
Qua in re non dico quod facetius ait Tertullianus fortasse q̄ uerius
si dii eliguntur ut bulbi utiq; ceteri reprobi iudicātur. Non hoc
dico uideo enim ex electis seligi aliquos ad aliquid maius atq;
prestantius. Sicut in militia cum tyrones electi fuerint ex his q̄q;
eliguntur ad opus aliqd maius armorum. Et cum eliguntur in
ecclia qui fiant ꝓpositi non utiq; ceteri reprobant cum omnes
boni fideles electi merito nuncupentur. Eligunt in edificio lapides
angulares non reprobatis ceteris qui structure partibus aliis depu
tantur. Eliguntur uue ad uescendum nec reprobantur alie quas

relinquimus ad bibendum. Non est opus multa percurrere. cum res in aperto sit quam obrem non ex hoc quod dii ex multis quidem selecti sunt. sed aduertendum potius qui nam isti sint et ad quam rem selecti uideantur;

Qui sint dii selecti et an ab officiis uiliorum deorum uideantur exempti; · Capitulum. ii.

HOs certe deos selectos unius libri contextione commendat. Ianum Iouem Saturnum Genium Mercurium apollinem Martem Vulcanum Neptunum Solem Orchum Liberum patrem Tellurem Cererem Iunonem Lunam Dyanam Mineruam Venerem Vestam. In quibus omnibus ferme uiginti duodecim mares octo sunt feminae. hec numina utrum propter maiores in mundo administrationes selecta dicantur. an quod populis magis innotuerunt. maiorque est eis cultus exhibitus. si propterea quia opera maiora ab his administrentur in mundo non eos inuenire debuimus inter illam quasi plebeiam numinum multitudinem minutis opusculis deputatam. Nam et ipse primum ianus cum puerperium concipitur unde illa cuncta opera sumunt exordium minutatim minutis distributa numinibus aditum aperit recipiendo semini. Ibi est et Saturnus propter ipsum semen ibi liber qui marem effuso semine liberat. ibi libera quam et uenerem uolunt. que et hoc idem beneficium conferat foemine. ut etiam ipsa semine misso liberet. Omnes hi ex illis sunt qui selecti appellantur. Sed ibi est et dea Mena que menstruis fluoribus preest quamuis iouis filia tamen ignobilis. Et hanc prouintiam fluorum menstruorum in libro selectorum deorum ipsi Iunoni idem auctor assignat que in diis selectis etiam regina est et hoc tanquam iuno lucina cum eadem mena priuigna sua eidem cruori presidet. Ibi sunt et duo nescio qui obscurissimi uitumnus et sentinus quorum alter uitam alter sensum puerperio largiuntur. Et nimirum multo plus prestant cum sint ignobilissimi quam illi tot proceres et electi. Nam profecto sine uita et sensu quid est illud totum quod muliebri utero geritur. nisi nescio quid abiectissimum limo aut pulueri comparandum;

Quod nulla ratio sit que de selectione quorundam deorum possit ostendi cum multis inferioribus excellentior administratio deputetur; C. iii.

QVe igitur causa tot selectos deos ad hec opera minima compulit ubi a uitumno et sentino quos fama obscura

recondit in huius munificentie partitione superentur · Confert etiam
selectus ianus aditum et quasi ianuam semini confert selectus
saturnus semen ipsum confert selectus liber eiusdem seminis emissi
onem uiris confert hoc idem libera que ceres seu uenus est feminis ·
confert selecta iuno · et hoc non sola sed cum mena filia iouis
fluores menstruos ad eius quod conceptum est incrementum ·
et confert uitumnus obscurus et ignobilis uitam · et confert sen
tinus obscurus et ignobilis sensum · Que duo tanto in illis rebus
prestantiora sunt · quanto et ipsa intellectu et ratione uincuntur ·
Sicut enim que ratiocinantur et intelligunt profecto potiora sunt his
que sine intellectu ac ratione ut pecora uiuunt et sentiunt ita et
illa que uita et sensu sunt predita · his que nec uiuunt nec senti
unt merito preferuntur · Inter selectos itaque deos uitumnus uiuifi
cator et sentinus sensificator magis haberi debuerunt quam ianus semi
nis admissor et saturnus seminis dator uel sator et liber et libera
seminum commotores que seminare cogitare indignum est ni
si ad uitam sensumque peruenerint · que munera selecta non dan
tur a diis selectis · sed a quibusdam ignotis et pre istorum dignita
te neglectis · Quod si respondetur omnium initiorum ianum
potestatem habere et ideo illi etiam quod aperitur conceptui non im
merito attribui et omnium seminum emittendorum liberum et
liberam et ideo his etiam preesse quam ad sustinendos homines per
tinent omnium purgandorum et pariendorum iunonem ideo eam
non deesse purgationibus feminarum et partubus hominum
querant quid respondeant de uitumno et sentino utrum et
ipsos uelint habere omnium que uiuunt et sentiunt potestatem ·
Quod si concedunt attendant quam eos sublimius sint locaturi ·
Nam seminibus nasci in terra et ex terra est · uiuere autem atque
sentire etiam carni uitam prebet et sensum uniuersali opere hoc
minus etiam partibus tribuens et quid opus est uitumno atque senti
no · Quod si ab illo qui uite ac sensibus uniuersaliter presidet his
quasi famulis ista carnalia uelut extrema et ima commissa sunt
et ita ne sunt illi selecti destituti familia ut non inuenirent quibus
etiam isti ista committerent · sed cum tota sua nobilitate qua nisi
sunt eligendi opus facere cum ignobilibus cogerentur · Iuno selec
ta et regina Iouisque soror et coniunx · hec tamen iterduca est pueris
et opus facit cum duabus ignobilissimis Abeona et adeona ·

Ibi posuerunt et mentem deam que faciat pueris bonam mentē
et inter selectos ista non ponitur quasi quicq̄m maius prestari
hominum ponit̄ aut̄ iuno quia iterduca est et domiduca qua
si quicq̄ prosit iter carpere et domum duci si mens non ē bona.
Cuius muneris deam selectores isti inter selecta numina minime
posuerunt quæ profecto et Mineruę fuerat preferenda cui pro
ista minuta opera puerorum memoriam tribuerunt. Quis enim
dubitet multo melius esse hr̄e bonam mentem q̄ memoriam
q̄ntumlibet ingentem. Nemo enī malus est qui bonam habet
mentem. quidam uero pessimi memoria sunt mirabili. tanto
peiores sunt q̄nto possunt quod male cogitant obliuisci. Et tn̄
minerua ē inter selectos deos. mentem autē deam turba uilis
operuit. Quid de uirtute dicam. quid de foelicitate. de q̄bus
in quarto libro plura iam diximus. Quas cum deas hr̄ent nul
lum eis locum inter selectos deos dare uoluerunt ubi dederūt
marti et orcho uni effectori mortium alteri receptori. Cum i
gitur in his minutis operibus quæ minutatim diis pluribus di
stributa sunt. etiam ipsos selectos uideamus tanq̄m senatum
cum plebe pariter operari et inueniamus a quibusdam diis qui
nequaq̄m selegendi putati sunt multo maiora atq; meliora ad
ministrari q̄m ab illis qui selecti uocant̄ restat arbitrari. non
ꝓpter prestantiores in mundo administrationes. sed quia pre
uenit eis ut populis magis innotescerent selectos eos et ꝓcipuos
nuncupatos. Vnde dicit etiā ipse Varro quod diis quibusdam
patribus et deabus matribus sicut hominibus ignobilitas acci
disset. Si ergo foelicitas ideo fortasse inter selectos deos esse non
debuit q̄ ad istam nobilitatem non merito sed fortuitu perue
nerunt saltem inter illos uel potius pre illis fortuna poneretur.
quam dicūt deam non rationabili dispositione. sed ut temere
acciderit. sua cuiq; dona conferre. hec in diis selectis tenere a
picem debuit in quibus maxime quid posset ondit quando eos
uidemus non precipua uirtute non rationabili foelicitate. sed
temeraria sicut eorum cultores de illa sentiunt fortune potestate
selectos. Nam et uir disertissimus Salustius etiā ipsos deos fortas
sis attendit cum diceret sed profecto fortunā in omni re dnatur
Ea res cunctas ex libidine magis q̄m ex uero celebrat obscuratq;
Non enim possunt inuenire causam cur celebrata sit uenus et

obscurata sit uirtus cum ambarum ab istis consecrata sint
numina nec comparanda sint merita aut si hoc nobilitati me
ruit quod plures appetunt plures enim uenerem quam uirtutem
et cur celebrata est minerua et obscurata est dea pecunia cum
in genere humano plures alliciat auaritia quam peritia et in eis ipsis
qui sunt artificiosi raro inuenias hominem qui non habeat
artem suam pecuniali mercede uenalem pluris que pendatur semper
propter quod aliquid fit. quam id propter quod aliud fit. Si ergo
insipientis iudicio multitudinis facta est deorum ista selectio
cur dea pecuniae mineruae prelata non est cum propter pecu
niam sint artifices multi. Si autem paucorum sapientum est
ista distinctio. cur non prelata est ueneri uirtus cum eam longe
preferat ratio saltem certe ut dixi ipsa fortuna quae sic putant
qui ei plurimum tribuunt in omni re dominatur et res cunctas
ex libidine magis quam uero celebrat obscuratque si tantum et in deos ua
luit ut temerario iudicio suo quos uellet celebraret obscuraretque
quos uellet precipuum locum haberet in selectis quae in ipsos quoque
deos tam precipue est potestatis. An ut illic esse non posset nihil
aliud etiam ipsa fortuna nisi aduersam putanda est habuisse for
tunam. Sibi ergo aduersata est quae alios nobiles faciens nobili
tata non est; Melius actum est cum diis inferioribus qui
nullis infamentur obprobriis quam cum selectis quorum tante
turpitudines celebrantur; . Capitulum. iiij.

GRatularetur autem diis istis selectis quisquam nobilitatis et
claritudinis appetitor deos dicens fortunatos si non eos ma
gis ad iniurias quam ad honores selectos uideret. Nam et
illam infimam turbam ipsa ignobilitas texit ne obrueretur obprobriis.
Ridemus quidem cum eos uidemus figmentis humanarum opini
onum partitis inter se opibus distributos tamquam munuscularios
uectigalium conductores uel tamquam opifices in uico argentario
ubi unum uasculum ut perfectum exeat per multos artifices tran
sit cum ab uno perfecto perfici posset. Sed aliter putatum non est
operantium multitudini consulendum nisi ut singulas artis par
tes cito et facile discerent singuli ne omnes in arte una tarde et
difficile cogerentur esse perfecti. Verumtamen uix reperitur quisquam
deorum non selectorum qui aliquo crimine famam traxit in
famem: uix autem selectorum quispiam qui non in se notam con

tumeliȩ insignis acceperit. Illi ad istorum humilia opera descen
derunt: Isti ad illorum sublimia crimina non inuenerunt. De
iano quidem non mihi facile quicq̄m occurrit quod ad obpro
brium pertineat et fortasse talis fuerit ut innocentius uixerit &
a facinoribus flagitiisq; remotius Saturnum fugientem benign⁹
excepit cum hospite partitus est regnum ut etiam ciuitates sin
gulas conderent. ille ianiculum iste saturniam. Sed isti in cultu
deorum omis dedecoris appetitores cuius uitam minus turpē
inuenerunt cum simulacri monstruosa deformitate turparūt
nunc eum bifrontem. nunc etiā quadrifrontem tanq̄ geminū
facientes. An forte uoluerunt ut q̄m plurimi dii selecti erubescē
da perpetrando amiserant frontem q̄nto iste innocentior esset.
tanto frontosior appareret;

De paganorum secretiore doctrina philosophicisq; rationibus; · Capitum · V ·

Sed ipsorum potius interpretationes phisicas audiamus
quibus turpitudinē miserrimi erroris uelut altioris do
ctrinæ specie colorare conantur. primum eas interpre
tationes sic Varro commendat ut dicat antiquos simulacra deo
rum insignia ornatusq; finxisse quȩ cum oculis aīaduertissent
hii qui adissent doctrinȩ mynisteria possent aīam mundi ac
partes eius id est deos ueros animo uidere. quorū qui simulacra
spē hominis fecerunt. hoc uideri secutos q mortalium animus
qui est in corpore humano simillimus est immortalis animi. tan
q̄m si uasa ponerent causa notandorum deorum et in liberi ȩde
oenophorum sisteretur qd' significaret unum per id quod conti
net id quod continet. ita per simulacrū quod formam haberet
humanam significari aīam rationalem. quo deo uelut uase na
tura ista soleat contineri cuius nature deum uolunt esse uel deos
hec sunt mysteria doctrinæ que iste uir doctissimus penetrarat
unde in lucem ista proferret. Sed o homo acutissime. num in istis
doctrinȩ mysteriis illam prudentiam perdidisti qua tibi sobrie ui
sum ē qd' hii qui primis populis simulacra constituerūt et me
tum dempserunt ciuibus suis et errorem addiderunt castiusq;
deos sine simulacris ueteres obseruasse romanos. Hi enim tibi
fuerunt auctores ut hȩc contra romanos posteriores dicere aude
res. Nam et si illi antiquissimi simulacra coluissent fortassis
totum istum sensum de simulacris non constituendis interim

uerum timoris silentio premeres et in huiuscemodi pnitiosis uanis
q; figmentis mysteria ista doctrinę loquacius et elatius pdicares.
Anima tua tn tam docta et ingeniosa ubi te multum dolemus p
hec mysteria doctrinę ad deum summum id ē a quo facta est
nec cuius portio est. sed cuius condilectio est. nec qui est omium
anima. sed qui fecit omem animam quo solo illustrante fit
anima beata si eius gratię non sit ingrata nullo modo potuit
peruenire. Verum ista mysteria doctrinæ qualia sint qntu pen
denda quę sequunt ostendunt. Fatetur interim uir iste doctis
simus aiam mundi ac partes eius esse ueros deos. Vnde intelligi
tur totam eius theologiam eam ipsam scilicet naturalem cui
plurimum tribuit usq; ad animæ rationalis naturam se ondē
potuisse. De naturali enim paucissima ploquitur in eo libro ī
quo uidebimus utrum per interpretationes phisiologicas ad
hanc naturalem possit referre ciuilem quam de diis selectis ulti
mam scripsit. quod si potuerit tota naturalis erit. et quid opus
erat ab ea ciuilem tanta cura distinctionis adiunge. Si autem
recto discrimine sepata est qndo nec ista uera est quæ illi natu
ralis placet. peruenit enī usq; ad aiam non usq; ad uerum deū
qui fecit et animam qnto est abiectior et falsior ista ciuilis quę
maxie circa corporum est occupata naturam sicut ipse interp
tationes eius ex quib; quędam necessaria comemorare me opor
tet tanta ex his exquisite et enucleate diligentia demonstra
bunt;

De opinione Varronis qua arbitratus est deum esse animam mundi qui tamen in partibus suis hēat aīas multas quarum diuina natura sit; Caplm . VI.

Dicit ergo idem Varro adhuc de naturali theologia
preloquens deum se arbitrari aīam mundi que greci
uocant cosmon. et hunc ipm mundum esse deum.
Sed sicut hoiem sapientem cum sit ex corpore et animo. tamen ab
animo dici sapientem ita mundum deum dici ab animo cum sit
ex corpore et animo hoc uidet quoquomodo unum confiteri de
um. sed ut plures etiam introducat adiungit mundū diuidi
in duas partes cęlum et terram et celum bifariam ęthera et aera.
terram uero in aquam et humum. e quib; summum esse etheā
scdm aera. tertium aquā. infimum terrā. Quas omes quatuor
partes animarum esse plenas in æthere et aere immortalium

in aqua et aethera mortalium a summo aut circuitu celi usque
ad circulum lune aethereas animas esse astra ac stellas eas celestes
deos non modo intelligi esse sed etiã uideri. Intra uero lune gy
rum et nimborum ac uentorum cacumina aereas esse animas. sed eas
animo non oculis uideri et uocari aereas et lares et genios. hec ẽ
uidelicet breuiter in ista prelocutione pposita theologia natalis
que non huic tñ sed et multis philosophis placuit. de qua tũc
diligentius disserendum est cum de ciuili quantum ad deos sele
ctos attinet opitulante deo uero qd restat impleuero ; Capitlm VII.

An rationale fuerit ianum et terminum in duo nõia separari ;

Ianus igitur a quo sumpsit exordium. quero quisnam sit.
Respondetur mundus est. Breuis est hec plane atq; a
perta responsio. Cur ergo ad eum dicuntur rerum initia per
tinere. fines uero ad alterum quem terminum uocant. Nam pp
initia et fines duobus istis diis duos menses phibent dedicatos pre
ter illos decem quibus usq; ad decembrem caput ẽ martius. Ia
nuarium iano. februarium termino. Ideo terminalia eodem
mense februario celebrari dicunt. cum fit sacrum purgatorium
quod uocant februm unde mensis nomen accepit. Nunquid
ergo ad mundum qui ianus est initia rerum pertinent et fines
non pertinent ut alter illis deus preficeretur. Nonne omia que in
hoc mundo fieri dicunt in hoc etiã mundo terminari fatentur.
que est ista uanitas in opere illi dare potestatem dimidiam in
simulacro faciem duplam. Nonne istum bifrontem multo e
legantius interpretarentur si eundem et ianum et terminũ dicerent
atq; initiis unam faciem finibus alteram darent. qm qui operatur
utrumq; debet intendere. In omni enĩ motu actionis sue q non
respicit initium. non prospicit finem. Vnde necesse ẽ a meoria
respiciente prospiciensq; connectatur intemptationem cui exci
derit quod ceperit quo finiat non inueniet. Quod si uitam
beatam in hoc mundo inchoari putarent extra mundũ perfici
et ideo iano id est mundo solam initiorum tribuerunt potestatem
profecto ei pponerent terminum. eumq; a diis electis non aliena
rent. quamquam etiã nunc cum in istis duobus diis initia rerum te
poralium finesq; tractantur termino dari debuit plus honoris.
Maior enĩ licentia est cum res queq; perficitur. solicitudinis autem
plena sunt opera cepta donec perducantur ad finem. Quoniã qui

aliquid incipit. finem maxime appetit intendit expectat exoptat
nec de re inchoata nisi terminetur exultat;

Ob quam causam cultores iam bifrontem imaginem ipsius finxerunt quam tamen etiã bifrontem quadrifrontem uideri uolunt; · Capłm · octauum ·

Sed iam bifrontis simulacri interpretatio proferat. Duas
enim facies ante et retro hre dicunt quod hiatus noster
cum nos os aperimus mundo similis uideatur. Vnde
et palatum greci uranõ dicunt. Et non nulli inquit poete latini
celum uocant palatum a quo hiatu oris et foras esse additum
addentes uersus et introrsus ad fauces. Ecce quo perductus ẽ mũ
dus propter palati nri uocabulum uel grecũ uel poeticum. quid
autem hoc ad animam quod ad uitam eternam ne ꝑpter solas
saliuas colatur hic deus quibus partim gluttiendis partim spu
endis sub celo palati utraq; panditur ianua. Quid est porro ab
surdius qm in ipso mundo non uiuere duas ianuas ex aduerso
sitas per quas uel admittat aliquid ad se intro. uel dimittat a
se foras. et de nostro ore et gutture quoꝝ similitudinẽ mundus
non habet. uelle mundi simulacrum cõponere iano ꝑpter solũ
palatum cuius similitudinem ianus non habet. Cum uero eum
faciunt quadrifrontem et ianum geminum appellant a qtuor
mundi partibus hoc intpretantur quasi aliquid expellat mun
dus foras sicut per omnes facies ianus. Deinde si ianus est mun
dus et mundus quatuor partibus constat falsum est simulacrũ
iam bifrontis. Aut si preterea uerum ẽ quia etiã nomine ori
entis et occidentis totus solet mundus intelligi. numquid eum
duas partes alias nominamus septentrionis et austri sicut illum
quadrifrontem dicunt geminum ianum ita quisqm geminũ
dicturus est mundum. Non hnt omnino unde quatuor ianuas
que intrantibus et exeuntibus pateant interpretentur ad mundi
similitudinem sicut de bifronte quod dicerent saltem in ore
hominis inuenerunt nisi Neptunus forte subueniat et porri
gat piscem cui preter hyatum oris et gutturis etiã dextra et si
nistra fauces patent. Et tamen hanc uanitatem per tot ianu
as nulla effugit anima nisi que audit ueritatem dicentem ego
ego sum ianua;

De iouis potestate atq; eiusdem cum iano comperatione; · Capłm · ix ·

Quem autem et qui Iuppiter dicatur quem uelint intel-
ligi exponant. Deus est inquiunt habens potestatem
causarum quibus aliquid fit in mundo. Hoc quam magnum
sit nobilissimus Virgilii uersus ille testatur. Foelix qui potuit rerum
cognoscere causas. Sed cur ei preponitur ianus hoc nobis uir ille
acutissimus doctissimusque respondeat quoniam penes ianum inquit
sunt prima penes iouem summa. Merito ergo rex omnium Iup
piter habetur. prima enim uincuntur a summis quia licet prima
precedant tempore summa superant dignitate. Sed recte hoc
diceretur si factorum prima discernerentur et summa. Sicut
enim initium facti est proficisci summum peruenire. initium
facti inceptio discendi summum perfectio doctrinae ac sic in omnibus
prima sunt initia summi que sunt fines. Sed iam ne hoc negocium
inter ianum terminumque discussum est. Causae autem quae dan-
tur ioui efficientia sunt non effecta neque ullo modo fieri potest
ut uel tempore preueniantur a factis initiis uel factorum. Semper enim
prior est res quae facit quam illa quae fit. Quapropter si ad ianum per-
tinent initia factorum. Non ideo priora sunt efficientibus
causis quas ioui tribuunt. Sicut enim nihil fit ita nihil inchoatur
ut fiat quod non faciens causa precesserit. Hunc sane deum pe-
nes quem omnes causae naturarum omniumque factarum natu-
raliumque rerum. Si iouem populi appellant et tantis contume-
liis tamque selectis criminationibus colunt teteriore sacrilegio
sese obstringunt quam si prorsus nullum putarent deum. Vnde
satius esset eis alium aliquem iouis nomine nuncupare dignum
turpibus et flagitiosis honoribus supposito uno figmento quod
potius blasphemarent. Sicut saturno dicitur suppositus lapis quem
pro filio deuoraret. quam istum deum dicere et tonantem et adulte-
rantem et totum mundum regentem et per tot stupra diffluentem
et naturarum omnium naturaliumque rerum causas summas habentem
et suas causas bonas non habentem. Deinde quero quem iam locum
inter deos huic deo tribuant ioui si ianus esset mundus. Deos
enim ueros animam mundi ac eius partes iste diffiniunt et per hoc
quicquid hoc non est non est utique secundum istos uerus deus. Vnde igitur
ita dicturi sunt iouem animam mundi ut ianus sit corpus eius. id est
iste uisibilis mundus. hoc si dicunt non erit quemadmodum
ianum deum dicant quoniam mundi corpus non est deus uel secundum

ipsos sed anima mundi ac partes eius. Unde apertissime idem dicit
deum se arbitrari esse animam mundi. et hunc ipsum mundum esse
deum. sed sicut hominem sapientem cum sit ex animo et corpore so
lum itaque mundi corpus non est deus. sed aut sola anima eius
aut simul corpus et animus. ita tamen ut non sit a corpore sed ab
animo deus. Sic ergo ianus est deus mundus et deus est ianus.
nunquid iouem ut deus esse possit aliquam partem iam esse di
cturi sunt. Magis enim ioui uniuersum solent tribuere unde est
iouis omnia plena. Ergo et iouem ut deus sit et maxime rex
deorum non alium possunt existimare quam mundum. ut diis
ceteris secundum istos suis partibus regnet. In sententiam hanc quos
dam uersus Valerii sorani exponit idem Varro in eo libro quem
seorsum ab istis de cultu deorum scripsit. Qui uersus hi sunt. Iup
piter omnipotens regum rerumque deumque. Progenitor genitrixque
deum deus unus et omnis. Exponuntur in eodem libro ista. Cum
marem existimarent qui semen mitteret feminamque acciperet
I ouemque esse mundum et eum omnia semina ex se emittere et in
se recipere. qua causa inquit scripsit Soranus. Iuppiter progenitor
genitrixque. nec minus cum causa unum et omnia idem esse. Mun
dus enim unus et in eo uno omnia sunt;

An iani et iouis necessaria sit discretio; · Capitulum · x ·

Cum ergo et ianus mundus sit et iuppiter mundus sit.
unusque sit mundus. quare duo dii sunt ianus et iuppiter.
quare seorsum habent templa. seorsum aras diuersa sacra.
dissimilia simulacra. Si propterea quia alia uis est primordio
rum alia causarum et illa iani iouis nomen accepit. Nunquid si
unus homo in diuersis rebus duas habeat potestates aut duas artes
quia singularum diuersa uis est. ideo iudices duo aut duo dicuntur
artifices. Si ergo et unus cum ipse habeat potestatem primordiorum ipse
causarum unde propterea illum duos deos necesse est putari quia pri
mordia causaeque res duae sunt. Quod si hoc iustum putant etiam ipsum
iouem tot deos dicant esse quotquot ei cognomina propter multas
potestates dederunt. quoniam res omnes ex quibus illa cognomina sunt ad
hibita multae atque diuersae sunt ex quibus pauca commemoro;

De cognominibus iouis quae non ad multos deos sed ad unum eundem referuntur; Capitulum · xi ·

Dixerunt eum uictorem
inuictum opitulum impulsorem statorem centupedum

Supinalem tigillum ruminalem almum numinum et alia quae
per se proloqui longum est. Haec aut̄ cognomina imposuerunt
uni deo propter causas potestatesq; diuersas non tamen propter tot res
etiã deos tot eum esse coegerunt qp omnia uinceret qp a nemine
uinceretur qp opem indigentibus ferret qd' h̄ret impellendi statu
endi stabiliendi resupinandi potestatem qp tanq̄m tigillus mun
dum contineret ac sustineret qui aleret omnia qui ruma id est
mamma aleret aīalia. In his ut aduertimus quedam magna sunt
quedam exigua et tñ unus utraq; facere perhibetur. Puto inter
se propinquiora esse causas rerum atq; primordia pp quas res unũ
mundum duos deos esse uoluerunt iouem atq; ianum quã con
tinere mundum et mãmam dare animalibus nec tamen propter
haec duo opa tam longe inter se ui et dignitate diuersa duo dij ee
compulsi sunt. sed unus iuppiter propter hoc tigillus propter hoc rumi
nus appellatus est. Nolo dicere qp aīalibus mammam pbere sugge
tibus magis iunonem potuit dicere q̄ iouem. presertim cum esset
etiam diua rumina quae in hoc opus adiutorium illi famulatum
ue preberet. Cogito enim posse responderi et ipãm iunonem nihil
aliud esse q̄ iouem sed illos ualerij sorani uersus ubi dictum ē. Iup
piter omnipotens regum rerumq; deumq; ꝛc. Quare ergo dictus
est et ruminus cum diligentius fortasse querentibus ipse inueni
atur etiã esse illa diua rumina. Si eñi maiestati deorũ recte uide
batur indignum ut in una spica alter ad curam geniculi alter fo
liculi pertinet q̄nto est indignius unam rem infimam id est ut
mãmis alantur animalia duoꝝ deorum potestate curari quo
rum sit unus iuppiter rex ipse cunctorum et hoc agē non solum
cum coniuge sua. sed cum ignobili nescio qua rumina nisi quia
ipse est etiam ipsa rumina. Ruminus fortasse pro suggentibus
maribus Rumina pro feminis. dicerem quippe illos noluisse ioui
femininum nomen imponere nisi et illis uersibus progenitor ge
nitrixq; deũ diceretur et inter alia eius cognomina legerem qp et
pecunia uocaret. Quam deam etiã inter alios minuscularios inue
nimus. ut in quarto libro cõmemorauimus. Sed cum et mares
et feminae h̄eant pecuniam. cur non et pecunia et pecunius ap
pellatus sit. sicut rumina et ruminus. ipsi uiderint;

Quod Iuppiter et Ianus pecunia nuncupatur :

Capitulum duodecimum.

Quam uero eleganter rationem huius nominis reddiderunt.
et pecunia inquiunt uocatur quod eius sint omnia. O magna
rationem diuini nominis immo uero ille cuius sunt oia
uilissime et contumeliosissime pecunia nuncupat(ur). Ad omia eni(m)
que celo & terra continent(ur) quid est pecunia in omibus omnino
rebus quae ab hominibus nomine pecuniae possident(ur). Sed nimi
rum hoc auaricia ioui nomen imposuit ut quisquis amat pecuni
am non quelibet deum sed ipm regem omnium amare uideatur.
Longe autem aliud esset si diuitie uocarent(ur). aliud nanq(ue) sunt di
uitie aliud pecunia. Nam dicimus diuites sapientes iustos bo
nos quibus pecunia uel nulla est uel parua. Magis eni(m) sunt uirtu
tibus diuites per quas eis etiam in ipsis corporalium rerum necessita
tibus satis est quod adest. pauperes uero semper auaros inhiantes
et egentes q(ua)slib(et) eni(m) magnas pecunias h(abe)re possunt sed in earum q(ua)n
tacumq(ue) habundantia non egere non possunt. Et deum ipsum
uerum recte dicimus diuitem non tamen pecunia sed omnipo
tentia. Dicunt(ur) itaq(ue) et diuites pecuniosi sed interius egeni
sicut cupidi. Item dicunt(ur) pauperes pecunia carentes sed interius
diuites si sapientes. Qualis ergo ista theologia debet esse sapienti
ubi rex deorum eius rei nomen accepit quam nemo sapiens con
cupiuit. Q(ua)nto eni(m) facilius si aliquid hac doctrina quod uitam
pertineret eternam salubriter disceretur deus mundi rector
non ab eis pecunia sed sapientia uocaret(ur) cuius amor purgat a
surdibus auaritie hoc ab amore pecunie;

Q(uo)d cum exponitur quid saturnus quid ue genius sit uterq(ue) unus
iuppiter esse doceatur; · Capl(itulu)m · xiii ·

Sed quid hoc de ioue plura ad que fortasse ceteri refere
ndi sunt ut inanis remaneat deorum opinio pluriuor(um)
cum hic ipse sit omes siue q(ua)n partes eius uel potestates
existimantur siue cum uis anime qua putant per cuncta dif
diffusam ex partibus molis huius in quas uisibilis mundus iste
consurgit et multiplici administratione nature quasi plurium
deor(um) nomina accepit. Quid est eni(m) et saturnus unus inquit
de principibus deus penes que(m) sationum omnium d(omi)natus est.
Nonne expositio illorum uersuu(m) Valerij sorani sic habet iouem
esse mundum et eum omnia semina ex se mittere et in se reci
pere. Ipse est igit(ur) penes quem sationum omnium d(omi)natus est.

Quid est genius. deus est inquit qui prepositus est ac uim habet omnium
rerum gignendarum quem alium hanc uim habere credunt quam mun
dum cui dictum est Iuppiter progenitor genitrixque. Et cum a
lio loco genium dicit esse uniuscuiusque animum rationalem i
deo esse singulos singulorum. Talem autem animum deum esse.
Ad hec idem utique reuocat ut tamquam uniuersalis genius ipse mun
di animus esse credatur. hic est igitur quem appellant iouem
Nam si omnis genius deus et omnis uiri animus genius sequitur
ut sit omnis animus uiri deus. Quod si esset et ipsos abhorrere
absurditas ipsa compellit restat ut eum singulariter et excellen
ter dicant deum genium quem dicunt mundi animum, ac
per hoc iouem;

De Mercurii et Martis officiis. · Capitulum . xiiii.

Mercurium uero et Martem quomodo referrent ad ali
quas partes mundi et opera dei que sunt in elementis
non inuenerunt et ideo saltem operibus hominum pre
posuerunt sermocinandi et belligerandi ministros quorum
mercurius si sermonis etiam deorum potestatem gerit ipsi quoque re
gi deorum dominatur si secundum eius arbitrium Iuppiter loquitur aut lo
quendi ab illo accipit facultatem quod utique absurdum est. Si
autem illi humani tantum sermonis potestas tributa perhibetur non est
credibile ad lactantes mammam non solum pueros. sed etiam
pecora unde ruminus cognominatus est iouem descendere uo
luisse et curam nostri sermonis qua pecoribus antecellimus ad
se pertinere uoluisse ac per hoc idem ipse est iouis atque mercu
rius. Quod si sermo ipse dicitur esse mercurius sicut illa que de eo
interpretantur ostendunt. Nam ideo deo mercurius quasi me
dius currens dicitur appellatus quod sermo currat inter homines me
dius. Ideo hermes grece quod sermo uel interpretatio que utique
ad sermonem pertinet hermenia dicitur ideo et mercibus pre
esse quia inter uendentes et ementes sermo fit medius. Alas etiam
in capite et pedibus significare uolucrem ferri per aera sermonem
nuntium dictum quoniam per sermonem omnia cogita nuntiantur.
Si ergo Mercurius ipse sermo est etiam ipsis confitentibus deus non
est. Sed cum sibi deos faciunt eos qui demones sunt inmundis
supplicando spiritibus possidentur ab eis qui non dii sed demones
sunt. Item quia nec marti aliquid elementum uel partem mundi

inuenire potuerunt ubi ageret opera qualiacunque; natura deum
belli dixerunt esse quod opus est hominum et optabilius non
est. Si ergo pacem perpetuam felicitas daret mars quid ageret
non haberet. Si autem ipsum bellum est mars. sicut sermo
mercurius utinam quam est manifestum quod non sit deus tam
non sit et bellum quo falso uocetur deus;

De stellis quibusdam quas pagani deorum suorum nominibus nuncupauerunt; · Caplm. XV ·

Nisi forte ille stellæ sunt hi dii quas eorum appellauerunt
nominibus. Nam stellam quandam uocant mercuri
um quandam itidem martem. Sed ibi est et illa quam
uocant iouem et tamen his mundus est iouis. Ibi quam uocant
saturnum et tamen ei preterea dant non paruam substantiam omnium
uidelicet seminum ibi est et illa omnium clarissima que ab eis
appellatur uenus tamen et eandem uenerem esse etiam lunam uolunt
quamuis de illo fulgentissimo sydere apud eos tanquam de malo
aureo iuno uenusque contendant. Luciferum enim quidam uene
ris quidam dicunt esse iunonis sed ut sol uenus uincit. Nam
multo plures eam stellam ueneri tribuunt ita ut uix eorum quisquam
reperiatur qui aliud opinetur. Quis autem non rideat. cum
regem omnium dicant iouem quod stella eius a stella ueneris tanta
uincitur claritate. tanto enim esse debuit illa ceteris fulgentior
quanto est ille potentior. Respondent ideo sic uideri quia illa que
putatur obscurior superior est atque a terris longe remotior. Si
ergo superiorem locum maior dignitas meruit quare saturnus
ibi ioue est superior. An uanitas fabule que regem iouem facit
non potuit usque sidera peruenire et quod non ualuit saturnus
in regno suo neque in capitolio saltem est permissus obtinere in
celo. quare autem ianus non accepit aliquam stellam. si propterea
quia mundus est et omnes in illo sunt et iouis mundus est
et habet tamen. An iste causam suam composuit ut potuit et pro
uno stella quam non habet inter sydera tot facies accepit in
terra. Deinde si propter solas stellas mercurium et martem par
tes mundi putant ut eos deos habere possint quia utique sermo et
bellum non sunt partes mundi sed actus hominum cur ari
eti tauro cancro scorpioni ceterisque huiusmodi que celestia signa
numerant et stellis non singulis sed singula pluribus constant

superiusq; istis in summo celo perhibent collocata ubi constan
tior motus in enarrabilem meatum syderibus prebet nullas a
ras nulla sacra nulla templa fecerunt. Nec deos non dico inter
hos selectos. sed ne inter illos quidem quasi plebeios habuerunt.

De apolline et diana cæterisq; selectis dys quos partes mundi esse uoluerunt; . Capitulum .xvi.

APollinem quamuis diuinatorem et medicum uolunt
tñ ut in aliqua parte mundi statuerūt ipsum et solem
esse dixerunt dianamq; germanam eius simil' lunā
et uiarum presidem. Vnde et uirginem uolunt q' nihil pariat
Et ideo ambos sagittas hre q' ipsa duo sydera de celo radios usq;
terras ptendant. uulcanum uolunt ignem mundi. neptunū
aquas mundi ditem prem. hoc ē orchum terrenam et infimā
partem mundi. liberum et cererem ꝑponunt seminibus uel
illum liberum masculinis et illam scilicet cererem femininis ul'
illum scilicet liberum liquori illam uō ariditati seminum. et
hoc utiq; totū refertur ad mundum istum .i. ad iouem. qui ꝓpea
dictus est in carminibus illius sorani Valery progenitor genitrix
q; deū deus unus et oms q' omnia semina ex se emitteret et
in se reciperet. qn quidem etiā matrem magnā eandem cererē
uolunt quam nihil aliud dicunt esse q̄ terram eamq; perhi
bent et iunonem et ideo ei scdas causas tribuunt rerū cum tñ
sit dictum ioui progenitor genitrixq; quia scdm eos totus ipse
mundus est iouis. Mineruam etiam qui eam hūanis artibus
preposuerūt nec inuenerunt. uel stellam ubi eam ponerent ean
dem uel summū ethera uel etiā lunam esse dixerunt. Vestam
quoq; ipam ꝓpterea dearum maximā putauerunt. q' ipsa
sit terra quamuis ignem mundi leuiorem qui pertineat ad
usus hoim faciles non uiolentiorem qualis uulcani ē ei depu
tandum esse crediderūt. ac per hoc oms istos selectos deos hunc
esse mundum uolunt in quibusdam uniuersum in quibusdā
partes eius uniuersum sic iouē partes eius uniuersum ut geni
um ut matrem magnā ut solem ut lunam uel potius apollinē
et dianam. et aliqn unum deū res plures. aly unam rem deos
plures faciunt. Nam unus deus res plures sunt. sicut ipe Iup
piter. Mundus enī totus iuppiter et solum celum iuppiter et
sola stella et hētur et dicit'. Itemq; iuno secundarum causarum

domina et iuno aer et iuno terra et uenerē uinceret iuno stella
Similiter et minerua itidem luna quā esse in aetheris infimo li
mite existimant unam uero rem deos plures ita faciunt. Et ianus
est mundus et iuppiter. sic iuno est terra et mater magna et ceres
Et sicut hec quae exempli gratia cōmemoraui. ita et cetera nō ex
plicant sed potius implicant. sicut impetus errabunde opinioīs
impulerit. ita huc atq; illuc. hinc atq; illinc insiliunt et resili
unt. ut ipe uarro de omnibus dubitare q̄m aliquid affirmaē
maluerit; Quod iam etiam ipse Varro opiniones suas
de diis pronuntiarit ambiguas; . Caplm. xvii.

Iam ut trium extremoꝝ primum de diis certis cum ab
soluisset librum in altero de diis incertis dicere ingssus
ait. cum in hoc libello dubias de diis opiniones posuero
reprehendi non debeo. qui enī putauit iudicari oportere et pos
se. cum audierit faciet ipse. Ego citius perduci possum ut in
primo libro que dixi in dubitatione reuocem q̄ in hoc que prae
scribam om̄ia aut aliqua dirigam summam. Ita non solum
de diis incertis. sed etiā illum de certis fecit incertum. In tertio
porro isto de diis selectis. postq̄m prelocutus est quod ex natali
theologia preloquendum putauit ingressurus huius ciuilis the
ologie uanitates et insanias mendaces ubi eum non solum non
ducebat rerum ueritas. sed etiā maiorum premebat auctoritas.
De diis inquit populi romani publicis quibus edes dedicauerunt.
eosq; pluribus signis ornatus notauerunt. in hoc libro scribam
Sed ut xenophanes colofonius scribit quid putem n̄ quid conten
dam ponam. hominis enī est hec opinari. dei scire. Rerū igit̄
non cōphensaꝝ nec firmissime creditarum. sed opinataꝝ
et dubitandarum sermonē trepidus pollicetur dicturus ea que
ab hominibus instituta. Neq; enī sicut sciebat esse mundum
esse celum et terram. celum sideribus fulgidum terram semib;
fertilem atq; huiusmodi cetera. Sicut hanc totam molem at
q; natura in quadam inuisibili ac prepotenti regi atq; admi
strari certa animi stabilitate credebat ita poterat affirmare de
iano q mundus ipe esset aut de saturno inuenire quō et iouis
pater esset et regnanti subditus factus esset et cetera talia;
Quae credibilior causa sit qua error paganitatis inoleuerit;
· Capitulum · xviii ·

DE quibus credibilior redditur ratio cum perhibentur homines fuisse et unicuique eorum ab his qui eos adulando deos esse uoluerunt ex eorum ingenio moribus actibus casibus sacra et solennia constituta atque hec paulatim per animas hominum demonibus similes et ludicrarum rerum auidas irrependo longe lateque uulgata ornantibus ea mendaciis poetarum et ad ea fallacibus spiritibus seducentibus. Facilius enim potuit fieri ut iuuenis impius uel ab impio patre interfici metuens et auidus regni patrem pelleret regno quam id quod iste interpretatur. Ideo saturnum patrem a ioue filio superatum quod ante sit eius causa que pertinet ad iouem quam semen quod pertinet ad saturnum. Si enim hoc ita esset: numquam saturnus prior fuisset: nec pater iouis esset. Semper enim semen causa precedit nec umquam generatur ex semine. Sed cum conantur uanissimas fabulas siue hominum res gestas uelut naturalibus interpretationibus honorare etiam homines acutissimi tantas patiuntur angustias ut eorum quoque uanitatem dolere cogamur;

De interpretationibus quibus colendi saturni ratio continetur; Cap. xix.

SAturnum inquit dixerunt que nata ex eo essent solitum deuorare eo quod semina unde nascerentur redirent. Et quod illi pro ioue gleba obiecta est deuoranda: significat inquit manibus humanis obrui ceptas serendo fruges antequam utilitas arandi esset inuenta. Saturnus ergo dici debuit ipsa terra non semina. Ipsa enim quodammodo deuorat que genuerit cum ex ea nata semina in ea rursus recipienda redierint. Et quod pro ioue accepisse dicitur glebam quid hoc ad id ualet quod manibus hominum semen gleba coopertum est? Numquid ideo non est ut cetera deuoratum quasi gleba repertum est coopertum. Ita enim hoc dictum est quasi glebam opposuit semen abstulerit: sic saturno perhibent oblata gleba semen operiendo fecerit illud diligentius deuorari. Deinde isto modo semen est iuppiter non seminis causa quod paulo ante dicebatur. Sed quid faciant homines qui cum res stultas interpretantur non inueniunt quod sapienter dicant. Falcem habet inquit propter agriculturam. Certe illo regnante nondum erat agricultura: et ideo priora eius tempora perhibentur: sicut idem ipse fabellas interpretatur qui primi homines ex his uiuebant seminibus que terra sponte gignebat. An falcem sceptro perdito accepit ut qui primus temporibus rex

fuerat ociosus filio regnante fieret operarius laboriosus. Deinde ideo dicit a quibusdam pueros ei solitos immolari sicut a poenis et a quibusdam etiã maioribus sicut a gallis quia omnium seminum optimũ est genus humanum. De hac crudelissima uanitate. quid opus est plura dicere. hoc potius aduertamus atque teneamus has interpretationes non referri ad deum uerum uiuam incorpoream incomutabilemque naturam a quo uita in eternum beata poscenda est. sed earum esse fines in rebus corporalibus temporalibus mutabilibus atque mortalibus. Quod celum inquit prem saturnus castrasse in fabulis dicitur hoc significat penes saturnum non penes celum semen esse diuinum hoc propterea quantum intelligi quia nihil in celo de seminibus nascitur. Sed ecce saturnus si celi est filius iouis est filius. Celum enim esse iouem innumerabiliter et diligenter affirmant. ita ista que a ueritate non ueniunt plerumque nullo impellente se ipsa subuertunt. Chronom appellatum dicit quod greco uocabulo significat temporis spaciũ sine quo semen inquit non potest esse fecundum. hec et alia de saturno multa dicunt et ad semen omnia referuntur. Sed saltẽ saturnus seminibus cum tanta ista potestate sufficeret quid ad hec dii alii requirunt et maxime liber et libera id est ceres de quibus rursus quod ad semen attinet tanta dicit. quasi de saturno nihil dixerit;

De sacris cereris eleusine; ·Capitulum·xx·

In cereris autem sacris predicantur illa eleusina que apud athenienses nobilissima fuerunt. de quibus iste nihil interpretatur nisi quod attinet ad frumentum quod ceres inuenit. et ad proserpinam quam rapiente orcho perdidit et hanc ipsam dicit significare fecunditatem seminũ. Que cum defuisset quodam tempore eademque sterilitate terra meret exortam esse opinionem quod filiam cereris id est ipsam fecunditatem que a proserpendo proserpina dicta esset orchus abstulerat et apud inferos detinuerat. que res cum fuisset luctu publico celebrata quia rursus eadem fecunditas rediit proserpina reddita exortam esse letitiam et ex hoc solennia constituta. Deinde dicit multa in ministeriis eius tradi nisi ad frugum inuentionem non pertineant:

De turpitudine sacrorum quae libero celebrantur;

·Capitulum xxi·

Iam uero liberi sacra quem liquidis seminibus ac per hoc non solum liquoribus fructuum quodammodo primatum unum tenet uerum etiā seminibus aīalium prefecerunt ad q̄ntam turpitudinem peruenerint piget quidem dicere propter sermonis longitudinem. sed ꝓpter superbam istoꝝ ebitudinem non piget. Inter cetera que preter mittere q̄m mlta sunt cogor in italie compitis quedam dicit sacra liberi celebrata cum tanta licentia turpitudinis ut in eius honorem pudenda uirilia colerentur non saltem aliq̄ntum uerecundiore secreto. sed in propatulo exultante nequitia. Nam hoc turpe membrum per liberi dies festos cum honore magno plustris impositum prius rure in compitis et usq; in urbem postea uectabat̄.

In opido aūt lauino unus libero totus mensis tribuebat̄ cuius diebus omēs uerbis flagitiosissimis uterent̄ donec illud mēbrū per forum transuectum esset atq; in loco suo quiesceret. Cui membro inhonesto matrē familias honestissimam palam coronam necesse erat imponere. Sic uidelicet liber deus placandus fuerat pro euentibus seminum sic ab agris fascinatio repellenda ut matrona facere cogeret̄ in publico quod nec meretrix si matrone spectarent permitti debuit in theatro. Propter hec saturnus solus editus est non sufficere posse seminibus ut occasiones multiplicandoꝝ deorum inmunda anima repiret. et ab uno uero deo merito inmundicie prostituta ista sacrilegia sacra nominaret seseq; spurcoꝝ demonum turbis conuiolandam pollicendamq; preberet;

De neptunno salatia ac uenilia :— Capl̄m · xxij

Iam utiq; habeat salatia Neptunus uxorem quam inferiorem aqua maris esse dixerunt. Vt quid illi adiuncta est et uenilia nisi ut sine ulla causa necessariorum sacrorum sola libidine animę prostitute multiplicaret̄ inuitatio demoniorum. Sed proferatur interpretatio preclare theologię quę nos ab ista reprehensione reddita ratione cōpescat.

Venilia inquit unda est quę ad litus uenit. Salatia que in salum redit. Cur ergo deę fiunt duę cum sit una aqua que uenit et redit. Nempe ipsa est existimans in multa numina libido uesana. quāuis enim aqua non geminet̄ quę it et redit. huius tn̄ occasione uanitatis amplius anima cumulat̄

Duobus :

duobus demoniis inuitatis amplius cum maculatur anima quæ
it et non redit. quęso te Varro uel uos qui tam doctorum hominum
talia scripta legistis et aliquid magnum uos didicisse iactatis in
terpretamini hoc nolo dicere. scdm illam eternam incomutabileq;
naturam quę solus est deus. sed saltem scdm aiam mundi et par
tes eius quos ueros deos esse existimatis partem anime mundi q̄
mare permeat deum uobis fecisse neptunum ut cuiq; tollerabilio
ris erroris est. Ita ne unda ad litus ueniens et in salum rediens due
sunt partes mundi aut due partes anime mundi. Quis nrm ita
desipiat ut hoc sapiat. Cur ergo uobis duas deas fecerunt nisi quia
peruisum est a sapientibus maioribus uris non ut dii plures uos rege
rent. sed ut ea quę istis uanitatibus et falsitatibus gaudent plura
uos demonia possiderent. Cur aūt illa salatia per hanc intpretatio
nem inferiorem maris partem qua uiro erat subdita perdidit. nam
q; illam modo cum refluentem fluctum esse perhibetis in supficie
posuistis. an quia uenilia in pelicem accepit irata suum maritum
de supernis maris exclusit ;

De terra quam Varro esse confirmat eo qđ ille animus mundi quē
opinatur deum iam hanc sui corporis partem infimam eiq; uim
diuinam impartiat : — · Captm xxiii ·

Nempe una est terra quam quidem plenam uidemus aia
libus suis. Veruntamen ipsa magnum corpus in elis mu
diq; infimam partem cur eam uolunt deam. An qa fecun
da est. Cur ergo non magni homies dii sunt qui eam fecundiorem
faciunt excolendo. sed cum arant non cum adorant. Sed pars aię
mundi inquiunt que per illam permeat deam fecit. quasi non
euidentior sit in hominibus anima quae utrū sit nulla fit questio
et tn̄ homines dii non habentur. Et quod est grauiter dolendum
his qui dii non sunt et quibus ipi meliores sunt colendis et adoran
dis mirabili et miserabili errore subdunt. Et certe idem Varro ī
eodem libro de diis selectis tres esse affirmat aię gradus in omni
uniuersaq; natura. unum quod oms partes corporis que uiuunt
transit et non habet sensum. sed tn̄ ad uiuendum ualitudinem
hanc uim in nro corpore permeare dicit in ossa ungues capillos
sicut in mundo arbores sine sensu aluntur et crescunt et modo
quodam suo uiuunt. Scdm gradum anime in quo sensus ē. hanc
uim peruenire in oculos aures nares os tactum. Tertiū gradū esse

anime summum quod uocatur animus in quo intelligentia pre
eminet. hac preter homines omnes carent mortales. Hanc partem
animae mundi dicit deum. deum autem in nobis genium uocari.
E sse autem in mundo lapides ac terram quam uidemus quo non
permanat sensus ut ossa ut ungues dei. solem uero lunam et
stellas que sentimus quibusque ipse sentit sensus esse. Ethera porro
esse eius animum. cuius ui qui peruenit in astra eam quoque facere
deos. et per eos quod in terram permanat deam tellurem dicam
Quod autem inde permanat in mare atque oceanum deum esse neptu
num. Redeat ergo ab hac quam theologiam naturalem putant
quo uelut requiescendi causa ab hiis ambagibus atque amfracti
bus fatigatus egressus est. Redeat inquam redeat ad ciuilem. hic
eum adhuc teneo tantisper de hac ago. Nondum dico si terra et
lapides nostris sunt ossibus et unguibus similes. similiter eos intel
ligentiam non habere sicut carent sensu. Aut si id circo habere dicuntur
ossa et ungues nostri intelligentiam quia in homine sunt qui ha
bent intelligentiam tam stultus est qui hos in mundo deos di
cit quam stultus est qui in nobis ossa et ungues homines dicit. Sed
hec cum philosophis fortassis sunt agenda. Nunc autem adhuc istum
politicum uolo. fieri enim potest ut licet in illam naturalis the
ologie ueluti libertatem caput erigere paululum uoluisse uide
atur. Adhuc tamen hunc librum libertate uersans et se in illo
uersari cogitans cum etiam idem respexit et hoc preterea dixerit
ne maiores eius siue alie ciuitates tellurem atque neptunum co
luisse inaniter credantur. Sed hoc dico pars animi mundani
que per terram pertineat sicut una est terra cur non etiam unam
deam fecit quam dicit esse tellurem. quod si ita fecit ubi erit or
chus frater iouis atque neptuni quem ditem patrem uocant.
V bi eius coniunx proserpina que secundum aliam in eisdem libris
positam opinionem non terre fecunditas sed pars inferior per
hibetur. Quod si dicunt animi mundani partem cum permeat
terre partem superiorem ditem patrem dicere deum. cum uero
inferiorem proserpinam deam tellus illa quid erit. Ita enim
totum quod ipsa erat in duas istas partes deosque diuisum est ut ipsa
tertia que sit aut ubi sit inueniri possit non. nisi quis dicat si
mul istos deos orchum atque proserpinam unam deam esse tellurem
et non esse iam tres sed aut unam aut duos. Et tamen tres dicuntur

tres habentur tres coluntur aris suis delubris suis sacris simu
lacris sacerdotibus suis et per hoc etiam fallacibus prostitutam
animam constuprantibus demonibus suis · Ad hunc respondeatur
quam partem terre pars mundani animi permeat ut deum
faciat tellumonem · Nam una inquit sed eadem quod terra habet
geminam uim masculinam quod semina producat et femininam
que recipiat atque nutriat · Inde a ui feminine deam esse tellure
a masculi tellumonem · Cur ergo pontifices ut ipse indicat ad
ditis quoque aliis duobus quatuor diis faciunt rem diuinam tel
luri tellumoni altori rusori · De tellure et tellumone iam dictum
est altori quare · quod ex terra inquit aluntur omnia que nata sunt
Rusori quare · quod rursus inquit cuncta eodem reuoluuntur ;

De telluris cognominibus eorumque significationibus que et iam
si non erant multarum rerum indices non debuerunt multorum
deorum firmare opiniones : — · Capitulum · xxiiij ·

Debuit ergo una terra propter quadrigeminam uim qua
tuor habere cognomina · non quatuor facere deos · Sicut
tot cognominibus unus Iuppiter · et tot cognominibus
una iuno · In quibus omnibus uis multipliciter esse dicitur ad u
num deum uel unam deam pertinens non multitudo cognomi
num deorum etiam multitudinem faciens · Sed profecto sicut
aliquando etiam ipsas uilissimas foeminas earum quas libidine quesierunt
tedet poenitetque turbarum · sic animam uilefactam et
immundis demonibus uel spiritibus prostitutam deos sibi multi
plicare quibus contaminanda prosterneretur sicut plurimum
libuit · sic aliquando et piguit · Nam et ipse Varro quasi de ipsa turba
uerecundatus unam deam uult esse tellurem · Eandem inquit
dicunt matrem magnam quod tympanum habeat significare orbe
terre · quod turris in capite oppida quod sedes fingantur circa eam cum
omnia moueantur · ipsam non moueri quod gallos huic dee ut seruiret
fecerunt significant qui semine indigeant terram sequi oportere
in ea quippe omnia reperiri que se apud eam iactant · precipitur
inquit qui terram colunt ne sedeant semper enim esse quod agant ·
Cymbalorum sonitus ferramentorum iactandorum ac manuum et eius
rei crepitus in colendo agro quid fit significant · Ideo erea quod eam
antiqui colebant antequam ferrum esse inuentum · Leonem in
quit adiungunt solutum atque mansuetum ut ostendant nullum

genus esse terrae tam remotum ac uehementer ferum quod non
subiaci colique conueniat. Deinde adiungit & dicit. Tellurem ma
trem nominibus pluribus et cognominibus cognominauerunt deos
existimantes esse quam plures. Tellurem inquit esse putant opem
quod opere fiat melior. matrem quod plurima pariat. magnam quod cibum
pariat. proserpinam quod ex ea proserpant fruges. uestam quod
uestiatur herbis. Sic alias deas inquit non absurde ad hanc re
uocant. Si ergo una dea est quae quidem consulta ueritate nec
ipsa est. interim quid itur in multas. Vnius sint ista multa nomina
non tam deae multae quam nomina. Sed errantium maiorum aucto
ritas deprimit et eundem Varronem post hanc sententiam tre
pidare compellit. Adiungit enim et dicit ea quibus opinio maio
rum de his deabus quod plures eas putarunt esse non deputant. Quo
modo non pugnat cum ualde aliud sit unam deam nomina habere
multa aliud esse deas multas. Sed potest inquit fieri ut eadem res
et una sit et in ea quaedam res sint plures. Concedo ut in homine
esse res plures numquid ideo et homines plures. Sic et in una dea
esse res plures. Numquid ideo et deas plures. uerum sicut uolunt
diuidant conflent multiplicent replicent implicent. Haec sunt
telluris et matris magnae praeclara mysteria unde omnia referuntur
ad mortalia semina et ad exercendam agriculturam. Ita ne ad
haec relata et hunc finem habentia tympanum turres galli iactatio
et insana membrorum crepitus cymbalorum confictio leonum ui
tam cuiquam pollicentur aeternam. Ita ne propterea galli abscisi
huic magnae deae seruiunt ut significent qui semine indigeant
terram sequi oportere quasi non eos ipsa potius seruitus semine
faciat indigere. Vtrum enim sequendo hanc deam qua cum in
digeant semen acquirunt an potius sequendo hanc deam cum
habeant semen amittunt haec interpretari an detestari est. Nec
attenditur quantum maligni demones praeualuerunt quin et aliquid
magna his sacris polliceri ausi sunt et tam crudelia exigere po
tuerunt. Si dea terra non esset manus ei homines operando infer
rent ut semina consequerentur per illam quo sibi seruiendo ut
semina perderent propter illam. Si dea non esset ita fecunda fieret
manibus alienis ut non cogeret hominem sterilem fieri manibus
suis. Iam quod in liberi sacris honesta matrona pudenda uirilia
coronabat spectante multitudine ubi rubens et sudans si est

ulla frons in hominibus astabat forsitan et maritus. Et quod in cele
bratione nuptiarum super priapi caput noua nupta sedere ui
debatur longe contemptibiliora atque leuiora sunt prae ista turpitu
dine crudelissima uel crudelitate turpissima ubi demoniacis riti
bus sic uterque sexus illuditur ut uenter suo uulnere perimatur.
Ibi fascinatio timetur agrorum hic membrorum amputatio non
timetur. Ibi sic dehonestatur noue nupte uerecundia ut non
solum fecunditas sed nec uirginitas adimatur hic ita ampu
tatur uirilitas ut nec conuertatur in foeminam nec uir relinquatur;

Quam interpretationem et abscisionem athis graecorum sapi
entum doctrina repererit; . Capitulum. XXV.

Et athis ille non est commemoratus nec eius ab isto
interpretatio requisita est in cuius dilectionis memoria
gallus absciditur sed docti greci atque sapientes nequaquam
quam tam rationem sanctam atque preclaram tacuerunt. propter
uernalem quippe faciem terrae quae ceteris temporibus est pulchrior
Porphirius philosophus nobilis athin flores significare perhibuit et ideo
abscisum quia flos cecidit ante fructum non ergo ipsum hominem
uel quasi hominem qui est uocatus athis sed uirilia eius flori com
parauerunt. Ipsa quippe illo uiuente deciderunt immo uero non
deciderunt neque decerpta sed plane discepta sunt nec illo flore
amisso quisquam postea fructus sed potius sterilitas consecuta
est. Quid ergo ipse reliquus et quid remansit abscisio quid
eo significari dicitur quo refertur quae interpretatio inde profertur
an haec frustra moliendo nihilque inueniendo persuadent illud
potius esse credendum quod de homine castrato fama iacta
uit litterisque mandatum est. Merito huic auersatus est Varro
noster nec hoc dicere uoluit non enim doctissimum hominem latuit;

De turpitudine sacrorum matris magnae: . Capitulum. XXVI.

Item que de mollibus eidem matri magnae contra omnem
uirorum mulierumque uerecundiam consecratis qui usque
in extremum diem madidis capillis facie dealbata
fluentibus membris incessu femineo per plateas uicosque car
thaginis et a publicis unde turpiter uiuerent exigebant
Nihil Varro dicere uoluit nec uspiam me legisse commemini.
Defecit interpretatio erubuit ratio conticuit oratio. Vicit ma
tris magne omnes deos filios non numinis magnitudo. sed

criminis huic monstro nec iam monstruositas compatur. ille
in simulacris hebat solam deformitatem ista uis acris deforme
crudelitatem. Ille membra in lapidibus addita. hec in hoibus
perdita. hoc dedecus tot iouis ipsius et tanta uincunt. Ille
inter foeminas corruptelas uno ganymede celum infamauit
ista tot mollibus professis et publicis inquinauit terram et
celo facit iniuriam. Saturnum fortasse possemus huic in isto
genere turpissime crudelitatis siue conferre siue preferre qui
patrem castrasse perhibetur. Sed in saturni sacris homines ali
enis manibus potius occidi q suis abscidi potuerunt. Deuo
rauit ille filios ut poete ferunt et phisici ex hoc interptantur
quod uolunt. Vt aut historia prodit necauit. sed q ei peni suos
filios sacrificarunt non recepere romani. At uero ista mater
magna deorum mater romanis templis castratos intulit atq;
istam seuitiam moremq; seruauit credita uires adiuuare ro
manorum execando uirilia uirorum. Quid sunt ad hoc ma
lum furta mercurij ueneris lascivia stupra ac turpitudines ce
terorum quae proferemus de libris nisi quotidie cantarentur
et saltarentur in theatris. Sed hec quid sunt ad tantum ma
lum cuius magnitudo magne matri tmmodo competebat.
P resertim q illa dicunt a poetis esse conficta quasi poete id
etiā finxerint q ea sint dijs grata et accepta. Vt ergo caneren
tur uel scriberentur sit audacia uel petulantia poetarum. Vt
uero diuinis rebus et honoribus eisdem imperantibus et tor
quentibus numinibus adderent quid est nisi crimen deoꝝ
immo uero confessio demoniorū et deceptio miseroꝝ. Verum
illud quod de abscisorum consecratione mater deum coli
meruit non poete confinxerunt sed horre magis q canere
maluerunt. his ne dijs selectis quisqm consecrandus est ut
post mortem uiuat beate quibus consecratus ante mortem ho
neste non potuit uiuere tam fecundis superstitionibus subdi
tus et imundis demonibus obligatus. Sed hec omia inquit
referunt ad mundum. Videat ne potius ad im mundum.
Q uid aut non potest referri ad mundum qd esse demonstrat
in mundo. Nos autem animum querimus qui uera religi
one confixus non tanqm deum suum adoret mundum. sed
tanqm opus dei, ꝓpter mundum laudet mundum et mun

danis sordibus expiatus perueniat ad deum qui condidit mundum. Istos uero selectos deos uidemus quidem clarius innotuisse quam ceteros. Non tamen ut eorum illustrarentur merita sed ne occultarent obprobria. Unde magis eos homines fuisse credibile est sicut uero solum poetice littere uerum etiam historice tradiderunt. Nam quod Virgilius ait: primus ab ethereo uenit saturnus olympo Arma iouis fugiens et regnis exul ademptis et que ad hanc rem pertinentia consequuntur totam de hoc Euemerus pandit historiam quam Ennius in latinum conuertit eloquium. Unde quia plurima posuerunt qui contra huius mundi errores ante nos uel greco sermone uel latino scripserunt non in eo mihi placuit immorari;

De figmentis phisiologorum qui nec unam diuinitatem colunt nec eo cultu quo colenda est uera diuinitas; Cap. xxvii.

Ipsas phisiologias cum considero quibus docti et acuti homines has res humanas conantur euertere in res diuinas nihil uideo nisi ad temporalia terrenaque opera naturam corporeamque uel etiam si inuisibilem tum mutabilem potuisse reuocari quod nullomodo uerus est deus. hoc autem si saltem religiositati congruis significationibus ageretur. esset equidem dolendum non his uerum deum annuntiari atque predicari tamen aliquomodo ferendum tam fede turpia nec fieri nec iuberi. At nunc cum pro deo uero quo solo anima se inhabitante fit foelix nefas sit colere aut corpus aut animam quanto magis nepharium est ista sic colere ut nec salutem nec decus humanum corpus aut anima colentis obtineat. Quamobrem si pro templo sacerdotio sacrificio quod deo uero debetur colatur aliquod elementum mundi. uel creatus aliquis spiritus etiam si non immundus et malus non ideo est malum quia mala sunt quibus colitur. sed quia illa sunt talia quibus solum ille colendus sit cui talis cultus seruitusque debetur. Si autem pro stoliditate uel monstruositate simulacrorum. sacrificiis homicidiorum. coronatione uirilium pudendorum. mercede stuprorum. sectione membrorum. abscisione genitalium. consecratione mollium. festis impurorum obscenorumque ludorum. unum uerum deum id est omnis anime corporisque creatorem colere se quisque contendat non ideo peccat quia non colendus quem colit. sed quia

colendum non ut colendus est colit. Qui uero et rebus talibus id
est turpibus et scelestis & non deum uerum id est anime et cor
poris factorem sed creaturam quamuis non uitiosam colit siue
illa sit anima siue corpus siue anima simul et corpus bis pec
cat in deum quod et pro ipso colit quod non est ipse et talibus
rebus colit qualibus et nec ipse colendus est. Nec non ipse sed
hi quodammodo id est quam turpiter nepharieque coluerint in prom
ptum est. quid autem uel quos coluerint esset obscurum. nisi
eorum testaretur historia. ea ipsa quae feda et turpia confite
mur numinibus terribiliter exigentibus reddita. Unde re
motis constat ambagibus nepharios demones atque inmundissi
mos spiritus hac omni ciuili theologia inuisendis stolidis imagi
nibus et per eas possidendis etiam stultis cordibus inuitatos;

Quod doctrina Varronis de theologia in nulla sibi parte concordet; Capitulum xxviii.

Quid igitur ualet quod uir doctissimus et
acutissimus Varro uelut subtili disputatione hos omnes
deos in celum et terram redigere ac referre conatur et non
potest fluunt de manibus resiliunt labuntur et decidunt. Dic
turus enim de feminis hoc est de deabus quoniam inquit ut in primo
libro dixi de locis duo sunt principia deorum animaduersa de
caelo et terra a quo dii partim dicuntur celestes partim terrestres
Ut in superioribus initium fecimus a celo cum diximus de ia
no quem alii celum alii dixerunt esse mundum. sic de foemi
nis initium scribendi fecimus a tellure. Sentio quantam mo
lestiam tale ac tantum patiatur ingenium. Dicitur enim quadam
ratione uerisimili celum esse quod faciat terram quae patiatur
et ideo illi masculinam uim tribuit huic foeminam et non
attendit eum potius esse qui hec facit qui utrumque fecit. hinc
etiam samotracum mirabilia ministeria in superiore libro
sic interpretatur ea quae se nec suis nota sunt scribendo ex
positurum eisque missurum quasi religiosissime pollicetur.
Dicit enim se ibi multis indiciis collegisse in simulacris aliud
significare celum aliud terram aliud exempla rerum quas
plato appellat ideas. Celum iouem terram iunonem ideas
mineruam uult intelligi. Celum a quo fiat aliquid. terra
de qua fiat exemplum secundum quod fiat qua in re omitto di
cere quod Plato illas ideas tantam uim habere dicit ut secundum eas

non celum aliquid fecerit· sed etiā celum factum est· hoc dico
istum in libro selectorum deoꝝ rationem illam trium deoꝝ
quibus quasi cuncta complexus est perdidisse· Celo enī tribuit
masculos deos· feminas terrae. Inter quas ponit Mineruam quā
supra ipm̄ celum ante posuerat· Deinde masculus deus Ne
ptunus in mari est qd ad terram potius qm̄ ad celum ptinet·
D is pater postremo qui grece pluton dicitur etiā ipse masculus
frater amborū terrenus rex esse perhibetur superiorem terram
tenens inferiorem his proserpinā coniugem· Quō ergo deos ad
celum deas ad terram pferre conantur· quid solidum quid
constans· quid sobrium· qd definitum habet hec disputatio· Illa
autē est tellus initium dearū mater scilicet magna apud quam
mollium et abscisorum seseq; secantium atq; iactantium insana
perstrepit turpitudo· quid est ergo quod dicit caput deorum
ianus· caput dearum tellus· Nec ibi facit unum caput error
nec hic sanū furor· Cur hec frustra referre nituntur ad mundum
quod et si possent pro deo uero mundum nemo pius colit et
tamen eos nec hoc posse ueritas aperta conuincit· Referant hoc
potius ad homines mortuos et ad demones pessimos et nulla
questio remanebit;

· Quod omnia phisiologi ad mūdum partesq; ipius retulerunt ad unum uerum deum referre debuerunt: · Capitulū · xxix ·

Anq; omnia q ab eis ex istoꝝ deorum theologia uelut physicis rationibus referunt ad mundum qm̄ sine ullo scrupulo sacrilege opinionis deo potius uō q fecit mundum oīs animae et omnis corporis conditori tribuantur aduertamus hoc modo· Nos deum colimus non celum et terrā quibus duabus partibus mundus constat· hic nec animum uel aīas per uiuentia in quecunq; sed deum qui fecit celum et terrā et omnia quae in eis sunt· qui fecit omnem aīam siue quoquomo uiuentem et sensus ac rationis expertem siue etiā sentientem siue etiam intelligentem;

Qua pietate discernatur a creaturis creator ne pro uno tot dii colantur quot sunt opa unius auctoris: · Capitulum · xxx ·

Et ut iam incipiam illa unius et ueri dei opera percurrē propter quae istos sibi dum quasi honeste conant sacramenta turpissima et scelestissima interpretari deos mltos

falsosq; fecerunt. Illum colimus qui naturis a se creatis et subsistendi et mouendi initia finesq; constituit. qui rerum causas habet nouit atq; disponit. qui uim seminum condidit qui rationalem animā quę dicitur animus: quibus uoluit uiuentibus indidit. qui sermonis facultatem usumq; donauit qui munus futura dicendi quibus placuit spiritibus impartiuit et per quos placet ipsa futura predicit et per quos placet malas ualitudines pellit. qui bellorum quoq; ipsorum cum sic emendandum et castigandū est genus humanum exordiis progressibus finibusq; moderatur qui huius mundi ignem uehementissimū et uiolentissimū pro immensę naturę temperamento et creauit et regit. qui uniuersarum aquarum creator et gubernator est. qui solem fecit corporalium clarissimum luminum eiq; uim congruam et motum dedit qui ipsis etiā inferis dominatione suā potestatē q; non subtrahit. qui semina et alimenta mortalium siue arida siue liquida naturis competentibus attributa substituit qui terram fundat atq; fecundat qui fructus eius animalibus hominibusq; largitur. qui causas non solum principales sed subsequentes etiam nouit atq; ordinat qui lunę statuit modum suū qui uias celestes atq; terrestres locorum mutationibus prębet. qui humanis ingeniis quę creauit etiam scientias artium uariarum ad adiuuandum uitam naturamq; concessit qui coniunctionem maris et feminæ ad adiutorium propagande prolis instituit. qui hominum cetibus quem focis et luminibus adhiberent ad facillimos usus munus terreni ignis indulsit. Ista sunt certe quę diis selectis nescio per quas physicas interpretationes uir acutissimus atq; doctissimus Varro. siue quę aliunde accepit siue quę ipse coniecit distribuere laborauit. hec aūt facit atq; agit unus et uerus deus. sed sicut deus idem ubiq; totus nullis inclusus locis. nullis uinculis alligatus. in nullas partes sectilis. ex nulla parte mutabilis implens cęlum et terram pńte potentia nō indigente natura. sic itaq; administrat omīa quę creauit ut etiam ipsa proprios exercere et agere motus sinat. q̄uis enī nihil esse possint sine ipso. non tn̄ sunt qđ ipse. Agit autem multa et per angelos. sed non nisi ex se ipso beatificat angelos. ita q̄uis ꝓpter aliquas causas hominibus angelos mittat non tn̄ ex angelis homines sed ex se ipo sicut angelos. Ab hoc uno et uero deo uita

speramus æternam ; Quibus proprie beneficiis dei excepta generali largitate sectatores ueritatis utantur ; Caplm . xxxi .

Habemus enim ex illo preter huius beneficia quæ ex hac de qua non nulla diximus administratione bonis malisque largitur magnum et bonorum proprium magne dilectionis inditium . quamquam enim quod sumus quod uiuimus quod cęlum terramque conspicimus / quod habemus mentem atque rationem qua eum ipsum qui hec omnia condidit inquiramus nequaquam ualeamus actioni sufficere gratiarum . Tamen quod nos honoratos obruptosque peccatis et a contemplatione sue lucis auersos ac tenebrarum id est iniquitatis dilectione cecatos non omnino deseruit. Misitque nobis uerbum suum qui est unicus eius filius quo pro nobis assumpta carne nato atque passo quanti deus hominem penderet nosceremus atque illo sacrificio singulari a peccatis omibus mundaremur eiusque spiritus in cordibus nostris dilectione diffusa omibus difficultatibus superatis in æternam requiem et contemplationis eius ineffabilem dulcedinem ueniremus . Que corda quot lingue ad agendas ei gratias satis esse contenderint ;

Quod sacramentum redemptionis xpi nullis retro temporibus defuerit semperque sit diuersis significationibus predicatum : Caplm . xxxii .

Hoc mysterium uitæ æterne iam inde ab exordio generis humani per quedam signa et sacramenta temporibus congrua quibus oportuit per angelos predicatum est. Deinde populus hebreus in unam quandam rem publicam quæ hoc sacramento ageret congregatus est. Ubi per quosdam scientes id quod ex aduentu xpi usque nunc et deinceps agitur prenuntiaretur esse uenturum. sparsa etiam postea eadem gente per gentes propter testimonium scripturarum quibus æterna salus in xpo futura est predicta . Omnes enim non solum prophetice que in uerbis sunt nec tantum precepta uitæ que mores pietatemque conformant : atque illis litteris continentur : uerum etiam sacra sacerdotia tabernaculum siue templum altaria sacrificia cerimonie dies festi et quicquid aliud ad eam seruitutem pertinet . que deo debetur et græce proprie latria dicitur ea pronuntia et significata sunt que propter æternam uitam fidelium in xpo et impleta credimus et impleri cernimus et implenda confidimus : —

Quod propter solam christianam religionem manifestari potuerit

fallacia spirituum malignorum de hominum errore gau
dentium : — — Capitulum . xxxiij :

PEr ergo hanc religionem unam et ueram potuit aperiri
deos gentium esse immundissimos demones sub defunc
tarum occasionibus animarum uel creaturarum specie deos
se putari cupientes et quasi diuinis honoribus eisdemque scelestis
ac turpibus rebus superba in puritate letantes atque ad ueri
dei conuersionem humanis animis inuidentes. Ex quorum
immanissimo et impiissimo dominatu homo liberatur cum credit in
eum qui prebuit ad exurgendum tante humilitatis exemplum
quanta illi superbia ceciderunt. hinc sunt non solum illi de quibus
multa iam diximus et alii atque alii similes ceterarum gentium
atque terrarum. sed etiam hi de quibus nunc agimus tamquam in se
natum deorum selecti. Sed plane selecti ignobilitate criminum
non dignitate uirtutum. quorum sacra Varro dum quasi ad
naturales rationes referre conatur querens honestare res turpes quo
modo his quid reddat et consonet non potest inuenire quoniam non
sunt ipse illorum sacrorum cause quas putat uel potius uult putari
N am si non solum ipse uerum etiam quelibet huius generis essent
quamuis nihil ad deum uerum uitamque eternam que religione
querenda est pertinerent tamen qualicumque de rerum natura
reddita ratione aliquantulum mitigarent offensionem quam
non intellecta in sacris aliqua uelut turpitudo aut absurdi
tas fecerat sicut in quibusdam theatrorum fabulis uel de ludorum
similitudine mysteriis facere conatus est. Vbi non theatra de lu
dorum similitudine absoluit sed theatrorum potius similitudine
delubra damnauit. Tamen ut cumque conatus est ut sensum
horribilibus rebus offensum uelut naturalium causarum ratione
reddita deliniret ; — De libris Nume pompilii quos senatus
ne sacrorum esse quales in eis habeantur innotescerent iussit
incendi : — — Capitulum . xxxiiij .

SEd contra inuenimus sicut ipse uir doctissimus pro
didit de Nume pompilii libris redditas sacrorum causas
nullo modo potuisse tollerari nec dignas habitas que
non solum lecte innotescerent religiosis sed saltem scripte re
conderentur in tenebris. Iam enim dicam quod in tertio huius
operis libro me suo loco dicturum esse promiseram. Nam sicut

apud eundem Varronem legitur in libro de cultu deorum Terentius
quidam cum haberet ad ianiculum fundum et bubulcus eius iuxta
sepulchrum Nume pompilii traiciens aratrum eruisset ex terra
libros eius ubi sacrorum institutorum scripte erant cause in ur
bem pertulit ad pretorem. At ille cum inspexisset principia rem
tantam detulit ad senatum: Ubi cum primores quasdam causas
legissent cur quidque in sacris fuerit constitutum Nume mortuo
senatus assensus est eosque libros tamquam religiosi patres conscripti pre
tor ut combureret censuerunt. Credat quisque quod putat: immo
uero dicat quod dicendum suggesserit uesana contentio quilibet
tante impietatis defensor egregius me amonere sufficiat sacro
rum causas a pompilio rege romanorum instituere conscriptas nec
populo nec senatui nec saltem ipsis sacerdotibus innotesci debuis
se ipsumque Numam pompilium curiositate illicita ad ea demo
num peruenisse secreta que ipse idem scriberet unde legendo co
moneretur. Sed ea tamen cum rex esset qui minime quemquam metu
eret nec docere aliquem nec delendo uel quoquomodo consumen
do perdere auderet ita quod scire neminem uoluit ne homines nepha
ria doceret uiolare autem timuit ne demones iratos haberet obruit
obiturum putauit sepulchro suo propinquare aratrum posse non
credens. Senatus autem cum religiones formidaret damnare ma
iorum et ideo Nume assentiri cogeretur illos tamen libros tam pernicio
sos esse iudicauit: ut nec obrui rursus iuberet ne humana curi
ositas multo uehementius rem iam proditam quereret sed flammis
aboleri nephanda monumenta. Ut quia iam necesse esse existima
bant sacra illa facere tollerabilius erraretur causis eorum ignoratis
quam cognitis ciuitas turbaretur;

De idromantia per quam numa uisis quibusdam demonum imaginibus ludificantur. Capitulum · XXXV ·

Nam et ipse Numa ad quem nullus dei propheta nullus
sanctus angelus mittebatur idromantiam facere compul
sus est. ut in aqua uideret imagines deorum uel potius lu
dificationes demonum a quibus audiret quid in sacris constituere
atque obseruare deberet. Quod genus diuinationis idem Varro a
persis dicit allatum quo et ipsum numam et postea pythagoram
philosophum usum fuisse commemorat ubi adhibito sanguine
etiam inferos perhibet sciscitari et nigromantiam grece dicit uocari

que siue nigromantia uocatur idipsum est ubi mortui uidentur diuinare quibus haec artibus fiant ipsi uiderint. Nolo enim dicere has artes etiam ante nostri saluatoris aduentum in ipsis ciuitatibus gentium legibus solere perhiberi et poena seuerissima uindicari. Nolo inquam hoc dicere fortassis enim talia tunc licebant. his tamen artibus didicit sacra illa pompilius quorum sacrorum prodidit facta causas obruit ita timuit et ipse quod didicit quorum causarum proditos libros senatus incendit. Quid mihi ergo
V arro illorum sacrorum alias nescio quas causas phisicas interpretatur. quales si libri illi habuissent non utique arsissent aut et istos uarronis ad cesarem pontificem scriptos atque editos patres conscripti similiter incendissent. quod ergo aquam egesserit id est exportauerit Numa pompilius unde idromanticam faceret ideo nympham egeriam dicitur habuisse coniugem quemadmodum in supradicto libro uarronis exponitur. Ita enim solent res geste aspersione mendaciorum in fabulas uerti. In illa igitur idromantica curiosissimus rex ille romanus et sacra didicit quae in libris suis pontifices haberent et eorum causas quas preter se neminem scire uoluit. Ita quod eas seorsum scriptas secum quodam modo mori fecit. quando ita subtrahendas hominum noticie sepeliendasque curauit. Aut ergo demonum illic tam sordide et noxie cupiditates erant conscripte ut ex his tota illa theologia ciuilis etiam apud tales homines exsecrabilis apparere qui tam multa in ipsis sacris erubescenda susceperant. aut illi omnes nihil aliud quam homines mortui prodebantur quos tam prolixa temporis uetustate & ferre omnes populi gentium deos inmortales esse crediderunt. cum et talibus sacris ydem illi demones oblectarentur qui se colendos pro ipsis mortuis quos deos putari fecerant quibusdam fallacium miraculorum attestationibus supponebant
S ed occulta ueri dei prudentia factum est ut et pompilio amico suo illis conciliati artibus qui idromantia fieri potuit cuncta illa confiteri permitterent et tamen ut moriturus incenderet ea potius quam obrueret admoneri non permitterent. qui ne innotescerent nec aratro quo sunt excuta obsistere potuerunt nec stilo Varronis quo ea que de hac re gesta sunt in nostram memoriam peruenerunt. Non enim possunt quod non sinuntur efficere. sinuntur enim alto dei summi iustoque iudicio pro meritis eorum quos ab eis affligi tantum uel etiam subici ac decipi iustum est. Quam uero perniciose uel a cultu uere diuini

tatis alienę illę litterę indicatę sunt. hinc intelligi pot q eas ma
luit senatus incendere quas pompilius occultauit. quoniam timere
quod timuit qui hoc audire non potuit. Qui ergo uitam nec
modo hre uult piam talibus sacris querat ęternam. Qui aut
cum malignis dęmonibus non uult hre societatem non super
stitionem qua coluntur noxia pertimescat sed ueram religionem
qua produntur et uincuntur agnoscat;

Incipiunt capitula octaui libri de ciuitate dei Aurelij Augu
stini doctoris eximij Iponensi episcopi:

Aurelii Augustini doctoris eximii Yponensis episcopi incipit liber octavus:

De questione naturalis theologie cum philosophis excellentioris scientiae discutienda; Capitulum primum.

NVnc intentiore nobis opus est animo multo quam erat in superiorum quaestionum solutione et explicatione librorum de theologia quippe quam naturalem vocant non cum quibuslibet hominibus non enim fabulosa est vel civilis hoc est vel theatrica vel urbana quarum altera iactitat deorum crimina altera indicat deorum desideria criminosiora ac per hoc malignorum potius demonum quam deorum. Sed cum philosophis est habenda collatio quorum ipsum nomen si latine interpretemur amorem sapientiae profitetur

Porro si sapientiam profitemur et sapia deus est per quem facta sut omnia sicut diuina auctoritas ueritasq; monstrauit uerus phys est amator dei. Sed quia res ipsa cuius hoc nomen e in omnibus qui hoc nomine gloriantur. Neq; eni continuo uere sapientie amatores quicunq; appellant philosophi profecto ex omnibus quorum sententias ex litteris nosce potuimus eligendi sunt cu quibus non indigne questio ista tractatur. Neq; enim hoc ope omes omnium philosophorum uanas opiniones refutare susce pi sed eas tm quae ad theologiam pertinent quod uerbo greco significari intelligimus de diuinitate roem siue s[er]monem nec eas omium. sed eorum tm quicunq; et esse diuinitatem et huma nitatem curare consentiant non tamen sufficere unius incomu tabilis dei cultum ad uitam concupiscendam etia post morte beatam sed multos ab illo sane uno conditos atq; institutos ob eam causam colendos putant. Hi iam etia Varronis opinionem ueritatis propinquitate transcendunt. Siquidem ille totam illam theologiam naturalem usq; ad mundum istum uel eius animam extendere potuit. Isti uero supra omnem aie natu ram confitent deum qui non solum istum mundum uisibi lem qui saepe celi et terrae nomine nuncupat. sed omnem et omino animam fecerit et qui rationalem et intellectualem cuius generis anima humana e quam participatione sui lumi nis incommutabilis et incorporei beatam fecit. hos phos pla tonicos appellatos a platone doctore uocabulo deriuato nullus qui hec uel audiuit uel tenuit ignorat. De hoc igit platone quae neccia huic questioni existimo breuiter attingam prius illos commemorans qui eum in eodem gne litarum tempore presserunt;

De duobus philosophorum generibus id est italico et ionico eorumq; auctoribus; Capitulum · scdm ·

Quantum enim attinet ad litteras graecas que lingua inter ceteras gentiu clarior habetur duo phorum genera tradunt unum italicum ex ea parte italiae quae quondam magna grecia nuncupata e. alteru ionicum in eis terris ubi et grecia nominat. Italicum genus auctorem habuit pythagoram samium a quo etia ferunt ipm nome phie exortum. Nam et cum antea sapientes appellarent qui quodammodo laudabilis uite aliis praestare uidebant. Iste

interrogatus quid profiteretur philosophum se esse respondit id
est studiosum uel amatorem sapientię quoniam sapientem
profiteri arrogatissimum uidebatur. Ionici uero generis princeps
fuit tales Mylesius unus illorum septem qui appellati sunt sapi
entes. Sed illi ex genere uitae distinguebantur quibusdam praeceptis
ad bene uiuendum accomodatis. Iste autem tales ut succes
sores etiam propagaret rerum naturam scrutatus suasque disputati
ones litteris mandans emicuit maximeque ad mirabilis extitit
quod astrologię numeris comprehensis defectus solis et lunae etiam
predicere potuit. Aquam tamen putauit rerum esse principi
um et hinc omnia elementa mundi ipsumque mundum et
quae in eo gignuntur existere. nihil autem huic operi quod mundo
considerato tam mirabile aspicimus ex diuina mente praeposuit.
huic successit anasimander eius auditor mutauitque de rerum
natura opinionem. Non enim ex una re sicut tales ex humore
sed ex suis propriis principiis quasque res nasci putauit. Quae
rerum principia singularum esse credidit infinita et innume
rabiles aut mundos gignere et quaecumque in eis oriuntur eosque mun
dos modo dissolui modo iterum gigni existimauit. quanta quisque
aetate sua manere potuerit. nec ipse aliquid diuinę menti
in his rerum operibus tribuens. Iste Anaximenes discipulum
et successorem reliquit qui omnes rerum causas infinito aeri
dedit nec deos negauit aut tacuit. Non tamen ab ipsis aerem
factum sed ipsos ex aere ortos credidit. Anaxagoras uero eius
auditor harum rerum omnium quas uidemus effectorem diui
num animum sensit et dixit ex infinita materia quae constaret
similibus inter se particulis rerum omnium quibusque suis et propriis
singula fieri sed animo faciente diuino. Diogenes quoque a
naximenis alter auditor aerem quidem dixit rerum esse mate
riam de qua omnia fierent sed eum esse compotem diuinę
rationis sine qua nihil ex eo fieri possit. Anaxagorę succes
sit auditor eius archelaus etiam ipse de particulis inter se simi
libus quibus singula quęque fierent ita omnia constare putauit
ut inesse etiam mentem diceret quae corpora aeterna id est illas
particulas coniungendo et dissipando ageret omnia. Socrates
huius discipulus fuisse perhibetur magister platonis propter
quem breuiter cuncta ista recolui;

De Socratica disciplina. Capitulum tertium.

Socrates ergo primus uniuersam philosophiam ad corrigendos componendosque mores flexisse commemoratur. Cum ante illum omnes magis phisicis id est naturalibus rebus perscrutandis operam maxime impenderint. Non mihi autem uidetur posse ad liquidum colligi utrum Socrates ut hoc faceret tedio rerum obscurarum et incertarum ad aliquid apertum et certum ad reperiendum animum intendit quod esset beate uite necessarium propter quam unam omnium philosophorum inuigilasse ac laborasse uidetur industria. An uero sicut de illo quidam beniuolentius suspicantur nolebat inmundos terrenis cupiditatibus animos se extendere et in diuina conari quandoquidem ab eis causas rerum uidebat inquiri quas primas atque summas non nisi in unius ac summi dei uoluntate esse credebat unde non eas putabat nisi mundata mente posse comprehendi et ideo purgate bonis moribus uite sensebat instandum ut deprimentibus libidinibus exoneratus animus naturali uigore in eterna se attolleret naturamque incorporei et incommutabilis luminis ubi cause omnium factarum naturarum stabiliter uiuunt intelligentie puritate conspiceret. Constat eum tamen imperitorum stultitiam scire se aliquid opinantium etiam in ipsis moralibus questionibus quo totum animum intendisse uidebatur uel confessa ignorantia sua uel dissimulata scientia lepore mirabili disserendi et acutissima urbanitate agitasse atque uersasse.

Unde et concitatis inimicitiis calumniosa criminatione damnatus ac morte mulctatus est. Sed eum postea illa ipsa que publice [damnauerat atheniensium ciuitas] luxit in duos accusatores eius usque adeo populi indignatione conuersa ut unus eorum oppressus ui multitudinis interiret exilio autem uoluntario atque perpetuo penam similem alter euaderet. Tam preclara ergo uite mortisque fama Socrates reliquit plurimos sue philosophie sectatores quorum certatim studium fuit in questionum moralium disceptatione uersari ubi agitur de summo bono sine quo fieri homo beatus non potest quod in socraticis disputationibus dum omnia mouet asserit destruit quoniam non euidenter apparuit quod cuique placuit inde sumpserunt et ubi cuique uisum est constituerunt finem boni. Finis autem boni appellatur quo quisque cum peruenerit beatus

est. Sic autem diuersas inter se socratici de isto fine sententias habuerunt ut qd' uix credibile est unius magri potuissent facere sectatores. Quidam summum bonum esse dicerent uoluptatem sicut Aristippus quidam uirtutem sicut Antistenes sic alij atq; alij aliud atq; aliud opinati sunt quos commemorare longum est; De precipuo inter discipulos socratis platone qui omem phiam triplici particione distinxit; Captlm. iiij.

SED inter discipulos socratis non qdem inmerito excellentissima gloria claruit qui omnino ceteros obscuraret plato qui cum esset atheniensis honesto apud suos loco natus & ingenio mirabili longe suos condiscipulos anteiret. parum tn putans perficiende phie sufficere se ipsum ac socraticam disciplinam quā longe lateq; potuit peregrinatus ē quaq; uersum eum alicuius nobilitate scientie percipiende fama rapiebat. Itaq; et in egypto didicit quecunq; illic magna habebant atq; docebant et inde in eas italie partes ueniens ubi pythagoricorum fama celebrabatur quicqd italie phie tunc florebat auditis eminentioribus in ea doctoribus facillime comprehendit. Et qa magrm socratem singulariter diligebat eum loquentē faciens fere in omnibꝫ sermonibus suis etiam illa quæ ab alijs didicerat uel ipse qnta potuerat diligentia uiderat cum illius lepore et moralibus disputationibus temperauit. Itaq; cum studiū sapie in actione et contemplatione uersetur unde una pars eius actiua altera contemplatiua dici potest quarum actiua ad agendā uitā id est ad mores instituendos ptinet contemplatiua autē ad conspiciendas naturæ causas & sincerissimam ueritatem Socrates in actiua excelluisse comemorat pythagoras uo magis otemplatiue quibus potuit intelligentie uiribus institisse. Proinde plato utrūq; iungendo phiam pfecisse laudat quā in tres partes distribuit. unam moralem que maxie in actione uersatur alteram naturalem que contemplationi deputata ē: tertiam rationalem qua uerum discriminatur a falso que licet utriq; id est actioni et cōtemplatiōi sit necessaria maxie tamen contemplatio perspectionem sibi uendicat ueritatis Ideo hec tripartitio non ē contraria illi distinctiōi qua intelligitur omne studium sapiæ in actione et contemplatiōe consistere. Quid autem in his uel de his singulis partibus plato senserit id est ubi finem oīum actionum ubi causas omnium

naturarum ubi lumen omnium rationum esse cognouerit uel crediderit disserendo explicare longum esse arbitror et temere esse affirmandum non arbitror. Cum enī magistri sui socratis quem facit in suis uoluminibus disputantem notissimum morem dissimulande sciæ uel opinionis suæ seruare affectat. quia et illi ipsi mos placuit factum est ut etiā ipsius platonis de rebus magnis sinē non facile perspici possint. Ex his tamen quæ apud eum legunt̃ siue que dixit siue quæ ab aliis dicta esse narrauit atq; conscripsit que sibi placita uiderent̃ quedam comemorari et huic opinisti oportet a nobis uel ubi suffragat̃ religioni uere quā fides nostra suscipit ac defendit uel ubi uidetur ei esse contrarius q̄ntum ad istā de uno deo et pluribus pertinet questionem ꝑpter uitam quæ post mortem futura est ueraciter beatam. fortassis enī qui plonē ceteris phis gentium longe lateq; prelatum acutius atq; ueracius intellexisse ac secuti esse fama celebriore laudant aliquid tale de deo sentiunt. ut in illo inueniat̃ & causa subsistendi et ratio intelligendi et ordo uiuendi. quoꝝ trium unum ad natalem. alterum ad rationalem. tertium ad moralem partem intelligit̃ pertinere. Si enī homo ita creatus est ut per id quod in eo pcellit attingat illud quod cuncta precellit. id est unū uerū optimum deum sine quo nulla natura subsistit. nulla doctrina instruit. nullus usus expedit. ipse querat̃ ubi nobis om̄ia sunt secura. ipse cernatur ubi nobis certa sunt om̄ia. ipse diligatur ubi nobis recta sunt omnia;

Q d de theologia cum platonicis potissimū disceptandum sit quorum opinioni omnium philosophorum sunt dogmata postponenda; Capitulum .V.

SI ergo Plato dei huius imitatorem conditorē amatorem dixit esse sapientem cuius participatione sit btūs quid opus est excurrē cæteros. Nulli nobis propius q̄m isti propius accesserunt. Cedat igr̄ eis non solum theologia illa fabulosa criminibus oblectans animos impioꝝ nec solum etiā illa ciuilis ubi impuri demones terrestribus gaudiis deditos populos deorum nomine seducentes humanos errores tanq̄m suos diuinos honores hr̄e uoluerunt ad spectandos suorū criminum ludos cultores suos tanq; ad suum cultum studiis immundissimis excitantantes & sibi delectabiliores ludos de ipsis spectatoribus exhibentes. Ubi si qua uelut honesta gerunt̃ in templis coniuncta

sibi theatrorum obscenitate turpantibus et quecumque turpia geru
tur in theatris comparata sibi templorum feditate laudantur.
Et ea que Varro ex his sacris quasi ad cęlum et terram rerumque mor
talium semina et actus interpretatus est quia nec ipsa illa ritibus
significantur que ipse insinuare conatur et ideo ueritas conan
tem non sequitur. Et si ipsa essent. tamen animę rationali ea
quę infra illam naturę ordine constituta sunt pro deo suo co
lenda non essent. Nec sibi debuit preferre tanquam deos eas res
quibus ipse pretulit uerus deus et ea Numa pompilius re uera
ad sacra eiusmodi pertinentia et secum sepeliendo curauit ab
scondi et aratro erupta senatus iussit incendi. In eo genere sunt et
illa ut aliquid de Numa mitius suspicemur quod Alexander ma
cedo scribit ad matrem sibi a magno antistite sacrorum ęgyp
tiorum quodam leone patefacta ubi non picus et faunus et
eneas et romulus uel etiam Hercules esculapius et liber semele
natus et tyndaride fratres et si quos alios ex mortalibus pro diis habent
sed ipsi etiam maiorum gentium dii quos Cicero in tusculanis tacitus
nominibus uidetur attingere Iuppiter Iuno Saturnus Vulcanus Ve
sta et alii plurimi quos Varro conatur ad mundi partes siue eleme
ta transferre homines fuisse produntur. Timens enim et ille quasi
reuelata misteria petens amonet Alexandrum ut cum ea matri
conscripta insinuauerit flammis iubeat concremari. Non solum
ergo ista quę duę theologię fabulosa continet et ciuilis platonicis
philosophis cedant qui unum deum et rerum auctorem et ueritatis illu
stratorem et beatitudinis largitorem esse dixerunt sed alii quoque
philosophi qui corporalia naturę principia corpori deditis
mentibus opinati sunt cedant his tantis et tanti dei cognitori
bus uiris ut tales in humore anaximenes in aere stoici in igne
epycurus in athomis hoc est minutissimis corpusculis quę nec
diuidi nec sentiri queunt. Et quicumque alii quorum enumeratio
non est necesse immorari siue simplicia siue coniuncta corpora
siue uita carentia siue uiuentia sed tamen corpora causam
principiumque rerum esse dixerunt. Nam quidam eorum a rebus
non uiuis res uiuas fieri posse crediderunt sicut epycurei qui
dam uero a uiuente quidam et uiuentia et non uiuentia sed
tamen a corpore corporea. Nam stoici ignem id est corpus unum
ex his quatuor elementis quibus uisibilis mundus hic constat

et uiuentem & sapientem et ipsius mundi fabricatorem atque omnium
quae in eo sunt eumque omnino ignem deum putauerunt. hi et
ceteri similes eorum id solum cogitare potuerunt quod cum eis
corda eorum obstricta carnis sensibus fabulata sunt. In se quippe
habebant quod non uidebant. et apud se imaginabantur quod foris
uiderant etiam quando uidebant sed tantummodo cogitabant. hoc
autem in conspectu talis cogitationis iam non est corpus. sed
similitudo corporis. illud autem unde uidetur in animo haec simili
tudo corporis et unde uidetur utrum pulchra an deformis sit
iudicatur, profecto est melius quam ipsa iudicatur. haec mens hominis
& ipsa rationalis animae natura est quae utique corpus non est. Sed
iam illa corporis similitudo cum animo cogitantis aspicitur atque
iudicatur nec ipsa corpus. Non ergo nec terra nec aqua nec
aer nec ignis quibus quatuor corporibus quae quatuor dicuntur
elementa mundum corporeum uidemus esse compactum. Porro
si noster animus corpus non est. quomodo deus creator animi
corpus est. Cedant ergo & isti ut dictum est platonicis cedant et
illi quos quidem puduit dicere deum corpus esse. Verumtamen eius
dem naturae cuius ille est animos nostros esse putauerunt. Ita non
eos mouit tanta mutabilitas animae quam dei naturae tribuere est
nephas sed dicunt corpore mutatur animae natura nam per se
ipsam incommutabilis est est. Poterant isti dicere mutatur a corpore
a quo uulneratur caro. nam per se ipsam inuulnerabilis est. Pror
sus quod mutari non potest nulla re potest. ac per hoc quod corpore
mutari potest aliqua re potest & ideo incommutabile recte dici non
potest;

- Capitulum. VI -

De platonicorum sensu in ea parte philosophiae quae physica denominatur;

Viderunt ergo isti philosophi quos ceteris non immerito
fama atque gloria prelatos uidemus nullum corpus esse
deum et ideo cuncta corpora transcenderunt querentes
deum. Viderunt quicquid mutabile est non esse summum
deum et ideo omnem animam mutabilesque omnes spiritus transcen
derunt querentes summum deum. Deinde uiderunt omnem
speciem in re quacumque mutabili qua est quicquid illud est et quo
modo
qualicumque natura est non esse posse nisi ab illo qui uere est quia
incommutabiliter est. Ac per hoc siue uniuersi mundi corpus
figuras qualitates ordinatumque motum & elementa disposita

a celo usque ad terram et quecumque corpora in eis sunt siue omnem
uitam uel quae nutrit et continet qualis est in arboribus uel quae
et hoc habet et sentit qualis est in pecoribus uel quae habet et in
telligit qualis est in hominibus uel quae nutritorio subsidio non
indiget sed tamen continet sentit et intelligit qualis est in angelis,
nisi ab illo esse non posse qui simpliciter est quia non aliud illi est
esse aliud uiuere quasi possit esse non uiuens. Nec aliud illi est uiuere
aliud intelligere quasi possit uiuere non intelligens. Nec aliud
est illi intelligere aliud beatum esse quasi possit intelligere et
non beatus esse quod est illi uiuere intelligere beatum esse hoc est
illi esse. Propter hanc incommutabilitatem et simplicitatem intelle
xerunt eum et omnia ista fecisse et ipsum a nullo fieri potuisse.
Considerauerunt enim quicquid est uel corpus esse uel uitam melius
que aliquid uitam esse quam corpus speciemque corporis esse sensibilem,
intelligibilemque uitae. Proinde intelligibilem speciem sensibili pre
tulerunt. Sensibilia dicimus quae uisu tactuque corporis sentiri quae
unt in conspectu mentis intelligi possunt. Nulla est enim pulchri
tudo corporalis siue in statu corporis sicut est figura siue in motu
sicut est cantilena de qua non animus iudicet quod profecto non
posset nisi melior in illo esset. hec species sine tumore molis sine
strepitu uocis sine spacio uel loci uel temporis. Sed ibi quoque nisi
mutabilis esset animo alius alio melius de specie sensibili iudi
caret melius ingeniosior quam tardior melius peritior quam imperitior
melius exercitatior quam minus exercitatus et idem ipse unus cum
proficit melius utique postea quam prius. Quod autem recipit maius
et minus sine dubitatione mutabile est. Unde ingeniosi et do
cti et in his exercitati homines facile collegerunt non esse in eis
rebus primam speciem ubi mutabile esse conuincitur. Cum igitur in eorum
conspectu corpus et animus magis minusque speciosa essent et
si omni specie carere possent omnino nulla essent uiderunt esse aliquid
ubi prima esset et incommutabilis et ideo nec comparabilis atque ibi
esse rerum principium rectissime crediderunt quod factum non
est et ex quo facta cuncta essent. Itaque quod notum est dei ipse
manifestauit eis cum ab eis inuisibilia eius per ea quae facta
sunt intellecta conspecta sunt sempiterna quoque uirtus eius et
diuinitas a quo etiam uisibilia et temporalia cuncta creata sunt. haec
de illa parte quam physicam id est naturalem nuncupant dicta sint;

Qunto excellentiores ceteris in logica id est in rationali phya platonici sunt habendi :— · Captm · vii ·

Quod autem attinet ad doctrinam ubi altera pars uer
satur quae ab eis logica id est rationalis uocat' absit ut
hi comparandi uideantur qui posuerunt iudiciu ueri
tatis in sensibus corporis eorumq; infidis & fallacibus regulis omnia
que dicunt' metienda esse censuerunt ut epicurei & quicumq;
illi tales ut etia ipsi stoici qui cum uehementer amauerunt soler
tiam disputandi qua dialecticam nominant a corporis sensi
bus eam ducendam putarunt hinc asseuerantes animu concipe
notiones quas appellant ennoias earum reru scilicet quas diffini
endo explicant hinc propagari atq; connecti totam discendi
docendiq; rationem. Ubi ego multum mirari soleo cu pulchros
dicant non esse nisi sapientes quibus sensibus corporis istam
pulchritudinem uiderint qualib; oculis carnis formam sapie
dedecusq; conspexerint. hi uero quos merito ceteris anteponim'
discreuerunt ea que mente conspiciunt' ab hisq; sensibus attin
guntur nec sensibus addi mentes quod possunt nec eis dantes
ultra q possunt lumen aut mentium esse dixerunt ad discenda
omnia eundem ipsum deu a quo facta sunt omnia ;

Qz in morali phia platonici obtineant pncipatum ; Captm · viii ·

Reliqua est pars moralis qua graeco uocabulo dicunt
ethycam ubi querit' de summo bono quo referentes
omnia que agimus et qd non propter aliud sed pter
se ipsum appetentes id q; adipiscentes nihil quo beati simus ul
terius requiramus. Ideo quippe & finis est dictus qa propter
hunc cetera uolumus ipsum aut non nisi pter ipsum. hoc
aut beatificum bonum alij a corpore alij ab animo alij ab u
troq; in homine esse dixerut. Videbant quippe ipm homine
constare ex animo & corpore et ideo ab alterutro istoru duo
rum aut ab utroq; bene sibi posse esse credebant finali quodaz
bono quo beati essent quo cuncta que agebant referrent atq;
id quo referendum esset non ultra quererent. Unde illi qui di
cunt' addidisse tertium genus bonoz quod appellat' extrinse
cus sicuti e honor gloria pecunia et si quid huiusmodi nō sic
addidicerunt ut finale esset id est pter se ipsum appetendu z
sed pter aliud bonu quod esset hoc genus bonu bonis malu

autē malis. Ita bonum hominis quod uel ab animo uel a corpore uel ab utroq; expetiuerunt: nihil aliud q̄ ab homine expetendū esse putauerunt. Sed qui id petiuerunt a corpore a parte hoīs deteriore qui uero ab animo a parte meliore qui autem ab utroq; a toto homine. siue ergo a parte qualibet siue a toto homine non nisi ab homine. Nec iste differentie qm̄ tres sunt. ideo tres sed multas dissensiones phōrum sectasq; fecerunt: quia et de bono corporis et de bono animi et de bono utriusq; diuersi diuersa opinati sunt. Cedant igr̄ homines illis phȳs qui non dixerunt beatum esse hoīem fruentem corpore uel fruentem animo sed fruentem deo. Non sicut corpore uel se ipso animus aut sicut amico amicus. sed sicut luce oculus si aliqd ab his ad illa similitudinis afferendum ē quod quale sit si deus ipse adiuuerit alio loco qn̄tum per nos fieri poterit apparebit;

De phylosophia que ad ueritatem fidei xp̄iane ꝓpius accessit; Capitulū. IX;

NVnc satis sit comemorare platonem determinasse finem boni esse scd̄m uirtutem uiuere. et ei soli euenire posse qui notitiam dei habeat et imitationem nec esse aliam ob causam beatum. Ideoq; non dubitat hoc esse philosophari amare deum cuius natura sit incorporalis. Vnde utiq; colligit tunc fore beatum studiosum sapię. id enim ē philosophus cum frui deo ceperit. Quamuis eni non continuo bt̄s sit qui eo fruitur quod amat. Multi eni amando ea que amanda non sunt miseri sunt et misериores cum fruuntur. Nemo tamen beatus est qui eo quod amat non fruitur. nam et ipi qui res non amandas amant: non se beatos amando putant: sed fruendo. Quisquis ergo fruitur eo qd̄ amat uerūq; et summum bonū amat. quis eum beatum nisi miserrimus negat. Ipsum autem uerum ac summum bonū Plato dicit deū. Vnde uult esse phm̄ amatorem dei. et qm̄ phylosophia ad beatam uitam tendit fruens deo sit bt̄us qui deum amauerit. Quicunq; igr̄ phi de deo summo et uero ista senserunt q̄ et rerū creatarū sit effector et lumen cognoscendarū et bonum agendarum. q̄ ab illo nobis sit et principium nature et ueritatis doctrinæ et foelicitas uite. siue platonici accomodatius nuncupant. siue quodlibet aliud secte sue nomen imponant. siue tn̄modo nomen ionici generis qui in eis precipui fuerunt ista senserunt

sicut idem plato et qui eum bene intellexerunt · siue etiã italici ꝓp
P ythagoram et pythagoreos et si qui forte alij eiusdem sententiæ
in id idem fuerunt · siue aliarum quoq; gentium qui sapientes
uel phi habiti sunt athalantici libyes egyptij Indi perse chal
dei scythe galli hispani alijq; reperiuntur qui hæc uiderunt
& docuerunt eos omes ceteris anteponimus eosq; nobis ꝓpinquiores
fatemur. Quamuis enim homo xpianus litteris tm ecclesiasticis e
ruditus platonicorum forte nomen ignoret nec utrum duo genera
phorum extiterint in greca lingua ionicorum et italicorum sci
at. non tn ita surdus est in rebus humanis ut nesciat phos uel stu
dium sapientię uel ipam sapiam ꝓfiteri. Cauet eos tn q scdm
elementa huius mundi phantur non scdm deum a quo ipse
factus est mundus. Admonetur enim precepto aplico fideliterq; au
dit quod dictum e. Cauete ne quis uos decipiat per phiam &
inanem seductione scdm elementa mundi. Deinde ne omes
tales esse arbitraret audit ab eodem aplo dici de quibusdam qa
qd notum est dei manifestum e in illis. Deus enim illis manifesta
uit inuisibilia enim eius a constitutioe mundi per ea que facta st
intellecta conspiciunt sempiterna quoq; eius uirtus et diuinitas
et ubi atheniensibus loquens cum rem magna de deo dixisset et
que a paucis posset intelligi et q in illo uiuimus mouemur &
sumus adiecit et ut sicut et nri quidam dixerunt. Nouit sane et
ipsos in quibus erant cauere. ubi enim dictum est q per ea quæ facta
sunt deus illis manifestauit intellectu conspicienda inuisibilia sua
ubi etiã dictum est non illos ipm deum recte coluisse quia et alijs
rebus quibus non oportebat diuinos honores illi uni tm debitos
detulerunt. Qm cognoscentes deum non sicut deum glorificauert
aut gras egerunt sed euanuerunt in cogitationibus suis & obscu
ratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes stulti
facti sunt et immutauerunt gloriam incorruptibilis dei in simi
litudine imaginis corruptibilis homis & uolucru et quadrupedum
et serpentum. Ubi etiã romanos et grecos & egyptios qui de sapie
noie gloriati sunt fecit intelligi. Sed de hoc cum istis postmodu
disputabimus. In quo aut nobis consentiunt de uno hui9 uniuer
sitatis auctore qui non solum sup omia corpora e incorporeus
uerũ etiã super omis animas incorruptibilis principium nrm lume
nrm bonum nostrũ in hoc eos & ceteris anteponimus;

Quae sit inter physicas artes religiosi excellentia christiani; Cap. X.

Hec si litteras eorum christianus ignorans uerbis quae non didicit in disputatione non utitur ut uel naturalem latine uel physicam grece appellet eam partem in qua de inquisitione nature tractatur et rationalem siue logicam in qua queritur quo ueritas percipi possit et moralem seu ethycam in qua de moribus agitur bonorumque finibus appetendis malorumque uitandis ideo nescit ab uno uero deo atque optimo et naturam nobis esse qua facti ad eius imaginem sumus et doctrinam qua eum nosque nouerimus et gratiam qua illi coherendo beati sumus. Haec itaque causa est cur istos ceteris preferamus quia cum alii philosophi ingenia sua studiaque contriuerint in requirendis rerum causis et quinam esset modus nascendi atque uiuendi isto deo cognito repererunt ubi esset etiam causa constitute uniuersitatis et lux percipiende ueritatis et fons bibende foelicitatis. Siue ergo isti platonici siue quicumque alii quarumlibet gentium philosophi de deo ista sentiunt nobiscum sentiunt. Sed ideo cum platonicis magis placuit hanc causam agere quia eorum sunt littere notiores. Nam et greci quorum lingua in gentibus preminet eas magna predicatione celebrarunt et latini permoti earum uel excellentia uel gloria ipsas libentius didicerunt atque in nostrum eloquium transferendo nobiliores clarioresque fecerunt;

Unde plato eam scientiam potuit acquirere qua christianae scientiae propinquauerit; Capitulum XI.

Mirantur autem quidam nobis in christi gratia sociati cum audiunt uel legunt platonem ista sensisse que multum congruere ueritati nostre religionis agnoscunt. Unde non nulli putauerunt eum quando perrexit in egyptum hieremiam audisse prophetam uel scripturas propheticas in eadem peregrinatione legisse. Quorum quidem opinionem in quibusdam meis libris posui. Sed diligenter supputata temporum ratio que chronica historia continetur platonem indicat a tempore quo prophetauit hieremias centum ferme annos postea natum fuisse. Qui cum per octoginta et unum uixisset ab anno mortis eius usque ad tempus quo Ptolemeus rex egypti scripturas propheticas gentis hebreorum de iudea poposcit et per septuaginta uiros hebreos qui etiam linguam grecam nouerant interpretandas habendasque curauit anni reperiuntur ferme sexaginta. Quapropter in illa peregrinatione sua plato nec hieremiam uidere potuit

tanto ante defunctum nec easdem scripturas legere quae nondum
fuerant in graecam linguam translatae qua ille pollebat nisi for
te quia fuit acerrimi studii sicut aegyptias ita et istas per interp
tem didicit non ut scribendo transferret quod Ptolemeus pro in
genti beneficio qui regia potestate etiam timeri poterat meruisse
perhibetur sed ut colloquendo quid continerent quantum capere
potuissent addisceret hoc ut existimetur illa suadere uidentur indi
cia quod liber geneseos sic incipit. In principio fecit deus celum et
terram terra autem erat inuisibilis et incomposita et tenebre erat
super abyssum et spiritus dei ferebatur super aquam. In tymeo
autem Plato quem librum de mundi constitutione conscripsit deum
dicit in illo tempore terram primo ignemque iunxisse. Manifestum
est autem quod igni tribuat celi locum habet ergo sententia quandam
similitudinem illius qua dictum est in principio fecit deus celum
et terram. Deinde ille duo media quibus interpositis sibimet
hec extrema copularentur aquam dicit et aerem. Vnde putatur sic
intellexisse quod scriptum est spiritus dei ferebatur super aquam.
P arum quippe attendens quo more soleat illa scriptura appellare
spiritum dei quoniam et aer dicitur spiritus quatuor opinatur elementa
loco illo commemorata uideri potest. deinde quod plato dicit ama
torem dei esse philosophum. Nihil sic illis litteris sacris flagrat et maxime
illud quod et me lurimum adducit ut pene assentiar plato
nem illorum librorum expertem non fuisse. Quod cum ad sanctum
M oysen ita uerba dei per angelum preferantur ut querenti quod sit
nomen eius qui eum pergere precipiebat ad populum hebreum
ex aegypto liberandum respondeatur. Ego sum qui sum qui est
misit me ad uos tamquam in eius comparatione qui uere est quia in
commutabilis est. ea que commutabilia sunt non sint. uehemen
ter hoc plato tenuit et commendauit diligentissime et nescio utrum
hoc uspiam reperiatur in libris eorum qui ante platonem fuerant
nisi ubi dictum est ego sum qui sum et dices eis qui est misit me
ad uos. Sed undecumque ille ista didicit siue precedentibus eum
ueterum libris siue quomodo dicit apostolus quia quod notum est
dei manifestum est illis deus autem illis manifestauit. Inuisibilia
enim eius a constitutione mundi per ea que facta sunt intellecta
conspiciuntur sempiterna quoque eius uirtus et diuinitas. Nunc non
immerito me platonicos philosophos elegisse cum quibus agam quod

in ista questione quam modo suscepimus agitur de naturali theologia. Vtrum foelicitatem quae post mortem futura est uni deo an pluribus sacra facere oporteat satis ut existimo exposui ;

Quod et platonici licet de uno uero deo bene senserint multis tamen diis sacra facienda censuerint atque senserunt ; Capitulum xii

IDeo quippe hos potissimum elegi quoniam de uno deo qui fecit caelum et terram. quanto melius senserunt. tanto ceteris gloriosiores illustrioresque habentur: in tantum aliis prelati iudicio posterorum ut et aristotiles platonis discipulus uir excellentis ingenii et eloquio platoni quidem impar. licet multos facile superans cum sectam peripateticam condidisset quod deambulans disputare consueuit plurimosque discipulos preclara fama excellens uiuo adhuc preceptore in suam heresim congregasset. Post mortem uero platonis Speusippus sororis eius filius & xenocrates discipulus dilectus est in scholam eius que achademia uocabatur eidem successissent atque ob hoc ipsi et eorum successores achademici appellarentur. Recentiores tamen philosophi nobilissimi quibus plato sectandus placuit noluerunt se dici peripateticos aut achademicos sed platonicos. Ex quibus sunt ualde nobilitati greci plotinus iamblicus porphirius. In utraque autem lingua id est greca et latina apuleius affer extitit platonicus nobilis. Sed hi omnes et caeteri huiusmodi et ipse plato diis plurimis esse sacra facienda putauerunt ;

De sententia platonis qua diffiniuit deos non esse nisi bonos amicosque uirtutum ; Capitulum xiii

QVanquam ergo a nobis et in aliis multis rebus magnisque dissentiant in hoc tamen quod modo posui quia nec parua res est et inde nunc quod est primo ab eis quero quibus diis istum cultum exhibendum arbitrentur utrum bonis an malis an et bonis et malis. Sed habemus sententiam platonis dicentis omnes deos bonos esse nec esse omnino ullum eorum malum. Consequens est igitur ut bonis hec exhibenda intelligantur. Tunc enim diis exhibentur quoniam nec dii erunt si boni non erunt hoc de diis si ita est. Nam de diis quid aliud decet credere: illa profecto uacuatur opinio qua nonnulli putant deos malos sacris placandos esse ne ledant bonos autem ut adiuuent inuocandos. Mali enim nulli sunt dii. Bonis porro debitus ut dicunt honor sacrorum est deferendus. qui sunt ergo illi qui ludos scenicos amant eosque

diuinis rebus adiungi et suis honoribus flagitant exhiberi quo
rum uis non eos indicat nullus sed iste affectus nimirum indicat
malos. Quid enim de ludis scenicis plato senserit notum ē. cum
poetas ipsos q̄ tam indigna deorum maiestate atq; bonitate car
mina composuerunt censet ciuitate p̄ellendos. qui sunt igitur
isti dij qui de scenicis ludis cum platone contendunt. Ille quip
pe non patitur deos falsis criminibus infamari. isti eisdem crimi
nibus suos honores celebrari iubent. Denique isti cum eosdem ludos
instaurari preciperent poscentes turpia et maligna gesserunt. Tito
latinio auferentes filium et inmittentes morbum q̄ eo͡r spreuiss&
imperium eumq; morbum retrahentes cum iussa complesset. Iste
autē illos nec tam malos timendos putat. sed sue sententie robur
constantissime retinens omēs poetarum sacrilegas nugas q̄bus illi
illi inmunditie societate oblectantur a populo bene instituto remo
uere non dubitat. hunc aut̄ platonem quod iam in secūdo libro
cōmemoraui inter semideos Labeo ponit. qui Labeo numina
mala uictimis cruentis atq; huiusmodi supplicatiōibus placari
existimat bona u̅o ludis & talibus quasi ad letitiam p̄tinentibus
rebus. Quid ē ergo q̄ semideus plato non semideis sed deis et
hoc bonis illa oblectamenta quia iudicat turpia tam constanter
audet auferre. qui sane dij refellunt sententiam labeonis. Nam
se in latinio non lasciuos tm̄ atq; ludibundos sed etiā seuos terribi
lesq; monstrarunt. Exponant ergo nobis ista platonici qui deos
sc̄dm auctoris sui sententiā bonos & honestos & uirtutibus sapi
entum esse socios arbitrant̄. aliterq; de illo deo͡r sentiri nephas
arbitrant̄. Exponimus inquiunt attente igr̄ audiamus;

De opinione eorum qui rationales animas trium generū esse dixerut
idest in dijs celestibus in demonijs aeriis & in hominibꝰ terrenis; Cap̄lm. · xiiij.

Omnium inquiunt animalium in quibus ē anima rationalis tripartita diuisio ē in deos ho
mines & demones. Dij excellentissimum locū tenent
homines infimum demones medium. Nam deorū sedes in celo
est hominū in terra demonum in aere. sicut enī diuersa dignitas
ē locorū. ita etiā naturarū. Proinde dij sunt hoībus demonibusq;
potiores homīes uero infra deos & demones constituti sunt ut e
lementoru͡m ordine sic differētia merito͡r. Demones igr̄ medij que
admodum dijs quibus inferius h̄itant postponendi. ita hoībꝰ q̄bus

superius preferendi sunt. habent enim cum dys comunem imortalitatem
corporum. animorum autem cum hominibus passiones. quapropter non est
mirum inquiunt si etiam ludorum obscenitatibus et poetarum figmentis
delectantur. quoniam quidem humanis capiuntur affectibus a quibus dy
longe absunt et modis omnibus alieni sunt. Ex quo colligitur plato
nem poetica detestando & prohibendo figmenta. non deos qui
omnes boni excelsi sunt priuasse ludorum scenicorum uoluptate. sed
demones. hec si ita sunt quae licet apud alios quoque reperiantur. Apu
leius tamen platonicus madaurensis. de hac re sola unum scripsit librum
cuius titulum esse uoluit de deo socratis. ubi differit et exponit
ex quo genere numinum Socrates habebat adiunctum et amicitia quadam
conciliatum a quo perhibetur subtiliter solitus ammoneri ut de
sisteret ab agendo quando id quod agere uolebat non prospere fuerat e
uenturum. Dicit enim apertissime et copiosissime asserit non illum
deum fuisse. sed demonem diligenti disputatione pertractans ista
platonis de deorum sublimitate & hominum humilitate & demonum
medietate sententiam. hæc ergo si ita sunt quomodo ausus est plato
etiam si non dys quos ab omni humana contagione semouit certe ipsis
demonibus poetas urbe pellendo auferre theatricas uoluptates.
nisi quia hoc pacto admonuit animum humanum quamuis adhuc in
his moribundis membris positum pro splendore honestatis inpura
demonum iussa contempnere eorumque inmunditiam detestari. nam
si plato hec honestissime arguit & prohibuit profecto demones
turpissime poposcerunt atque iusserunt. aut ergo fallitur apuleius
& non ex isto genere numinum habuit amicum Socrates. aut contraria
sentit sibi plato. modo demones honorando modo eorum delitias a
ciuitate bene morata remouendo. aut non est socrati amicitia demo
nis gratulanda. de qua usque adeo & ipse apuleius erubuit ut
de deo socratis prenotaret librum quem secundum suam disputationem
qua deos a demonibus tam diligenter copioseque discernit non
appellare de deo sed de demone socratis debuit. Maluit autem
hoc in ipsa disputatione quam in titulo libri ponere. Ita enim per sanam
doctrinam que humanis rebus illuxit omnes uel pene omnes de
monum nomen exhorrent. ut quisquis ante disputationem apuleii
qua demonum dignitas commendatur titulum libri de demone
socratis legeret nequaquam illum hominem sanum fuisse sentiret. Quid
autem etiam ipse apuleius quod in demonibus laudaret inuenit post

subtilitatem & firmitatem corporu & habitationis altiorem locu
Nam de moribus eorum cum de omibus gnaliter loqueret non solu
nihil boni dixit sed plurimu mali. Denique lecto illo libro prsus
nemo miratur eos etia scenicam turpitudinem in rebus diuinis
hre uoluisse et cum deos se putare uelint delectari potuisse. Et
quicqd in eorum sacris obscena solemnitate seu turpi crudelitate
uel ridetur uel horretur eorum affectibus conuenire;

Q nec propter aeria corpora nec propter superiora habitacula
demones hominibus antecellant; Capitulum XVI.

Quam obrem absit ut ista considerans animus ueraciter religi
osus et uero deo subditus ideo arbitret demones se ipso esse
meliores q corpora heant meliora. Alioqn multas sibi &
bestias prelaturus est quae nos et acrimonia sensuu et motu facillimo
atque celerrimo & ualentia uirium et annosissima firmitate corporum
uincant. Quis hoim uidendo equabit aquilis & uulturibus? quis
odorando canib? quis uelocitate leporibus ceruis omnibusque auibus?
Quis multum ualendo leonibus & elephantibus? Quis diu uiuedo
serpentibus qui etia deposita tunica senectutem deponere atque in
iuuentam redire phibent? Sed sicut his omnibus rocinando et in
tellendo meliores sumus ita etia demonibus bene & honeste uiue
do meliores esse debemus. Ob hoc eni et prouidentia diuina eis
quibus no constat esse potiores data sunt quedam potiora corporum
munera ut illud quo eis pponunt etia isto modo nobis comendaret
multo maiore cura excolendum esse q corpus. ipsamque excellentia
corporalem qua demones hre noscemus pre bonitate uite qua
illis anteponunt contempne disceremus habituri et nos imortali
tatem corporum non qua suppliciorum aeternitas torqueat sed qua pu
ritas animorum precedat. Iam uero de loci altitudine q demones in
aere nos aute habitamus in terra ita promoueri ut hinc nobis
eos esse pponendos existimemus omino ridiculum est. hoc eni pacto
nobis et omnia uolatilia pponimus. At eni uolatilia cu uolando
fatigant et reficiendum alimentis corpus hnt terram repetunt
uel ad requiem uel ad pastum quod demones inquiunt non fa
ciunt. Nunquid ergo placet eis ut uolatilia nobis demones aut
etia uolatilibus antecellant. Quod si dementissimu est opinari nihil
est q de hitatione supioris elementi dignos esse demones existime
mus quibus nos religiosi affectu subdere debeamus. Sicut enim

fieri potuit ut aeree uolucres terrestribus nobis non solum non preferantur uerum etiam subiciantur propter rationalis animae quae in nobis est dignitatem· ita fieri potuit ut demones quamuis magis aerii sint terrestribus nobis non ideo meliores sint quia est aer quam terra superior· sed ideo eis homines preferendi sunt quoniam spei piorum hominum nequaquam illorum desperationi comparanda est. Nam et illa ratio platonis qua elementa quatuor proportione contexit atque ordinat· ita duobus extremis igni nobilissimo et terre inmobili media duo aerem et aquam interserens ut quanto aer est aquis et aere ignis· tanto et aquae superiores sint terris· satis nos ammonet animalium merita non pro elementorum gradibus estimare. Et ipse quippe apuleius cum ceteris terrestre animal hominem dicit qui longe preponitur animalibus aquatilibus cum ipsas aquas terris preponat plato ut intelligamus non eundem ordinem tenendum cum agitur de meritis animarum qui uidetur ordo esse in gradibus corporum· sed fieri posse ut inferius corpus anima melior inhabitet deteriorque superius;

Demonum·

Quid de moribus hominum apuleius platonicus senserit; C· xvi·

De moribus igitur demonum cum idem platonicus loqueretur dixit eos eisdem quibus homines animi perturbationibus agitari irritari iniuriis obsequiis donisque placari gaudere honoribus diuersis sacrorum ritibus oblectari et in eis si quid neglectum fuerit commoueri· Inter cetera etiam dicit ad eos pertinere diuinationes augurum aruspicum uatum atque somniorum· Ab his quoque esse miracula magorum. Breuiter autem eos diffiniens ait Demones esse genere animalia animo passiua mente rationalia corpore aerea tempore eterna· horum uero quinque tria priora illis esse quartum proprium· eos cum diis habere commune· Sed uideo trium superiorum que nobis cum habent duo etiam cum diis habere· Animalia quippe esse dicit et deos quia sua cuique elementa distribuens in terrestribus animalibus nos posuit cum ceteris quae in terra uiuunt et sentiunt in aquatilibus pisces et alia natatilia in aeriis demones in ethereis deos· Ac per hoc quod demones genere sunt animalia non solum eis cum hominibus uerum etiam cum diis pecoribusque commune est· quod mente rationalia cum diis et hominibus· quod tempore eterna cum diis solis· quod animo passiua cum hominibus solis· quod corpore aerea ipsi sunt soli· Proinde quod genere sunt animalia non est magnum quia hoc sunt et pecora quod mente rationalia non est supra nos quia sumus et nos· quod

/que nobis

tempore æterna quid boni est si non beata. Melior est enim temporalis foelicitas quam misera æternitas quod animo passiua quo supra nos est quando et nos hoc sumus nec ita esset nisi miseri essemus. Quod corpore aerea quanti estimandum est cum omni corpori preferatur animę qualiscumque natura. Et ideo religionis cultus qui debetur ex animo nequaquam debeatur ei rei quę animo est inferior. Porro si inter illa quæ demonum esse dicit annumeraret uirtutem sapiam foelicitatem et hec eos dicet habere cum dijs æterna atque communia profecto aliquid diceret exoptandum magnique pendendum. Nec si eos tamen propter hæc tanquam deum colere deberemus sed potius ipsum a quo hęc illos accepisse nosceremus. quanto minus nunc honore diuino aerea digna sunt animalia ad hoc rationalia ut misera esse possint. ad hoc passiua ut misera sint. ad hoc æterna ut miseriam suam finire non possint. Quapropter ut omittam cetera et hoc solum pertractem quod nobiscum demones dixit habere commune id est animi passiones si omnia quatuor elementa suis animalibus plena sunt immortalibus ignis & aer. mortalibus aqua & terra. quero cur animi demonum passionum turbelis & tempestatibus agitentur. perturbatio est enim quę graece pathos dicitur. Vnde illa uoluit uocare animo passiua. quia uerbum de uerbo pathos passio dicetur motus animi contra rationem. Cur ergo sunt ista in animis demonum quæ in pecoribus non sunt. quoniam si quid in pecore simile apparet non est perturbatio quia non est contra rationem qua pecora carent. In hominibus autem ut sint iste perturbationes facit hoc ibi stultitia aut miseria. Nondum enim sumus in illa perfectione sapientiæ beati quę nobis ab hac mortalitate liberatis in fine promittitur. Deos uero dicunt istas perturbationes non perpeti quia non solum æterni. uerum etiam beati sunt. easdem quippe animas rationales ipsos habere perhibent sed ab omni labe ac peste purissimas. Quam ob rem si propterea dij non perturbantur quod animalia sunt beata non misera & propterea pecora non perturbantur quod animalia sunt quę nec beata possunt esse nec misera. restat ut dæmones sicut homines ideo perturbentur quod animalia sunt non beata sed misera;

An dignum sit eos spiritus ab homine coli a quorum uitijs per omnia oporteat liberari. Capitulum. xlv.

QVa igitur insipientia uel potius amentia per aliquam religionem demonibus subdimur cum per ueram religionem ab ea uitiositate in qua illis sumus similes liberemur. Cum

enim demones quod et iste apuleius quamuis eis plurimum pareat & diuinis honoribus censeat dignos tamen ea cogitur confiteri ira instigentur nobis uera religio precipit ne ira instigemur sed ei potius resistamus. Cum demones enim honoribus inuitentur nobis uera religio precipit ut talibus nullo modo moueamur. Cum demones quorundam hominum odiosiores quorundam amatores sint non prudenti tranquilloque iudicio sed animo ut appellat ipse passiuo nobis uera religio precipit ut nostros etiam diligamus inimicos. Postremo omnem motum cordis & salutem mentis omnesque turbelas et tempestates animi quibus demones estuare atque fluctuare asserit nos uera religio deponere iubet. Que igitur causa est nisi stultitia errorque miserabilis ut ei te facias miserando humilem cui te cupias uiuendo dissimilem & religione colas quem imitari nolis cum religionis summa sit imitari quem colis;

Qualis sit religio in qua docetur quod homines ut commendentur diis bonis demonibus uti debeant; — Capitulum XVIII.

Frustra igitur eis Apuleius et quicumque ita sentiunt hunc detulit honorem si eos in aere medios inter ethereum celum terramque constituens ut quoniam nullus deus miscetur homini quod platonem dixisse perhibent isti ad deos perferant preces hominum & inde ad homines impetrata que poscunt indignum enim putauerunt qui ita crediderunt misceri homines diis & deos hominibus. Dignum autem misceri demones et diis & hominibus hinc petita qui allegent inde concessa qui apportent ut uidelicet homo castus et ab artium magicarum sceleribus alienus eos patronos adeat per quos illum dii exaudiant qui hec amant que ille non amando fit dignior quem facilius & libentius exaudire debeant. Amant quippe illi scenicas turpitudines quas non amat pudicitia amant in maleficiis magorum mille nocendi artes quas non amat innocentia. Ergo et pudicitia et innocentia si quid a diis impetrare uoluerit non poterit suis meritis nisi suis interuenientibus inimicis. Non est quod ista poetica figmenta & theatrica ludibria iustificare conetur. Habemus contra ista magistrum eorum et tante apud eos auctoritatis platonem si pudor humanus ita de se male meretur ut non solum diligat turpia uerum etiam diuinitati existimet grata;

De impietate artis magice que patrocinio nititur spirituum malignorum. Capitulum XIX.

Porro aduersus magicas artes de quibus quosdam nimis infelices & nimis impios etiam gloriari

libet. nonne ipsam rem publicam testem citabo. Cur enim tam gra
uiter ista plectuntur seueritate legum si opera sunt numinum colen
dorum. An forte istas leges christiani instituerunt quibus artes ma
gicae puniuntur secundum quem alium sensum nisi quod haec maleficia ge
neri humano perniciosa esse non dubium est. ait poetarum clarissimus
Testor cara deos et te germana tuumque. Dulce caput magicas inuita
accingier artes. Illud etiam quod alio loco de his artibus dicit atque
satas alio loco uidi traducere messes eo quod hac pestifera scelerataque do
ctrina fructus alienos in alias terras transferri perhibentur. Nonne in
duodecim tabulis id est romanorum antiquissimis legibus Cicero com
memorat esse conscriptum et ei qui hoc fecerit supplicium constitutum.
Postremo ipse apuleius numquid apud iudices christianos de magicis
artibus accusatus est quas utique sibi obiectas si diuinas et pias esse
nouerat et diuinarum potestatum operibus congruas non solum eas con
fiteri debuit sed etiam profiteri leges culpans potius quibus haec prohibe
rentur et damnanda putarentur quae haberi miranda et ueneranda o
porteret. Ita enim uel sententiam suam persuaderet iudicibus uel si illi
secundum iniquas leges saperent eumque talia predicantem atque laudantem
morte multarent. Pro quorum diuinis operibus predicandis digna
animae illius demones rependerent dona humanam uitam sibi ad
imi non timeret sicut nostri martyres cum eis pro crimine obiceretur
christiana religio qua nouerant se fieri saluos et gloriosos in eternum
non eam negando temporales penas euadere delegerunt sed potius co
fitendo predicando et pro hac omnia fideliter fortiterque tolleran
do et cum pia securitate moriendo leges quibus prohibebatur erube
scere compulerunt mutarique fecerunt. Huius autem philosophi platonici
copiosissima et disertissima extat oratio qua crimen artium magica
rum a se alienum esse defendit seque aliter non uult innocentem
uideri nisi ea negando quae non possunt ab innocente committi.
At omnia miracula magorum quos recte sentit esse damnandos do
ctrinis fiunt et operibus demonum quos uiderit cur censeat hono
randos necessarios eos asserens perferendis ad deos nostris precibus
quorum debemus opera deuitare si ad deum uerum preces nostras uolu
mus peruenire. Deinde quero quales preces hominum diis bonis per
demones allegari putant magicas an licitas. Si magicas nolunt
tales. si licitas nolunt per tales. Si autem peccator penitens preces fundit
maxime si aliquid magicum admisit ita ne tandem illis hominibus interce

dentibus accipit ueniam · quibus impellentibus aut fauentibus se cecidisse plangit in culpam. An et ipsi demones ut possint penitentibus mereri indulgentiam priores agunt quod eos deceperint penitentiam hoc nemo umquam de demonibus dixit qui si ita esset nequaquam sibi auderent diuinos honores expetere qui penitendo desiderarent ad gratiam ueniae peruenire. Ibi enim est detestanda superbia hic humilitas miseranda.

An credendum sit quod dii boni libentius demonibus quam hominibus misceantur. Capitulum . xx .

Porro urgens causa et artissima cogit demones medios inter deos et homines agere ut ab hominibus afferant desiderata et ad eos referant impetrata. Quae nam causa est tandem ista et quanta necessitas quia nullus deus inquiunt miscetur homini. Praeclara igitur sanctitas dei qui non miscetur homini poenitenti supplicanti et miscetur demoni arroganti. Non miscetur homini confugienti ad diuinitatem. et miscetur demoni fugienti diuinitatem. Non miscetur homini petenti indulgentiam et miscetur demoni suadenti nequitiam. Non miscetur homini per philosophicos libros poetas de bene instituta ciuitate pellenti. et miscetur demoni a principibus et pontificibus ciuitatis per scenicos ludos poetarum ludibria requirenti. Non miscetur homini deorum crimina fingere prohibenti. et miscetur demoni se falsis deorum criminibus oblectanti. non miscetur homini magorum scelera iustis legibus punienti. et miscetur demoni magicas artes docenti et implenti. Non miscetur homini imitationem demonum fugienti. et miscetur demoni deceptionem hominis aucupanti. Sed nimirum tante huius absurditatis et indignitatis est magna necessitas quod scilicet deos aethereos humana curantes quid terrestres homines agerent utique lateret. nisi demones aerei nuntiarent. Quoniam aether longe a terra est alteque suspensus aer uero aetherei terraeque contiguus. O mirabilem sapientiam quid aliud de diis istis sentiunt quos omnes optimos uolunt nisi eos et humana curare ne cultu uideantur indigni et propter elementorum distantiam humana nescire ut credantur demones necessarii. et ob hoc etiam isti putentur colendi per quos dii possint et quid in rebus humanis agatur addiscere et ubi oportet hominibus subuenire. Hoc si ita est diis istis bonis magis notus est demon per corpus uicinum. quam

homo per animum bonum. O multum dolenda necessitas an potius
irridenda uel detestanda uanitas ne sit uana diuinitas. Si enim animo
ab obstaculo corporis libero animum nostrum dii uidere possunt non
ad hoc demonibus indigent nuntiis. Si autem animorum indicia cor
poralia qualia sunt uultus locutio motus per corpus suum ætherei
dii sentiunt et inde colligunt quid etiam demones nuntient, possunt
et mendaciis demonum decipi. Porro si deorum diuinitas a dæ
monibus falli non potest ab eadem diuinitate quod agimus non
potest ignorari; An demonibus nuntiis et interpretibus dii utantur
fallique se ab eis aut ignorent aut uelint; · Capitulum XXI ·

Vellem autem isti mihi dicerent: utrum diis demones nuntiaue
rint de criminibus deorum poetica platoni displicere figmenta
et ea sibi placere celauerint: an utrumque indicauerint et re
ligiosam erga deos platonis prudentiam et in deos iniuriosam libi
dinem suam: an sententiam quidem platonis qua noluit deos per im
piam licentiam poetarum falsis criminibus infamari ignotam diis esse
uoluerunt. suam uero nequitiam qua ludos scenicos amant, quibus
illa deorum dedecora celebrantur prodere non erubuerint nec timuerint.
Horum quatuor que interrogando proposui quodlibet eligant, et in quo
libet eorum quantum mali de diis bonis opinentur attendant. Si enim primum
elegerint confessuri sunt non licuisse diis bonis habitare cum bono
platone quando eorum iniurias prohibebat et habitasse cum demonibus
malis quando eorum iniuriis exultabant cum dii boni hominem bonum longe
a se positum non nisi per malos demones noscent quos uicinos nosce
non possent. Si autem secundum elegerint et utrumque occultatum a demo
nibus dixerint ut dii omnino nescirent et platonis religiosissima lege
et demonum sacrilegam delectationem, quid in rebus humanis per in
ternuntios demones dii nosce utiliter possunt quando illa nesciunt que
in honorem deorum bonorum per religionem bonorum hominum contra libidinem
malorum demonum decernuntur. Si uero tertium elegerint, et non solum
platonis deorum iniurias prohibentem. sed etiam demonum nequitiam
deorum iniuriis exultantem per eosdem demones nuntios diis in
notuisse responderint et hoc innotuisse est an insultare: Et dii
utrumque sic audiunt. sic utrumque cognoscunt. et non solum malignos de
mones deorum dignitati et platonis religioni contraria cupientes
atque facientes a suo accessu non arceant. sed etiam per illos malos pro
pinquos platoni bono longinquo dona transmittant. Si enim

elementorum quasi cathena series colligauit ut illis a quibus crimina
tur coniungi possint huic a quo defenduntur non possint utrumque
scientes: sed aeris et terre pondera transmutare non ualentes. Iam
quod reliquum est. Si quartum elegerint peius est ceteris. Quis enim
ferat poetarum de diis inmortalibus criminosa figmenta et thea
trorum indigna ludibria: suamque in his omnibus ardentissimam
cupiditatem et suauissimam uoluptatem diis demones nuntiauerunt
Et quod plato philosophica grauitate de optima re publica hec omnia cen
suit remouenda: tacuerunt ut iam dii boni per tales nuntios no
se cogantur mala pessimorum nec aliena sed earundem nuntiorum atque
his contraria non sinantur nosce bona philosophorum cum illa sint in iu
uria ista in honore deorum;

De abiciendo cultu demonum contra apuleium; Capitulum xxii.

Quia igitur nihil istorum quatuor eligendum est ne in quolibet
eorum de diis tam male sentiatur: restat ut nullo modo cre
dendum sit quod apuleius persuadere nititur. et quicumque
alii philosophi sunt eiusdem sententie: ita esse medios demones inter deos
et homines tamquam inter nuntios et interpretes qui hinc ferant petitio
nes nostras inde referant deorum suppetias. sed esse spiritus nocendi cu
pidissimos a iustitia penitus alienos superbia tumidos inuidentia li
uidos fallacia callidos qui in hoc quidem aere habitant quia de
celi superioris sublimitate deiecti merito incredibilis transgressionis
in hoc sibi congruo uelut carcere predamnati sunt. Nec tamen quia
supra terram et aquas aeris locus est ideo ipsi sunt meritis superiores
hominibus qui eos non terreno corpore sed electo in auxilium deo
uero pia mente facillime superant sed multis plane participatione
uere religionis indignis tamquam captis subditisque dominantur.
Quorum maxime parti mirabilibus et fallacibus signis siue factorum
siue predictorum deos se esse persuaserunt. Quibusdam uero uitia
eorum aliquanto intentius et diligentius indigentibus non potuerunt
persuadere quod dii sint atque ideo inter deos et homines inter nuntios
ac beneficiorum interpretatores se esse finxerunt. Si tamen non istum
saltem honorem homines eis deferendum putarunt qui illos nec
deos esse credebant quia malos uidebant. Deos autem omnes bonos
uolebant nec audebant tamen omnino indignos dicere honore diui
no maxime ne offenderent populos a quibus eis cernebant inue
terata superstitione per tot sacra et templa seruire;

Quid hermes trimegistus de idolatria senserit et unde scire potuit superstitiones egyptias auferendas; Captlm. xxiii.

Nam diuersa de illis Hermes egyptius quē trimegistum uocant scripsit et sensit. Apuleius enī deos illos qdem negat. sed cum dicit ita inter homines deosq; quadam medietate uersari ut hominibus apud ipsos deos necessarii uideant͂ cultum eorum a sup̄norum deoꝝ religione non sep̄at. Ille autē egyptius alios deos dicit esse a summo deo factos, alios ab hoībus. Hec qui audit sicut a me positum est putat dici de simulachris quia opera sunt manuum hoīm. At ille uisibilia et contrectabilia simulacra uelut corpora deoꝝ esse asserit. Inesse autem his quosdam sp̄us et inuitatos qui ualeant in aliquid siue ad nocendum siue ad desideria eorum nonnulla complenda a quibus eis diuini honores et cultus obsequia deferunt͂. hos ergo spiritus inuisibiles per artem quandam uisibilibus rebus corporalis materie copulare ut sint quasi aīata corpora illis spiritibus dicata et subdita simulacra hoc esse dicit deos facere eamq; magnam & mirabilem deos faciendi accepisse homines p̄tatem. huius egyptii uerba sicut in nostra linguam int̄pretata sunt ponamus. Et quoniam de cognatione inquit et consortio hoīm deorumq; nobis indicit sermo p̄tatem homīs o asclepi uimq; cognosce. Deus inquit et pater uel quod ē sūmum deus ut effector est deoꝝ celestium. ita homo fictor est deoꝝ qui in templis sunt hūana p̄ximitate contenti. et paulo post. Ita humanitas inquit semp̄ memor nature & originis sue in illa diuinitatis imitatione p̄seuerat ut sicut pater ac dn̄s ut sui similes essent deos fecit eternos ita humanitas deos suos ex sui uultus similitudine figuraret. hic cum asclepius ad quē maxime loquebat͂ ei respondisset atq; dixisset statuas dicis o trimegiste tum ille statuas inq̄t o asclepi uides quatenus tu ipse diffidas, Statuas aīatas sensu et spiritu plenas tantaq; facientes et talia statuas futuroꝝ prescias eaq; sorte uates somniis multisq; aliis rebus p̄dicentes imbecillitates hoībus facientes easq; curantes tristitiam letitiamq; promeritis. An ignoras o asclepi q̄ egyptus ymago sit celi aut qd̄ est uerius trāslatio aut distensio omnium que gubernant͂ atq; exercent͂ in celo. Ac sic dicendum ē uerius terra nr̄a mundi totius est templum. et tn̄ qm̄ prescire cuncta prudentem decet istud nos ignorare

fas non est. Futurum tempus est cum appareat aegyptios in cassum
pia mente diuinitatem sedula reuersione seruasse. Deinde multis
uerbis hermes hunc locum exequitur in quo uidetur hoc tempus
predicere quo xpiana religio quanto est ueracior atque sanctior, tanto
uehementius et liberius cuncta fallacia figmenta subuertit ut
gratia uerissimi saluatoris liberaret hominem ab his diis quos fecit
homo et ei deo subdat a quo factus est homo. Sed cum hermes ista
predicit uelut amicus eisdem ludificationibus demonum loquitur
nec xpianum nomen euidenter exprimit, sed tamquam ea tollerentur
atque delerentur quorum obseruatione celestis similitudo custodire-
tur in aegyptum. ita hec futura deplorans luctuosa quadammodo
predicatione testatur. Erat enim de his de quibus dicit apostolus quod cog-
noscentes deum non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt
sed euanuerunt in cogitationibus suis et obscuratum est insipiens
cor eorum diligentes enim se esse sapientes stulti facti sunt et imu-
tauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis
corruptibilis hominis et cetera que comemorare longum est. Multa
quippe talia dicit de uno uero deo fabricatore mundi qualia ue-
ritas habet. Et nescio quomodo illa obscuratione cordis ad ista dilabitur
ut diis quos confitetur ab hominibus fieri semper uelit homines
subdi et hoc futuro tempore plangat auferri quasi quicquam sit
infoelicius homine cui sua figmenta dominantur cum sit facilius
ut tamquam deos colendo quos fecit nec ipse sit homo quam ut per eius
cultum dii esse possint quos fecit homo. Cuius enim fit ut homo in
honore positus pecoribus non intelligens comparetur quam ut operi
dei ad eius imaginem facto idem ipsi homini opus hominis preferatur.
Quapropter merito homo deficit ab illo qui eum fecit cum sibi
preficit ipse quod fecit, haec uana deceptoria perniciosa sacrile-
ga hermes aegyptius quia tempus quo auferrentur uenturum
sciebat dolebat quam impudenter sciebat. Non enim hoc ei reuela-
uerat spiritus sanctus sicut prophetis sanctis qui hoc preuidentes cum
exultatione dicebant si faciet homo deos et ecce ipsi non sunt
dii. Et in alio loco. Erit in illo die dicit dominus exterminabo
nomina simulacrorum a terra et non erit eorum memoria. Proprie
uero de egypto quod ad hanc rem attinet ita sanctus Isayas prophetat.
Et mouebuntur manu facta aegypti a facie eius ut cor eorum
uinceretur in eis et cetera huiusmodi. Ex quo genere et illi erat

qui uenturum quod sciebant uenisse gaudebant. Qualis Symeon qualis anna qui mox natum iesum, qualis elizabeth quae etiam conceptum in spiritu agnouit. qualis petrus reuelante patre dicens. Tu es christus filius dei uiui. Huic autem egyptio illi sps indicauerant futura tempora perditionis suae qui etiam prius in carne trementes dixerunt dno: quid uenisti ante tempus perdere nos. siue quia subitum illis fuit qd futurum quidem sed tardius opinabant. siue quia perditionem suam hanc ipsam dicebat qua fiebat ut cogniti spernerent. Et hoc erat ante tempus iudicij quo aeterna damnatione puniendi sunt, cum omnibus etiam hominibus qui eorum societate detinent. sicut religio loquitur quae nec fallit neq; fallitur. Nam sicuti iste quasi omni uento doctrinae hic atq; perflatus et falsis uera permiscens dolet quasi perituram religionem quem postea confitetur errorem. post multa enim ad hoc ipsum redit ut iterum dicat de dijs quos homines fecerunt ita loquens. sed iam de talibus sint satis dicta talia. Iterum inquit ad hominem rationemq; redeamus, ex quo diuino dono homo animal dictum est rationale. Minus enim miranda et si miranda sunt quae de homine dicta sunt. Omnium enim mirabilium uicit admirationem quod homo diuinam potuit inuenire naturam eamq; efficere;

Quomodo hermes patenter parentum suorum sit confessus errorem quem tamen doluerit destruendum. Cap. xxiiij

QVoniam ergo proaui nostri multum errabant circa deorum rationem incredibili et non animaduertentes ad cultum religionemq; diuinam inuenerunt artem qua efficerent deos. Cui inuente adiunxerunt uirtutem de mundi natura conuenientem eamq; miscentes, quoniam animas facere non poterant euocantes animas demonum uel angelorum easq; indiderunt imaginibus sanctis diuinisq; mysterijs per quos idola et benefaciendi et male uires habere potuissent. Nescio utrum sic confitentur ipsi demones adiurati quo iste confessus est. Proaui inquit nostri multum errabant et cetera. Numquid non saltem mediocriter dixit errasse eos ut hanc artem inuenirent faciendi deos. Aut contentus fuit dicere errabant nisi adderet et diceret multum errabant. Iste ergo multus error et incredulitas non animaduertentium ad cultum religionemq; diuinam inuenit artem qua efficeret deos, et tamen

quod multus error et incredulitas & a cultu ac religione diuina
auersio animi inuenit ut homo arte faceret deos· hoc dolet uir
sapiens tanquam religionem diuinam uenturo certo tempore auferri.
Vide et si non ui diuina maiorum suorum errorem preteritum prodere
et ui diabolica poenam demonum futuram dolere compellitur.
Si enim proaui eorum multum errando circa deorum rationem incredulita
te et auersione animi a cultu ac religione diuina inuenerunt
artem qua deos efficerent. Quid mirum si hec ars detestanda
quicquid fecit aduersa a religione diuina: auferet religione
diuina cum ueritas emendet errorem fides redarguat incredu
litatem conuersio corrigat auersionem. Si enim tacitis causis dixis
set proauos suos inuenisse artem qua deos facerent nostrum fuit
utique si quid pium rectumque saperemus attendere et uidere ne
quaquam illos ad hanc artem peruenturos fuisse qua homo deos
facit si a ueritate non aberrarent si ea que sunt digna deo crede
rent si animum aduerterent ad cultum religionemque diuinam. Et tamen
si causas huius artis nos diceremus multum errorem hominum et incre
dulitatem animi errantis atque infidelis a diuina religione auer
sionem ut cumque ferenda esset impudentia resistentium ueritati.
Cum uero idem ipse qui potestatem huius artis super omnia cetera mi
ratur in homine qua illi deos facere concessum est et dolet uenturum
esse tempus quo hec omnia deorum figmenta ab hominibus instituta
etiam legibus iubeantur auferri. Confitetur tamen atque exprimit causas
quare ad ista peruentum sit dicens proauos suos multo errore et
incredulitate et animum non aduertendo ad cultum religionemque
diuinam inuenisse hanc artem qua facerent deos. Nos quid o
portet dicere uel potius quid agere: nisi quantas possumus gratias
domino deo nostro qui haec contrariis causis quibus instituta sunt ab
stulit. Nam quod instituit multitudo erroris abstulit uia ueri
tatis quod instituit incredulitas abstulit fides quod instituit a cul
tu diuine religionis auersio abstulit ad unum uerum deum sanctumque
conuersio. Nec in sola egypto quam solam in isto plangit demo
num spiritus sed in omni terra que cantat domino canticum nouum sicut
uere et sacre et uere prophetice littere prenuntiauerunt. Vbi scriptum
est. Cantate domino canticum nouum cantate domino omnis terra
Titulus autem psalmi huius est quando domus edificabatur post captiuitatem
Edificatur enim domus domini ciuitas dei que est sancta ecclesia in omni

terra post eam captiuitatem qua illos homines de quibus credenti
bus in deum tanquam lapidibus uiuis domus edificatur captos dæ
monia possidebant. Neque enim quia homo deos faciebat. ideo non
ab eis possidebatur ipse qui fecerat quam in eorum societatem colendo
traducebatur. Societatem dico non idolorum stolidorum. sed uer
sutorum demoniorum. Nam quid sunt idola nisi quod eadem scrip
tura dicit. oculos habent et non uidebunt. Et quicquid tale de ma
teriis quibuslibet affabre effigiatis, tamen uita sensuque carentibus dice
dum fuit. Sed inmundi spiritus eisdem simulacris arte illa ne
pharia colligati cultorum suorum animas in suam societatem redigendo
miserabiliter captiuauerunt. Unde dicit apostolus Scimus quia nihil
est idolum sed quę sacrificant gentes demoniis immolant et non
deo. Nolo uos socios fieri demoniorum. Post hanc ergo captiuita
tem qua homines a malignis demonibus tenebantur dei domus edifi
catur in omni terra. Unde titulum ille psalmus accepit ubi dicitur
C antate domino canticum etc. quoniam omnes dii gentium demonia: dominus
autem celos fecit. Qui ergo doluit uenturum fuisse tempus quo
auferetur cultus idolorum. et in eos qui colerent dominatio demo
niorum malo spiritu instigatus semper uolebat istam captiuitatem
manere. Quia transacta psalmus canit edificari domum in omni
terra. Prenuntiabat illa hermes dolendo, prenuntiabat hec propheta
gaudendo. Et quia spiritus uictor est qui hec per sanctos prophetas cane
bat, etiam hermes ipse ea quę nolebat et dolebat auferri non a pruden
tibus et fidelibus religiosis. sed errantibus et incredulis et a cultu
diuinę religionis auersis esse institutam miris modis coactus est
confiteri. Qui quamuis eos appellaret. tamen cum dicat a talibus
hominibus factos quales utique esse non debemus uelit nolit oste
dit colendos non esse ab eis qui tales non sunt quales fuerunt a
quibus facti sunt hoc est a prudentibus fidelibus religiosisque simul
etiam demonstrans ipsos homines qui eos fecerunt sibi uim im
portasse ut eos haberent deos qui non erant dii. Verum etiam quippe
illud propheticum. Si faciet homo deos et ecce ipsi non sunt dii.
D eos ergo tales talium deos arte factos a talibus: cum appellasset her
mes id est idolis demones per artem nescio quam cupiditatum suarum
uinculis alligatos cum appellaret factos ab hominibus deos non
tamen eis dedit quod platonicus apuleius unde iam satis diximus
et quantum sit inconueniens absurdumque monstrauimus ut ipsi

essent interpretes & intercessores inter deos quos fecit deus et homines quos fecit idem deus hinc afferentes uota inde munera referentes. Nimis enim stultum ē credere deos quos fecerunt homines plus ualere apud eos q̄m ualeant ipi homines quos idem ipse fecit deus. Demon quippe simulacro arte impia colligat' ab homine factus est deus sed tali homini non omni homini

Q ualis est ergo iste deus quē non faceret homo nisi errans et incredulus et auersus a uero deo. Porro si demones qui coluntur in templis per artem nescio quam imaginibus inditi, hoc ē uisibilibus simulacris ab eis hominibus qui hac arte fecerunt deos cū aberrarent auersiq; eis essent a cultu et religione diuina non sunt internuntij nec interptes inter homines et deos et pter suos pessimos mores et q homines errantes quis & increduli & auersi a cultu ac religione diuina tn̄ eis sine dubio meliores sunt q̄s deos ipsi arte fecerunt. Restat ut qd̄ possunt tanq̄m demones possint uel quasi beneficia prestando magis nocentes quia magis decipientes uel aperte male faciendo. Nec tamen quolibet horum nisi q̄n permittunt alta et secreta dei prouidentia. Non aūt tanq̄ medij inter homines et deos per amicitiā deorum multum apud homines ualeāt. hij enī dijs bonis quos sanctos angelos uocamus rationalesq; creaturas sancte celestis habitationis siue sedes siue dnationes siue principatus siue potestates amici esse non possunt

A quibus tam longe absunt animi affectione. q̄ longe absunt a uirtutibus uitia & a bonitate malitia; Caplm̄ .xxv.

De his que sanctis angelis & hominibus bonis possunt esse coīa;

NVllomodo igit' quasi per demonum dimedietatē ambiendum est ad beniuolentiam seu beneficentiam deorum uel potius bonorū angelorum, sed per bone uoluntatis silitudinem qua cum illis sumus & cum illis uiuimus & cum illis deum quem quem colunt colimus & si eum carnalibus oculis uidere nō possumus. In q̄ntum aūt dissimilitudine uoluntatis & fragilitate infirmitatis miseri sumus in tantum ab eis longe sumus uitē meito non corporis loco. Non enī quia intra conditione carnis habitamus, sed si inmunditia cordis terrena sapimus non eis iungimur. Cum uero satagimus ut quales ipsi sunt simus, fide illis interim ppinquamus, si ab illo nos fieri beatos a quo et ipsi facti sunt etiā ipis fauentibus credimus: —

Quod omnis religio paganorum circa homines mortuos fuerit impleta. Capitulum XXVI.

Sane aduertendum est quo iste egyptius cum doleret tempus esse uenturum quo illa auferentur ex egypto que fatetur a multum errantibus et incredulis et a cultu diuine religionis auersis esse instituta. ait inter cetera. Tunc terra ista sanctissima sedes delubrorum atque templorum sepulchrorum erit mortuorumque plenissima. quasi uero si illa non auferrent non essent homines morituri aut alibi essent mortui ponendi quam in terra et utique quanto plus uolueretur temporis et dierum longitudo tanto maior esset numerus sepulchrorum propter maiorem numerum mortuorum. Sed hoc uidetur dolere quod memorie martyrum nostrorum templis eorum delubrisque succederent ut uidelicet qui hec legunt animo a nobis auerso atque peruerso putent a paganis deos cultos fuisse in templis a nobis autem coli mortuos in sepulchris. Tanta enim homines impii cecitate in montes quodammodo offendunt resque oculos suos ferientes nolunt uidere ut non attendant in omnibus litteris paganorum aut non inueniri qui non homines fuerint mortuisque diuini honores delati sint. Omitto quod Varro dicit Omnes ab his mortuos existimari manes deos et probat per ea sacra que omnibus ferre exhibentur mortuis ubi ludos commemorat funebres tamquam hoc sit maximum diuinitatis inditium quod non soleant ludi nisi numinibus celebrari. Hermes ipse de quo nunc agitur in ipso eodem libro ubi quasi futura denuntiando deplorans ait. Tunc terra ista sanctissima sedes delubrorum atque templorum mortuorum erit sepulchrorumque plenissima deos egypti homines mortuos esse testatur. Cum enim dixisset proauos suos et multum errantes circa deorum rationem incredulos et non animaduertentes ad cultum religionemque diuinam inuenisse artem qua efficerent deos. Cui inuente inquit adiunxerunt uirtutem de mundi natura conuenientem eamque miscentes quoniam animas facere non poterant euocantes animas demonum uel angelorum eas indiderunt imaginibus sanctis diuinisque mysteriis per quas et idola et benefaciendi et male uires habere potuissent. Deinde sequitur tamquam hoc exemplis probaturus et dicit. Auus enim tuus o asclepi medicine primus inuentor cui templum consecratum est in monte libye circa litus crocodrillorum in quo eius iacet mundanus homo id est corpus. Reliquus enim

uel potius totus si est homo totus in sensum uite melior remeauit in celum. Omnia etiam nunc hominibus adiumenta prestans infirmis nomine nunc suo quae solet medicinae arte prebere. Ecce mortuum dixit coli pro deo in eo loco ubi habebat sepulchrum; falsus ac fallens quod remeauit in celum. Adiungens deinde aliud hermes inquit cuius habitum mihi nomen est; nonne in sibi cognomine patria consistens omnes mortales undique uenientes adiuuat atque conseruat. hic enim hermes maior, id est Mercurius, quem dicit auum suum fuisse in hermopoli hoc est in sui nominis ciuitate esse perhibetur. Ecce duos deos dicit homines fuisse. Esculapium et

Mercurium. sed de esculapio greci et latini hoc idem sentiunt. Mercurium autem multi non putant fuisse mortalem quem tamen iste auum suum fuisse testatur. At enim alius est ille alius iste quamuis eodem nomine nuncupentur. Non multum pugno alius sit ille alius iste. Verum iste sicut esculapius ex homine deus secundum testimonium tanti apud suos uiri huius trimegisti nepotis sui. Adhuc addidit et dicit. Sui uero Osyris quam multa bona prestare propitium quantis scimus obesse iratum. Deinde ut ostenderet ex hoc genere esse deos quos illa arte homines faciunt unde dat intelligi demones se opinari ex hominum mortuorum animis extitisse quos partem quos inuenerunt homines multum errantes increduli et irreligiosi ait inductos simulacris quia hi qui tales deos faciebant animas non utique facere poterant. Cum de his id dixisset quod commemoraui quantis obesse scimus iratum; secutus adiunxit. terrenis etenim diis atque mundanis facile est irasci, ut pote qui sunt ab hominibus ex utraque natura facti atque compositi.

Ex utraque natura dicit ex anima et corpore ut pro anima sit demon pro corpore sit simulacrum. Vnde contigit inquit ab egyptiis hec sancta animalia nuncupari colique per singulas ciuitates eorum animas quorum sunt consecrate uiuentes ita ut eorum legibus incolantur et eorum nominibus nuncupentur. Vbi est illa uelut querela luctuosa quod terra egypti sanctissima sedes delubrorum atque templorum sepulchrorum futura est mortuorumque plenissima. Nempe spiritus fallax cuius instinctum hermes ista dicebat per eum ipsum coactus est confiteri iam tunc illam terram sepulchrorum et mortuorum quos pro diis colebant fuisse plenissimam, sed dolor demonum per eum loquebatur qui suas futuras poenas apud sanctorum martyrum memorias iminere merebant; in multis enim talibus locis torquentur et confitentur et de

possessis hominum corporibus eiciuntur :— De modo honoris quem xpiani martyribus impendunt :— Capitulum xxvii.

NEc tamen nos eisdem martyribus templa sacerdotia sacra et sacrificia constituimus quia non ipsi sed deus eorum nobis est deus. Honoramus sane memorias eorum tanquam sanctorum hominum dei qui usque ad mortem suorum corporum pro ueritate certarunt ut innotesceret uera religio falsis fictisque conuictis quod et si qui antea sentiebant timendo reprimebant. Quis autem audiuit aliquando fidelium stantem sacerdotem ad altare et super sanctum corpus martyris ad dei honorem cultumque constructum dicere in precibus offero tibi sacrificium petre uel paule uel cypriane. cum apud eorum memorias offeratur deo qui eos et homines et martyres fecit et sanctis suis angelis celesti honore sociauit ut ea celebritate et deo uero de illorum uictoriis gratias agamus et nos ad imitationem talium coronarum atque palmarum eodem inuocato in auxilium ex eorum memorie renouatione adhortemur. Quecumque igitur adhibentur religiosorum obsequia in martyrum locis ornamenta sunt memoriarum non sacra uel sacrificia mortuorum tanquam deorum. Quicumque etiam epulas suas eo deferunt quod quidem a xpianis melioribus non fit et in plerisque terrarum nulla talis est consuetudo tamen quicumque id faciunt quas cum apposuerint orant et auferunt ut uescantur uel ex eis etiam indigentibus largiantur sacrificari eas sibi uolunt per merita martyrum in nomine domini. Non autem ista esse sacrificia martyrum nouit qui nouit unum quod et illic confertur sacrificium xpianorum. Nos itaque martyres nostros nec diuinis honoribus nec humanis criminibus colimus sicut colunt illi deos suos nec sacrificia illis offerimus nec eorum probra in eorum sacra conuertimus. Nam de iside uxore osyris egyptia dea et de parentibus eorum qui omnes reges fuisse scribuntur quibus parentibus suis illa cum sacrificaret inuenit ordei segetem atque inde spicas merito regi et eius consiliario mercurio demonstrauit Inde eandem et cererem uolunt. Que et quanta mala non a poetis sed mysticis eorum litteris memorie mandata sint sicut leone sacerdote prodente ad olympiadem matrem scribit alexander legant qui uolunt uel possunt et recolant qui legerunt et uideant quibus hominibus mortuis uel de quibus eorum factis tanquam diis sacra fuerint instituta. Absit ut deos quamuis deos habeant sanctis martyribus nostris quos tamen deos non habemus ulla ex parte audeant comparare. Sic enim non

constituimus sacerdotes nec offerimus sacrificia martyribus nris/
quia incongruum indebitum illicitum e atq; uni deo tmmodo de
bitum/ ut nec criminibus suis nec ludis eos turpissimis oblectemur/
ubi uel flagitia isti celebrant deo⁊ suorū si cum homies essent talia
comiserunt/ uel conficta oblectamenta demonum noxiorū/ si hoies
non fuerūt/ ex isto gnē demonum Socrates non hret deum. Sed
fortasse homini ab ista arte faciendi deos/ alieno et innocenti/ illi i
putauerunt talem deum/ qui eadem arte excellere uoluerunt.
Quis ergo plura. Non esse spiritus istos colendos ꝓpter uitā beatam
quæ post mortē futura est. nullus uel mediocriter prudens ambi
git. Sed fortasse dicturi sunt deos quidez esse bonos demones aūt/
alios bonos/ alios malos/ et eos per quos ad uitam in æternū beatam
perueniamus/ colendos esse censebunt/ quos bonos opinant̄. Quod
quale sit iam in uolumine sequenti dicendum est;

Incipiunt capitula Noni libri de Ciuitate dei Aurelij Augustini doctoris eximij Iponensis episcopi:

LIBER · NONUS · INCIPIT FOELICITER :

Ad quem articulum disputatio premissa peruenit · et quid discutiendum sit de residua quæstione; · Capl̄m · i ·

Et bonos et malos deos esse quidam opinati sunt · quidam uero de diys meliora sentientes tantum eis honoris laudisq; tribuerunt · ut nullum deorum malum credere auderent · Sed illi qui deos quosdam bonos quosdam malos esse dixerunt · demones quoq; appellauerunt nomine deorum · q̄mq̄ et deos · sed rarius nomine demonum ita ut ipsum ioue̅ quem

uolunt esse regem ac principem ceterorum ab Homero fateantur demo
nem nuncupatum. Hi autem qui omnes deos non nisi deos bonos
esse asserunt et longe prestantiores eis hominibus qui probi habentur
boni merito mouentur demonum factis que negare non possunt,
eaque nullo modo a diis quos omnes bonos uolunt committi posse ex
istimantes differentiam inter deos et homines et demones adhibere cogun
tur, ut quicquid eis merito displicet in opibus uel affectionibus pra
uis quibus uitam uitam suam manifestant occulti spiritus, id credant
esse demonum non deorum. Sed quia eosdem demones inter homines
et deos ita medios constitutos putant tamquam nullus deus homini
misceatur ut hinc perferant desideria inde referant impetrata, atque
hoc platonici precipui philosophorum atque nobilissimi sentiant, cum quibus
uelut cum excellentioribus placuit ista examinare questionem utrum
cultus plurimorum deorum prosit ad consequendam uitam beatam
que post mortem futura est libro superiore quesiuimus. Quo pacto
ipsi demones qui talibus gaudent qualia boni et prudentes homines
aduersantur et damnant, id est sacrilega flagitiosa facinora, non de
quolibet homine sed de ipsis diis figmenta poetarum et magicarum
artium sceleratam puniendamque uiolentiam, possint quasi propinquiores
et amiciores diis bonis conciliare homines bonos et hec nulla ratione
posse compertum est. Proinde hic liber sicut in illius fine promisimus
disputationem continere debebit de differentia si quam uolunt esse non deorum
inter se quos omnes dicunt bonos, nec de differentia deorum et demonum
quorum illos ab hominibus longe lateque se iungunt, istos inter deos et
homines collocant sed de differentia ipsorum demonum quod ad presentem
pertinet questionem ;

An inter demones quibus dii superiores sunt sit aliqua pars bonorum quorum presidio possit humana anima ad beatitudinem peruenire : — Capitulum . ii : —

Apud plerosque enim usitatum est dici alios bonos alios malos
demones que siue sit etiam platonicorum philosophorum siue quo
rumlibet sententia nequaquam est eius negligenda discussio. Ne
quisquam uelut demones bonos sequendos sibi esse arbitraretur per quos
tamquam medios diis quos omnes bonos credit dum conciliari affectat
et studet ut quasi cum eis possit esse post mortem irretitus malignorum
spirituum deceptusque fallacia longe aberret a uero deo cum quo solo
et de quo solo anima humana id est rationalis et intellectualis
beata est : —

Quae demonibus apuleius ascribat quibus nihil rationis uel quibus cum rationem non subtrahat nihil uirtutis ascribit ; —

Quae igitur differentia est demonum bonorum *Capitulum · iii ; —*
et malorum? quandoquidem platonicus apuleius de his uniuer-
saliter disserens & tam multa loquens de aeriis eorum cor-
poribus, de uirtutibus tacuit animorum quibus essent praediti si essent
boni. Tacuit ergo beatitudinis causam, iudicium uero miserie tacere
non potuit, confitens eorum mentem qua rationales esse perhibuit non sal-
tem imbutam munitamque uirtute, passionibus animi irrationabilibus
nequaquam cedere, sed ipsam quoque sicut stultarum mentium mos est
procellosis quodammodo perturbationibus agitari. Verba namque eius de
hac re ista sunt. Ex hoc ferme demonum numero inquit poete
solent haud quaquam procul a ueritate, osores & amatores quorundam
hominum deos fingere, hos prosperare et euehere illos contra aduersari
et affligere. Igitur et misereri et indignari et angi et letari, omnemque
humane anime faciem pati simili motu cordis et salo mentis per
omnes cogitationum estus fluctuare, que omnes turbelle tempestatesque
procul a deorum celestium tranquillitate exulant. Num est in
his uerbis ulla dubitatio quod non animorum aliquas inferiores partes
sed ipsas demonum mentes quibus rationabilia sunt animalia uelut
procellosum salum passionum tempestate turbari? Vt ne hominibus
quidem sapientibus comparandi sint qui huiusmodi perturbationibus
animorum a quibus humana non est immunis infirmitas et iam
cum eas huius uite condicione patiuntur mente imperturbata re-
sistunt non eis cedentes ad aliquid approbandum uel perpetrandum
quod exorbitet ab itinere sapientie uel lege iustitie, sed stultis mortali-
bus et iniustis non corporibus sed moribus similes, ut non dicam dete-
riores eo quo uetustiores, et debita poena insanabiles. Ipsius quoque
mentis ut iste appellauit salo fluctuant, nec in ueritate atque uirtute
qua turbulentis & prauis affectionibus repugnatur ex ulla animi
parte consistunt ; · *De perturbationibus que animo accidunt que sit peripateticorum stoicorumque sententia. : —*

Due sunt sententie philosophorum de his animi motibus que greci
pathos, nostri autem quidam sicut cicero perturbationes, quidam
affectiones uel affectus, quidam uero sicut iste de greco expres-
sius passiones uocat. Has ergo perturbationes uel affectiones siue
passiones quidam philosophi dicunt etiam in sapiente cadere sed moderatas

rationique subiectas ut eis leges quodammodo quibus ad necessarium
redigantur modum dominatio mentis imponat. Hec qui sentiunt
platonici sunt siue aristotilici cum Aristotiles discipulus plato
nis fuerit qui sectam peripateticam condidit. Aliis autem sicut stoicis
cadere illas omnino huiusmodi passiones in sapientem non placet.
hos autem id est stoicos Cicero in libro de finibus malorum et bonorum
uerbis magis quam rebus aduersus platonicos seu perypateticos cer
tare conuincit quoniam quidem stoici nolunt bona appellare, sed co
moda corporis et externa, eo quod nullum bonum uolunt esse hominis
preter uirtutem tanquam artem bene uiuendi que non nisi in animo
est. hec autem isti simpliciter et ex communi loquendi consuetudine appel
lant bona, sed in comparatione uirtutis qua recte uiuitur parua
et exigua. Ex quo fit ut ab utrisque quomodolibet uocentur seu
bona seu commoda, pari tamen estimatione pensentur. nec in hac questi
one stoici delectentur nisi nouitate uerborum. Videtur ergo mihi etiam
in hoc ubi queritur utrum accidant sapienti passiones animi, an ab
eis sit prorsus alienus, de uerbis eos potius quam de rebus facere contro
uersiam. Nam et ipsos nihil hinc aliud quam platonicos et peripateticos
sentire existimo quantum ad naturam rerum attinet, non ad uocabu
lorum sonum. Ut enim alia omittam quibus id ostendam, ne lon
gum faciam aliquid unum quod euidentissimum dicam. In li
bris quibus titulus est noctium atticarum scribit A. gellius uir ele
gantissimi eloquii et multe ac facunde scientie, se nauigasse a
liquando cum quodam philosopho nobili stoico. Is philosophus sicut latius et ube
rius quod breuiter attingam narrat A. gellius, cum illud naui
gium horribili celo et mari periculosissime iactaretur ui timoris
expalluit. Id animaduersum est ab eis qui aderant quamuis in mortis ui
cinia curiosissime attentis utrum necne philosophus nobilis animo turbaretur.
Deinde tempestate transacta mox ut securitas prebuit loquendi uel
garriendi locum, quidam ex his quos nauis illa portabat diues lux
uriosus asiaticus philosophum compellat illudens quod extimuisset atque
expalluisset, cum ipse mansisset intrepidus in eo quod impendebat
exitio. At ille Aristippi socratici responsum protulit qui cum in
re simili eadem uerba ab homine simili audisset, respondit illum
pro anima nequissimi nebulonis merito non fuisse sollicitum.
se autem pro Aristippi anima timere debuisse. Hac illo diuite respo
sione depulso, postea quesiuit A. gellius a philosopho non exagitandi

animo · sed discendi quae nam illa ratio esset pauoris sui · Qui ut doceret hominem sciendi studio grauiter accensum, protulit statim de sarcinula sua stoici epicteti librum, in quo ea scripta essent quae congruerent decretis zenonis et crisippi quos fuisse stoicorum principes nouimus. In eo libro se legisse dicit a gellius hoc stoicis placuisse quod animi uisa quas appellant fantasias nec in potestate esse utrum et quando incidant animo cum ueniant ex terribilibus et formidabilibus rebus necesse etiam sapientis animum moueant ita ut paulisper uel pauescat metu uel tristitia contrahat tamquam his passionibus preuenientibus mentis et rationis officium nec ideo tamen in mente fieri opinionem mali, nec approbari ista eisque consentiri, haec enim esse uolunt in potestate, idque interesse censent inter animum sapientis et stulti quod stulti animus eisdem passionibus cedit atque accomodat mentis assensum. Sapiens autem quamuis eas necessitate patiatur, retinet tamen de his quae appetere uel fugere rationabiliter debet ueram et stabilem inconcussa mente sententiam. haec ut potui non quidem commodius a gellio sed certe breuius et ut puto planius exposui quae ille se in epicteti libro legisse commemorat et ex decretis stoicorum dixisse atque scripsisse. Quae si ita sunt aut nihil aut pene nihil distat inter stoicorum aliorumque philosophorum opinionem de passionibus et perturbationibus animorum. Utrique enim mentem rationemque sapientis ab earum dominatione defendunt. Et ideo fortasse dicunt eas in sapientem non cadere stoici quia nequaquam eius sapientiam qua utique sapiens est ullo errore obnubilant aut labe subuertunt. Accidunt autem animo sapientis salua serenitate sapientiae propter illa quae commoda uel incommoda appellant, quis ea noluit dicere bona uel mala. Nam profecto si nihil penderet eas res ille philosophus quas amissurum se naufragio sentiebat, sicuti est uita ista salusque corporis, non ita illud periculum perhorresceret ut palloris etiam testimonio proderetur. Uerumtamen et illam poterat permotionem pati et fixam tenere mente sententiam uitam illam salutemque corporis quorum amissionem minabatur tempestatis inmanitas non esse bona quae illos quibus inessent facerent bonos sicut iustitia. Quod autem aiunt ea nec bona appellanda esse sed commoda uerborum certamini non rerum examini deputandum est. Quid enim interest utrum aptius bona uocentur an commoda, dum tamen ne his priuetur non minus stoicus quam peripateticus pauescat,

et palleat ea non æqualiter appellando sed æqualiter estimando
Ambo sane si bonorum istorum seu comodorum periculis ad flagitium
seu facinus urgeantur ut aliter ea retinere non possint male se di
cunt hoc amittere quibus natura corporis salua & incolumis
habetur quam illa committere quibus iustitia uiolatur. Ita mens ubi
fixa est ista sententia nullas perturbationes etiam si accidunt inferioribus
animi partibus in se contra rationem praeualere permittit quinimo eis
ipsa dominatur. eisque non consentiendo sed potius resistendo regnum
uirtutis exercet. Talem describit etiam Virgilius Eneam ubi ait.
Mens immota manet lacryme uoluuntur inanes ; —

Quod passiones quæ christianorum animos afficiunt non in uitium trahunt sed uirtutem exercent ; — . Capitulum . V.

Nonne est nunc necesse copiose ac diligenter ostendere
quid de istis passionibus doceat scriptura diuina qua
christiana eruditio continetur. eo quippe illam ipsam mentem
subiecit regendam et iuuandam mentisque passiones ita moderandas
atque frenandas ut in usum iustitie conuertantur. Denique in
disciplina nostra non tam queritur utrum pius animus irascatur
sed unde irascatur nec utrum sit tristis sed unde sit tristis nec utrum
timeat sed quid timeat. Irasci enim peccanti ut corrigatur contri
stari pro afflicto ut liberetur timere periclitanti ne pereat nescio utrum
quisquam sana consideratione reprehendat. Nam et misericordiam
stoicorum est solere culpare sed quanto honestius ille stoycus miseri
cordia perturbaretur hominis liberandi quam timore naufragii longe
melius et humanius et piorum sensibus accomodatius Cicero in
Cesaris laude locutus est ubi ait. Nulla de uirtutibus tuis nec
admirabilior nec gratior misericordia est. Quid est autem miseri
cordia nisi alienæ miserie quedam in nostro corde compassio qua
utique si possumus subuenire compellimur. Seruit autem motus iste
rationi quando ita prebetur misericordia ut iustitia conseruetur
siue cum indigenti tribuitur siue cum ignoscitur penitenti. Hanc Ci
cero locutor egregius non dubitauit appellare uirtutem quam stoyci
inter uitia numerare non pudet qui tamen ut docuit liber epi
cteti nobilissimi stoici ex decretis zenonis et crisippi qui huius
secte primatus habuerunt huiuscemodi passiones in animum sapientis
admittunt quem uitiis omnibus liberum uolunt. Vnde fit consequens
ut hec ipsa non putent uitia quando sapienti sic accidunt ut contra

uirtutem mentis rationemque nihil possint; ut una sit eademque sen
tentia peripateticorum uel etiam platonicorum et ipsorum stoicorum.
Sed ut ait Tullius uerbi controuersia iam diu torqueat homines
greculos contentionis cupidiores quam ueritatis. Sed adhuc merito
queri potest utrum ad uite presentis pertineat infirmitatem, etiam in quibus
que bonis officiis huiusmodi perpeti affectus. Sancti uero angeli et
sine ira puniant quos accipiunt eterna dei lege puniendos et mi
seris sine miserie compassione subueniant et periclitantibus eis
quos diligunt sine timore opitulentur et tamen istarum nomina pas
sionum consuetudine locutionis humane etiam in eos usurpentur
propter quandam operum similitudinem non propter affectionum infir
mitatem sicut ipse deus secundum scripturas irascitur nec tamen illa
passione turbatur. hoc enim uerbum uindicte usurpauit effectus
non illius turbulentus affectus; Quibus passionibus demones
confitente Apuleio exagitentur quorum ope homines apud
deos asserit adiuuari; · Capitulum · VI ·

Qua interim de sanctis angelis questione dilata uidea
mus quemadmodum dicant platonici medios demones
inter deos et homines constitutos istis passionum estibus
fluctuare. Si enim mente ab his libera hisque dominante motus huiusmodi
paterentur non eos diceret Apuleius simili motu cordis et salo mentis
per omnes cogitationum estus fluctuare. Ipsa igitur mens eorum
id est pars animi superior qua rationales sunt in qua uirtus et sapientia
si ulla eis esset passionibus turbulentis inferiorum animi partium
regendis moderandisque dominaretur. Ipsa inquam mens eorum sicut iste
platonicus confitetur salo perturbationum fluctuat. Subiecta est ergo
mens demonum passionibus libidinum formidinum irarum atque
huiusmodi ceteris. Que igitur pars in eis libera est composque sapientie
qua placeant diis et ad bonorum morum similitudinem hominibus con
sulant, cum eorum mens passionum uitiis subiugata et oppressa
quicquid rationis naturaliter habet ad fallendum et decipiendum tanto
acrius intendat quanto eam magis possidet nocendi cupiditas;
Quod platonici figmentis poetarum infamatos deos asserant de contra
riorum studiorum certamine cum hec partes demonum non
deorum sint: — · Capitulum · VII ·

Quod si quisquam dicit non ex omnium sed ex malorum
demonum numero esse quos poete quorundam hom

osores et amatores deos non procul a ueritate confingunt. hos enim dixit Apuleius salo mentis per omnes cogitationum estus fluctuare. Quomodo istud intelligere poterimus, quando cum hoc diceret non quorundam id est malorum, sed omnium demonum medietatem propter aeria corpora inter deos et homines describebat. hoc enim agit fingere poetas, quod ex istorum demonum numero deos faciunt et eis deorum nomina imponunt, et quibus uoluerint hominibus ex his amicos inimicosque distribuunt, ficti carminis impunita licentia, cum deos ab his demonum moribus et celesti loco et beatitudinis opulentia remotos esse perhibeat. haec est ergo fictio poetarum dicere deos qui dii non sunt, eosque sub deorum nominibus inter se decertare, non propter homines quos pro studio partium diligunt uel oderunt. Non procul a ueritate dicit hanc esse fictionem, quoniam deorum appellati uocabulis qui dii non sunt quales sunt. Denique hinc esse dicit homericam illam mineruam, que mediis cetibus graium cohibendo achilli interuenit. Quod ergo Minerua illa fuerit, poeticum uult esse figmentum, eo quod mineruam deam putant, eamque inter deos quos omnes bonos beatosque credit in alta ethera sede collocat, procul a conuersione mortalium. Quod autem aliquis demonum fuerit grecis fauens troianisque contrarius, sicut alius aduersus graecos troianorum opitulator, quem ueneris seu martis nomine idem poeta commemorat, quos deos ista et alia non agentes in habitationibus celestibus ponit, et hii demones pro eis quos amabant contra eos quos oderant inter se decertauerunt, hoc non procul a ueritate poetas dixisse confessus est. De his quippe ista dixerunt, quos hominibus simili motu cordis et salo mentis per omnes cogitationum estus fluctuare testatur, ut possent amores et odia, non pro iustitia, sed sicut populus similis eorum in uenatoribus et aurigis sedet, suarum studia partium pro aliis aduersus alios exercere. Id enim uidetur philosophus curasse platonicus, ne cum ut hoc a poetis canerentur non a demoniis mediis, sed ab ipsis diis quorum nomina poete fingendo ponunt, fieri crederentur.

De diis celestibus et demoniis aeriis et hominibus terrenis apuleii platonici diffinitio. Capitulum .viii.

Quid illa ipsa diffinitio demonum, parum ne intuenda est, ubi certe omnes determinando complexus est, quod ait demones esse genere animalia, animo passiua, mente rationalia, corpore aeria, tempore eterna. In quibus quinque commemoratis

nihil dixit omnio q demones cum bonis saltem hominibus id uide-
rentur hre commune quod non esset in malis. Nam ipos hoies
cum aliqnto latius describendo complecteret suo loco de illis dices.
T anqm de infimis atq; terrenis cum prius dixisset de celestibus dis
ut commendatis duabus partibus ex summo & infimo ultimis ter
tio loco de medijs demonijs loqueret. Igitur homines inquit roe
gaudentes oratione pollentes imortalibus animis moribundis
mebris leuibus et anxijs mentibus brutis & obnoxijs corporibus
dissilibus moribus similib erroribus peruicaci audacia ptinaci
spe casso labore fortuna caduca singulatim mortales cuncti
tamen uniuerso gne perpetui uicissim sufficienda prole muta
biles uolucri tpre tarda sapia cita morte querula uita terras
incolunt. Cum hic tam multa diceret que ad plurimos hoies
ptinent nunquid etia illud tacuit quod nouerat esse paucoru
ubi ait tarda sapia. Quod si ptermisisset nullo modo recte genus
humanu descriptionis huius tam intenta diligentia tminasset.
C um uo deoz excellentiam commendaret ipam beatitudinem quo
uolunt hoies per sapiam puenire in eis affirmant excellere. pro
inde si aliquos demones bonos uellet intelligi aliquid etiam in
ipoz descriptione poneret. Vnde uel cu dis aliquam btitudis
partem uel cum hominibus qualemcuq; sapiam putarent haber
comunem. Nunc uo nullum bonu eoz commeorauit quo boni
discernunt a malis quis et eoru malitie liberius exprimendo pe
percerit non tam ne ipos qm ne cultores eoz apud quos loqbat
offenderet. Significauit tn prudentibus quid de illis sentire
deberent. Qn quidem deos quos omes bonos beatosq; credi uo
luit ab eoz passionib atq; ut ait ipse turbellis omnodo separauit
sola illos corpoz eternitate coniungens aio aut non dis sed ho
minibus siles demones apertissime inculcans. Et hoc non sapie
bono cui et hoies possunt esse participes sed pturbatioe passionu
que stultis malisq; dnant. A sapientibus uero et bonis ita regit
ut mallint eam non hre qm uincere. Nam si non corpoz sed
aiorum eternitate cum dis hre demones uellet intelligi no uti
q; homines ab huius rei consortio separet qa et hoibus eternos
esse aios procul dubio sicut platonicus sensit. Ideoq; cum hoc
genus animantum describeret immortalibus animis mori
bundis membris dixit esse hominem.

An amicitia celestium deorum per intercessionem demonum possunt homini prouideri : — · Capitulum . ix .

AC per hoc si ppterea communem cū dijs ęternitatem nō hn̄t homines qa corpore sunt mortales. Propterea ergo demones quia corpore sunt inmortales. Quales igit̄ mediatores sunt inter homines & deos per quos ad deoꝝ amicitias homines ambiant qui hoc cū hominibus hn̄t deterius quod est in aiante melius id est aīm. hoc aūt hn̄t cum dijs melius quod ē in aiante deterius id est corpus? Cum enī animans. i. aial ex aia constet et corpore duorū anima est utiq; corpore melior et si uitiosa et infirma melior certe corpore et certissimo atq; firmissio qm̄ natura eius excellentior nec labe uitioꝝ postponit̄ corpori: Sicut sordidum aurū et argento seu plumbo licet purissimo carius estimatur. Isti mediatores deoꝝ et hoim per quos interpositos diuinis humana iungant̄ cum dijs hn̄t corpus ęternum, uitiosum aūt cum hominibus aīm; quasi religio qua uolunt dijs hoīes per demones iungi in corpore sit non in anima constituta. Que nam tandem istos mediatores falsos atq; fallaces q̄si capite deorsum nequitia uel poena suspendit, ut inferiorem animalis partem, id est corpus, cū superioribus, supiore uero id ē aīm cum inferioribus hēant. Et cum celestibus dijs in parte seruiente coniuncti, cum hoibus aūt terrestrib; in pte dn̄ante sint miseri. Corpus quippe seruū est sic etiā Salustius ait animi ipperio corporis seruitio magis utimur. Adiunxit aūt ille alteꝝ nobis cum dijs alterū cum beluis coē est qm̄ de hominibus loquebatur, quibus sicut beluis mortale corpus est. Isti aūtē quos inter nos et deos mediatores nobis ph̄i prouiderunt possunt dicē de aio et corpore alterū nobis cum dijs, alterū cum hoibus coē, sed sicut dixi tanq̄m in puersum ligati atq; suspensi, seruū corpus cū dijs beatis, dn̄m animū cum hoibus miseris hn̄tes, pte inferiore exaltati, superiore deiecti. Vnde et si quisq; propter h eis putauerit ęternitatē hr̄e cum dijs qa nulla morte sicut aialium terrestrium animi eoꝝ soluunt̄ a corpore, nec sic estimandum est eorum corpus tanq̄ honoratoꝝ non ęternū uehiculum, sed ęternum uinculum damnatorum;

Q secdm platonis sn̄iam minus miseri sunt hoīes in corpore mortali q̄m demones in ęternum : — · Capitulum . x .

— : Plotinus : —

Plotinus certe nrę memorię uicinis temporibus platonē
cęteris excellentius intellexisse laudat/ secū de humanis
animis ageret pater inquit misericors mortalia illis uin
cla faciebat. Ita hoc ipm qđ mortales sunt hoies corpore ad miam
dei patris pertinere arbitratus ē ne semper huius uitę miseria
tenerent'. Hac misericordia indigna iudicata est iniquitas demo
num quę in animi passiui miseria non mortale sicut homines/
sed ęternū corpus accepit. Essent quippe foeliciores hoibus si mō
tale cum eis hrent corpus et cū dys animū beatum. Essent aūt
pares hominibus si cum aīo misero corpus saltim mortale cū eis
hre meruissent/ si tñ acquirerent aliqđ pietatis ut ab erumnis uel
in morte requiescerēt. Nunc uero non solum foeliciores hoibus
non sunt aīo misero/ sed etiā miseriores sunt perpetuo corporis ui
culo non enī aliqua pietatis & scientię disciplina proficientes/
intelligi uoluit ex demonis fieri deos cum apertissime dixerit
demones ęternos;

De opinione platonicoꝝ qua putant aīas hominum demones esse :— · Capitulum · xi ·

Dixit quidem et animas hoīm demones esse et ex hoibus
fieri lares si meriti boni sunt; lemures si mali seu laruas.
Manes aūt deos dicit si incertum ē bonoꝝ eos seu ma
lorum esse meritoꝝ. In qua opinione quātam uoraginē aperiant/
sectandis pditisq; moribus quis non uideat si uel paululum atten
dat/ qñquidem qualibet nequam hoies fuerint uel laruas se fieri
dum opinant'/ uel dum manes deos tanto peiores fiunt q̄nto sunt
nocendi cupidiores/ ut etiā qbusdam sacrificiis tanq̄m diuinis
honoribus post mortē se inuitari opinent' ut noceat. Laruas qp
pe dicit esse noxios demones ex hoibus factos. Sed hinc alia qstio
est. Inde aūt phibet appellari grece beatos seu demones qđ boni
sint aīo hoc est boni demones/ aīos quoq; hoīm demones esse con
firmans;

De terrenis contrariis scđm platonicos demonum hominumq; natura distinguitur :— · Capłm · xii :—

Sed nunc de his agimus quās in natura pp̄ria describit
inter deos & homines/ genē aīalia/ mente rationalia/ aīo
passiua/ corpore aeria/ tempore ęterna. Nempe cum
prius deos in sublimi cęlo/ hoies aūt in terra infima dis
iunctos locis & naturę dignitate secerneret/ ita conclusit. habetis
inquit interim bina aīalia/ deos ab hoibus plurimū differentes/

loci sublimitate, uitae perpetuitate, naturae perfectione, nullo inter se
propinquo communicatu; cum et habitacula summa ab infimis tanta
intercapedo fastigii dispescat, et uiuacitas illic aeterna et indefecta
sit, hic caduca et subsiciua, et ingenia illa ad beatitudinem sublima
ta, hec ad miserias infimata. Hic terna uideo commemorata contraria
de duabus naturae partibus ultimis, id est summis atque infimis. Nam
tria que preposuit de diis laudabilia, eadem repetiuit aliis quidem
uerbis ut eis aduersa alia tria ex hominibus redderet. Tria deorum hec
sunt: loci sublimitas, uitae perpetuitas, perfectio naturae. Haec aliis uer
bis ita repetiuit ut eis tria contraria humanae conditionis opponeret.
Cum et habitacula inquit summa ab infimis tanta intercapedo fasti
gii dispescat, quia dixerat loci sublimitatem; et uiuacitas illic inquit
aeterna et indefecta sit, hic caduca et subsiciua, quia dixerat uitae
perpetuitatem; et ingenia illa inquit ad beatitudinem sublimata, haec ad
miserias infimata, quia dixerat perfectionem naturae. Tria igitur ab eo
posita sunt deorum, id est locus sublimis, aeternitas, beatitudo; et his
contraria tria hominum, id est locus infimus, mortalitas, miseria.

Inter hec terna deorum et hominum quoniam demones medios posuit, de loco
nulla est controuersia. Inter sublimem quippe et infimum medius
locus apertissime habetur et dicitur. Cetera bina restant, quibus cura
attentior adhibenda est, quemadmodum uel aliena esse a demo
nibus ostendantur, uel sic eis distribuantur, ut medietas uidetur expo
scere. Sed ab eis aliena esse non possunt. Non enim sicut dicimus
locum medium nec summum esse nec infimum, ita demones cum sint
animalia rationalia, nec beatos esse nec miseros, sicut sunt arbusta uel
pecora, que sunt sensus nec rationis expertia, recte possumus dicere.
Quorum ergo ratio mentibus inest, aut miseros esse aut beatos necesse
est. Item non possumus recte dicere nec mortales esse demones,
nec aeternos. Omnia namque uiuentia aut in aeternum uiuunt, aut
finiunt morte quod uiuunt. Iam uero iste tempore aeternos demones dixit.
Quid igitur restat nisi ut hi medii de duobus summis unum habeant
et de duobus infimis alterum? Nam si utraque de imis habebunt, aut
utraque de summis, medii non erunt, sed in alterutram partem uel
resiliunt uel recumbunt. Quia ergo his binis sicut demonstratum
est carere utrisque non possunt, exceptis ex utraque parte singulis me
diabuntur. Ac per hoc de infimis habere non possunt aeternitatem, que
ibi non est, unum hoc de summis habent; et ideo non est alterum ad

complendam medietatem suam q de infimis habeant nisi
miseriam; Quomodo demones si nec cum dijs beati nec cum
hominibus sunt miseri inter utraq; partem sint medij : —
ESt itaq; scdm platonicos sublimium Capitulum · xiij ·
deorum/uel beata eternitas/ uel eterna beatitudo · hom
uero infimorum/ uel miseria mortalis/ uel mortalitas mi
sera · Demonum aut mediorum/ uel misera eternitas/ uel eterna mi
seria · Nam et quinq; illis que in diffinitioe demonu posuit non
eos medios sicut pmittebat ostendit · qm tria dixit eos hre nobis
cum/ qd gne aialia/ q mente rationalia/ q aio passiua sunt · Cum
dijs aut/ unum/ q tpre eterna/ et unu pprium q corpore aerea · Quo
modo ergo medij qn unum hnt cum sumis tria cum infimis ·
quis non uideat relicta medietate qntum inclinentur et depman
tur in infima · Sed plane etia ibi medij possunt ita inueniri ut
unu habeant pprium quod e corpus aerium/ sicut et illi de su
mis atq; infimis singula propa dij corpus ethereu homiesq; ter
renum · Duo uero communia sunt omibus q gne sunt aialia · et
mente rationalia · Nam et ipse cum de dijs et homibus loque
retur · hetis inquit bina aialia/ et non solent isti deos nisi deos
rationales mente perhibere · duo sunt residua/ q sunt aio passiua
et tempore eterna/ quorum hnt unu cum infimis/ cu summis alte
rum/ ut pportionali ratione librata medietas neq; sustolatur
in summa neq; in infima deprimatur · Ipsa est aut illa demonum
misera eternitas/ uel eterna miseria · Qui enim ait aio passiua/
etia misera dixisset/ nisi eorum cultoribus erubuisset · Porro quia
puidentia summi dei/ sic etia ipsi fatentur/ non fortuita teme
ritate regitur mundus/ nunq esset istorum etna miseria/ nisi esset ma
gna malitia · Si igr beati recte dicuntur eudemones/ non sunt
eudemones/ quos inter hoies et deos isti in medio locauerunt/ quis
est ergo locus bonorum demonum/ qui supra homies infra deos/
istis prebeant adiutorium/ illis ministerium · Si enim boni etni
q; sunt/ profecto et beati sunt · Eterna aut beatitudo medios esse
non sinit/ quia multum dijs compat/ multumq; ab homibus sepat ·
Unde frustra isti conabuntur ostendere quo demones boni si immor
tales sunt et beati recte medii constituantur/ nisi deos immortales
ac beatos/ et homies mortales ac miseros · Cum enim utrumq; ha
beant cum dijs et beatitudinem scilicet et immortalitatem

nihil autem horum cum hominibus et miseris et mortalibus, quo non potius remoti sunt ab hominibus diis coniuncti, quam inter utrosque medii constituti. Tunc enim medii essent, si haberent et ipsi duo quaedam sua, non cum binis alterutrorum, sed cum singulis utrorumque communia, sicut homo medium quidem est, sed inter pecora et angelos. ut quia pecus est animal irrationale atque mortale, angelus autem rationale et immortale, medius homo esset inferior angelis, superior pecoribus, habens cum pecoribus mortalitatem, rationem cum angelis, animal rationale mortale. Ita ergo cum querimus medium inter beatos immortales miserosque mortales, hoc invenire debemus quod aut mortale sit beatum aut immortale sit miserum;

An homines cum sint mortales possint esse vere beati; Capitulum · XIIII ·

Utrum et beatus et mortalis homo esse possit magna est inter homines questio. Quidam enim conditionem suam humilius inspexerunt negaveruntque hominem capacem esse posse beatitudinis quamdiu mortaliter vivit; quidam vero extulerunt se et ausi sunt dicere sapientiae compotes beatos esse posse mortales. Quod si ita est cur non ipsi potius medii constituuntur inter mortales miseros et immortales beatos, beatitudinem habentes cum immortalibus beatis, mortalitatem cum mortalibus miseris. Profecto enim si beati sunt invident nemini, nam quid miserius invidia. Et ideo mortalibus miseris quantum possunt ad consequendam beatitudinem consulunt, ut et immortales valeant esse post mortem et angelis immortalibus beatisque coniungi;

De mediatore dei et hominum Iesu Christo; Capitulum · XV ·

Si autem quod multo credibilius et probabilius disputatur, omnes homines quamdiu mortales sunt, etiam miseri sint necesse est, querendus est medius qui non solum homo, verum etiam deus sit, ut homines ex mortali miseria ad beatam immortalitatem huius medii beata mortalitas interveniendo perducat, quem neque non fieri mortalem oportebat, neque permanere mortalem. Mortalis quippe factus est non infirmata verbi divinitate, sed carnis infirmitate suscepta. Non autem permansit in ipsa carne mortali quam resuscitavit a mortuis, quoniam ipse est fructus mediationis eius, ut nec ipsi, propter quos liberandos mediator effectus est, in perpetua carnis morte remanerent. Proinde mediator inter

nos et deum / et mortalitatem hre oportuit transeunte / et btitu
dinem pmanente / ut per id quod transit / congrueret morituris /
et ad id quod ptineret / transferret ex mortuis. Boni igr angeli
inter miseros mortales et beatos immortales / medii esse non pos
sunt / quia ipsi quoq; beati et imortales sunt. possunt aut medii
esse angeli mali / qa imortales sunt cum illis / miseri cum istis /
his contrarius est mediator bonus / qui aduersus eorum imortalitate
et miseriam / et mortalis esse ad tempus uoluit / et beatus in æter
nitate psistere potuit. Ac sic eos et imortales superbos et miseros
noxios / ne per immortalitatis iactantia seducerent ad miseria /
& sue mortis humilitate / et sue beatitudinis dignitate / destruxit /
in eis quorum corda per suam fidem mundans / ab illorum imundissima
dnatione liberauit. Homo itaq; mortalis et miser / longe seiunctus
ab imortalibus et beatis quid eligat medium per qd immorta
litati & beatitudini copulet. Qd posset delectare in demonu im
mortalitate miserum e / quod posset offendere imortalitate iam
non e. Ibi ergo cauenda cauenda e miseria sempitna / hic mors
timenda non est / quæ non esse potuit sempitna / et btitudo ama
da e sempitna. Ad hoc se quippe int posuit medius imortalis
et miser / ut ad imortalitatem btam transire non sinat / qm per
sistit quod ipedit. id e ipsa miseria. Ad hoc aute se interposuit
mortalis & beatus / ut imortalitate trãsacta / et ex mortuis facet
imortales / quod in se resurgendo monstrauit / et ex miseris btos
V nde nunq ipse discessit. Alius est ergo medius malus q sepat
amicos / alius bonus / qui reconciliat inimicos. Et multi sunt
medii sepatores / qa multitudo que beata e unius dei pticipatioe
fit beata. Cuius participationis priuatione / misera multitudo ma
lorum angelorum / quæ se opponit potius ad impedimentu / qm in
terponit ad btitudinis adiutoriu. Et iam ipsa multitudine ob
strepit quodammodo / ne possit ad illud unu beneficiu peruenire.
A d quod ut perduceremur / non multis / sed uno mediatore opus erat.
et hoc eo ipso cuius pticipatione sumus beati. hoc e uerbo dei
non facto / sed per quod facta sunt omnia. Nec tn ob hoc medi
ator e / quia uerbum maxie quippe imortale / & maxie btm
uerbum longe est a mortalibus miseris / sed mediator / per quod
homo eo ipso utiq; ostendens ad illum non solum beatum uerum
etiam beatificum bonum / non oportere queri alios mediatores

per quos arbitremur nobis perventionis gradus esse moliendos; quia btus et beneficus deus factus particeps humanitatis nre compendium tribuit participande divinitatis sue. Neq; enim nos a mortalitate et miseria liberans ad angelos immortales beatosq; ita perducit ut eoru participatione etia nos immortales et beati simus, sed ad illam trinitate cui' et angeli participatioe beati sunt. Ideo qn in forma servi ut mediator e infra anglos esse voluit in forma dei supra angelos mansit. Idem in inferioribus via vite qui in superioribus vita. Non enī verum e qd idem platonicus ait platonem dixisse, nullus deus miscet' homini Et hoc precipuum eoru sublimitatis ait esse specimen, q nulla attractatione hominum contaminantur.

An rationabiliter platonici diffinierint deos celestes declinantes terrena contagia hominibus non misceri quibus ad amicitiam deorum demones suffragentur. Capitulum XVI.

Ergo demones contaminari fatetur, et ideo eos a qbus contaminant mundari non possunt, omnesq; immundi pariter fiunt, et demones contrectatione hoim et hoies cultu demonum. Aut si et contrectare miscerig; hominibus nec tamen contaminari demones possunt, diis pfecto meliores sunt, quia illi qui miscerent' contaminarent'. nec hoc deoz dicit' esse precipuu ut eos sublimitate sepatos humana contrectatio contaminare non possit. Deu quidem summu oim creatore que nos verum deu dicimus sic a platone prædicari asseverat, q ipse sit solus qui non possit penuria sermonis humani quavis orone vel modice coprehendi. Vix aut a sapientibus viris cu se vigore animi qntum licuit a corpore removerint, intellectu huius dei id quoq; interdum velut in altissimis tenebris rapidissimo choruscamine lumen candidum intimicare. Si ergo supra omnia vere summus deus intelligibili et ineffabili quadam pntia et interdum et si tanq rapidissimo choruscamine lumen candidu intimicans adest tamen sapientum mentibus cu se qntum licuit a corpore removerut, nec ab eis contaminari pot. quid est quod isti dii pterea constituunt longe in sublimi loco, ne contrectatione contaminent' humana, quasi vero ad liquidu corpora illa etherea q videre sufficiat quoru luce terra qntum sufficit illustratum. Porro si non contaminant' sydera cum videntur,

quos deos omnes uisibiles dicit, nec demones hominum contami
nantur aspectu quamuis de proximo uideantur. An forte uocibus hu
manis contaminarentur, qui acie non contaminantur oculorum. Et
ideo demones medios habent per quos eis uoces hominum nuntientur,
a quibus longe absunt, ut incontaminatissimi perseuerent. Quid
de ceteris sensibus dicam? non enim olfaciendo contaminari uel
dii possent si adessent, uel cum adsunt demones possunt uiuo
rum corporum uaporibus humanorum si tantis sacrificiorum cadaue
rinis non contaminantur nidoribus. In gustandi autem sensu, nulla
necessitate reficiende mortalitatis urgentur, ut fame adacti cibos
ab hominibus querant. Tactus uero in potestate est. nam licet ab
eo potissimum sensu contrectatio dicta uideatur, hactenus tamen
si uellent miscerentur hominibus, ut uiderent et uiderentur audirent
et audirentur. Tangendi autem que necessitas. Nam neque homines
id concupiscere auderent, cum deorum uel demonum bonorum conspectu
uel colloquio fruerentur. Et si in tantum curiositas progrediretur ut
uel uellent, quonam pacto quispiam posset inuitum tangere
deum uel demonem, qui nisi captum non potest passere. Viden
do igitur uisibusque se prebendo et loquendo et audiendo dii corpo
raliter misceri hominibus possent. hoc autem modo demones si mi
scentur ut dixi et non contaminantur, dii autem non contaminarentur
si miscerentur. Incontaminabiles dicunt demones quid confert
hominibus ad uitam post mortem beatam, quos contaminati mun
dare non possunt ut eos mundos diis incontaminatis possint adiun
gere, inter quos illi medii constituti sunt. Aut si hoc eis beneficii
conferunt, quid prodest hominibus demonum amica mediatio.
an ut post mortem non ad deos homines per demones transeant,
sed simul uiuant utrique contaminati ac per hoc neutri beati.
Nisi forte quis dicat more spongiarum uel huiusmodi rerum mun
dare demones amicos suos ut tanto ipsi sordidiores fiant quanto
fiunt homines eis uelut tergentibus mundiores. Quod si ita est,
contaminatioribus dii miscentur demonibus, qui ne contami
narentur hominum propinquitate contrectationemque uitarunt. An forte
dii possunt ab hominibus contaminatos mundare demones, non
ab eis contaminari. Et quomodo non possunt et homines. Quis
talia sentiat nisi quem fallacissimi demones deceperint. quid quod si
uideri et uidere contaminat. Videntur ab hominibus dii quos

uisibiles dicit clarissima mundi lumina et cetera sydera tutiores
quia sunt demones ab ista hominum contaminatione qui non pos
sunt uideri nisi uelint. Aut si non uideri sed uidere contami
nat negat ab istis clarissimis mundi luminibus quos deos opi
nantur uidere homines cum radios suos per terras usque protendant.
Qui tamen eorum radii per quaeque inmunda diffusi non contamina
tur et dii contaminarentur si hominibus miscerentur etiam si esset
necessarius in subueniendo contactus. Nam radiis solis et lune
contingitur terra nec istam contaminat lucem. Miror autem
plurimum tam doctos homines qui cuncta corporalia et sensibi
lia que incorporalibus et intelligibilibus postponenda iudica
uerunt cum agitur de beata uita corporalium contrectationum
facere mentionem. Ubi est illud platonis ubi ait: Fugiendum est igitur
ad carissimam patriam et ibi pater et ibi omnia: Que igitur inquit
classis aut fuga? similem deo fieri. Si ergo quanto deo similior tanto fit
quisque propinquior nulla est ab illo alia longinquitas quam eius dissimili
tudo. Incorporali uero illo eterno et incommutabili tanto est anima
hominis dissimilior quanto rerum temporalium mutabiliumque cupidior;

Quod ad consequendam uitam beatam que participatione est summi
boni non tali mediatore indigere hominem qualis est demon
sed qualis est christus: — · Capitulum · xvii ·

Hoc ut sanetur quoniam immortali puritate que in summo est
ea que in imo sunt mortalia et inmunda conuenire non
possunt opus est quidem mediatore non tamen tali qui
corpus quidem habeat immortale propinquum summis. Animum autem
morbidum similem infimis quo morbo nobis inuideat potius
ne sanemur quam adiuuet ut sanemur. Sed tali qui nobis infimis
ex corporis mortalitate coaptatus immortalis spiritus iustitia per quam
non locorum distantia sed similitudinis excellentia mansit in summis
mundandis liberandisque nobis uere diuinum prebeat adiutorium.
Qui profecto incommutabilis deus absit ut contaminationem timeat
ex homine quo indutus est aut ex hominibus inter quos in homine con
uersatus est. Non enim parua sunt haec interim duo que salubriter
sua incarnatione monstrauit nec carne posse contaminari ueram
diuinitatem. Nec ideo putandos demones nobis esse meliores quia
non habent carnem. hic est sicut eum predicat sancta scriptura medi
ator dei et hominum homo christus iesus. De cuius diuinitate qua

patri est semper aequalis & humanitate qua nobis factus est similis
non hic locus est ut competenter pro nra facultate dicamus;

Q fallacia demonum. dum sua intercessione uiam spus defert
ad dominum a uia ueritatis auertit; Capitm. xviii.

FAlsi autem illi fallacesq; mediatores demones qui cum spus
per inmundiciam miseri ac maligni multis affectibus clareat
per corporalium tn locorum interualla et per aereoru corporu
leuitatem a puectu aiorum nos auocare atq; auertere moliuntur
non uiam prebent ad deu sed ne uia teneatur impediunt quidem
in ipsa uia corporali que falsissima e et plenissima erroris qua non
iter agit iustitia qm non per corporalem altitudinem sed per spua
lem hoc e incorporalem silitudinem ad deu debemus ascendere.
In ipsa tamen uia corporali qua demonum aici per elementorum
gradus ordinant inter ethereos deos & terrenos hoies & aereis de
monibus mediis constitutis. hoc deos opinant hre precipuum ut
pter hoc interuallum locorum cotrectatione non contaminent huana.
Ita demones contaminari potius ab hominibus q homines mundari
a demonibus credunt et deos ipsos contaminari potuisse nisi loci
altitudine munirent. Quis tam infoelix ut ista uia mundari se
existimet ubi homies contaminantes demones contaminati dii con
taminabiles predicant et non potius eligat uiam ubi contaminate
magis demones euitent et ab incontaminabili deo ad ineundam
societatem incontaminatorum angelorum homies in contamina
tione mundentur. Quod appellatio demonum iam
nec apud cultores eorum assumatur in bono; Capitm. xix.

SEd ne de uerbis etia nos certare uideamur qm nonnulli
istorum ut ita dixerim istorum demonicolaru in quibus
et labeo est eosdem perhibent ab aliis angelos dici quos
ipsi demones nuncupant iam mihi de bonis angelis aliqd uideo
disserendum quos isti esse non negant sed eos bonos demones uo
care q angelos malunt. Nos aut sicut scriptura loquit scdm qua
xpiani sumus angelos quidem partim bonos partim malos nuq
uero bonos demones legimus. Sed ubicuq; illaru litteraru hoc no
men positum repitur siue demones siue demonia dicunt non n
maligni significant spus. Et hanc loquendi consuetudine in tan
tum populi usq; quaq; secuti sunt ut eorum etiam qui pagani ap
pellant et deos multos ac demones colendos esse contendunt nullus

fere sit tam litteratus et doctus qui audeat in laude uel seruo suo dicere demonem habes sed cuilibet hoc dicere uoluerit non se aliter accipi quam maledicere uoluisse dubitare non possit. Quae igitur nos causa compellit ut post offensionem aurium tam multarum ut iam pene sit omnium quae hoc uerbum non nisi in malam partem audire consueuerunt quod diximus cogitamus exponere cum possimus angelorum nomine adhibito eandem offensionem quae nomine demonum fieri poterat euitare;

De qualitate scientiae quae demones superbos facit; Capitulum · xx ·

Quamquam etiam ipsa origo huius nominis si diuinos intueamur libros aliquid afferat cognitione dignissimum. Demones enim dicuntur quoniam uocabulum grecum est ab scientia nominati. Apostolus autem spiritu sancto locutus ait scientia inflat caritas uero edificat. Quod recte aliter non intelligitur nisi scientiam tunc prodesse cum caritas inest sine hac autem inflare id est in superbiam inanissimae quasi uentositatis extollere. Est ergo in demonibus scientia sine caritate et ideo tam inflati hoc est tam superbi sunt ut honores diuinos et religionis seruitutem quam uero deo deberi sciunt sibi satis egerint exhiberi et quantum possunt et apud quos possunt adhuc agant;

Ad quem modum dominus uoluerit demonibus innotescere;

Contra superbiam demonum porro **Capitulum · xxi ·** pro qua meritis possidebatur genus humanum dei humilitas quae in xpo apparuit quantam uirtutem habeat animae hominum nesciunt immunditia elationis inflatae demonibus similes superbia non scientia. Ipsi autem demones etiam ita hoc sentiunt ut eidem domino infirmitatem carnis induto dixerint. Quid nobis et tibi iesu nazarene uenisti perdere nos. Clarum est in his uerbis quod in eis tanta scientia et caritas non erat. Penam quippe suam formidabant ab illo non in illo iustitiam diligebant. Tantum uero eis innotuit quantum uoluit · tantum autem uoluit quantum oportuit. Sed sic innotuit non sicut angelis sanctis qui eius secundum id quod dei uerbum est participata aeternitate perfruuntur sed sicut eis terrendis innotescendum fuit ex quorum tyrannica quodammodo potestate fuerat liberaturus predestinatos in suum regnum et gloriam semper ueracem et ueraciter sempiternam. Innotuit ergo demonibus non per id quod est uita aeterna et lumen incommutabile quod illuminat pios cui uidendo per fidem quae in illo est corda mundant. sed per quaedam temporalia

sue uirtutis effecta et occultissime signa passionis que angelicis sensibus etiam malignorum spirituum potius quam infirmitati hominum possent esse conspicua. Denique quando ea paululum supprimenda iudicauit, et aliquanto altius latuit dubitauit de illo demonum princeps eumque temptauit an xpistus esset et explorans quantum se temptari ipse permisit ut hominem quem gerebat ad nostre imitationis temptaret exemplum. Post uero illam temptationem cum angeli sicut scriptum est ministrarent ei utique boni et sancti ac per hoc his spiritibus immundis metuendi et tremendi magisque innotescebat demonibus quantus esset, ut ei iubenti quamuis in illo contemptibilis uideretur carnis infirmitas resistere nullus auderet;

Quid intersit inter scientiam angelorum et demonum; Capitulum · xxii ·

…lis igitur angelis bonis omnis corporalium temporaliumque rerum scientia qua inflantur demones uilis est non quod earum ignari sint sed quod illis dei qua sanctificantur caritas cara est pre cuius non tantum incorporali uerum etiam incommutabili et ineffabili pulchritudine cuius sancto amore inardescunt omnia que infra sunt et que sursum sunt secundum ipsos inter illa contemnunt ut ex toto quod boni sunt eo bono ex quo boni sunt perfruantur.

Et ideo certius etiam temporalia et mutabilia ista nouerunt quia eorum principales causas in uerbo dei conspiciunt per quod factus est mundus. quibus causis quedam probantur quedam reprobantur cuncta ordinantur. Demones autem non eternas temporum causas et quodammodo cardinales in dei sapientia contemplantur sed quorundam signorum nobis occultorum maiore experientia multo plura quam homines futura prospiciunt. Dispositiones quoque suas aliquando prenuntiant. Denique sepe isti numquam illi falluntur. aliud est enim temporalibus temporalia et mutabilibus mutabilia coniectare eisque temporalem et mutabilem modum sue uoluntatis et facultatis inserere quod demonibus certa ratione permissum est, aliud autem in eternis atque incommutabilibus dei legibus que in eius sapientia uiuunt mutationes temporum preuidere, deique uoluntatem que tam certissima quam potentissima est omnium spiritus eius participatione cognoscere, quod sanctis angelis recta discretione donatum est. Itaque non solum eterni uerum etiam beati sunt. Bonum autem quo beati sunt deus illis est a quo creati sunt. illius quippe indeclinabiliter participatione et contemplatione perfruuntur: —

Quod nomen dei falso ascribitur diis gentium quod tamen angelis sanctis et hominibus iustis ex diuinarum scripturarum aucto ritate commune est :— Capitulum xxiii.

Hos si platonici malunt deos quam demones dicere, eisque annu merare quos a summo conditos deos scribit eorum que auctor et magister plato, dicant quod uolunt. Non enim cum eis de uerborum controuersia laborandum est. Si enim sic immor tales, ut tamen a summo deo factos et si non per se ipsos sed ei a quo facti sunt adherendo beatos esse dicunt, hoc dicunt quod dicimus quolibet eos nomine appellent. hanc autem platoni corum esse sententiam siue omnium siue meliorum in eorum litteris inueniri potest. Nam et de ipso nomine, quod huiusmodi immor talem beatamque creaturam deos appellant, ideo inter nos et ipsos pene nulla dissensio est quia et in nostris sacris litteris legitur Deus deorum dominus locutus est. Et alibi Confitemini deo deorum. Et alibi. Rex magnus super omnes deos. Illud autem ubi scriptum est, Terribilis est super omnes deos. Cur dictum sit deinceps ostenditur. Sequitur enim quoniam omnes dii gentium demonia dominus autem celos fecit. Super omnes ergo deos dixit, sed gentium, id est quos gentes pro diis habent que sunt demonia. Ideo terribilis, sub quo terrore domino dicebant uenisti perdere nos. Illud uero quod dicitur, deus deorum non potest intelligi deus demoniorum. et rex magnus super omnes deos. absit ut dicatur et rex magnus super omnia demonia. Sed homines quoque in populo dei eadem scriptura deos appellat. Ego inquit dixi dii estis et filii excel si omnes. Potest itaque intelligi horum deorum deus qui dictus est deus deorum et super hos deos rex magnus qui dictus est rex magnus super omnes deos. Verum tamen cum a nobis queritur si homines dicti sunt dii, quia in populo dei sunt, quem per angelos uel per homines alloquitur deus, quanto magis immortales eo nomine digni sunt qui ea fruuntur beatitudine, ad quam deum colendo cupiunt homines peruenire. Quid respondebimus nisi non frustra in scripturis sanctis ubi expressius homines nuncupatos deos, quam illos immortales et beatos quibus nos equales futuros in resurrectione promittitur. Ne scilicet propter illorum excellentiam aliquem eorum nobis constituere deum infidelis auderet infirmitas quod in homine facile est uita re et euidentius dici debuerunt dii in populo dei ut certi ac fiden tes scirent eum esse deum suum, qui dictus est deus deorum, quia

et si appellarentur dii immortales illi et beati qui in celis sunt non tn̄
dicti sunt dii deorum id est dii hom̄ in populo dei constitutorum
quibus dictum ē. Ego dixi dii estis et filii excelsi omnes. Hinc est
quod ait apl̄s. et si sunt qui dicant̄ dii siue in celo siue in terra si
cuti sunt dii multi et dn̄i multi nobis tn̄ unus deus pater ex quo
omnia. et nos in ipso et unus dn̄s Iesus Christus per quē omnia et nos
per ipm̄. Non multum ergo de nōie disceptandum ē cum res ipsa
ita clareat ut ab scrupulo dubitationis aliena sit. Illud uero qd̄ nos
ex eorum imortalium beatorum nūo missos esse angelos dicimus
qui dei uoluntatē hominibus annuntiarent; Illis aūt non placeat
quia hoc ministeriū et beatos sed per demones fieri credunt quos
imortales tn̄ et etiam beatos audent dicere. Aut certe ita imorta
les non per illos quos deos appellant et imortales et beatos sed per
demones fieri credunt quos immortales tn̄ non etiā beatos audent
dicere. aut certe ita mortales ac beatos. ut tn̄ demones bonos non
deos sublimiter collocatos et ab hac humana contrectatiōe semotos
Quamuis nominis controuersia uideat̄ tn̄ ita detestabile est nomen
demonū ut hoc modis omnibus a sanctis angelis nos remouere de
beamus. Nunc ergo liber iste ita claudat̄ ut sciamus imortales et
btōs quolibet modo uocent̄. qui tn̄ facti et creati sunt medios non
esse ad immortalem btitudinem pducendis mortalibus miseris a
quibus utraq; differentia separant̄. Qui aūt medii sunt coēm hn̄do
imortalitatem cū supioribus miseriam cū inferioribus quoniam
merito malitię miseri sunt beatitudinē quā non habent inuidere
nobis possunt potius q̄ prębere. Unde nihil hn̄t amici demonum
quod nobis dignū afferant cur eos tanq̄ adiutores colere debeamus
quos potius ut deceptores uitare debemus. Quos aūte bonos et ideo
non solum imortales uerū etiā beatos deorum nōie sacris et sacrificiis
ppter uitam btām post mortē adipiscendam colendos putant qua
lescumq; illi sint et quolibet uocabulo digni sint non esse uelle per
talē religionis obsequiū nisi unum deū coli a quo creati et cuius
participatione beati sunt adiuuante ipso in sequenti libro diligen
tius disseremus; — Incipiunt capitula decimi libri de ciuitate dei
Aurelii Augustini doctoris eximii Iponensis episcopi : —

VEram btitudinem siue angelis siue hominibus per unum
deum tribui etiam platonicos diffinisse. sed utrū hi quos
ob hoc ipm̄ colendos putant uni deo tn̄. an etiam sibi sacri

AVRELII · AVGVSTINI · DOCTORIS · EXIMII · HYPONENSIS · EPISCOPI · DE · CIVITATE · DEI · INCIPIT · :— LIBER · DECIMVS : —

Veram beatitudinem siue angelis siue hominibus per unū deum tribui etiam platonicos diffinisse sed utrumq; hi quos ob hoc ipm colendos putant uni tm̄ deo an etiam sibi sacrificari uelint esse querendum ; — · Capitulum · primum.

OMnium certa sententia est qui ratione
quoquomodo uti possent beatos esse hoies
omes uelle. Qui aute sint, uel unde fiant
dum mortalium querit infirmitas, mlte
magneq; controuersie concitate sunt, in
quibus philosophi sua studia et ocia con
triuerunt, quas in mediu adducere atq;
discutere et longum e et non necessariu.
Si eni recolit qui hec legit, quid in libro
egerimus octauo in eligendis phis cum qbus hoc de uita beata
quae post morte futura est questio tractaretur, utru ad eam uni
deo uero qui etia effector est deor, an plurimis diis religione
sacrisq; seruiendo peruenire possimus. Non etia hec eadem re
peti expectat, psertim cum possit relegendo si forte oblitus e am
miniculare memoriam. Elegimus eni platonicos oim phorum
merito nobilissimos, ppterea quia sepe posuerunt licet imortale
ac rationalem, et intellectualem hois anima nisi participato lu
mine illius dei a quo et ipse mundus factus e btam esse non
posse. Ita illud quod omes homines appetunt, id e uita beatam,
queqm isti assecuturu negant qui non illi uni optimo quod e
incomutabilis deus puritate casti amoris adheserit sed quia ipsi
quoq; siue credentes uanitati erroriq; populor, siue ut ait aplus
euanescentes in cogitationibus suis multos deos colendos ita puta
uerunt uel putari uoluerunt ut quidam eor etia demonibus
diuinos honores sacroru et sacrificior deferendos esse senserint
quibus iam non parua ex parte respondimus. Nunc uidendu
ac disserendu est qntum deus donat. Immortales ac beati in ce
lestibus sedibus dnationibus principatibus, potestatibus constitu
ti quos isti deos et ex quibus quosdam uelut bonos demones uel
uel nobiscum angelos noiant, quomodo credendi sunt uelle a
nobis religione pietatemq; seruari hoc e ut apertius dicam utru
etia sibi an tm deo suo qui etia noster est, placeat eis ut sacra fa
ciamus et sacrificemus, uel aliqua nra seu nos ipos religionis riti
bus consecremus. Hic e enim diuinitati uel si expressius dicendu
est deitati debitus cultus, pp̄ter quem uno uerbo sacrificandum
qm mihi satis idoneum non occurrit latinum, greco ubi necesse
est in summo quid uelim dicere. Latriam quippe nri, ubicuq;

sanctarum scripturarum positum est interpretati sunt seruitute
Sed ea seruitus quae debetur hominibus scilicet quam praecepit apostolus
seruos dominis suis subditos esse debere. Alio nomine graece nuncu
pari solet. Latria uero secundum consuetudinem qua locuti sunt qui
nobis diuina eloquia condiderunt aut semper aut tam frequenter
aut pene semper ea dicitur seruitus quae pertinet ad colendum deum.
Proinde si tantummodo cultus ipse dicatur non soli deo deberi uidetur.
Dicimus enim colere et homines quos honorificatione uel recordatione
uel praesentia frequentamus. Nec solum ea quibus nos religiosa humi
litate subicimus sed quaedam etiam quae subiecta sunt nobis perhibentur
coli. Nam ex hoc uerbo agricolae et coloni et incolae uocantur et ipsos
deos non ob aliud appellant caelicolas nisi quod caelum colant non utique
uenerando sed inhabitando tamquam caeli quosdam colonos non sic
appellantur coloni qui conditionem debent genitali solo propter
agricultura sub dominio possessorum. Sed sicut ait quidam la
tini eloquii magnus auctor urbs antiqua fuit tyrii tenuere coloni
ab incolendo enim colonos uocauit non ab agricultura. Hinc et ci
uitates a maioribus ciuitatibus uelut populorum examinibus conditae
coloniae nuncupantur. Ac per hoc cultum quidem non deberi nisi deo
propria quadam notione uerbi huius omnino uerissimum est. Sed quia
et aliarum rerum dicitur cultus ideo latine uno uerbo significari cultus
deo debitus non potest. Nam et ipsa religio quamuis distinctius non quemlibet
sed dei cultum signare uideatur. Unde isto nomine interpretati sunt nostri
eam quae graece threscia dicitur tamen quia latina loquendi consuetudine non
imperitorum uerum etiam doctissimorum et cognationibus humanis atque
affinitatibus et quibuscumque necessitudinibus dicitur exhibenda religio non
eo uocabulo uitatur ambiguum dum de cultu deitatis uertitur quaestio
ut fidenter dicere ualeamus religionem non esse nisi cultum dei.
quoniam uidetur hoc uerbum a significanda obseruantia propinquitatis
humanae insolenter auferri. Pietas quoque proprie dei cultus intellegi
solet quam graeci eusebiam uocant. hoc tamen erga parentes officiose haberi
dicitur. more autem uulgi hoc nomen etiam operibus misericordiae freque
tatur. Quod ideo arbitror euenisse quia haec fieri praecipue mandat deus
eamque sibi uel pro sacrificiis placere testatur. Ex qua loquendi consue
tudine factum est ut deus ipse dicatur pius. quem sane graeci nullo suo
sermonis usu eusebem uocant quamuis eusebiam pro misericordia
illorum etiam uulgus usurpet. Unde in quibusdam scripturarum locis

ut distinctio certior appareret non eusebiam quae ex bono cultu sed theo-
sebiam quod ex dei cultu compositum resonat dicere maluerunt.
Utrumlibet autem horum nos uno uerbo enuntiare non possumus
quae itaque latria grece nuncupatur et latine interpretatur seruitus
sed ea qua colimus deum uel quae theosebia grece latine autem religio
dicitur sed ea quae nobis est erga deum uel qua illi eusebiam nos uero
non uno uerbo exprimere sed dei cultum possumus appellare hanc
enim tantum deberi deo dicimus qui uerus est deus facitque suos cultores
deos. Quecumque igitur sunt in celestibus habitationibus immortales
et beati si nos non amant nec beatos nos esse uolunt colendi utique
non sunt. Si autem amant et beatos uolunt profecto unde uolunt unde
et ipsi sunt. an aliunde et ipsi beati aliunde nos?

De superna illuminatione quid plotinus platonicus senserit. Capitulum II.

Sed non est nobis ullus cum his excellentioribus philosophis in hac
questione conflictus. Uiderunt enim suis litteris multis modis
copiosissime mandauerunt hinc illos unde et nos fieri beatos
obiecto quodam lumine intelligibili quod deus est illis et aliud est
quam illi a quo illustrantur ut clareant atque eius participatione perfecti be-
atique subsistant. Sepe multumque plotinus asserit sensum platonis
explanans. Ne illam quidem quam credunt esse uniuersitatis animam
aliunde beatam esse quam nostram. idque esse lumen quod ipsa non est
sed a quo creata est et quo intelligibiliter lucet. Dat etiam similitudinem
ad illa incorporea de his celestibus conspicuis amplisque corporibus
tamquam ille sit sol. et ipsa sit luna. Lunam quippe solis obiectu illumi-
nari putant. Dicit ergo ille magnus platonicus animam rationalem
siue potius intellectualis dicenda sit ex quo genere etiam immortalium
beatorumque animas esse intelligit quos in celestibus sedibus habitare non
dubitat non habere supra se naturam nisi dei qui fabricatus est mun-
dum a quo et ipsa facta est. Nec aliunde illis supernis prebere uitam
beatam et lumen intelligentie ueritatis quam unde prebetur et nobis
consonans euangelio ubi legitur. Fuit homo missus a deo cui no-
men erat Iohannes hic uenit in testimonium ut testimonium
perhiberet de lumine. Erat lumen uerum quod illuminat omnem
hominem uenientem in hunc mundum. In qua differentia satis osten-
ditur animam rationalem uel intellectualem qualis erat in Iohanne
sibi lumen esse non posse. sed alterius ueri luminis participatione
lucere. Hoc et ipse iohannes fatetur ubi ei perhibens testimonium.

dicit nos omnes de plenitudine eius accepimus;

De uero dei cultu a quo platonici deuiarunt quamuis creatorem uniuersitatis intellexerint colendo angelos seu bonos seu malos diuino honore: — · Capitulum · iii ·

Quae cum ita sint, si platonici uel quicumque alii ista senserunt cognoscentes deum, sicut deum glorificarent et gratias agerent, nec euanescerent in cogitationibus suis nec populorum errorum partim auctores fierent, partim resistere non auderent · Profecto confiterentur et illis immortalibus ac beatis et nobis mortalibus ac miseris ut immortales ac beati esse possimus, unum deum deorum colendum, qui et noster est et illorum ;

Cui uero deo sacrificium debeatur ; · Capitulum · iiii ·

Huic nos seruitutem quae latria grece dicitur siue in quibusque sacramentis siue in nobis ipsis debemus · huius enim templum simul omnes et singuli templa sumus · quia et omnium concordiam et singulos inhabitare dignatur, non in omnibus quam in singulis maior, quoniam nec mole distenditur nec particione minuitur · Cum ad illum sursum est, eius est altare cor nostrum; eius unigenito eo sacerdote placamus; ei cruentas uictimas cedimus quando usque ad sanguinem pro eius ueritate certamus · Eum suauissimo adolemus incenso, cum in eius conspectu pio sanctoque amore flagramus; ei dona eius in nobis nosque ipsos uouemus et reddimus; ei beneficiorum eius sollemnitatibus festis et diebus statutis dicamus sacramusque memoriam, ne uolumine temporum ingrata surrepat obliuio · Ei sacrificamus hostiam humilitatis et laudis in ara cordis igne feruide caritatis · Ad hunc uidendum sicut uideri poterit eique cohaerendum ab omni peccatorum et cupiditatum malarum labe mundamur et eius nomine consecramur. Ipse enim fons est nostrae beatitudinis. Ipse omnis petitionis est finis. Hunc eligentes uel potius religentes, amiseramus enim neglegentes, hunc ergo religentes, unde et religio dicta perhibetur, ad eum dilectione tendimus ut perueniendo quiescamus, ideo beati quia illo fine perfecti. Bonum enim nostrum, de cuius fine inter philosophos magna contentio est, nullum est aliud quam illi cohaerere cuius unius anima intellectualis incorporeo si dici potest amplexu ueris impletur fecundaturque uirtutibus; hoc bonum diligere in toto corde in tota anima et in tota uirtute precipimur · Ad hoc bonum debemus et a quibus diligimur duci et quos diligimus ducere · Sic complentur duo illa precepta in quibus

tota lex pendet et prophete. Diliges dominum deum tuum in toto corde
tuo in tota anima tua et in tota mente tua. Et diliges proximum
tuum tanquam te ipsum. Ut enim homo se diligere nosset, constitutus est
ei finis quo referret omnia que ageret ut beatus esset. Non enim
qui se diligit aliud uult esse quam beatus. hic autem finis est adherere
deo. Iam igitur scienti diligere se ipsum cum mandatur de proximo dili
gendo sicut se ipsum, quid aliud mandatur nisi ut ei quantum potest
commendet diligendum deum? Hic est dei cultus. hec uera reli
gio hec recta pietas hec tantum deo debita seruitus. Quecumque igitur
inmortalis potestas quantalibet uirtute predita si nos diligit sicut
se ipsam ei uult esse subditos ut beati simus cui et ipsa subdita
beata est. Si ergo non colit deum misera est quia priuatur deo. si autem
colit deum non uult se coli pro deo. Illi enim potius diuine sententie
suffragatur et dilectionis uiribus fauet qua scriptum est. sacrificans
diis eradicabitur nisi domino solo. Nam ut alia iam taceam que per
tinent ad religionis obsequium quo colitur deus, sacrificium certe
nullus hominum est qui audeat dicere deberi nisi domino soli deo. Multa
denique de cultu diuino usurpata sunt que honoribus referuntur
humanis siue humilitate nimia siue adulatione pestifera. Ita tamen
ut quibus ea deferuntur homines haberentur qui dicuntur colendi et
uenerandi si autem multum eis additur adorandi. Quis uero sacrifica
dum censuit nisi ei quem deum aut sciuit aut putauit aut finxit.
quam porro antiquus sit in sacrificando dei cultus duo illi fratres
Cayn et abel satis indicant quorum maioris deus reprobauit sacrifi
cium minoris aspexit; *De sacrificiis que deus non requirit sed
ad significationem eorum offerri uoluit que requirit; Capitulum V.*

Quis autem ita desipiat ut existimet aliquibus usibus dei esse
necessaria que in sacrificiis offeruntur. Quod cum multis
locis diuina scriptura testetur ne longum faciamus breue
illud de psalmo commemorare sufficerit. Dixi domino deus meus es tu
quoniam bonorum meorum non eges. Non igitur solum pecore uel qualibet
alia re corruptibili atque terra sed ne ipsa quidem iustitia hominis deum
egere credendum est. totumque quod recte colitur deus homini prodesse
non deo. Neque enim fonti se quisque dixit consuluisse si biberit, aut
luci si uiderit. Nec quod ab antiquis patribus alia sacrificia facta sunt
in uictimis pecudum que nunc dei populus legit non facit, aliud
intelligendum est nisi rebus illis eas res fuisse significatas que aguntur

in nobis ad hoc ut inhereamus deo et ad eundem finem proximo consulamus. Sacrificium ergo uisibile inuisibilis sacrificii sacramentum id est sacrum signum est. Unde ille penitens apud prophetam uel ipse propheta querens deum peccatis suis habere propitium, si uoluisses inquit sacrificium dedissem utique holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum deus non despiciet. Intueamur quemadmodum ubi deum dixit nolle sacrificium, ibidem ostendit uelle sacrificium. Non uult ergo sacrificium trucidati pecoris. sed uult sacrificium contriti cordis. Illo igitur quod deum nolle dixit, hoc significatur quod eum uelle subiecit. Sic itaque illa deum nolle dicit quod quomodo ab stultis ea uelle creditur uelut sue gratia uoluptatis. Nam si ea sacrificia que uult quorum hoc unum est cor contritum et humiliatum dolore penitendi, nollet his sacrificiis significari, que uelut sibi delectabilia desiderare putatus est, non utique de his offerendis in lege ueteri precepisset. Et ideo mutanda erant oportuno certoque iam tempore, ne ipsi deo desiderabilia, uel certe in nobis acceptabilia ac non potius de his que significata sunt crederentur. Hinc et alio loco psalmi alterius si esuriero inquit non dicam tibi meus est enim orbis terre et plenitudo eius. Numquid manducabo carnes taurorum aut sanguinem hyrcorum putabo. Tamquam diceret. Utique si mihi essent necessaria non te appeterem que habeo in potestate. Deinde subiungens quid illa significent, immola inquit deo sacrificium laudis et redde altissimo uota tua et inuoca me in die tribulationis et eximam te et glorificabis me. Item apud alium prophetam. In quo inquit apprehendam dominum meum assumam deum uerum excelsum. Si apprehendam illum in holocaustis in uitulis anniculis si acceptauerit dominus in milibus arietum, aut in denis milibus pinguium hircorum, si dedero primogenita mea pro impietate mea fructum uentris mei pro peccato anime mee. Si annuntiatum est tibi homo bonum. aut quid exquirat a te nisi facere iudicium et diligere misericordiam, et paratum esse ire cum domino deo tuo. Et in huius prophete uerbis utrumque distinctum est satisque declaratum illa sacrificia per se ipsa non requirere deum quibus significantur hec sacrificia que requirit deus in epistola que inscribitur ad hebreos. Benefacere inquit et communicatores esse nolite obliuisci talibus enim sacrificiis placetur deo. Ac per hoc quod scriptum est misericordia

uolo qm̄ sacrificiū nihil aliud q̄ sacrificium sacrificio prelatum
oportet intelligi. qm̄ id quod ab hominibus appellatur sacrificiū
signum ē ueri sacrificij. Porro autē misericordia uerū sacrificiū
est. Vnde dictum ē quod paulo ante commemoraui talibus enī
sacrificiis placet deo. Quecunq; igit̄ in ministerio tabernaculi
siue templi multis modis de sacrificiis legunt̄ diuinitus esse pre
cepta ad dilectionem dei et proximi significando referunt̄. In his
enim duobus preceptis ut scriptum ē tota lex pendet et pphete.

De uero perfectoq; sacrificio. — Capitulum . VI.

PRoinde uerum sacrificium est omē opus quod agitur
ut sc̄a societate inhereamus deo relatum scilicet ad illū
finem boni quo ueraciter beati esse possimus. Vnde et ip̄a
misericordia qua homī subuenit̄ si non ppter deū fit non ē sacri
ficium. Et si enī ab homine fit uel offertur. tn̄ sacrificium res
diuina est. ita ut hoc quoq; uocabulo id latini ueteres appellaue
runt. unde ip̄se homo dei nomine consecratus et deo deuotus in
qn̄tum mundo morit̄ ut deo uiuat sacrificiū est. Nam et hoc
ad mīam pertinet quā quisq; in se ip̄m facit. Propterea scriptum
est. miserere animę tuę placens deo. corpus et nrm̄ cum tpantia
castigamus. si hoc queadmodum debemus ppter deum faciamꝰ
ut non exhibeamus membra nr̄a arma iniquitatis peccato sed
arma iustitie deo sacrificium ē. Ad quod exhortans ap̄lus ait.
Obsecro inquit uos fr̄es per mīam dei ut exhibeatis corpora uestra
hostiam uiuam sanctam deo placentem rationabile obsequium
urm̄. Si ergo corpus quo inferiore tanq̄ famulo uel tanq̄m instru
mento utitur aīa cum eius bonus et rectus usus ad deum refertur
sacrificium est. qn̄to magis aīa ip̄sa cum se refert ad dn̄m ut igne
amoris eius accensa formā ɔcupiscentię secularis amittat eiq;
tanq̄m incomutabili formę sudita reformet̄. Hinc ei placens qd̄
ex eius pulchritudine accepit fit sacrificium. Quod idem ap̄lus
consequenter adiungens nolite inquit conformari huic seculo.
sed reformamini in nouitate mentis ur̄e ad pbandum uos quę
sit uoluntas dei quod bonū et beneplacitum et pfectum. Cum
igit̄ uera sacrificia opera sint misericordie siue in nos ip̄os siue ī
proximos quę referunt̄ ad deū opera uero misericordię non ob
illud fiant nisi ut a miseria liberemur. Ac per hoc ut beati simꝰ
quod non fit nisi illo bono de quo dictum est. mihi autē adherē

deo bonum est profecto efficitur ut tota ipsa redempta ciuitas h est congregatio societasq; sanctorum uniuersale sacrificium offerat deo per sacerdotem magnum qui etiā se ipsum obtulit in passiōe pro nobis ut tanti capitis corpus essemus sedm formam serui. Hanc enī obtulit in hac oblatus est quia sedm hanc mediator est in hac sacerdos in hac sacrificium est. Cum itaq; nos hortatus est aplus ut exhibeamus corpora nra in hostiam uiuam scam deo placentem rōnabile obsequium nrm et non conformemur huic seculo sed reformemur in nouitate mentis nre ad pbandū quę sit uoluntas dei quod bonū et bnplacitum et perfectū qd totum sacrificium nos ipsi sumus. Dico enī inquit per grām dei quę data est mihi omnibus qui sunt inter nos non plus sapere qm oportet sapere sed sapere ad temperantiā sicut unicuiq; deus partitus est fidei mensuram. sicut enī in uno corpore multa membra hem9 omia autem mēbra non eosdem actus hnt ita multi unū corpus sumus in xpo. Singuli autē alter alterius membra hntes dona diuersa sedm grām quę data est nobis hoc est sacrificium christianorum multi unū corpus in xpo. Quod etiā sacramento altaris fidelibus noto frequentat ecclia ubi ei demonstrat qd in ea oblatione quam offert ipsa offeratur;

Quod sanctorum angelorū ea sit dilectio ut nos non suos sed unius ueri dei uelint esse cultores; Capitulum VII

Merito illi in celestibus sedibus constituti immortales et beati qui creatoris sui participatione congaudent cui eternitate firmi cuius ueritati certi cui munere sancti sunt qm nos mortales et miseros ut beati inmortalesq; simus misericorditer diligunt nolunt nos sibi sacrificari sed ei cuius et ipi nobiscum sacrificium se esse nouerūt. Cum ipsis enī sumus una ciuitas dei. Cui dicitur in ps. gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. cuius pars in nobis peregrinatur pars in illis opitulatur. De illa quippe supna ciuitate ubi dei uoluntas intelligibilis atq; incommutabilis lex est. De illa superna quodammodo curia. geritur nanq; ibi cura de nobis. ad nos ministrata per angelos sancta illa scriptura descendit. ubi legitur sacrificans diis eradicabitur nisi deo soli. huic scripturę. huic legi talibus preceptis tanta sunt attestata miracula. ut satis appareat cui nos sacrificare uelint immortales et beati qui hoc nobis uolunt esse quod sibi;

De miraculis quę deus ad corroborandum fidem piorum etiā per angelorum ministerium promissis suis adhibere

dignatus est; Capitulum . viii.

Nam nimis uetera si commemorem longius quam satis est reuoluere uidebor que miracula facta sunt attestantia promissis dei quibus annorum milia dixit Habrahe quod in semine eius omnes gentes benedictionem fuerant habiture. Quis enim non miretur eidem abrahe filium peperisse coniugem sterilem eo tempore senectutis quo parere nec fecunda iam posset atque in eiusdem abrahe sacrificio flammam celitus factam inter diuisas uictimas cucurrisse. Eidemque abrahe predictum ab angelis celeste incendium sodomorum quos hominibus similes hospitio susceperat & per eos de prole uentura dei promissa tenuerat. Proque inminente iam incendio miram de Sodomis per eosdem angelos liberationem Loth filii fratris eius. Cuius uxor in uia retro inspiciens atque in salem repente conuersa magno admonuit sacramento neminem in uia liberationis sue preterita desiderare debere. Illa uero que et quanta sunt quae iam per Moysem pro populo dei de iugo seruitutis eruendo in ægypto mirabiliter gesta sunt, ubi magis Pharaonis hoc est regis egypti qui populum illum dominatione deprimebat ad hoc facere quedam mira permissa sunt, ut mirabilius uincerentur. Illi enim faciebant ueneficiis et incantationibus magicis quibus sunt mali angeli hoc est demones dediti. Moyses autem tanto potentius quanto iustius nomini dei qui fecit celum et terram seruientibus angelis eos facile superauit. Denique in tertia plaga deficientibus magis decem plage per Moysem magna ministeriorum dispositione complete sunt. quibus ad dei populum dimittendum pharaonis & ægyptiorum dura corda cesserunt. moxque poenituit. et cum abscedentes hebreos consequi conarentur illis diuiso mari per siccum transeuntibus unda hinc atque hinc in se redeunte cooperti & compressi sunt. Quid de illis miraculis dicam que cum in deserto idem populus ductaretur stupenda diuinitate crebruerunt. aquas que bibi non poterant misso in eas sicut deus preceperat ligno amaritudine caruisse sitientesque satiasse. Manna esurientibus de celo uenisse et cum esset colligentibus constituta mensura. quicquid amplius quisque collegerat exortis uermibus putruisse. Ante diem uero sabbati duplum collectum: quia sabbato colligere non licebat nulla putredine uiolatum. Desiderantibus carne uesci que tanto populo nulla sufficere posse uidebatur, uolatilibus castra completa: & cupiditatis ardorem fastidio sacietatis extinctum. Obuios hostes transituque prohibentes atque preliantes orante Moysi manibusque eius in figura crucis extentis

nullo hebreorum cadente prostratos. seditiosos in ppło dei cum sese ab or
dinata diuinitus societate diuidentes ad exemplum uisibile inuisi
bilis pene uiuos terra dehiscente submersos. uirga pcussam petram
tante multitudini abundantia fluenta fudisse. Serpentum morsus
mortiferos penam iustissimā peccatorum in ligno exaltato atq; pspecto
eneo serpente sanatos ut ppło subueniret afflicto et mors morte des
tructa uł ut crucifixe mortis similitudine signaret. Quē sane serpente
pp facti memoriā reseruatum cum postea populus errans tanq idolum
colere cepisset. Ezechias rex religiosa ptate deo seruiens cum magna
pietate laude contriuit; De illicitis artibus erga demonū cultum
in quibus Porphyrius platonicus quedam probando quædam quasi
improbando uersatur; Capitulum . ix.

Hæc et talia multa huiuscemodi quę omnia comemorare ni
mis longum est. fiebant aūt ad commendandū unius uēi dei
cultum & multorum falsorumq; phibendum. fiebant aūt sim
plici fide atq; fiducia pietatis: non incantationibus et carminibus ne
farie curiositatis arte compositis quā uel magian uel detestabiliore
nōie geothian uel honorabiliore theurgian uocant. qui quasi conan
tur ista discernere. & illicitis artibus deditos alios damnabiles quos
& maleficos uulgus appellat. hos enī ad geothian ptinere dicūt. alios
aūt laudabiles uideri uolunt quibus theurgian deputant cum sint
utriq; ritibus fallacibus demonum obstricti sub nominibus anglorum.
Nam et Porphyrius quandam quasi purgationem aīę per theurgian cun
ctat tamen et pudibunda quoddammodo disputatiōe pmittitur.
Reuersionem uō ad deum hanc artē prestare cuiq negat ut uideas eū
inter uitium sacrilege curiositatis phię professionem sententiis alter
nantibus fluctuare. nunc enī hanc artem tanq fallacem et in ipsa
actione periculosam & legibus phibitam cauendam monet. Nunc
aūt uł ut laudatoribus cedens utile dicit esse mundande parti aīę.
Non quidē intellectuali qua rerū intelligibilium percipit ueritas nul
las habentiū silitudines corporum. Sed spirituali qua corporaliū rerum
capiunt imagines. hanc enī dicit p quasdam consecrationes theurgicas
quas teletas uocant. idoneam fieri atq; aptam susceptioni spirituum.
& angelorum ad uidendos deos. ex qbus tamen theurgicis teletis fatet
intellectuali aīę nihil purgationis accedere qđ eam faciat idoneam
ad uidendum deum suum et pspicienda ea quę uere sunt. Ex quo
intelligi pot qualiū deorum uel qualem uisionē fieri dicat theurgicis.

consecrationibus in qua non ea uident que uere sunt. Denique aiam rationa
lem siue quod magis amat dre intellectualem in sua posse euadere.
et si qd eius spuale est cum nulla theurgica fuit arte purgatum. Por
ro theurgo spualem purgari hactenus ut non ex hoc ad imortalitate
æternitatemque perueniat. Quanq ita discernat a demonibus angelos
aerea loca demonum etheria uel empiria differens angelorum et
admoneat utendu alicui demonis amicitia; quo subuectante uel pau
lulum a terra possit eleuari quisque post mortem. aliam uero uiam esse
perhibeat ad angelorum superna consortia. Cauendam tamen demonum
societate expressa quodammodo confessione testatur. ubi dicit aia post mor
tem luendo penas post cultum demonum a quibus circumueniebatur hor
rescere. Ipsamque theurgiam quam uelut conciliatione angelorum deorum
comendat apud tales agere potestates negare non potuit. que uel ipse inui
deant purgationi aie uel artibus seruiant inuidorum. Querelam de
hac re caldei nescio cuius exprimens conqritur inquit uir in caldea bonus
purgande aie magno molimine frustratos sibi esse successus. cum uir
ad eadem potens tactus inuidia. adiuratas sacris precibus potentias al
ligasset. ne postulata concederet. ergo et ligauit ille inquit. et ille non
soluit quo iudicio dixit apparere theurgiam esse tam boni conficien
di quam mali. et apud deos et apud hoies disciplinam. Pati et deos. et ad
illas perturbationes passionesque deduci. quas coiter demonibus et hoi
bus Apuleius attribuit. deos tamen ab eis etherie sedis altitudine separans.

De theurgia que falsam purgationem animis demonum inuocatione promittit. C. X.

et platonis asserens in illa discretione sententiam. Ecce nunc alius platoni
cus quem doctorem ferunt Porphyrius per nescio quam theurgicam discipli
nam etiam deos ipsos obstrictos passionibus et perturbationibus dicit. quoniam
sacris precibus adiuuari terrerique potuerunt ne prestarent aie purgatio
nem et ita terreri ab eo qui imperabat malum ut ab aliquo qui poscebat
bonum per eandem artem theurgicam solui illo timore non posset et
ad dandum beneficium liberari. Quis non uideat hec omnia falla
cium demonum commenta. nisi eorum miserrimus seruus. et a gratia ueri
liberatoris alienus. Nam si hec apud deos agerentur bonos plus utique
ibi ualeret beneficus purgator aie quam maliuolus impeditor. aut si
diis iustis homo pro quo agebatur purgatione uidebatur indignus non
utique ab inuido territi. nec sicut ipse dicit per metum ualentioris numinis
impediti. sed iudicio libero id negare debuerunt. mirum est autem quod beni
gnus ille caldeus qui theurgicis sacris aiam purgare cupiebat unde
inuenit aliquem superiorem deum qui plus uel terreret atque ad benefaci

endum cogeret territos deos uel ab eis terrentem compesceret ut libere benefacerent: sed tñ theurgo bono sacra defuerunt, quibus ipsos d'os quos inuocabat a peste purgatores prius ab illa timoris peste purgaret. Quid enĩ cause est cur deus potentior adhiberi possit a quo terreantur nec possit a quo purgentur. an inuenitur deus qui exaudiat inuidum, et timorem diis incutiat ne benefaciant. nec inuenitur deus: qui exaudiat beniuolum et timorem diis auferat ut benefaciant. O theurgia preclara. o aię predicanda purgatio. ubi plus imperat immunda inuidentia q̃ impetrat pũra beneficentia. Immo uõ malignorũ spũum cauenda et detestanda fallacia et salutaris audienda doctrina. Qz enĩ qui has sordidas doctrinas purgatoes sacrilegis ritibus operantur quasdam mirabiliter pulchras sicut iste commemorat. uel angelorũ imagines uel deoz tanq; purgato spũ uident. Si tñ uel tale aliquid uident. illud est quod Aplũs dicit. qm sathanas transfigurat se in angelum lucis. Eius enĩ sunt illa fantasmata. qui miseras animas multorũ falsorumq; deoz fallacibus sacris cupiens et irretire: et a ũ ueri dei cultu quo solo mundantur et sanantur auertere. sicut de Protheo dictum ẽ. formas se uertit in omnes. hostiliter insequens. fallaciter subueniens. utrobiq; nocens; De epistola Porphyrii ad Anebontem ægyptiũ qua petit de diuersitate demonũ se doceri; · Caplm ·XI·

Melius sapuit iste Porphyrius cum ad Anebontem scripsit ægyptium. ubi consulenti similis non querenti. et prodit artes sacrilegas et euertit. et ibi qdem oms demones repbat. quos dicit ob imprudentiã trahere humidum uaporem: et ideo non in æthere. sed in aere sub luna esse atq; in ipso lune globo. uerũtamẽ nõ audet omes fallacias et malitias et ineptias quibus merito mouetur omnibus demonibus dare. Quosdam nanq; benignos demones more appellat aliorum, cũ gñaliter omnes imprudentes esse fateatur. Miratur aut q non dii alliciantur uictimis: Sed etiã compellantur et cogantur facere qđ hoĩes uolunt. et si corpore, in corporalitate diĩ a demoibꝫ distinguntur: quomodo deos esse existimandum sit. solem et lunam: et uisibilia cetera quæ in celo corpora esse non dubitat: Et si dii sunt: quo alii benefici: alii malefici esse dicantur: et quo in corporalibꝫ cum sint corpora coniungantur. Querit etiã uelut dubitans utrũ in diuinantibus et quedam mira facientibus aię sint potentiores: An aliqi spũs extrinsecus ueniant per quos hoc ualeant. et potius uenire extrinsecus conicit. eo q lapidibus et herbis adhibitis. et alligent quosdam: et

aperiant clausa hostia uel aliqd hmoi mirabiliter opent. Vnde dicit
alios opinari esse aliquod genus cui exaudiri sit ppium . ii fallax oi
forme multimod . simulant deos & demones & aias defunctorum . et hoc
esse quod efficiat hec omia quae uident bona esse uel praua . ceteru
certa ea que uere bona sunt nihil opitulari . imo uo ista nec nosse :
sed et mala conciliare et insimulare atq; impedire . Non nunq uir
tutis sedulos sectatores et plenum esse temeritatis & fastus . gaudere
nidoribus adulatoribus capi . que de hoc gne fallacium malignoru
q; spuum qui extrinsecus in aia ueniunt humanosq; sensus sopitos
uigilantesq; deludunt . Non tanqm sibi persuasa confirmat : sed taz
tenuiter suspicat aut dubitat ut hec asserat alios opinari . Difficile
quippe fuit tanto pho cunctam diabolicam societatem uel nosse uel
fidenter arguere . quae in qualibet anicula xpiana cunctat esse . et li
berrime detestat . Nisi forte et ipm ad que scribit Anebontem tanq
talium sacrorum preclarissimu antistitem . et alios talium operum
tanqm diuinorum et ad deos colendos ptinentium admiratores uere
cundabat offendere . Sequit tamen et ea uelut inquirendo commeo
rat . quae sobrie considerata tribui non possunt nisi malignis et falla
cibus ptatibus : Querit enim cur tanqm peioribus imperetur melioribus
inuocatis tanqm peioribus impetur . ut iniusta precepta hois exequant :
Cur attractatum re uenerea non exaudiant imprecantem . cu ipsi ad in
cestos quosq; concubitus quoslibet duce non merent : Cur a(n)i(m)antibus
suos antistites opere abstinere denuntient ne uaporibus pfecto corpo
reis polluant . Ipsi uero et alii uaporibus illiciant et nidoribus hostia
rum . Cumq; a cadaueris contactu phibeat inspector . plurimaq; illa
cadaueribus celebrent . Quid sit q non demoni . uel alicui aie defuctis
et ipsi soli et lune aut cuicuq; celestium homo uitio cuilibet obnoxi
intendit minas eosq; territat falso . ut extorqueat ueritate . nam et
celum se collidere cominat . et cetera silia homini ipossibilia ut illi
dii insipientissimi pueri falsis et ridiculis cominationibus territi .
q impat efficiant . Dicit etia scripsisse cheremone quendaz taliu sacro
rum uel potius saclegiorum peritum ea q apud aegyptios sunt celebra
ta rumoribus uel de iside uel de osyride marito eius maxima uim
hre cogendi deos ut faciant impata qndo ille qui carminibus cogit
ea se perdere uel euertere cominat . ubi et se osyridis dissipaturum
terribiliter dicit si facere iussa neglexerint . hec atq; huius uaria et in
sana hoiem diis minari . nec quibuslibet . sed ipsis celestibus et sydea

luce fulgentibus nec sine effectu: sed uiolenta ptate cogentem. atque
his terroribus ad facienda quae uoluerit pducente merito Porphyrius
admirat. imo uo sub specie admirantis et causas rerum talium req
rentis dat intelligi illos hoc agere spus. quorū genus superius sub alio
rum opinatione descripsit. non ipse posuit natura. sed uitio fallaces
qui simulant deos et aias defunctorum. Demones aut non ait ipe se
simulant. sed plane sunt. Et qd ei uidet. herbis et lapidibus et aianti
bus et sonis certis qbusdam ac uocibus et figurationibus et figmentis q
busdam etiā obseruatis in celi conuersione motibus syderū fabricari
in terra ab hoibus ptates idoneas uariis effectibus exequendis. totum
hoc ad eosdem ipsos demones ptinet ludificatores aiarum sibimet
subditarum. et uoluptaria sibi ludibria de hominum erroribus exhibe
tes. aut ergo re uera dubitans et inquirens ista Porphyrius ea tn com
memorat quibus conuincant et redarguant. nec ad eas ptates quae
nobis ad btā uitam capescendam fauent et ad deceptores demones
ptinere monstrent. aut ut meliora de pho suspicemur. eo modo uoluit
hoiem aegyptium talibus erroribus deditum et aliqua magna se sci
re opinantem non superba quasi auctē doctoris offender. nec aperte
aduersantis altricatione turbare. Sed quasi querentis et discere cupi
entis humilitate ad cogitanda conuertere. et q sint contemnenda
uel etiā deuitanda monstrare. Denique ppe ad eple finem petit se ab
eo doceri quae sit ad btitudinem uia ex egyptia sapia. ceterum illos
quibus conuersatio cū diis ad hoc esset ut ob inueniendum fugitiuū
uel predium cōparandum. aut pp nuptias uel mercaturā uel qd hui
mentem diuinam inquietarent. Frustra eos uideri dicit coluisse sapi
entiam. Illa et ipsa numina cū qbus uersarent. et si de ceteris rebus uā
pdicerent tn quia de btitudine nihil cautū nec satis idoneum mo
monerent. nec deos illos illos. nec benignos demones sed aut illum
qui dr fallax aut humanū omne commentum. uerū quia tanta et talia
gerunt his artibus. ut uniuersum modū humane facultatis excedat.
Quid restat nisi ut ea quae mirifice tanq diuinitus prediti uel fieri ui
dent. nec tn ad unius dei cultum referunt. cui simpliciter inherere fa
tentibus quoque platonicis et per multa testantibus solū beneficium
bonum ē. malignorū demonū ludibria et seductoria impedimeta
quae uera pietate cauenda sunt. prudenter intelligantur.

De miraculis quae per sanctorum angelorum ministerium deus uerus operatur. Capitulum. xii.

Porro autem quecunq; miracula siue per angelos: siue quocunq; modo ita diuinitus fiunt: ut dei unius in quo beata uita est cultum religionemq; commendent: ea uera ab eis uel per eos qui nos secundum ueritatem pietatemq; diligunt: fieri in ipso deo uel illis operante credendum est. Neq; enim audiendi sunt qui deum inuisibilem uisibilia miracula operari negant: cum ipse etiam secundum ipsos fecerit mundum quem certe uisibilem negare non possunt. Quicquid igitur mirabile fit in hoc mundo; profecto minus est quam totus hic mundus: id est celum et terra & omnia que in eis sunt quae certe deus fecit: Sicut autem ipse qui fecit: ita modus quo fecit occultus est et incomprehensibilis homini. Quamuis itaq; miracula uisibilium naturarum uidendi assiduitate uiluerint: tamen cum ea sapienter intuemur inusitatissimis rarissimisq; maiora sunt. Nam & omni miraculo quod fit per hominem maius miraculum est homo. Quapropter deus qui fecit uisibilia celum et terram non dedignatur facere miracula uisibilia in celo et in terra: quibus ad se inuisibilem colendum excitet animam adhuc uisibilibus deditam. Ubi uero et quando faciat incommutabile consilium penes ipsum est: in cuius dispositione iam tempora facta sunt quaecunq; futura sunt. Nam temporalia mouens temporaliter non mouetur. Nec aliter nouit facienda quam facta sunt nec aliter inuocantes exaudit quam inuocaturos uidet. Nam et cum exaudiunt angeli eius: ipse in eis exaudit tamquam in uero nec manu facto templo suo: sicut in humilibus sanctis suis. Eiusq; temporaliter fiunt iussa: eterna eius lege conspecta;

De inuisibili deo qui se uisibilem sepe prestiterit non secundum quod est: sed secundum quod poterant ferre cernentes; Capitulum .xiii.

Nec mouere debet quod cum sit inuisibilis sepe uisibiliter patribus apparuisse memoratur. Sicut enim sonus quo auditur sententia in silentio intelligentie constituta: non est hoc quod ipsa. ita et species qua uisus est deus in natura inuisibili constitutus non erat quod ipse. Veruntamen ipse in eadem specie corporali uidebatur: sicut illa sententia ipsa in sono uocis auditur. Nec illi ignorabant inuisibilem deum in specie corporali quod ipse non erat se uidere. Nam et loquebatur cum loquente Moyse: et ei tamen dicebat: Si inueni gratiam ante te ostende mihi te ipsum scienter ut uideam te. Cum igitur oporteret dei legem in edictis angelorum terribiliter dari non uni homini paucisue sapientibus: sed uniuerse genti: coram eodem populo et populo ingenti coram eodem populo magna facta sunt in monte: ubi lex per unum

dabatur conspicienda multitudine metuenda et tremenda que fiebant. Non enim populus israel sic Moysi credidit quemadmodum suo Ligurgo Lacedemonii quod a Ioue siue Apolline leges quas condidit accepissent. Cum enim lex dabatur populo qua coli unus iubebatur deus in conspectu ipsius populi quantum sufficere diuina prouidentia iudicabat mirabilibus rerum signis et motibus apparebat ad eandem legem dandam creatori seruire creaturam.

De uno solo deo colendo solum pro eternam sed etiam pro temporalia beneficia, quia uniuersa in ipsius prouidentie potestate consistunt. — Capitulum XIIII.

Sicut autem unius hominis, ita humani generis quod ad dei populum pertinet recta eruditio per quosdam articulos temporum tamquam etatum profecit accessibus ut a temporalibus ad eterna capienda et a uisibilibus ad inuisibilia surgeret. ita sane ut etiam illo tempore quo uisibilia promittebantur diuinitus premia, unus tamen colendus commendaretur deus. ne mens humana uel pro ipsis terrenis uite transitorie beneficiis cuiquam nisi uero anime creatori et domino subderetur. Omnia quippe que prestare hominibus uel angeli uel homines possunt in unius dei esse potestate quisquis diffitetur insanit. De prouidentia certe Plotinus platonicus disputat. eamque a summo deo cuius est intelligibilis atque ineffabilis pulchritudo usque ad hec terrena et ima pertingere. flosculorum atque foliorum pulchritudine comprobat. que omnia quasi abiecta et uelocissime pereuntia decentissimos formarum suarum numeros habere non posse confirmat. ubi inde formentur ubi forma intelligibilis et incommutabilis simul habens omnia perseuerat. Hoc dominus Iesus ibi ostendit ubi ait. Considerate lilia agri. non laborant neque nent. Dico autem uobis quoniam nec Salomon in tanta gloria sua sic amictus est sicut unum ex his. Quod si fenum agri quod hodie est et cras in clibanum mittitur deus sic uestit. quanto magis uos modice fidei. Optime igitur anima humana adhuc terrenis desyderiis infirma ea ipsa que temporaliter exoptat bona infima atque terrena uite huic transitorie necessaria. et pre illius uite sempiternis beneficiis contemnenda. non tamen nisi ab uno deo expectare consuescit. ut ab illius cultu etiam in istorum desyderio non recedat. ad quem contemptu eorum et ab eis auersione perueniat.

va ~~Unde promerenda beata uita his angelis sit credendum qui se coli exigunt honore~~

De ministerio angelorum quo prouidentia dei seruiunt. — Capitulum XV.

Sic itaque diuine prouidentie placuit ordinare temporum cursum ut quemadmodum dixi

et in actibus apostolorum legitur. Lex in edictis angelorum daretur de unius
ueri dei cultu in quibus ex persona ipsius dei non quidem per suam
substantiam quae semper corruptibilibus oculis inuisibilis permanet.
sed certis inditiis per subiectam creatori creaturam uisibiliter appareret
et sillabatim per transitorias temporum morulas humane lingue uoci
bus loqueretur. qui in sua natura non corporaliter sed spiritualiter non sensi
biliter sed intelligibiliter non temporaliter sed ut ita dicam eternaliter.
nec incipit loqui nec desinit. Quem apud illum sincerius audiunt non
corporis aure sed mentis ministri eius et nuntii qui eius ueritate in
commutabili perfruuntur inmortaliter beati. et quod faciendum modis
ineffabilibus audiunt et usque in ista uisibilia ac sensibilia perducendum
incunctanter atque indifficulter efficiunt. Hec autem lex distributione
temporum data est que prius haberet ut dictum est promissa terrena quibus
tamen significarentur aeterna. que uisibilibus sacramentis celebrarent multi
intelligerent pauci. unus tamen dei cultus apertissima illic et uocum et
rerum omnium contestatione precipitur. non unius de turba sed qui
fecit celum et terram et omnem animam et omnem spiritum qui non est quod ipse.
Ille enim fecit. hec facta sunt. atque ut sint et bene se habeant eius indi
get a quo facta sunt;

An de promerenda beata uita sit credendum his angelis qui se coli exigunt honore diuino: An illis qui non se sed uni deo sancta precipiunt religione seruiri; Capitulum xvi

Quibus igitur angelis de beata uita et sempiterna credendum
esse censemus. utrum eis qui religionis ritibus coli uolunt
sibi sacra et sacrificia flagitantes a mortalibus exiberi: an
eis qui hunc omnem cultum uni deo creatori omnium deberi dicunt.
eique reddendum uera pietate precipiunt. cuius et ipsi contemplatione
beati sunt. et nos futuros esse promittunt. Illa namque uisio dei tanta pul
chritudinis uisione et tanto amore dignissima. ut sine hac quibuslibet
aliis bonis preditum atque abundantem non dubitet Plotinus infelicis
simum dicere. Cum ergo ad hunc unum angeli quidam. quidam uero
ad se ipsos latria colendos signis mirabilibus excitent. et hoc ita ut
illi istos coli prohibeant. isti autem illos prohibere non audeant quibus potius
sit credendum. Respondeant platonici. Respondeant quique philosophi. Respondeant
theurgi uel potius periurgi. hoc enim sunt ille omnes artes uocabulo digni
ores. Postremo respondeant homines si ullus nature sue sensus quo rationales
creati sunt ex aliqua parte uiuit in eis. Respondeant inquam eis ne sacri
ficandum sit diis uel angelis qui sibi sacrificari iubent. an illi uni cui

iubent hi qui et sibi et istis prohibent. Si nec illi nec isti ulla miracula
facerent, sed tantum praeciperent, alii quidem ut sibi sacrificaretur, alii uero id
uetarent, sed uni tantum iubent deo, satis debet pietas ipsa discernere quid
horum de fastu superbiae, quid de uera religione descendet. Plus etiam
dicam. Si tantum hi mirabilibus factis humanas animas permouerent qui
sacrificia sibi expetunt, illi autem qui hoc perhibent et uni tantum deo sacrifi
cari iubent nequaquam ista uisibilia miracula facere dignarentur, profecto
non sensu corporis sed ratione mentis praeponenda eorum esse auctoritas. Cum
uero deus id egerit ad recommendenda eloquia ueritatis suae, ut per istos
immortales nuntios non sui fastum sed maiestatem illius praedicantes
faceret maiora certiora clariora miracula, nec infirmis piis illi qui sacri
ficia sibi expetunt falsam religionem facilius persuaderent, eo quod sensibus
eorum quaedam stupenda monstrarent, quem tandem ita desipere libeat,
ut non uera eligat quae sectetur, nisi et ampliora inuenit quae miretur?
Illa quippe miracula deorum gentilium quae commendat historia, non
ea dico quae interuallis temporum occultis ipsius mundi causis, uerumtamen
sub diuina prouidentia constitutis et ordinatis monstrosa contingunt,
quales sunt inusitati partus animalium et caeli terraeque rerum insolita facies
siue tantum terrens siue etiam nocens, quae procurari atque mitigari daemonicis
ritibus fallacissima eorum astutia perhibentur; sed ea dico quae ui ac po
testate eorum fieri satis euidenter apparet, ut est quod effigies deorum pena
tium quos de Troia Aeneas fugiens aduexit de loco in locum migrasse
referuntur; quod cotem Tarquinius nouacula secuit; quod Epidaurius serpens
Esculapio nauiganti Romam comes adhesit; quod nauem qua simulacrum
matris Phrygiae uehebatur tantis hominum boumque conatibus immo
bilem redditam una muliercula zona alligatam ad suae pudentiae
testimonium mouit et traxit; quod uirgo uestalis de cuius corruptione
quaestio uertebatur aqua impleto cribro de Tyberi neque profluente abstu
lit controuersiam. Haec ergo atque alia huiuscemodi nequaquam illis quae in
populo dei facta legimus uirtute ac magnitudine conferenda sunt. Quanto
minus ea quae illorum quoque populorum qui tales deos coluerunt legibus
iudicata sunt prohibenda atque plectenda, magica scilicet et theurgica,
quorum pleraque specie tenus mortalium sensus imaginaria ludificatione
decipiunt, quale est lunam deponere suppositas, ut ait Lucanus, pri
apo despumet in herbas. Quaedam uero etsi nonnullis piorum factis
uideantur ope coaequari, finis ipse quo discernuntur incomparabiliter
haec nostra ostendit excellere. Illi enim multi tanto minus sacrificiis colendi

sunt, quanto magis hec expetunt. His vero unus commendatur deus, qui se nullis talibus indigere et scripturarum suarum testificatione et eorundem sacrificiorum postea remotione demonstrat. Si ergo angeli sibi expetunt sacrificari, preponendi eis sunt qui non sibi, sed deo creatori omnium cui serviunt. Hinc enim ostendunt quam sincero amore nos diligant, quando per sacrificium non sibi sed ei nos subdere volunt, cuius et ipsi contemplatione beati sunt, et ad eum nos pervenire a quo ipsi non recesserunt. Si autem angeli qui non uni sed plurimis sacrificia fieri volunt, non sibi sed eis diis volunt quorum deorum angeli sunt, etiam sic eis preponendi sunt illi qui unius dei deorum angeli sunt, cui sacrificari sic iubent ut alicui alteri vetent, cum eorum nullus huic vetet, cui uni isti sacrificari iubent.

Porro si quod magis indicat eorum superba fallacia nec boni nec bonorum deorum angeli sunt, sed demones mali qui non unum solum ac summum deum, sed se ipsos sacrificiis coli volunt: quod magis quam unius dei contra nos eligendum est presidium, cui serviunt angeli boni qui non sibi sed illi iubent ut servitio serviamus, cui nos ipsi sacrificium esse debemus;

De arca testamenti miraculisque signorum que ad commendam legis ac promissionis auctoritate divinitus facta sunt; Capitulum XVII

Proinde lex dei que in edictis data est angelorum, in qua unus deus deorum religione sacrorum iussus est coli, alii vero quilibet prohibiti, in arca erat posita, que arca testimonii nuncupata est. Quo nomine satis significatur non deum qui illa omnia colebatur circumcludi solem et contineri loco, cum responsa eius et quedam humanis sensibus darentur signa ex illius arce loco, sed voluntatis eius huic testimonia perhiberi. Que etiam ipsa lex in tabulis erat conscripta lapideis et in arca ut dixi posita, quam tempore peregrinationis in heremo cum tabernaculo quod similiter appellatum est tabernaculum testimonii cum debita sacerdotes veneratione portabant. Signumque erat quod per diem nubes apparebat que sicut ignis nocte fulgebat. Que nubes cum moveretur, castra movebantur, et ubi staret castra ponebantur. Reddita autem sunt illi legi magni miraculi testimonia preter ista que dixi et preter voces que ex illius arce loco edebantur. Nam cum terra promissionis intrantibus eadem arca transiret,

Iordanis fluvius ex parte superiore subsistens et ex inferiore decurrens et ipsi et populo siccum transeundi prebuit locum. Deinde civitatis que prima hostilis occurrit more gentium deos plurimos colens, septies eadem arca circumacta muri repente ceciderunt nulla manu oppugnati, nullo ariete percussi. Post hec etiam cum iam terra promissionis essent et eadem arca

propter eorum peccata fuisset ab hostibus capta. hi qui ceperant in templo eam dei
quem prae ceteris colebant honorifice collocarunt. abeuntesque clauserunt.
A pertoque postridie. simulacrum cui supplicabant inuenerunt collapsum.
deformiterque confractum. Deinde prodigiis ipsis acti deformiusque pu-
niti arcam diuini testimonii populo unde ceperant reddiderunt. Ipsa
autem redditio qualis? Imposuerunt eam plaustro. eique iuuencas a quibus
uitulos sugentes abstraxerant subiunxerunt. et eas quo uellent ire sinerent.
etiam hic ueri dei diuinam explorare cupientes uoluntatem. At ille sine
homine duce atque rectore ad hebreos uiam pertinaciter gradientes nec
reuocate mugitibus esurientium filiorum. magnum sacramentum suis culto-
ribus reportarunt. Hec atque huiusmodi deo parua sunt. sed magna ter-
rendis erudiendisque mortalibus. Si enim philosophi precipueque platonici rectius
ceteris sapuisse laudantur. sic paulo ante commemoraui. quod diuinam pro-
uidentiam hec quoque rerum infima atque terrena administrare docuerint.
numerosarum testimonio pulchritudinum que non solum in corporibus
animalium. uerum in herbis etiam fenoque gignuntur. quanto euidentius hec atte-
stantur diuinitati que ad horam predicationis eius fiunt ubi ea religio com-
mendatur. que omnibus celestibus terrestribus inferius sacrificari uetat u-
ni deo tantum iubens. qui solus diligens et dilectus beatos facit. eorumque
sacrificiorum tempora imperata prefiniens. eaque per meliorem sacerdotem in melius
mutanda predicens non ista se appetere. sed per hec alia potiora significare
testatur. non ut ipse his honoribus sublimetur. sed ut nos ad eum colendum
eique coerceri de igne amoris eius accensi quod nobis non illi bonum est
excitemur;

Contra eos qui de miraculis quibus dei populus eruditus est negant ecclesiasticis libris esse credendum; Capitulum XVIII:

AN dicet aliquis ista falsa esse miracula nec fuisse facta. sed men-
daciter scripta. Quisquis hoc dicit. si de his rebus negat omnino
ullis litteris esse credendum. potest etiam dicere nec deos ullos curare
mortalia. Non enim se aliter colendos esse persuaserunt. nisi mirabilibus
rerum effectibus quorum et historia gentium testis est. quarum dii se ostentare
mirabiles potius quam utiles ostendere potuerunt. Vnde hoc opere nostro cuius
hunc iam decimum librum in manibus non eos suscepimus refellendos.
qui uel ullam esse uim diuinam negant. uel humana non curare conten-
dunt. sed eos qui nostro conditori sancte et gloriosissime ciuitatis deos
suos preferunt. nescientes eum esse ipsum et mundi huius uisibilis et muta-
bilis inuisibilem et incommutabilem conditorem et uite beate non de
his que condidit. sed de se ipso uerissimum largitorem. Eius enim propheta

uerissimus ait. Mihi autem adherere deo bonum est. De fine boni namque inter philosophos queritur. ad adipiscendum omnia officia referenda sunt.

Nec dixit iste. mihi autem diuitiis habundare bonum est. aut insigniri purpura et sceptro uel diademate excellere. aut quod nonnulli etiam philosophorum dicere non erubuerunt mihi uoluptas corporis bonum est. aut quod melius uelut meliores dicere uisi sunt. mihi uirtus animi mei bonum est. Sed inquit adherere deo bonum est. Hoc eum docuerat cui uni tantummodo sacrificandum sancti angeli eius miraculorum etiam contestatione monuerunt.

Unde et ipse sacrificium eius factus fuerat. cuius intelligibili igne correptus ardebat. eius in effabilem incorporeumque complexum sancto desiderio ferebatur. Porro autem si multorum deorum cultores qualescumque deos suos esse arbitrentur ab eis facta miracula uel ciuilium rerum historie. uel libris magicis. uel quod honestius putant theurgicis credunt. quid cause est. cur illis quibus tanto maior debetur fides. quanto super omnes est magnus. cui uni soli sacrificandum esse precipiunt; Quae ratio sit uisibilis sacrificii quod uni uero et inuisibili deo offerri docet sancta religio; Capitulum. xix:

Qui autem putant hec uisibilia sacrificia diis aliis congruere. illi uero tanquam inuisibili inuisibilia et maiora. maiorique maiora. meliorique meliora. qualia sunt pure mentis et bone uoluntatis officia. profecto nesciunt hec ita signa esse illorum. sic uerba sonantia signa sunt rerum. Quocirca sicut orantes atque laudantes ad deum dirigimus significantes uoces cui res ipsas in corde quas significamus offerimus. ita sacrificantes non altari uisibile sacrificium offerendum esse nouerimus. quam illi cuius in cordibus nostris uisibile sacrificium nos ipsi esse debemus. Tunc nobis fauent. nobisque congaudent. atque ad hoc ipsum nos pro suis uiribus adiuuant angeli quique uirtutesque superiores et ipsa bonitate ac pietate potentiores. Si autem illis hec exhibere uoluerimus non libenter accipiunt. Et cum ad homines ita mittuntur. ut eorum presentia sentiatur. apertissime uetant. Sunt exempla in litteris sanctis. Putauerunt quidam deferendum angelis honorem uel adorando uel sacrificando qui debetur deo. et eorum sunt ammonitione prohibiti. iussique hoc ei deferre cui uni fas esse nouerunt. Imitati sunt angelos sanctos etiam sancti homines dei.

Nam Paulus et Barnabas in Licaonia facto quodam miraculo sanctitatis putati sunt dii eisque Licaonii immolare uoluerunt. Quod a se humili pietate remouentes. eis in quem crederent annuntiauerunt deum. nec ob aliud fallaces illi superbe sibi hec exigunt. nisi quia uero deo deberi sciunt.

Non enim re uera ut ait Porphyrius. et nonnulli putant cadauerinis ni

donibus sed diuinis honoribus gaudent. Copiam uero nidorum magnam habent undique. et si amplius uellent: ipsi sibi poterant exhibere. Qui ergo diuinitatem sibi arrogant spiritus non cuiusque corporis fumo. sed supplicantis animo delectantur. cui decepto subiectoque dominentur intercludentes iter ad deum uerum ne sit homo illius sacrificium dum sacrificatur cuiquam preter illum: De summo ueroque sacrificio quod ipse dei et hominum mediator effectus est; Capitulum · XX :

Unde uerus ille mediator in quantum formam serui accipiens mediator effectus est dei et hominum homo christus Iesus. cum in forma dei sacrificium cum patre summo cum quo et unus est deus. tamen in forma serui sacrificium maluit esse. quam sumere. nec uel hac occasione quisquam existimaret cuilibet sacrificandum esse creature. Per hoc et sacerdos ipse offerens. ipse et oblatio. Cui rei sacramentum quotidianum esse uoluit ecclesie sacrificium. Que cum ipsius capitis corpus sit. se ipsam per ipsum dicit offerre. Huius ueri sacrificij multiplicia uariaque signa erant sacrificia prisca sanctorum. cum hoc unum per multa figuraretur tanquam uerbis multis res una diceretur. ut sine fastidio multum commendaretur. Huic summo uero que sacrificio cuncta sacrificia falsa cesserunt; De modo potestatis demonibus date ad glorificandos sanctos qui pertulerunt tam passiones qui aerios spiritus non placando. sed in deo permanendo uicerunt; Capitulum · XXI :

Moderatis autem prefinitisque temporibus etiam potestas permissa demonibus ut hominibus quos possident excitatis inimicitias aduersus dei ciuitatem tyrannice exerceant. sibique sacrificia non solum ab offerentibus sumant. et a uolentibus expetant. uerum etiam ab inuitis persequendo uiolenter extorqueant non solum perniciosa non est. sed etiam utilis inuenitur ecclesie ut martyrum numerus impleatur. quos ciuitas dei tanto clariores et honoratiores ciues habet. quanto fortius aduersus impietatis peccatum et usque ad sanguinem certant. Hos elegantius si ecclesiastica loquendi consuetudo pateretur. nostras heroas uocaremus. Hoc enim nomen a Iunone dicitur tractum: quod grece iuno hera appellatur et ideo nescio quis filius eius secundum grecorum fabulas heros fuit nuncupatus. Hoc uidelicet ueluti mysticum significante fabula quod aer Iunoni deputetur. ubi uolunt cum demonibus heroas habitare quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorum. Sed a contrario martyres nostri heroes nuncuparentur. si ut dixi usus ecclesiastici sermonis admitteret non quod eis esset cum demonibus in aere societas. sed quod eosdem demones id est aerias uincerent potestates. et in eis ipsam quicquid putatur significare iunonem. que non usque quaque inconuenienter

a poetis inducit̄ inimica uirtutibus. et celum petentibꝯ uiribus fortibus inuida. Sed rursus ei succūbit infeliciter ceditq; Virgilius. ut cū apud eum illa dicat uincor ab enea ipsum eneam admoneat Helenus quasi cōsilio religio et dicat. Iunoni cane uota libens dn̄amq; potentem supplicibꝰ supera donis. Ex qua opinione Porphiriꝰ quāuis non ex sua sententia. sed ex aliorum bonū dicit deū uel genium non uenire in hoīem. nisi malus fuerit ante placatus. tanq̄ fortiora sint apud eos numina mala q̄ bona. qn̄quidem mala impediunt adiutoria bonorum. nisi eis placata dent locum. malisq; nolentibꝰ bona prodesse non possunt. nocē aūt mala possunt. non sibi ualentibus resistere bonis. Non ē ista uere ueraciterq; sc̄e religionis uia. Non sic Iunonem hoc ē aerias potestates piorū uirtutibus inuidētes nostri martyres uincūt. non omīno si dici usitate posset heroes nr̄i supplicibus donis. sed uirtutibus diuinis heran superant. Commodius quippe S-cipio affricanus est cognoīatus q̄ uirtute Aphricam uicerit. q̄ si hostes donis placasset ut parcerent ;

Vnde sit sanctis aduersus demones potestas & unde cordis uera purgatio ; ~ Capl̄m · xxii :~

Vera pietate homines dei aeriam potestatem inimicam contrariamq; pietati exorcizando eiciunt non placando. Omnesq; temptationes aduersitatesq; eius uincūt orando non ipsam. sed deū suum aduersus ipsam. Non enī aliquē uincit aut subiugat nisi societate peccati. In eius ergo nōie uincit̄ qui hoīem assumpsit. egitq; sine peccato. ut in ipso sacerdote ac sacrificio fieret remissio peccatorum id est per mediatorem dei et hoīm hominem Christum Iesum. p quē facta peccatorum purgatione reconciliamur deo. Non enī nisi pc̄tis homines reconcialiamur deo. quorum in hac uita non fit nr̄a uirtute. sꝫ diuina miseratione purgatio per indulgentiā illius. non per nostram potentiam. quia et ipsa quantulacunq; uirtus que dicit̄ nr̄a. illiꝰ est nobis bonitate concessa. Multum aūt nobis in hac carne tribueremus nisi usq; ad eius depositionez sub uenia uiueremus. Propterea ergo nobis per mediatorē prestita ē gratia. ut polluti in carne peccati. carnis peccati similitudine mundarem̄. Hac dei gratia qua in nos ostendit magnam miām suam. et in hac uita per fidem regimur. et post hanc uita per ipsam spēm incommutabilis ueritatis ad perfectionē plenissima perducemur ;

De principiis in quibus platonici purgationem animæ esse profitentur ; Capl̄m · xxiii :~

Dicit etiā Porphirius diuinis oraculis fuisse responsum nō nos purgari lune theletis atq; solis. ut hinc ondere̅t̄ nullorum deorum

theletis hominem posse purgari. Cuius enim theletę purgant: si lunę et so
lis non purgant. quos inter cęlestes deos precipuos habent. Denique eo
dem dicit oraculo expressum principia posse purgare. Ne forte cum di
ctum esset non purgare theletas solis et lunę. alicuius dei de turba ualere
ad purgandum theletę crederentur. Quę autem dicat esse principia tamquam
platonicus nouimus. Dicit enim deum patrem et deum filium quem grece appel
lat paternum intellectum uel paternam mentem. De spiritu autem sancto aut
nihil aut non aperte aliquid dicit. Quamuis quem alium horum dicat medium
non intelligo. Si enim tertiam sic Plotinus ubi de tribus principalibus sub
stantiis disputat animę naturam etiam iste uellet intelligi. non utique diceret horum
medium id est patris et filii medium. Postponit quippe Plotinus animę naturam
paterno intellectui. Iste autem cum dicit medium. non postponit. sed inter
ponit. Et nimirum hoc dixit ut potuit. siue ut uoluit. quod nos sanctum
spiritum nec patris tantum. nec filii tantum. sed utriusque spiritum dicimus. Liberis enim
uerbis loquuntur philosophi. nec in rebus ad intelligendum difficillimis offen
sionem religiosarum aurium pertimescunt. Nobis autem ad certam regulam
loqui fas est. ne uerborum licentia etiam de rebus quę his significantur impiam
gignant opinionem. Nos itaque ita non dicimus duo uel tria principia cum
de deo loquimur. sicut nec duos deos uel tres nobis licitum est dicere. Quamuis
de unoquoque loquentes. uel de patre uel de filio uel de spiritu sancto etiam
singulum quemque deum esse fateamur. nec dicamus tamen quod heretici sabel
liani eundem esse patrem qui est et filius. et eundem spiritum sanctum qui
est et pater et filius. sed patrem esse filii patrem. et filium patris filium. et
patris et filii spiritum sanctum. nec patrem esse nec filium. Verum itaque dictum est
non purgari hominem nisi principio. quamuis apud eos pluraliter sint dicta
principia. De uno principio quod solum naturam humanam purgat
et renouat. Capitulum XXIIII.

Sed subditus Porphirius in
uidis potestatibus de quibus et erubescebat et eas libere redarguere
formidabat. noluit intelligere dominum christum esse principium
cuius incarnatione purgamur. Eum quippe in ipsa carne contempsit.
quam pro nostrę sacrificium purgationis assumpsit magnum scilicet sacrame
tum ea superbia non intelligens quam sua ille humilitate deiecit uerus
benignusque mediator in ea se ostendens mortalitate mortalibus quam ma
ligni fallacesque mediatores non habendo se superbius extulerunt miserisque
adiutorium deceptorium uelut inmortales mortalibus promiserunt. Bonus
itaque uerusque mediator ostendit peccatum esse malum. non carnis substantia
uel naturam. quę cum anima hominis et suscipi sine peccato potuit et habe·

et in morte deponi: et in melius resurrectione mutari. nec ipsam mortem quamuis esset pena peccati: quam tamen pro nobis sine peccato ipse persoluit: peccando esse uitandam: sed potius si facultas datur pro iustitia perferendam. Ideo enim soluere potuit moriendo peccata: quia et mortuus est. et non pro peccato. Hunc ille platonicus non cognouit esse principium. Nam cognosceret purgatorium. Neque enim caro principium est. aut anima humana: sed uerbum per quod facta sunt omnia. Non ergo caro pro se ipsa mundat: sed per uerbum a quo suscepta est cum uerbum caro factum est. et habitauit in nobis. Nam de carne sua manducanda mystice loquens cum hi qui non intellexerunt offensi recederent dicentes durus est hic sermo. quis eum potest audire: Respondit manentibus ceteris. Spiritus est qui uiuificat: caro non prodest quicquam. Principium ergo suscepta anima et carne, et animam credentium mundat et carnem. Ideo querentibus iudeis quis esset. Respondit se esse principium. Quod utique carnales infirmi peccatis obnoxii et ignorantie tenebris obuoluti nequaquam percipere possemus. nisi ab eo mundaremur et sanaremur per quod eramus et non eramus. Eramus enim homines. sed iusti non eramus. In illius autem incarnatione natura humana erat iusta non peccatrix erat. Hec est meditatio qua manus lapsis iacentibus porrecta est. hoc est semen dispositum per angelos. in quorum edictis et lex dabatur. qua et unus deus coli iubebatur. et hic mediator uenturus promittebatur;

Omnes sanctos et sub legis tempore et sub prioribus seculis in sacramento et fide christi iustificatos fuisse; - Capitulum .XXV.

Cuius sacramenti fide etiam iusti antiqui mundari pie uiuendo potuerunt. non solum antequam lex populo hebreo daretur: neque enim eis predicator deus uel angeli defuerunt: sed ipsius quoque legis temporibus quamuis in figuris rerum spiritualium habere uideretur promissa carnalia propter quod uetus dicitur testamentum. Nam prophete tunc erant per quos sicut per angelos eadem promissio predicata est. Et ex illorum numero erat cuius tam magnam diuinamque sententiam de bono humani fine paulo ante commemoraui. Mihi autem adherere deo bonum est. In quo plane psalmo duum testamentorum que dicuntur uetus et nouum satis est declarata est distinctio. Propter carnales terrenasque promissiones cum eas impiis habundare perspiceret. dicit pedes suos pene fuisse commotos. et effusos in lapsum prope modum gressus suos tamquam frustra deo ipse seruisset. cum ea felicitate quam de illo expectabat, contemptores eius florere conspiceret: seque in rei huius inquisitione laborasse uolentem cur ita esset apprehendere: donec intraret in sanctuarium dei et intelligeret in nouissimis eorum qui foelices uidebantur errant. Tunc ergo

intellexit in eo qđ se extulerunt sicut dicit fuisse deiectos. et defecisse ac per
isse ꝓp iniquitates suas; totumq; illud culmen tꝑalis foelicitatis ita eis fcm
tanqm somnium euigilantis qui se repente inuenit suis q̄ somniabat
fallacibus gaudiis destitutum. Et qm in hac terra uel ciuitate terrena
magni sibi uidebant̄. dne inquit in ciuitate tua imaginem illorum ad
nihilum rediges. Quid huic tm̄ utile fuit; ipsa etiā terrena non nisi ab u
no uero deo quer̄e in cuius ꝑtate sunt omnia. satis ostendit ubi ait. Velut
pecus factus sum apud te. et ego semper tecum. Velut pecus dixit utiq; no
intelligens. Ea quippe a te desiderare debui que mihi cum impiis nō poss&
esse comunia. quib; eos cū habundare cernere&. putaui me in cassum tibi
seruisse. qn et illi hec haberent qui tibi seruire noluissent. Tamen ego sem
per tecū. quia et in taliū rerum desiderio deos alios non quesiui. Ac per
hoc sequit̄. Tenuisti manū dextere mee. in uoluntate tua deduxisti me.
& cū gloria suscepisti me. Tanq; ad sinistram cuncta illa ptineant que ha
bundare apud impios cum uidisset. pene collapsus est. Quid eni mihi
est inquit in celo. et a te quid uolui super terram. Rephendit se ipsum
iusteq; sibi displicuit. quia cum magnū bonum hret in celo quod post
intellexit. rem transitoriam fragilem et quodammodo luteam felicita
tem a deo suo quesiuit in terra. Defecit inquit cor meū. et caro mea. ds
cordis mei. defectu utiq; bono ab inferioribus ad supna. Vnde in alio ps
dicit̄. Desiderat et deficit anima mea in atria domini. Item in alio loco.
D efecit in salutare tuū anima mea. Tantū cum de utroq; dixisset. i. de cor
de et carne deficiente. non subiecit deus cordis & carnis mee. sed deus
cordis mei. Per cor quippe caro mundat̄. Vnde dicit dns. Mundate q̄
intus sunt. et que foris sunt munda erunt. Partem deinde suam dicit
ipm deum non ab eo. sed ipm. Deus inqt cordis mei. et pars mea deus in
eternum. Qz inter multa que ab hoibus intelligunt̄. Ipse ei placuerit eli
gendus. Quia ecce qui se longe faciunt a te. peribunt. Perdisti omem
qui fornicatur abs te. hoc ē qui multoꝝ deorū uult esse prostibulum.
V nde sequitur illud ꝓpter qđ et cetera de eodem psalmo dicenda uisa sunt.
M ihi aut adherere deo bonum ē. non longe ire. non per plurima fornicari.
A dherere aut deo tunc perfectum erit. cum totū qđ liberandū est fuerit
liberatum. Nunc uo fit illud qđ sequit̄. Ponere in dno spem meā. Spes
eni que uidet̄ non est spes. Quod eni uidet quis quid sperat ait Aplus.
S i aut qđ non uidemus speramus. per patiam expectamus. In hac autem
spe nunc constituti agamus qđ sequtur. et simus nos quoq; pro modulo
nro angeli eius. i. nuntij eius. annuntiantes eius uoluntate & gloriam

grãmq; laudantes. Vnde cum dixisset. Ponere in deo spem meã. ut annũ
tiem inquit omẽs laudationes tuas in portis filie syon. hec ẽ gl'osissima
ciuitas dei. Hec unum deũ nouit et colit. Hanc angeli sancti annunti
auerunt. qui nos ad eius societatem inuitauerũt. ciuesq; suos in illa ẽẽ
uoluerũt. quibus non placet ut eos colamus tanq̃m nr̃os deos. sed cum
eis et illorum et nr̃m deum. nec eis sacrificemus. sed cum ipsis sacrificium
simus deo. Nullo itaq; dubitante qui hec deposita maligna obstinati
one considerat. Omẽs immortales beati qui nobis non inuident. Neq;
enĩ si inuiderẽt essent beati. sed potius nos diligunt. ut et nos cum ipsis
beati simus. plus nobis fauent. plus adiuuant. q̃n unum deũ cum illis
colimus prẽm et filium et spm̃ scm̃. q̃ si eos ipsos p sacrificia coleremus;

De inconstantia Porphyrii inter confessionem ueri dei et cultum demonum fluctuantis: — Capitulum. xxvi: —

NEscio quõ q̃ntum mihi uidet' amicis suis theurgis erubesce
bat Porphyrius. Nam ista utrunq; sapiebat. sed contra multoꝝ
deorũ cultum deũ uerum non libere defendebat. Et angl'os
quippe alios esse dixit. qui deorsum descendentes hominibus theurgicis
diuina premuntient. alios aũt qui in terris ea que pr̃is sunt. et altitudi
nem eius, pfunditatemq; declarent. Num igit' hos angelos quorum
ministerium est declarare uoluntatẽ pr̃is. credendum ẽ uelle nos sub
di. nisi ei cui' nobis annuntiant uoluntatẽ. Vnde optime ammonet et
ipse platonicos imitandos eos potiusq; inuocandos. Non enĩ debem' me
tuere. ne imortales et beatos uni deo subditos non eis sacrificando offen
damus. Quod enĩ non nisi uni uero deo deberi sciunt. cui et ipsi adhe
rendo bti sunt. procul dubio neq; per ullam significantẽ figurã. neque
per ipsam rem que sacramentis significat'. sibi exhiberi uolunt. Demonũ
est hec arrogantia superboꝝ atq; miseroruꝫ a q̃bus longe diuersa est
pietas subditoꝝ deo. nec aliunde q̃ illi coherendo beatoruꝫ. Ad quod
bonũ percipiendum etiã nobis sincera benignitate oportet ut faueant.
neq; sibi arrogent quo eis subiciam'. sed eum annuntient sub quo eis
in pace sociemur. Quid ad huc trepidas o p̃he aduersus p̃tates. et ueris
uirtutibus et ueri dei muneribus inuidas hr̃e liberam uocem. Iam
dixisti angelos qui pr̃is annuntiant uoluntatẽ ab eis angelis qui ad theur
gicos hoĩes nescio qua deducti arte descendunt. Quid ad huc eos hono
ras. ut dicas p̃nuntiare diuina. Que tandem diuina p̃nuntiant. que
non uoluntatem patris annuntiant. Nempe illi sunt quos sacris precib'
inuidis alligauit. ne prestarent aĩe purgationem. nec a bono ut dicis

purgare cupienti ab illis uinculis solui et sue potestati reddi potuerit.
Adhuc dubitas hec maligna esse demonia. uel te fingis fortasse nescire.
dum non uis theurgos offendere. a quibus curiositate deceptus ista per
niciosa et insana pro magno beneficio didicisti. Audes istam inuidiam
non potentiam sed pestilentiam et non dicam dominam. sed quod tu fateris
ancillam potius inuidorum isto aere transcenso leuare in celum. et inter
deos uestros etiam sydereos collocare uel ipsa quoque sidera his obprobriis in
famare;

De impietate Porphyrii qua etiam Apuleij transcendit errorem; Capitulum XXVII.

Quanto humanius et tollerabilius consectaneus tuus platonicus Apuleius errauit. Qui tantum
modo demones a luna et infra ordinatos agitari morbis passi
onum mentisque turbelis honorans eos quidem si nolens uolensque confessus
est. Deos tamen celi superiores ad etherea spatia pertinentes siue uisibiles quos
conspicuos lucere cernebat. solem et lunam. et cetera ibi lumina. siue
inuisibiles quos putabat ab omni labe istarum perturbationum quanta po
tuit disputatione discreuit. Tu autem hoc didicisti non a platone. sed
a caldeis magistris. ut in ethereas uel empureas mundi sublimitates et
firmamenta celestia extolleres uitia humana. ut possent dii uestri the
urgis pronuntiare diuina. Quibus diuinis te tamen per intellectualem
uitam facis altiorem. ut tibi uidelicet tamquam philosopho theurgice artis pur
gationes nequaquam necessarie uideantur. Sed aliis eas tamen importas.
ut hanc ueluti mercedem reddas magistris tuis. quod eos qui philosophari
non possunt. ad ista seducis. que tibi tamquam superiorum capaci esse
inutilia confiteris. Vt uidelicet quicumque a philosophie uirtute remoti sunt.
que ardua nimis atque paucorum est. te auctore theurgos homines a qui
bus non quidem in anima intellectuali. uerum saltem in anima spiritali
purgentur inquirant. Et quoniam istorum quos philosophari piget. maior est multi
tudo plures ad secretos et illicitos magiros tuos. quam ad scholas platonicas
uenire cogantur. Hoc enim tibi immundissimi demones deos etherios se
esse fingentes quorum predicator et angelus factus es promiserunt. quod in
anima spirituali theurgica arte purgati ad patrem quidem non redeunt.
sed super aerias plagas inter deos ethereos habitabunt. Non audit ista
hominum multitudo propter quos a demonum dominatu liberandos christus
aduenit. In illo enim habent misericordissimam purgationem et mentis
et corporis sui et spiritus. Propterea quippe totum bonum est sine peccato
ille suscepit. ut totum quo constat homo a peccatorum peste sanaret. Quem
tu quoque utinam cognouisses eique te potius quam uel tue uirtuti que humana

et fragilis et infirma est. uel perniciosissime curiositati sanandum tutius
commisisses. Non enim te decepisset quae nostra ut tu ipse scribis oracula sanctum
immortalemque confessa sunt. De quo etiam poeta nobilissimus poetice quidem
quia in alterius adumbrata persona ueraciter tamen si ad ipsum referas dixit.
Te duce si qua manent sceleris uestigia nostri. Irrita perpetua soluent formi
dine terras. Ea quippe dixit quae etiam multum proficientium in uirtute
iustitiae possunt propter huius uitae infirmitatem. et si non scelerum. tamen manere
uestigia. quae non nisi ab illo saluatore sanantur. de isto uersus expressus est.
Nam utique non a se ipso dixisse Virgilius in egloge ipsius quarto ferme uer
su indicat ubi ait. Ultima cumei uenit iam carminis etas. Unde hoc a
cumea scilicet illa dictum esse incunctanter apparet. Theurgi uero illi uel po
tius demones deorum species figurasque fingentes inquinant potius quam purgant
humanum spiritum falsitate fantasmatum. et deceptoria uanarum ludificatione
formarum. Quomodo enim purgent hominis spiritum qui inmundum habent proprium. Ali
oquin nullo modo carminibus inuidi hominis ligarentur. ipsumque inane beneficium
quod prestituri uidebantur. aut metu premerent. aut simili inuidentia de
negarent. Sufficit quod purgatione theurgica. neque intellectualem animam
hoc est mentem nostram dicis posse purgari. et ipsam spiritalem id est animae nostrae
partem mente inferiorem. quam tali arte purgari posse asseris inmortalem
aeternamque tamen non posse hoc arte fieri confiteris. Christus autem uitam
permittit aeternam. Unde ad eum mundus uobis quidem stomachantibus
mirantibus tamen stupentibusque concurrit. Quid prodest quia negare non po
tuisti errare homines theurgica disciplina. et quam plurimos fallere per
cecam insipientemque sententiam. atque esse certissimum agendo et supplicando
ad principes angelosque decurrere. et rursum quasi ne operam perdidisse uide
aris ista discendo. mittis homines ad theurgos. ut per eos anima spiritalis
purgetur illorum qui non secundum intellectualem animam uiuunt;

Quibus persuasionibus Porphyrius excecatus non potuit ueram sapi
entiam quod christus est cognoscere; Capitulum. xxviii;

Mittis ergo homines in errorem certissimum. Neque hoc tantum
malum te pudet. cum uirtutis et sapientiae te profiteris a
matorem. Quam si uere ac fideliter amasses. christum dei uir
tutem et dei sapientiam cognouisses. nec ab eius saluberrima humilitate
tumore inflatus uane scientiae resiluisses. Confiteris tamen spiritalem animam
etiam sine theurgicis artibus et sine teletis quibus frustra discendis ela
borasti posse continentiae uirtute purgari. Alioquin etiam dicis quia telete
non post mortem eleuant animam. ut iam nec eidem ipsi quam spiritualem

uocas. aliquid post huius uite finem prodesse uideant. Et tn uersus hec multis modis et repetis ad nihil aliud qntum existimo. nisi ut talium quoq; rerum quasi peritus appareas. et placeas illicitarum artiu curiosis. uel ad eas facias ipse curiosos. Sed bene qp metuendam dicis hanc arte uel legum periculis uel ipsius actionis. atq; utinam hoc saltem abs te miseri audierent. et inde ne illic absorbeant abscedant. aut eo penitus non accedant. Ignorantiam certe & pp eam multa uitia per nullas the letas purgari dicis. sed solum per patricum nomen. i. paternam mente. siue intellectum. qui paterne est conscius uoluntatis. Hunc aut Christu esse non credis. Contemnis eni eum pp corpus ex foemina acceptum. et pp ter crucis obprobrium. excelsam uidelicet spretis atq; abiectis infimis idoneus de supioribus carpe. At ille implet qd de illo pphete sancti uera citer predixerunt. Perdam sapientia sapientium. et prudentia pruden tium reprobabo. Non eni suam in eis perdit & reprobat. quam ipe do nauit. sed qua sibi arrogant qui non hnt ipsius. Vnde commemorato isto pphetico testimonio sequit & dicit Aplus. Vbi sapiens. ubi Scriba. ubi co quisitor huius seculi. Nonne stultam fecit deus sapiam hui mundi.

Nam qm in dei sapientia non cognouit mundus per sapiam dei. placuit deo per stultitiam pdicationis saluos face credentes. Qm quidem iudei si gna petunt. et greci sapiam querunt. Nos aut predicamus inqt christu crucifixum. et dei sapiam. iudeis quidez scandalum. gentibus uero stultitiam. Ipsis uo uocatis iudeis et grecis xpm dei uirtutem et dei sapiaz qm stultum dei sapientius e hominibus. et infirmum dei fortius est hoibus.

Hoc quasi stultum et infirmu tanqm sua uirtute sapientes fortesq; contem nunt. Sed hec est gratia que sanat infirmos non superbie iactantes fal sam beatitudinem sua. sed humiliter potius miseriam confitentes;

De incarnatione domini nostri Iesu christi quam confiteri platonico rum erubescit impietas ; — Caplm xxviiii :—

PRedicas patrem et eius filium que uocas paternu intellectm. siue mentem. uel horu medium. que putamus te dice spiritum scm. et more uro appellas deos tres. Vbi et si uerbis indisciplina tis utimini. uidetis tn qualitercunq; et quasi per quedam tenuis imagi nationis adumbracula quo nitendum sit. Sed incarnatione incomu tabilis filii dei qua saluamur. ut ad illa que credimus uel ex qntulacuq; parte intelligimus uenire possimus. non uultis agnosce. Itaq; uidetis utru q; et si de longinquo. et si acie caligante priam in qua manendum est.

sed uiam qua eundum est non tenetis. Confiteris tn̄ grām: q̄nquidem
ad deum per uirtutem intelligentię peruenire paucis dicis esse concessum.
N on enī dicis paucis placuit: uel pauci uoluerunt: sed cum dicis esse con-
cessum: procul dubio dei grām: non hominis sufficientiam confiteris.
V teris etiā hoc uerbo apertius ubi Platonis sententiam sequens. nec ipse
dubitas in hac uita hominem nullo modo ad perfectionem sapientię
peruenire secdm intellectū: tn̄ uiuentibus omē qd̄ deest prouidentia
dei et gratia post hanc uitam posse compleri. O si cognouisses dei gra-
tiam per Iesum Christum dnm̄ nrm̄. exemplum gratię uidere potuis-
ses. Sed quid faciam? Scio me frustra loqui mortuo. sed q̄ntum ad
te attinet. Q̄ntum autē ad eos qui te magnipendunt. et te uel quali-
cunq; amore sapientię uel curiositate artium quas non dubitasti di-
scere diligunt quas potius in tua compellatione alloq̄r fortasse nō
frustra. Gratia dei non potuit gratius cōmendari: q̄m ut ipse unic9
filius dei in se incōmutabiliter manens indueret hominem. et spem
dilectionis suę daret hominibus homine medio qua ad illum ab ho-
minibus ueniret: qui tam longe erat immortalis a mortalibus. incom-
mutabilis a commutabilibus: iustus ab impiis. beatus a miseris. Et
quia naturaliter indidit nobis ut beati immortalesq; esse cupiamus:
manensq; beatus suscipiensq; mortalem. ut nobis tribueret qd̄ amamus
perpetiendo docuit contemnere quod timemus. Sed huic ueritati ut
possetis acquiescere. humilitate opus erat quę ceruici ur̄e difficillime
persuaderi potest. Quid enī incredibile dicit̄ presertim uobis qui talia
sapitis q̄bus ad hoc credendum uos ipsos ammonere debetis? Quid inq̄
uobis incredibile dicit̄: cum dr̄ deus sumpsisse hūanam aīam et corpus?
V os certe tn̄ tribuitis aię intellectuali quæ aīa utiq; humana ē: ut eam
consubstantialem paternę illi menti quē dei filium confitemini fieri pos-
se dicatis? Quid ergo incredibile ē si aliqua una intellectualis anima
modo quodam ineffabili et singulari pro multoꝝ salute suscepta est?
C orpus uero animę coherē. ut homo totus & plenus sit natura ipsa teste
cognoscimus. Quid nisi usitatissimum esset: hoc profecto esset incredibi-
lius. Facilius quippe in fidem recipiendum ē. et si humanū diuino. et si
mutabilem incōmutabili. tn̄ spm̄ sanctum ut uerbis utar quę in usu
betis: incorporeum corporeo. q̄ corpus incorporeo coherē. An forte uos
offendit inusitatus partus ex uirgine? Neq; hoc debet offendere. immo
potius ad pietatem suscipiendam debet adducere. q mirabilis mirabi-

liter natus est. An uero quod ipsum corpus morte depositum, et in melius
resurrectione mutatum, iam incorruptibile atque immortale in superna
subuexit? Hoc fortasse credere recusatis, intuentes Porphyrium in his
ipsis libris ex quibus multa posui, quos de regressu anime scripsit, tam crebro
precipere omne corpus esse fugiendum, ut anima possit beata permanere
cum deo. Sed ipse potius ita sentiens corrigendus fuit. presertim cum de
anima mundi huius uisibilis et tam ingentis corporee molis cum illo
tam incredibilia sapiatis. Platone quippe auctore animal dicitis esse mundum
et animal beatissimum, quod uultis esse et sempiternum. Quo ergo nec umquam
soluetur a corpore, nec umquam carebit beatitudine, si ut anima beata sit corpus
est omne fugiendum? Solem quoque istum et cetera sydera non solum in
libris uestris corpora esse fatemini, quod uobiscum omnes homines et conspicere
non cunctantur et dicere, uerum etiam altiore ut putatis peritia hec esse animalia
beatissima perhibetis, et cum his corporibus sempiterna. Quid ergo est
quod cum uobis fides christiana suadetur, tunc obliuiscimini, aut ignorare
uos fingitis quod disputare aut docere soleatis? Quid cause est cur propter
opiniones uestras quas uos ipsi oppugnatis, christiani esse nolitis, nisi quia
Christus humiliter uenit, et uos superbi estis? Qualia sanctorum corpora in
resurrectione futura sint, potest aliquanto scrupulosius inter christianarum scriptura-
rum doctissimos disputari. Futura tamen sempiterna minime dubitamus,
et talia futura quale sua resurrectione Christus demonstrauit exemplum.
Sed qualiacumque sint, cum incorruptibilia prorsus et immortalia, nihilque anime
contemplationem qua in deum figitur impedientia predicentur, uosque et dicatis
esse in celestibus immortalia corpora immortaliter beatorum, quid est quod
ut beati simus, omne corpus fugiendum esse opinamini, ut fidem christianam
quasi rationabiliter fugere uideamini, nisi quia illud est quod iterum
dico: Christus est humilis, uos superbi? An forte corrigi pudet? Et hoc
uitium non nisi superborum est. Pudet uidelicet doctos homines ex discipulis
Platonis fieri discipulos Christi, qui piscatorem suo spiritu docuit sapere et
dicere: In principio erat erat et uerbum erat apud deum, et deus erat
uerbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt.
Et sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso uita erat, et uita erat lux
hominum. Et lux in tenebris lucet, et tenebre eam non comprehenderunt.
Quod initium sancti euangelii cui nomen est secundum Ioannem, quidam
platonicus, sicut a sancto sene Simpliciano qui postea Mediolanensi ec-
clesiae presedit episcopus solebamus audire, aureis litteris conscribendum, et
per omnes ecclesias in locis eminentissimis proponendum esse dicebat. Sed

ideo uiluit superbis deus ille magister: quia uerbum caro factum est. et
habitauit in nobis. Vt parum sit miseris q̄ egrotant. nisi se etiā in ipsa egri
tudine extollant et de ipsa medicina qua sanari poterant erubescant. Nō
enī hoc faciunt ut erigant̄. sed ut cadendo grauius affligant̄.

Quanta platonici dogmatis Porphyrius refutauerit & dissentiendo cor
rexerit; Capitulum XXX :~

Si post platonem aliqd emendare
existimetur indignum. cur ipse Porphyrius non nulla et non
parua emendauit. Nam platonem aīas hominū post mortem
reuolui usq; ad corpora bestiarum scripsisse certissimū est. Hanc sniam
P orphyrij doctor tenuit et Plotinus. Porphyrio tn̄ iure displicuit. In ho
minum sane non sua que dimiserant. sed alia noua corpora redire hu
manas aīas arbitratus est. Puduit s. illud credere. ne mater fortasse filiū
in mulam reuoluta uectaret. et non puduit hoc credē. ut reuoluta ma
ter in puellam. forsitan filio nuberet. Qnto credit̄ honestius. q̄ sancti et
ueraces angeli docuerunt. quod ꝓphete dei spū acti locuti sunt. qd ipse
quem uenturū saluatorem p̄missi nuntij predixerūt q̄ missi apli qui or
bem terrarū euangelio repleuerunt. Qnto inqm honestius credit̄ reuerti a
nimas semel ad corpora ꝓpria. qm reuerti totiens ad diuersa. Veruntn
ut dixi magna ex parte correctus est in hac opinione Porphyrius. ut sal
tem in solos homines humanas aīas precipitari posse sentiret. beluinos aūt
carcēs euertere minime dubitaret. Dicit etiā ad hoc deo aīam mundo
dedisse. ut materie cognosceres mala. ad prēm recurret. nec aliqn iam
talium polluta contagione teneret̄. Vbi et si aliqd inconuenienter sapit.
magis enī data est corpori ut bona daret. non enī mala disceret si nō facet.
in eo tn̄ aliorum platonicorū opinionem & non in re parua emendauit.
q̄ mundatam ab omibus malis aīam et cum prē constitutam. nunqm
iam mala mundi huius passuram esse confessus est. Qua snia profecto
abstulit quod esse platonicum maxīe ꝓhibetur. ut mortuos ex uiuis. ita
uiuos ex mortuis semper fieri. falsumq; esse ostendit. quod platonice
uidet̄ dixisse Virgilius. in campos elisios purgatas animas missas. quo no
mine tanqm per fabulam uident̄ significari gaudia beatoꝝ. ad fluuiū
letheum euocari. Hoc est ad obliuionem p̄teritoꝝ. s. immēores supera
ut conuexa reuisant. rursus et incipiant in corpora uelle reuerti. Meri
to displicuit Porphyrio. qm reuera stultum credere ē ex illa uita quæ
beatissima esse non poterit nisi de sua fuerit æternitate certissima. de
siderare aīas corporum corruptibiliū labem. et inde ad ista remeare.
tanqm hoc agat summa purgatio ut inquinatio reqrat̄. Sic enī q̄ per

fecte mundant· hoc efficit ut omnium obliuiscantur malorum · malorum autem obliuio facit corporum desiderium ubi rursus implicent̄ malis· profecto erit erit infoelicitis causa summa foelicitas· et stultitiæ causa perfectio sapientie· et inmunditiæ causa summa mundatio · Nec ueritate ibi beata erit anima · quandiucunq; erit ubi oportet fallatur ubi beata sit · Non enī beata erit anima nisi secura · Vt autē secura sit falso se beatam fore q̄m aliq̄n erit et misera · Cui ergo gaudenti causa felicitas erit· q̄uo de ueritate gaudebit· Vidit hoc Porphyrius purgatamq; aīam ob hoc reuerti dixit ad prēm · ne aliq̄n malorum polluta contagione teneatur;

Contra augumentum platonicorum quo animam humanam deo asserunt esse coeternam · Capl̄m xxxi

FAlso igit a quibusdam platonicis est creditus quasi necessari' orbis ille ab eisdem abeundi et ad eadem reuertendi · Quod etiā si uerum esset· q̄d hoc scire prodesset · nisi forte inde se nobis auderent preferre platonici · quia id nos in hac uita iam nesciremus· quod ipsi in alia meliore uita purgatissimi et sapientissimi fuerant uesc(i)turi et falsum credendo beati futuri · Quod si absurdissimum et stultissimum est dicere · Porphyrij profecto est p̄ferenda sn̄ia his qui animarum circulos alternante semper beatitate et miseria suspicati sunt · Quod si ita est · Ecce platonicus in melius a platone dissentit · Ecce uidit hic quod ille non uidit · Nec post talem ac tantum magistrū refugit correctionē · sed homini p̄posuit ueritatē · Cur ergo non poti' diuinitati credimus de his rebus quas humano puestigare non possumus que aīam quoq; ipām non deo coeternam · sed creatam dicit esse que non erat · Vt enim hoc platonici nollent credere · hanc utiq; causam idoneam sibi uidebantur afferre · quia non q' semper ante fuisset sempiternum · deinceps esse non posset · Quanq̄ et de mundo et de his quos in mundo deos a deo factos scribit plato · apertissime dicat esse cepisse · et hr̄e initium · finem tn̄ non habituros · sed p conditoris potentiam uoluntate in eternum p̄mansuros esse phibeat · Verum id quō intelligant inuenerunt non esse hoc uidelicet tp̄ris · sed substitutionis initium · Sicut enī inquiunt si pes ex æternitate semp fuisset in puluē · semp ei subesset uestigium · quod tn̄ uestigium a calcante factum nemo dubitaret · nec alterum altero prius esset · quāuis alte℞ ab altero fcm̄ esset · sic inquiunt & mundus atq; in illo dii creati et semper fuerunt semp existente qui fecit et tn̄ facti sunt · Nunq̄d ergo si aīa semper fuit et miseria eius semp fuisse dicenda ē · Porro si aliquid

in illa quod ex eterno non fuit cepit esse ex tempore: cur non fieri potuerit
ut ipsa esset ex tempore que antea non fuisset? Deinde beatitudo quoque
eius post experimentum malorum firmior et sine fine mansura sicut
iste confitetur procul dubio cepit ex tempore: et tamen semper erit cum antea non
fuerit. Illa igitur omnis argumentatio dissoluta est qua putatur nihil esse
posse sine fine temporis, nisi quod initium non habet temporis. Inventa est enim
anime beatitudo que cum initium temporis habuerit, finem temporis non habebit.
Quapropter divine auctoritati humana cedat infirmitas; eisque beatis et inmortali-
bus de vera religione credamus qui sibi honorem non expetunt, quem
deo suo qui et noster est deberi sciunt; nec iubent ut sacrificium fa-
ciamus nisi ei tantum cuius et nos cum illis ut dixi et sepe dicendum est
sacrificium esse debemus per eum sacerdotem offerendi qui in homine
quem suscepit, secundum quem et sacerdos esse voluit, etiam usque ad mortem
sacrificium pro nobis dignatus est fieri;

De universali via anime liberande, quam Porphyrius male querendo
non repperit et quam sola gratia christiana reseravit; Capitulum XXXII;

Hec est religio que universalem continet viam anime liberan-
de, quoniam nulla nisi hac liberari potest. Hec enim quod-
ammodo regalis via que una ducit ad regnum non temporali
fastigio nutabundum, sed eternitatis firmitate securum. Cum autem
dicit Porphyrius in primo iuxta finem de regressu anime libro nondum
in unam quandam sectam receptum quod universalem contineat viam anime
liberande, vel a philosophia aliqua verissima, vel ab indorum moribus aut
disciplina aut inductione chaldeorum aut alia qualibet via; nondum-
que in suam notitiam eandem viam historiali cognitione perlatam, pro-
cul dubio confitetur esse aliquam sed nondum in suam venisse notitiam.
Ita ei non sufficiebat quicquid de anima liberanda studiosissime didicerat:
sibique vel potius aliis nosse ac tenere videbatur. Sentiebat enim adhuc sibi
deesse aliquam prestantissimam auctoritatem quam de re tanta sequi opor-
teret. Cum autem dicit vel a philosophia verissima aliqua nondum in suam noti-
tiam pervenisse sectam que universalem contineat viam anime liberande,
satis quantum arbitror ostendit vel eam philosophiam in qua ipse philosophatus est non
esse verissimam, vel ea non contineri talem viam. Et quo iam potest
esse verissima qua non continetur hec via? Nam que alia via est univer-
salis anime liberande, nisi qua universe anime liberantur, ac per hoc sine illa nulla
anima liberatur? Cum autem addit et dicit vel ab indorum moribus et di-
sciplina, vel ab inductione caldeorum, vel alia qualibet via, manifestissi-

ma uoce testatur· nec ab illis qui ab Indis que a caldeis didicerat. Hanc
uniuersalem uiam liberande anime contineri. Et utique se a caldeis
oracula diuina sumpsisse quorum assiduam commemorationem facit
tacere non potuit. Quam uult ergo intelligi anime liberande uniuersalem
uiam nondum receptam· uel ex aliqua uerissima philosophia· uel ex earum
gentium doctrinis que magne uelut in diuinis rebus habebantur· quia
plus apud eas curiositas ualuit quotiens angelorum cognoscendorum
et colendorum nondum in suam notitiam historiali cognitione per-
latam. Que nam ista est uniuersalis uia nisi que non sue cuique genti
propria· sed uniuersis gentibus que communis esset diuinitus impartita est· quam
certe iste homo non mediocri ingenio preditus esse non dubitat. Pro-
uidentiam quippe diuinam sine uniuersali ista uia anime liberandae
genus humanum relinquere potuisse non credit. Neque enim ait non esse.
Sed hoc tamen bonum tantumque adiutorium nondum receptum· nondum in
suam notitiam esse perlatum. Nec mirum. Tunc enim Porphyrius erat
in rebus humanis· quando ista liberande anime uniuersalis uia que non est
alia quam religio christiana· oppugnari permittebatur ab idolorum de-
monumque cultoribus regibusque terrenis propter asserendum et consecrandum
martyrum numerum· hoc est testium ueritatis per quos ostenderetur omnia cor-
poralia mala pro fide pietatis et commendatione ueritatis esse toleran-
da. Videbat ergo ista Porphyrius· et per huiusmodi persecutiones cito
istam uiam perituram· et propterea non esse ipsam liberande anime uniuer-
salem putabat· non intelligens hoc quod eum mouebat· et quod in eius
electione perpeti metuebat· ad eius confirmationem· robustioremque
commendationem potius pertinere. hoc eius anime liberande uniuersalis
uia· id est uniuersis gentibus diuina miseratione concessa. Cuius profecto
notitia ad quoscumque iam uenit· et ad quoscumque uentura est· nec de-
buit nec debebit ei dici· quare modo et quare sero· quoniam mittentis con-
silium· non est humano ingenio penetrabile. Quod sensit etiam iste
cum dixit nondum in suam notitiam fuisse perlatum. Neque enim propterea
uerum non esse iudicauit· quia nondum in suam fidem receptum fu-
erat· uel in notitiam nondum peruenerat. Hec est inquam liberandorum
credentium uniuersalis uia de qua fidelis Abraham diuinum accepit
oraculum. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Qui fuit quidem
gente caldeus· sed ut talia promissa perciperet· et ex illo propagaretur semen
dispositum per angelos in manu mediatoris in quo esset ista liberande
anime uniuersalis uia· hoc est omnibus data· iussus est discedere de

terra sua. et de cognatione sua. et de domo patris sui. Tunc iste primitus
a Caldeorum superstitionibus liberatus unum uerum deum sequendo
coluit. cui etiam promittenti fideliter credidit. Haec est uniuersalis uia de
qua in sancta prophetia dictum est. Deus misereatur nostri et benedicat
nos. illuminet uultum suum super nos. ut cognoscamus in terra uiam
tuam in omnibus gentibus salutare tuum. Unde tanto post ex Abrahae
semine carne suscepta de se ipso ait ipse saluator. Ego sum uia ueritas
et uita. Haec est uniuersalis uia de qua tanto ante prophetatum est. Erit in no
uissimis diebus manifestus mons domus domini paratus in cacumine
montium. et extolletur super colles. et uenient ad eum omnes gentes. et in
gredientur nationes multae. et dicent. Venite ascendamus in montem domini
et in domum dei Iacob. et annuntiabit nobis uiam suam. et ingredi
emur in ea. Ex Syon enim prodiet lex et uerbum domini ab Hierusalem. Via
ergo ista non est unius gentis sed uniuersarum gentium. Et lex uerbumque
domini non in Syon et Hierusalem remansit. sed inde processit. ut se per uni
uersa diffunderet. Unde ipse mediator post resurrectionem discipulis
trepidantibus ait. Oportebat impleri quae scripta sunt in lege et prophetis
et psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum. ut intellegerent scripturas.
et dixit eis quia oportebat Christum pati. et resurgere a mortuis tertio die
et predicari in nomine eius penitentiam et remissionem peccatorum per omnes
gentes incipientibus ab Hierusalem. Haec est igitur uniuersalis animae liberandae uia quam
sancti angeli sanctique prophetae prius in paucis hominibus ubi potuerunt
dei gratiam reperientibus et in hebrea gente cuius ipsa quodammodo sacra
ta. Respublica in prophetationem et prenuntiationem ciuitatis dei ex omni
bus gentibus congregandae. et tabernaculo et templo et sacerdotio et
sacrificiis glorificauerunt. et eloquiis quibusdam manifestis plerisque
mysticis predixerunt. Presens autem in carne ipse mediator et beati eius apostoli
iam testamenti noui gratiam releuantes apertius indicarunt quae aliquanto
occultius superioribus sunt significata pro etatum generis humani distribu
tione sicut eam deo sapienti placuit ordinare mirabilium operum diui
norum quorum pauca iam posui contestantibus signis. Non enim apparue
runt tantummodo uisiones angelicae et caelestium ministrorum sola uerba
sonuerunt. uerum etiam hominibus dei uerbo simplicis pietatis agentibus
spiritus inmundi de hominum corporibus ac sensibus pulsi sunt. uitia cor
poris langoresque sanati fera animalia terrarum et aquarum. uolatilia caeli
ligna elementa sydera diuina iussa fecerunt. inferna cesserunt. mortui
reuixerunt exceptis ipsius saluatoris propriis singularibusque miraculis

maxime natiuitatis et resurrectionis. quorum in uno matrem uirginita
tis tantummodo sacramentum. in altero autem etiam eorum. qui in fine
resurrecturi sunt demonstrauit exemplum. Haec uia totum hominem
mundat. et immortalitati mortalem ex omnibus quibus constat partibus
preparat. Ut enim non alia purgatio ei parti quereretur. quam uocat intel
lectualem Porphyrius. alia enim quam uocat spiritualem. aliaque ipsi cor
pori propterea totum suscepit ueracissimus potentissimusque mundator atque
saluator. Propter hanc uiam quae partim cum hec futura pronuntiantur.
partim cum facta nuntiantur. numquam humano generi defuit. nemo li
beratus est. nemo liberatur. Quod autem Porphyrius uniuersalem uiam
animae liberandae nondum in suam notitiam historiali cognitione dicit
esse perlatam. quid hac historia uel illustrius inueniri potest. quae uni
uersum orbem tanto apice auctoritatis obtinuit. uel fidelius in qua ita nar
rantur preterita ut futura etiam predicantur quorum multa uidemus impleta.
ex quibus ea quae restant sine dubio speremus esse implenda. Non enim
potest porphyrius uel quicumque alii platonici etiam in hac uia quasi
terrenarum rerum et ad uitam istam mortalem pertinentium diuinationem
predictionemque contemnere. quod merito in aliis uaticinantibus et quorumli
bet morum uel artium diuinationibus faciunt. Negant enim hec uel
magnorum hominum. uel magni esse pendenda. Et recte. Nam uel inferiorum
fiunt presensione causarum. sicut arte medicinae quibusdam antecedenti
bus signis plura euentura ualitudini preuidentur. uel immundi demones
sua disposita facta pronuntiant. quorum ius et in mentibus atque cupidita
tibus iniquorum ad quaeque congruentia facta ducendis quodammodo
sibi uendicant. et in materia infirma fragilitatis humanae. Non talia
sancti homines in ista uniuersali animarum liberandarum uia gradientes
tamquam magnifica prophetare curarunt. Quamuis et ista eos non fugerint.
et ab eis sepe predicta sint ad eorum fidem faciendam quae mortalium
sensibus non poterant intimari. nec ad experimentum celeri facilitate
perduci. Sed alia erant uere magna atque diuina. quae quantum dabatur
cognita dei uoluntate futura nuntiabant. Christus quippe in carne
uenturus. et quae in illo tam clare perfecta sunt. atque in eius nomine imple
ta penitentia hominum et ad deum conuersio uoluntatum remissio pecca
torum. gratia iustitiae. fides piorum et per uniuersum orbem in ueram
diuinitatem multitudo credentium. culturae simulachrorum demonum
que subuersio et temptationibus exercitatio proficientium. purgatio et
liberatio ab omni malo. iudicii dies resurrectio mortuorum. societatis

impiorum damnatio. regnumque eternum gloriosissime ciuitatis dei conspectu eius immortaliter perfruentis in huius uite scripturis predicta atque promissa sunt. Quorum tam multa impleta conspicimus. ut recta pietate futura esse certa confidamus. Huius uie rectitudine usque ad deum uidendum eique in eternum coherendum in sanctarum scripturarum qua predicatur atque asseritur ueritate quicunque non credunt. et ob hoc nec intelligunt. oppugnare possunt. sed expugnare non possunt. Quapropter in decem istis libris et si minus quam non nullorum expectabat intentio. tamen quorundam studio quantum uerus deus et dominus adiuuare dignatus est satisfecimus refutando contradictiones impiorum qui conditori sancte ciuitatis de qua disputare instituimus. deos suos preferunt. Quorum decem librorum quinque superiores aduersus eos conscripti sunt qui propter bona uite huius deos colendos putant. Quinque posteriores aduersus eos qui cultum deorum propter uitam que post mortem futura est seruandum existimant. Deinceps itaque ut in primo libro polliciti sumus de duarum ciuitatum quas in hoc seculo perplexas diximus inuicemque permixtas. exortu et procursu et debitis finibus quod dicendum arbitror. quantum diuinitus adiuuabor expediam.

Incipiunt capitula Vndecimi libri de Ciuitate dei. Aurelii Augustini doctoris eximii Hypponensis episcopi.

AVRELII. AVGVSTINI. DOCTORIS. EXIMII. HYPONENSIS EPISCOPI. LIBER. XI. DE. CIVITATE. DEI. INCIPIT.

De ea parte operis qua duarum ciuitatum i. celestis ac terrenae initia et fines incipiunt demonstrari; Capitulum. I.

Ciuitatem dei dicimus cuius ea scriptura testis est que non fortuitis motibus animorum sed plane summe dispositione prouidentie super omnes omnium gentium litteras omnia sibi genera ingeniorum humanorum diuina excellens auctoritate subiecit. Ibi quippe scriptum est. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Et in alio psalmo legimus Magnus dominus et laudabilis nimis in ciuitate dei nostri in monte sancto eius dilatans exultationes uniuerse terre. Et paulo post in eodem psalmo. Sicut audiuimus ita et uidimus in ciuitate domini uirtutum in ciuitate dei nostri deus fundauit eam in eternum. Item in alio psalmo. Fluminis impetus letificat ciuitatem sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Deus in medio eius non commouebitur. His atque huiusmodi testimoniis que omnia commemorare nimis longum est cuius ciues esse concupimus illo amore quem nobis illius conditor inspirauit. Huic conditori sancte ciuitatis ciues terrene ciuitatis deos suos preferunt ignorantes eum esse deum deorum non deorum falsorum hoc est impiorum et superborum qui eius incommuta

bili omnibusq; comuni luce priuati. et ob hoc ad quandam egenam po
testatem redacti. suas quodammodo priuatas potentias consectantur. Hono
resq; diuinos a deceptis subditis querunt. sed deorum piorum atq; sanctorum
qui potius seipsos uni subdere. quam multos sibi. potiusq; deum colere. quam
pro deo delectantur coli. Sed huius sancte ciuitatis inimicis decem superiori
bus libris quantum potuimus dño et rege nr̃o adiuuante respondimus. Nunc
uero quid a me etiam expectetur agnoscens. meiq; non inmemor debiti de
duarum ciuitatum terrene scilicet et celestis quas in hoc interim seculo per
plexas quodammodo diximus inuicemque permixtas exortu et procursu et de
bitis finibus quantum ualuero disputare. eius ipsius dñi et regis nostri
auxilio ubiq; fretus aggrediar. Primumq; dicam quemadmodum duarum
istarum ciuitatum in angelorum diuersitate precesserint;

De cognoscendo deo ad cuius notitiam nemo hominum peruenit nisi
per mediatorem dei et hominum; ~ Capitulum · ii ·

Magnum est et admodum rarum uniuersam creaturam corpoream
et incorpoream desideratam comptamq; mutabilem intenti
one mentis excedere atq; ad incomutabilem dei substantiam peruenire.
et illic discere ex eo quod cunctam naturam que non est quod ipse. non fecit nisi
ipse. Sicut enim deus cum homine non per aliquam creaturam loquitur corpo
ralem corporalibus instrepens auribus. ut inter sonantem et audientem
aeria spatia uerberentur. neq; per eiusmodi spiritualem que corporum similitudi
nibus figuratur sicut in somnis. uel quo alio tali modo nam et sic uelut
corporalium auribus loquitur. et uelut interposito corporalium locorum interuallo.
multum enim similia sunt uisa corporibus. sed loquitur ipsa ueritate si quis sit
idoneus ad audiendum mente non corpore. Ad illud enim hominis ita loquitur
quod in homine ceteris quibus homo constat est melius. et quo ipse deus solus
est melior. Cum enim homo rectissime intelligatur. uel si hoc non potest. sal
tem credatur factus ad imaginem dei: profecto ea sui parte est propinquior superiori
deo qua superat inferiores suas quas etiam cum pecoribus communes habet. Sed quia
ipsa mens cui ratio et intelligentia naturaliter inest. uitiis quibusdam tene
brosis et ueteribus inualida est non solum ad inherendum fruendo uerum
et ad perfruendum incomutabile lumen donec de die in diem reno
uata atq; sanata fiat tante felicitatis capax. fide primum fuerat inbuenda
atq; purganda. In qua ut fidentius ambularet ad ueritatem: ipsa ueritas
deus dei filius homine assumpto uero deo consumpto eandem constituit
atq; fundauit fidem. ut ad hominem deum iter esset homini per hominem
deum. Hic est enim mediator dei et hominum homo christus iesus. Per hoc est

mediator per quod et homo. Per hoc enim via. Quia si inter eum qui tendit
et illud quo tendit via media est: et spes est perveniendi. Si autem
desit aut ignoretur quo eundum sit: quid prodest nosse quo eundum
sit? Sola est autem adversus omnes errores via munitissima: ut i-
dem ipse sit deus et homo. Quo itur deus. qua itur homo. Hic
prius per prophetas. deinde per se ipsum. postea per apostolos quantum satis
esse iudicavit locutus etiam scripturam condidit. quae canonica no-
minatur eminentissime auctoritatis: cui fidem habemus de his rebus quas
ignorare non expedit. nec per nos ipsos nosse idonei sumus. Nam
si ea sciri possunt testibus nobis que remota non sunt a sensibus nostris.
sive interioribus sive exterioribus. unde et presentia nuncupantur. quod
ita dicimus esse pre sensibus. sicut pre oculis. profecto ea que remota
sunt a sensibus nostris. quoniam nostro testimonio scire non possumus. de
his alios testes requirimus. eisque credimus. a quorum sensibus remo-
ta esse vel fuisse non credimus. Sicut ergo de visibilibus que non vi-
dimus eis credimus qui viderunt. atque ita de ceteris que ad suum
quemque sensum corporis pertinent. ita de his que animo ac mente senti-
untur. quia et ipse rectissime dicitur sensus. unde et sententia vocabulum
accepit. hoc est de invisibilibus que a nostro sensu interiore remota
sunt. his nos oportet credere qui hoc in illo incorporeo lumine dispo-
sita didicerunt. vel manentia contuentur;

De auctoritate canonice scripture divino spiritu condite; Capitulum. iii.

Visibilium omnium maximus mundus est. Invisibilium omnium
maximus deus est. Sed mundum esse conspicimus. deum esse
credimus. Quod autem deus fecerit mundum. nulli potius credimus
quam ipsi deo. Ubi eum audivimus? Nusquam interim nos melius quam in scripturis
sacris ubi dixit propheta eius. In principio fecit deus celum et terram.
Numquid nam ibi fuit iste propheta. quando fecit deus celum et terram? Non. sed
ibi fuit sapientia dei per quam facta sunt omnia que in animas etiam sanctas
se transfert. amicos dei et prophetas constituit. eisque opera sua sine strepitu
intus enarrat. Loquuntur eis quoque angeli dei qui semper vident faciem
patris. voluntatemque eius quibus oportet annuntiant. Ex his unus erat iste
propheta qui dixit et scripsit. In principio creavit deus celum et terram.
Qui tam idoneus testis est per quem deo credendum sit. ut eodem spiritu
dei quo hec sibi revelata cognovit. etiam ipsam fidem nostram tanto ante
futuram predixerit; De conditione mundi que nec temporalis sit. nec
novo dei ordinata consilio. quia postea voluit quod ante noluit; C. iiii.

SEd quid placuit æterno deo tunc facere cęlum et terram que
ante non fecisset? Quid hoc dicũt: si mundum æternum sine
ullo initio. et ideo nec a deo factum uideri uolunt; nimis a
uero sunt a ueritate: et letali impietatis morbo insaniunt. Exceptis eni
ꝓpheticis uocibus mundus ipse ordinatissima sua mutabilitate et uisibi
lium omnium pulcherrima specie quodam m̃ tacitus et factum se esse.
et non nisi a deo ineffabiliter atq; inuisibiliter magno. et ineffabiliter
atq; inuisibiliter pulchro fieri se potuisse ꝓclamat. Qui aũt a deo q̃dẽ
factum fatent̃. non tñ eum tp̃is uolunt hr̃e: sed suę recreationis initiũ
ut modo quodam uix intelligibili semꝑ sit factus. Dicũt quidem aliqd
unde sibi deum uident̃ uelut a fortuita temeritate defendere ne sub
ito illi uenisse credat̃ in mentem. qđ nunq̃ ante uenisset facẽ mũdum.
et accidisse illi uoluntatem nouam. cum in nullo sit om̃io mutabilis.
Sed non ideo quõ eis possit in ceteris rebus ratio ista subsistere: maxĩeq;
in anima. Quam si deo coeternam esse contenderit. unde illi acciderit
noua miseria que nunq̃m antea per æternum nullo modo poterunt
explicare. Si eni alternasse semper eius miseriam et btĩtudinẽ dixe
rint. necesse est dicam etiã semper alternasse natũm. Unde illa eos se
quetur absurditas. ut etiã cum beata dr̃. in hoc utiq; non sit beata. si
futuram suam miseriã et turpitudinem preuidet. Si aũt non ꝓuidet.
nec se turpem ac miseram fore: sed beatam semp existimat. falsa opĩoe
sit beata. quo dici stultius nihil pot̃. Si aũt semper q̃dẽ per secula retro
infinita cum btĩtudine alternasse aĩe miseriam putant: sed num iaꝫ
de cetero cũ fuit liberata. ad miseriam non esse redituram nihilomĩ
conuincunt̃ nunq̃ eam fuisse uere btĩm. sed deinceps esse incipẽ noua
quadam et fallaci beatitudine. Ac per hoc fatebunt̃ illi accidere aliqd
noui. et hoc magnũ atq; preclarum qđ nunq̃ retro per æternitatẽ acce
disset. Cuius nouitatis causam si deum negabunt in æterno habuisse
consilio. simul eum negabunt et btĩtudini eius auctorẽ qđ nefande
impietatis est. Si aũt dicent etiã ipsum nouo consilio excogitasse ut
de cetero sit aĩa in æternũ beata. quõ eũ alienum ab ea quę illis quoq;
displicet mutabilitate monstrabunt? Porro si ex tp̃e creatam: sed
nullo ulterius tp̃e perituram tanq̃m uerũ hr̃e initium. sed nõ hr̃e
finem fatent̃. et ideo semel expertam miserias si ab eis fuit liberata.
nunq̃ miseram postea futuram. non utiq; hoc dubitabũt fieri: manẽte
incõmutabilitate consilii dĩ. Sic ergo credant et mũdum ex tempõe
fieri potuisse. nec tñ ideo deum in eo faciendo æternum consilium

uoluntatem q3 mutasse ; Tam non esse cogitandum de infinitis temporum spatiis ante mundum . qm̄ nec de infinitis locorum spatiis ; Caplm . V.

Deinde uidendum ē istis qui deū conditorem mūdi esse consen
tiunt . et tn̄ querunt de mundi tpr̄e : quid r̄ndeamus . qd ipsi
r̄ndeant de mundi loco . Ita enī querit̄ . Cur potius tunc et nō
ante factus sit . queadmodū queri pot̄ . cur hic potius ubi est . et nō alibi .
Nam si infinita spatia tpr̄is ante mundū cogitant in quibus eis non uidet̄
deus ab ope cessare potuisse . similiter excogitent extra mundū infini
ta spatia locorum . In quibus si quisq̄ dicat non potuisse uacare oīpoten
tem . nonne consequens erit . ut innumerabiles mundos cum epycuro
somniare cogant̄ . ea tm̄ dr̄ia q eos ille fortuitis motibus athomorum
gigni asserit̄ et resolui . isti autē ope dei facto dicturi sunt . si eum per
interminabilem īmensitatem locorum extra mundum circūquaq;
patentium uacare noluerint . nec eosdem mundos q etiā de isto senti
unt . ulla causa posse dissolui . Cum his enī agimus qui et deū incor
poreum . et oīum naturarum que non sunt quod ipse creator est . no
biscum sentiunt . Alios autē nimis indignū est ad istam disputationem
religionis admittē . maxīe eos qui multis diis sacrorum obsequium . de
ferendum putant . Isti phos ceteros nobilitate atq; auc̄te uicerūt . nō
ob aliud nisi longo quidem intuallo . uerūtamen reliqs ppinquiores
sunt ueritati . An uō substantiā dei quā nec includunt . nec determīant
nec discindunt loco . sed eam sicut deo sentire dignū est fatent̄ incor
poream p̄ntia ubiq; totam ; a tantis locorum extra mundum spatiis ab
sentem esse dicturi sunt . et uno tm̄ atq; in compatione illius infinitati
tam exiguo loco in quo mundus ē occupatam . Non opinor eos in hec
uaniloquia progressuros . Cum igit̄ unum mundum ingenti quidem
mole corporea finitum tn̄ et loco suo determīatum . et opante deo fa
ctum esse dicant . Quid r̄ndent extra mūdum de infinitis locis . cur
in eis ab opere deus cesset . hoc r̄ndeant de infinitis ante mundum tem
poribus cur in eis ab ope deus cessauit . Et sicut non ē consequens ut
fortuito potius q̄ ratione diuina deus non alio sed isto in quo est loco
mundū constituerit . cum pariter infinitis ubiq; patentibus nullo excel
lentiore merito posset hic eligi . quāuis eandem diuinam rōem qua id
factum est nulla possit humana comphendere natā . ita non ē ɔsequens
ut deo aliquid existimemus accidisse fortuitum . q illo potius q̄ anteri
ore tpr̄e condidit mundum . cum equaliter anteriora tp̄ra per infinitum
retro spatium pteriissent . nec fuisset aliqua differentia unde tpus tempori

Eligendo

eligendo preponeret. Quod si dicunt inanes esse hominum cogitationes quibus infinita imaginantur loca, cum locus nullus sit preter mundum. Respondetur eis isto modo inaniter homines cogitare preterita tempora uacationis dei, cum tempus nullum sit ante mundum;

Creationis mundi et temporum unum esse principium, nec aliud alio preueniri: — Capitulum VI.

Si enim recte discernuntur eternitas et tempus, quod tempus sine aliqua mutabilitate non est, in eternitate autem nulla mutatio est: quis non uideat quod tempora non fuissent nisi creatura fieret, que aliquid aliqua motione mutaret. motionis cuius et mutationis cum aliud atque aliud que simul esse non possunt cedit atque succedit in breuioribus uel productioribus morarum interuallis tempus sequeretur. Cum igitur deus in cuius eternitate nulla est omnino mutatio creator sit temporum et ordinator, quomodo dicatur post temporum spatia mundum creasse non uideo. nisi dicatur ante mundum iam aliquam fuisse creaturam cuius motibus tempora currerent. Porro si littere sacre maximeque ueraces ita dicunt: in principio fecit deus celum et terram, ut nihil antea fecisse intelligatur. quia hoc potius in principio fecisse diceretur, si quid fecisset ante cetera cuncta que fecit: procul dubio non est mundus factus in tempore. sed cum tempore. Quod enim fit in tempore. et post aliquod fit et ante aliquod tempus. Post id quod preteritum est ante id quod futurum est. Nullum autem posset ante preteritum. quia nulla erat creatura cuius mutabilibus motibus ageretur. Cum tempore autem factus est mundus si in eius conditione mutabilis factus est motus. sicut uidetur se habere etiam ordo ille primorum sex uel septem dierum. in quibus mane et uespera nominantur. donec omnia que his diebus deus fecit secreto perficiantur die septimo in magno mysterio dei uacatio commendetur. Qui dies cuiusmodi sint. aut perdifficile nobis. aut etiam impossibile est cogitare. quanto magis dicere? Videmus quidem istos notos dies non habere uesperam. nisi de solis occasu: nec mane nisi de solis exortu;

De qualitate primorum dierum quod antequam sol fieret. uesperam et mane traduntur habuisse; — Capitulum VII.

Illorum autem priores tres dies sine sole peracti sunt. qui quarto die factus refertur. Et primitus quidem lux dei uerbo facta: atque inter ipsam et tenebras deus separasse narratur. et eandem lucem uocasse diem. tenebras autem noctem. Sed qualis illa sit lux: et quo alternante motu. qualemque uesperam et mane fecerit. remotum est a sensibus nostris nec ita est ut intelligi a nobis possit. quod tamen sine ulla hesitatione credendum est. Aut enim aliqua lux corporea est: siue in superioribus mundi partibus longe a conspectibus nostris: siue unde postmodum accensus est.

aut lucis nomine significata est sancta ciuitas in sanctis angelis et spiritibus beatis. de qua dicit apostolus. Quę sursum est hierusalem. mater nostra ęterna in cęlis. Ait quippe et alio loco. Omnes enim uos filii lucis estis et filii dei. Non sumus noctis neque tenebrarum. Si tamen et uesperam diei huius et mane aliquatenus congruenter intelligere ualemus. quoniam scientia creaturę in comparatione scientię creatoris quodammodo uesperascit. itemque lucescit et mane fit. cum et ipsa refertur ad laudem dilectionemque creatoris. Nec in mortem uergit. ubi non creator creaturę dilectione relinquitur. Denique scriptura cum illos dies dinumeraret ex ordine. nusquam interposuit uocabulum noctis. Non enim ait alicubi facta est nox. sed facta est uespera. et factum est mane. et dies unus. Ita dies secundus et ceteri. Cognitio quidem creaturę in seipsa decoloratior est ut ita dicam. quam cum in dei sapientia cognoscitur uelut in arte qua facta est. Ideo uespera quam nox congruentius dici potest. Quę tamen ut dixi cum ad laudandum et amandum refertur deum creatorem. recurrit in mane. Et hoc cum facit in cognitionem sui ipsius dies unus est. Cum in cognitionem firmamenti. quod inter aquas inferiores et superiores cęlum appellatum est. dies secundus. Cum in cognitionem terrę et maris omniumque gignentium quę radicibus continuata sunt terrę. dies tertius. Cum in cognitionem luminarium maioris et minoris omniumque syderum. dies quartus. Cum in cognitionem omnium ex aquis animalium natatilium atque uolatilium. dies quintus. Cum in cognitionem omnium animalium terrenorum atque ipsius hominis. dies sextus;

Quę qualisue intelligenda sit dei requies. qua post opera sex dierum requieuit in septimo. Cap. VIII.

CUm uero in die septimo requiescit deus ab omnibus operibus suis. et sanctificat eum. nequaquam est accipiendum pueriliter. tanquam deus laborauerit operando. qui dixit et facta sunt. uerbo intelligibili et sempiterno. non sonabili et temporali. Sed requies dei requiem significat eorum qui requiescunt in deo. sicut letitia domus letitiam significat eorum qui sunt in domo. etiam si non eos domus ipsa sed aliqua alia res letos faciat. Quanto magis si eadem domus pulchritudine sua faciat letos habitatores. ut non solum eo loquendi modo leta dicatur. quo significamus per efficientem id quod efficitur. sicut leta epistola dicitur significans eorum letitiam quos legentes efficit letos. Conuenientissime itaque cum deum requieuisse prophetica narrat auctoritas. significatur requies eorum qui in illo requiescunt et quos facit ipse requiescere. hoc etiam hominibus quibus loquitur. et propter quos utique conscripta est pro-

mittente prophetia, quod etiam ipsi post bona opera que in eis et per eos operatur deus, si ad illum prius in ista uita per fidem quodammodo accesserint, in illo habebunt requiem sempiternam. Hoc autem et sabbati uacatione ex precepto legis in uetere dei populo figuratum est. Unde suo loco diligentius arbitror disserendum;

De angelorum conditione quid secundum diuina testimonia sentiendum sit; Capitulum .viiii.

Nunc quoniam de ciuitatis exortu dicere institui, et prius quod ad sanctos angelos attinet dicendum putaui, que et huius ciuitatis et magna pars est, et eo beatior quo numquam peregrinata, que huic diuina testimonia suppetant, quantum satis uidebitur deo largiente explicare conabor. Ubi et de mundi constitutione sacre littere loquuntur, non euidenter dicitur utrum uel quo ordine creati sunt angeli. Sed si pretermissi non sunt, uel celi nomine ubi dictum est: In principio fecit deus celum et terram, uel potius lucis huius de qua loquor significati sunt. Non autem esse pretermissos hinc existimo quod scriptum est requieuisse deum in die septimo ab omnibus operibus suis que fecit, cum liber ipse ita sit exorsus: in principio fecit deus celum et terram, ut ante celum et terram nihil aliud fecisse uideatur. Cum ergo a celo et terra quam primitus fecit sic scriptura consequenter eloquitur inuisibilis et incomposita nondumque luce facta utique tenebre fuerint super abissum, id est super quandam terre et aque indistinctam confusionem, ubi enim lux non est tenebre sint necesse est. Deinde omnia credendo disposita sint que per sex dies consumata narrantur, quomodo angeli pretermitterentur, tamquam non essent in operibus dei a quibus die septimo requieuit? Opus autem dei esse angelos hic quidem et si non pretermissum, non tamen euidenter expressum est. Sed alibi hoc sancta scriptura clarissima uoce testatur. Nam et in hymno trium in camino uirorum cum predictum esset: benedicite opera domini dominum, in executione eorundem operum et sancti angeli nominati sunt. Et in psalmo canitur: Laudate dominum de celis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli, laudate eum omnes uirtutes eius. Laudate eum sol et luna, laudate eum omnes stelle et lumen. Laudate eum celi celorum et aque que super celos sunt laudent nomen domini. Quoniam ipse dixit et facta sunt, ipse mandauit et creata sunt. Etiam hic apertissime a deo factos esse angelos diuinitus dictum est, cum eis inter cetera celestia commemoratis infertur ad omnia: Ipse dixit et facta sunt. Quis porro audeat opinari post omnia ista que post sex dies enumerata sunt angelos factos? Sed et si quisquam ita desipit

redarguit istam uanitatem illa scriptura pariter auctoritatis ubi deus dicit. Quando
facta sunt sydera: laudauerunt me uoce magna omnes angeli mei: Iam
ergo erant angeli quando facta sunt sydera. Nunquid nam ergo die tertio
factos esse dicemus? Absit. in promptu est enim quid illo die factum sit,
A b aquis utique terra discreta est: et distinctas sui generis species duo ista e-
lementa sumpserunt: et produxit terra quicquid ei radicitus inheret. Nun-
quid nam secundo? Ne hoc quidem. Tunc enim firmamentum factum est
inter aquas superiores et inferiores: celumque appellatum est. In quo firma-
mento quarto die facta sunt sydera. Nimirum ergo si ad istorum dierum
opera dei pertinent angeli: ipsi sunt illa lux que diei nomen accepit. Cuius
unitas ut commendaretur: non est dictus dies primus, sed dies unus. Nec a-
lius est dies secundus aut tertius aut ceteri: sed idem ipse unus ad implen-
dum senarium uel septinarium numerum repetitus est, propter senariam uel sep-
tennariam cognitionem. Senariam scilicet operum que fecit deus et sep-
tenariam quietis dei. Cum enim dixit deus fiat lux. et facta est lux. si recte
in hac luce creatio intelligitur angelorum, profecto facti sunt principes lu-
cis eterne: quod est ipsa incommutabilis sapientia dei, per quam facta sunt omnia:
quem dicimus unigenitum dei filium. ut ea luce illuminati qua creati fi-
erent lux. et uocarentur dies participatione incommutabilis lucis et diei.
quod est uerbum dei. per quod et ipsi et omnia facta sunt. Lumen quippe
uerum: quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. hoc
illuminat. et omnem angelum mundum. ut sit lux non in se ipso. sed in deo.
A quo si auertitur angelus. fit inmundus. sicut sunt omnes immundi spiritus.
nec iam lux in deo. sed in se ipso tenebre, priuati participatione lucis e-
terne. Mali enim nulla natura est. sed amissio boni mali nomen accepit.

De simplici et incommutabili trinitate dei patris et filii et spiritus sancti
unius dei. cui non est aliud qualitas aliud substantia; Capitulum. X.

E st itaque bonum solum simplex. et ob hoc solum incommutabi-
le quod est deus. Ab hoc bono creata sunt omnia bona: sed non
simplicia. et ob hoc mutabilia. Creata sane inquam. id est facta.
non genita. Quod enim de simplici bono genitum est, pariter simplex est,
et hoc est illud de quo genitum est. que duo patrem et filium dicimus.
E t utrunque hoc cum spiritu sancto unus est deus. Qui spiritus patris et filii spiritus
sanctus, propria quadam nominatione huius nominis in sacris litteris nuncupatur.
A lius est autem quam pater et filius: quia nec pater est nec filius. Sed alius dixi,
non aliud: quia et hoc pariter simplex pariterque incommutabile bonum
est, et coeternum. Et hec trinitas unus deus. Nec ideo non simplex: sed

trinitas. Neque enim propter hoc naturam istam boni simplicem dicimus. quia
pater in ea solus. aut solus filius. aut solus spiritus sanctus. aut uero sola est
ista nominis trinitas sine substantia personarum. sicut Sabelliani heretici
putauerunt. sed ideo simplex dicitur. quoniam quod habet hoc est. excepto quod
relatiue queque persona ad alteram dicitur. Nam utique pater habet filium
nec ipse est filius. Et filius habet patrem. nec tamen ipse est pater. In quo ergo
ad semet ipsum dicitur non ad alterum. hoc est quod habet. sic ad se ipsum
dicitur uiuus habendo utique uitam. et eadem uita ipse. Propter hoc natura
utique dicitur simplex. cui non sit aliquid habere. uel quod possit amittere. uel a
liud sit habens. aliud quod habeat. sicut uas aliquem liquorem. aut corpus
colorem. aut aer lucem siue siue feruorem. aut anima sapientiam. Nihil enim
horum est id quod habet. Nam neque uas liquor est. nec corpus color. nec aer lux
siue feruor. neque anima sapientia. Hinc est quod etiam priuari possunt rebus quas habent
et alios habitus atque qualitates uerti. atque mutari. ut et uas euacuetur
humore quo plenum est. et corpus decoloretur. et aer tenebrescat. siue frige
scat. et anima desipiat. Sed et si sit corpus incorruptibile. quale sanctis in
resurrectione promittitur. habet quidem ipsius incorruptionis inamissibi
lem qualitatem. sed manente substantia corporali non hoc est quod ipsa
incorruptio. Nam illa etiam per partes corporis tota est. nec alibi maior. a
libi minor. neque enim ulla pars est incorruptior quam altera. Corpus uero ipsum
maius est in toto quam in parte. Et cum alia pars est in eo amplior. alia
minor. non ea que amplior est incorruptior quam ea que minor. Aliud
est itaque corpus quod non ubique sui totum est. alia incorruptio que ubique
eius tota est. quia omnis pars incorruptibilis corporis etiam ceteris inequalis
equaliter incorrupta est. Neque enim uerbi gratia quia digitus minor est
quam tota manus. ideo incorruptibilior manus quam digitus. Ita cum sint in
equales manus et digitus. equalis est est tamen incorruptibilitas manus et
digiti. Ac per hoc quamuis a corpore incorruptili inseparabilis incorru
ptibilitas sit. aliud est tamen substantia qua corpus dicitur. aliud qualitas
eius qua incorruptibile nuncupatur. Et ideo etiam sic non hoc est quod habet.
Anima quoque ipsa etiam si semper sit sapiens sicut erit cum liberabitur in eter
num. participatione tamen incommutabilis sapientie sapiens erit. quae
non est quod ipsa. Neque enim si aer infusa luce numquam deseratur. ideo non
aliud est ipse. aliud lux qua illuminatur. Neque hoc ita dixerim quasi aer
sit anima. quod putauerunt quidam qui non potuerunt incorpoream cogi
tare naturam. Sed habent hec ad illa etiam in magna disparilitate quandam
similitudinem. ut non inconuenienter dicatur sic illuminari animam

incorpoream luce incorporea. Et sicut aer tenebrescit ista luce desertus,
N am nihil sunt aliud que dicuntur locorum quorumcumque corporalium tenebre
quam aer carens luce. ita tenebrescere animam sapientie luce priuatam. Secundum hoc
dicuntur illa simplicia que principaliter uereque diuina sunt quod non aliud
est in eis qualitas. aliud substantia. nec aliorum participatione uel diui
na uel sapientia uel beata sunt. Ceterum dictus est in scripturis sanctis
spiritus sapientie multiplex eo quod multa in se habeat. Sed que habet hec
et est. et ea omnia unus est. Neque enim multe. sed una sapientia est in qua
sunt infinita quedam eique infiniti thesauri sapientie rerum intelligibilium
in quibus sunt omnes inuisibiles atque incommutabiles thesauri id est rationes
etiam rerum uisibilium et mutabilium que per ipsum facte sunt. Quoniam
deus non aliquid nesciens fecit quod nec de quolibet homine artifice recte
dici potest. Porro si sciens fecit omnia. ea utique fecit que nouerat. Ex quo oc
currit animo quiddam mirum. sed tamen uerum. quod iste mundus nobis esse non
posset nisi esset. deo autem nisi notus esset. esse non posset;

An eius beatitudinis quam sancti angeli ab initio eius semper habuerunt.
etiam illos spiritus qui in ueritate non steterunt. participes fuisse cre
dendum sit; Capitulum xi.

Quae cum ita sint. nullo quidem modo secundum spatium aliquot
temporis prius erat spiritus illi tenebre quos angelos dicimus. sed simul
ut facti sunt lux facti sunt. Non tamen ita tantum creati. ut quoquo
modo essent. et quoquo modo uiuerent. sed etiam illuminati ut sapienter
beateque uiuerent. Ab hac illuminatione auersi quidam non obtinue
runt excellentiam sapientis beate uite. que procul dubio non nisi eterna
est. eternitatisque sue certa atque secura. Sed rationalem uitam licet insipi
entem sic habent ut eam non possint amittere. nec si uelint. Quatenus
autem antequam peccassent illius sapientie fuerint participes. diffinire quis
potest. In eius tamen participatione equales fuisse istos illis qui propterea uere
pleneque beati sunt. quoniam nequaquam de sue beatitudinis eternitate falluntur
quomodo dicturi sumus. quoniam quidem si equales in ea fuissent. etiam isti in eius
eternitate mansissent pariter beati quia pariter certi. Neque enim sicut
uita quandiucumque fuerit. ita eterna uita ueraciter dici poterit. si finem
habitura sit. Siquidem uita tantummodo uiuendo. eterna uero finem non
habendo nominata est. Quapropter quamuis non quicquid eternum continuo beatum
sit. dicitur enim etiam penalis ignis eternus. tamen si uere perfecteque beata uita
non nisi eterna est. non erat talis istorum quandoque desitura. et propterea non
eterna. siue id scirent. siue nescientes aliud putarent. quia scientes timor

nescientes error beatos esse utique non sinebat. Si autem hoc ita nesciebant
ut falsis incertisve fiderent, sed utrum sempiternum an quandoque finem ha
biturum esset bonum suum, ut neutram partem firma assensione fer
rent, ipse de tanta felicitate cunctatio eam beatae vitae plenitudinem
quam in sanctis angelis esse credimus non habebant. Neque enim beatae vitae
vocabulum ita contrahimus ad quasdam significationis angustias, ut so
lum deum dicamus beatum. Qui tamen ita vere beatus est, ut maior beatitu
do esse non possit. In cuius comparatione quod angeli beati sunt, sua quadam
summa beatitudine quanta esse in angelis potest, quid aut quantum est?

De comparatione beatitudinis iustorum necdum tenentium promissionis
divinae premium, et primorum in paradiso hominum ante peccatum. Capitulum xii.

Nec nos ipsos tamen quod attinet ad rationalem vel intellectualem
naturam beatos nuncupandos putamus. Quis enim primos illos
homines in paradiso negare audeat beatos fuisse ante peccatum,
quamvis sua beatitudo quam diuturna vel utrum eterna incertos esset? esset autem
eterna nisi peccassent. cum hodie non inpudenter beatos vocemus quos
videmus iuste ac pie cum spe futurae inmortalitatis hanc vitam ducere
sine crimine vastante conscientiam, facile impetrantes peccatis huius infir
mitatis divinam misericordiam. Qui licet de suae perseverantiae premio certi sint,
de ipsa tamen perseverantia sua reperiuntur incerti. Quis enim hominum se in
actione profectuque iustitiae perseveraturum usque in finem sciat, nisi aliqua
revelatione ab illo fiat certus, qui de hac re iusto latentique iudicio non
omnes instruit, sed neminem fallit? Quantum itaque attinet ad delecta
tionem presentis boni, beatior erat primus homo in paradiso quam quilibet
iustus in hac infirmitate mortali; Quantum autem ad spem futuri,
beatior quilibet in quibuslibet cruciatibus corporis, cui non opinione
sed certa veritate manifestum est sine fine se habiturum omni molestia
carentem societatem angelorum in participatione summi dei, quam erat ille
homo sui casus incertus in illa magna felicitate paradisi. Quocirca cui
vis iam non difficulter occurrit utroque coniuncto effici beatitudinem,
quam recto proposito intellectualis natura desiderat, hoc est ut et bono in
commutabili quod deus est sine ulla molestia perfruatur et in eo se in eter
num esse mansurum nec ulla dubitatione cunctetur nec ullo errore
fallatur. hanc habere angelos lucis pia fide credimus. Hanc nec antequam
caderent habuisse angelos peccatores qui sua pravitate illa luce privati
sunt, consequenti ratione colligimus. Habuisse tamen aliquam et si non pre
sciam beatitudinem, si vitam egerunt ante peccatum, profecto credendi sunt.

An ita unius foelicitatis omnes angeli sint creati. ut neque lapsuros se possent nosse qui elapsi sunt. et post ruinam labentium perseuerantie sue prescientiam acceperint qui steterunt: ~ Capitulum .xiii.

Aut si durum uidetur quando facti sunt angeli. alios credere ita factos ut non acciperent prescientiam uel perseuerantie uel casus sui. alios autem ita ut ueritate certissima eternitatem sue beatitudinis nossent. sed equalis felicitatis omnes ab initio creati sunt. et ita fuerant, donec isti qui nunc mali sunt, ab illo bonitatis lumine cecidissent; profecto multo est durius nunc putare, angelos sanctos eterne sue beatitudinis incertos: et ipsos de semet ipsis ignorare, quod nos de illis per scripturas sanctas nosse potuimus. Quis enim catolicus christianus ignorat nullum nouum dyabolum ex angelis ulterius futurum: sicut nec istum in societatem bonorum angelorum ulterius rediturum. Veritas quippe in euangelio sanctis fidelibusque promittit quod erunt equales angelis dei. quibus etiam promittitur quod ibunt in uitam eternam. Porro autem si nos certi sumus, numquam nos ex illa inmortali felicitate casuros. illi uero certi non sunt. iam potiores non equales eis erimus. Sed quia ueritas nequaquam fallit. et equales eis erimus. profecto etiam ipsi certi sunt sue felicitatis eterne. Cuius illi alii quia certi non fuerunt. non enim erat eorum eterna foelicitas cuius certi essent que finem fuerat habitura. restat autem aut impares fuerint. aut si pares fuerunt. post istorum ruinam illis certa scientia sue sempiterne foelicitatis accesserit. nisi forte quis dicat id quod ait dominus diabolo, ille homicida erat ab initio. id est initio humani generis. ex quo utique homo factus est. quem decipiendo posset occidere: uerum etiam ab initio sue conditionis in ueritate non steterit. et ideo numquam beatus cum sanctis angelis fuerit, suo recusans esse subditus creatori. et superbia sua uelut priuata potestate elatus ac per hoc falsus et fallax. quia neque umquam potestatem omnipotentis euadit. et qui per piam subiectionem noluit tenere quod uere est. affectat per superbam elationem simulare quod non est. Ut sic intelligatur et quod beatus apostolus Ioannes ait. Ab initio diabolus peccat. hoc est ex quo factus est iustitiam recusauit. quam nisi pia deoque subdita uoluntas habere non posset. Huic sententie quisquis acquiescit. non cum illis hereticis sapit. id est Manicheis. et si que alie pestes ita sentiunt: quod suam tamquam propriam quandam, ex aduerso quodam principio dyabolus habeat naturam mali. Qui tanta uanitate desipiunt. ut cum uerba ista euangelica in auctoritate nobiscum habeant. non attendant non dixisse dominum a ueritate alienus fuit. sed in ueritate non stetit. Ubi a ueritate lapsum intelligi uoluit. In qua utique si stetisset. eius particeps factus beatus cum sanctis angelis permaneret;

Quo genere locutionis dictum sit de dyabolo quod in ueritate non steterit quia ueritas non est in eo : — Capitulum . xiiii ;

Subiecit autem iudicium quasi quesissemus unde ostendatur quod in ueritate non steterit . atque ait quia non est ueritas in eo . esset autem in eo si in illa stetisset . Locutione autem dictum est minus usitata . sic enim uidetur sonare in ueritate non stetit . quia non est ueritas in eo tanquam ea sit causa ut in eo ueritas non sit quod in ueritate non stetit . Ista locutio est in psalmo . Ego clamaui quoniam exaudisti me deus . cum dicendum fuisse uideatur . Exaudisti me deus quoniam clamaui . Si cum dixisset ego clamaui . tanquam ab eo quereretur unde se clamasse monstraret . ab effectu exauditionis dei clamoris sui ostendit affectum . Tanquam diceret . Hinc ostendo clamasse me quoniam exaudisti me ;

Quid sentiendum sit de eo quod scriptum est . ab initio dyabolus peccat : — Capitulum . xv ;

Illud etiam quod ait de dyabolo Ioannes ab initio diabolus peccat . non intelligunt si natura talis est . nullo modo esse peccatum . Sed quid respondetur propheticis testimoniis . siue quod ait Isaias subfigurata persona principis Babylonie dyabolum notans quomodo cecidit Lucifer qui mane oriebatur . siue quod Ezechiel . In deliciis paradisi dei fuisti omni lapide precioso ornatus es . ubi intelligitur fuisse aliquando sine peccato . Nam expressius ei paulo post dicitur . Ambulasti in diebus tuis sine uitio . Que si aliter conuenientius intelligi nequeunt . oportet etiam illud quod dictum est in ueritate non stetit . sic accipiamus quod in ueritate fuit . sed non permanserit . et illud quod ab initio diabolus peccat non ab initio ex quo creatus est peccare putandus . Sed ab initio peccati quod ab ipsius superbia cepit esse peccatum . Et illud quod scriptum est in libro Iob cum de dyabolo sermo esset . hoc est initium figmenti domini quod fecit ad illudendum ab angelis suis . cui consonare uidetur et psalmus ubi legitur . Draco hic quem finxisti ad illudendum ei . sic intelligendum est ut existimemus talem ab initio creatum . cui ab angelis illuderetur . sed in hac pena post peccatum ordinatum . Initium ergo eius figmentum est domini . Non enim est etiam ulla natura in extremis infimisque bestiolis quam non ille constituit . a quo est omnis modus omnis species omnis ordo . sine quibus nihil rerum inueniri uel cogitari potest . Quanto magis angelica creatura que omnia cetera que deus condidit nature dignitate precedit ;

De gradibus et differentiis creaturarum que aliter pendet usus utilitatis aliter ordo rationis : — Capitulum . xvi .

In his enim que quomodo sunt . et sunt quod deus non est a quo facta sunt . preponuntur uiuentia non uiuentibus . sic ea que habent uim

gignendi uel etiam appetendi · hisque isto motu carent · et ī his que uiuūt
preponunt̄ sententia · sententia non sentientibus · sicut arborib' aīalia ·
et in hisque sentiunt · ꝑponunt̄ intelligētia · non intelligentibus · sicut
hoīes pecoribus · et in hisque intelligūt · ꝑponunt̄ īmortalia mortalib;
sic angeli hominibus · sed ista ꝑponunt̄ nature ordine · Est autē alius
atq; alius pro suo cuiusq; usu estimationis modus · quo fit ut quedā sensu
carentia quibusdam sentientib; ꝑponamus · in tantū ut si ptās esset ea
prorsus de natura rerum auferre uellemus · siue quē in ea locum hāt
ignorantes · siue etiā sciamus nr̄is ea commodis postponentes · Quis enī
non domi sue panem hr̄e q̄ mures · nummos q̄ pulices malit · Sed quid
mirum · cū in ipsoꝝ etiā hominum existimatione quoꝝ certe nature
tante est dignitatis · plerūq; carius comparet̄ equus q̄ seruus · gēma q̄
famula · Ita libertate iudicandi · plurimū distat ratio considerantis
a necessitate indigentis siue uoluptate cupientis · cū ista qd p se ipm
rerū gradibus pendat · necessitas aūt qd ꝑp qd expetat cogitat · et ista
qd uerum luci mētis apereat · uoluptas uero quid iocūdū corporis sensi
bus blandiat̄ expectat · sed tm̄ ualet in naturis rationalib' quoddam
pondus amoris et uoluptatis ut cū ordine natē angeli hoībus · tn̄ lege
iustitie boni hoīes malis angelis preferantur ;

V itium malitie non naturam esse sed contra naturā cui ad peccandū nō conditor est causa · sed uoluntas ; ~ Caplm · xvii : ~

P Ropter naturā igit̄ non ꝑp malitiam diaboli · dictum recte
intelligimus · hoc est initium figmēti dn̄i · quia sine dubio
ubi esset uitium malitie · natā non uitiata ꝑcessit · uitium
autem ita contra nām est · ut non possit nisi nature nocē · Non itaq;
esset uitium recedē a deo · nisi nature cui' id uitiū est · potius competeret
esse cum deo · Qua ꝑp uoluntas mala · grande testimonium ē natē bone ·

S ed deus sicut naturarum bonaꝝ optimus creator ē · ita malarū uolun
tatum iustissimus ordinator · ut cum ille male utunt̄ naturis bonis ·
ipse bene utat̄ etiā uoluntatib; malis · atq; ita fecit · ut diabolus insti
tutione illius bonus · uoluntate sua malus · in inferioribus ordinatꝰ
illuderet̄ ab angelis eius · i · ꝓsint temtationes eius sc̄tis eius · quibus eas
obesse desiderat · et qm̄ deus cū eum conderet · future malignitatis
eius non erat utiq; ignarus · et puidebat que bona de malis eius esset
ipse facturus · ꝓpea psalmus ait · Draco iste quē finxisti ad illudendū
ei · ut in eo ipso qđ eum finxit · licet p sua bonitate bonum · iam per suam
presciam ꝑparasse intelligat̄ quō illo uteretur et malo ;

De pulchritudine uniuersitatis que per ordinationem dei etiā ex contrariorum fit oppositione licentior; Capl̄m · xviii :–

NEq; enim deus ullum non dico angelorum sed uel hominum creare quem malum futurū esse presciisset nisi pariť nosset quibꝰ eos bonorum usibus cōmendaret atq; ita ordinem seculorum tanq̄m pulcherrimū carmen etiā ex quibusdam quasi ex antithetis honestaret. Antitheta enī que appellatur in ornamentis elocutionis sunt decentissima: que latine appellantur opposita uel quod expressius dicitur contra posita. non ē apud nos huiꝰ uocabuli consuetudo. cū tn̄ eisdem ornamentis locutionis et sermo utatur. immo lingue gentiū his antithetis et Paulus apl̄us in scd̄a ad Corinthios ep̄la illum locum suauiter explicat. ubi dicit. per arma iustitie a dextris et a sinistris per gloriā et ignobilitatem. p̄ infamiam et bonam famā. ut seductores et ueraces. ut qui ignoramur et cognoscimur. quasi morientes et ecce uiuimus et tobtiti & non mortificati ut tristes. semper aūt gaudentes sicut multos aūt ditantes tanq̄ nihil hn̄tes et omnia possidentes. Sic ergo ista contraria cōtrariis opposita sermonis pulchritudinem reddunt. ita quadam non uerborum sed rerū eloquentia cōtrariorum oppositione seculi pulchritudo cōponitur. apertissime hoc positum est in libro ecclesiastico hoc modo;

Quid sentiendū uideatur diuisit deus lucē et tenebras; Capl̄m · xix ·

COntra malū bonum et contra mortē uita. sic contra pium peccator. et sic intuere in omīa opa altissimi. aīalia bina. et bina unum contra unū. Quamuis itaq; diuini sermonis obscuritas etiā ob hoc sit utilis q̄ plures sententias ueritatis pariť et in lucem notitie p̄ducit. dum alius eū sic alius sic intelligit. ita tn̄ ut qd̄ in obscuro loco intelligitur uel attestatione rerū manifestarum uel aliis locis minime dubiis asseratur. siue cum multa tractantur ad id quoq; perueniatur. quod sensit ille qui scripsit. siue id lateat. sed ex occasione tractande p̄funde obscuritatis alia quedam uera dicantur. nō mihi uidetur ab opibus dei absurda sententia. si cum lux illa prima fc̄a est. angeli creati intelligunť. et int̄ scōs angelos et inmundos fuisse discretum. ubi dictum est. et diuisit deus inter lucem et tenebras. et uocauit deus lucē diem. et tenebras uocauit noctem. solus quippe ille ista discerne potuit. qui potuit etiā antequam caderent p̄scire casuros et lumine priuatos ueritatis. et tenebrosa superbia remansuros. Nam int̄ istum nobis notissimū diem et noctem. i. inter hanc lucem et has tenebras uulgatis

simas sensibus nris luminaria celi ut diuideret imparauit / fiant inquit lumi
naria ut firmamēto celi ut luceant sup terrā . et diuidant inter diem
et noctem . et paulo paulo post et fecit inquit duo luminaria magna . lu
minare maius in principio diei / et luminare minus in principio noctis
et stellas & posuit illa deus in firmamēto celi lucēē sup terrā et preesse
diei et nocti / et diuidē inter diem et lucem et tenebras . Inter illam uero
lucem / et sancta societas angelorum est illustratione ueritatis intelligibiliter
fulgens et ei contrarias tenebras . i . malorum angelorum auersorum a luce iu
stitie / teterrimas mentes ipse diuidere potuit / cui etiā futurum / nō natē
sed uoluntatis / malum occultum aut incertum esse non potuit ;

D e eo quod post discretionem lucis atque tenebrarum dictum est . et uidit deus
lucem quia bona est ; Caplm . xx .

DEnique nec illud ē ptereundū silentio quod ubi dixit deus . fiat
lux et facta ē lux . continuo subiunctum ē et uidit deus lucē
qa bona est non posteaquam separauit inter diem & lucē et tenebras
et uocauit lucem diem & tenebras noctem . ne simul cum luce ēt talibus
tenebris testimonium placiti sui perhibuisse uideret . Nam ubi tene
bre inculpabiles sunt / int quas et lucem istam his oculis conspicuam /
luminaria celi diuidunt . non ante sed post infert . Et uidit deus quia
bonū est posuit illa inquit in firmamēnto celi lucere sup terrā . et pesse diei
et nocti . & separe int lucem et tenebras . et uidit deus qa bonum est .
utrūque placuit qa utrūque sine peccato est . ubi aūt dixit deus fiat lux
et facta ē lux . et uidit deus qa bona et postmodū infert . et separauit ds
inter lucem et tenebras . & uocauit lucem diem . & tenebras noctem
uocauit . non hoc loco additum ē . et uidit deus qa bonū est . ne utrūque
appellaret bonum . cū esset horum alterū malum uitio pprio nō natura .
et ideo sola ibi lux placuit conditori . tenebre aūt angelice . et si fuerant
ordinande . non tamen fuerant approbande ;

D e æterna et incommutabili scientia dei ac uoluntate quia semp illi
uniuersa quæ fecit sic placuerunt facienda quemadmodum facta ;

QVid est enim aliud intelligendum in eo quod ¶ Caplm . xxi :~
per omnia dr . uidit deus qa bonum ē . nisi opus approbatio sdm
artē facti que sapiā dei est . deus aūt usque adeo cū dicit factū
tūc didicit bonū . ut nil eorum fieret si ei fuisset incognitū . dum ergo uidet
qa bonū est quod nisi uidisset anteq fieret . nūc utique fieret . docet bonum ēē
non discit . et paulo quidem plus ausus ē dicē elatum . s . deū gaudio mu
di uniuersitate pfecta . ubi et ipse non usque adeo desipiebat . ut putaret

deum sui opis nouitate factum beatiorem sed sic ondere uoluit ar
tifici suo placuisse iam factum. qd placuerat in arte faciendum.
Non qppe ullo modo deus scia uariet ut aliud in eo faciant que nondum
sunt aliud que iam sunt aliud que fuerunt. Non eni more nro ille
uel qd futurum e prospicit uel q pns est aspicit uel q pteritum est
respicit sed alio modo quodam a nraꝝ consuetudine cogitatione longe
alteqꝫ diuerso. Ille quippe non ex hoc in illud cogitatione mutata sed
omnino incomutabiliter uidet. ita ut illa quidem non tpraliter fiunt
et futura nondum sint et pntia iam sint et pterita iam non sint ipse uo
hec omia stabili ac pntia sepiterna comphendat nec aliter oculis alit
mente non eni ex animo constat et corpore nec aliter nuc aliter antea
aliter postea qm non sic nra. ita quoqꝫ eius scia triu tempoꝝ uidelicet
pntis et pteriti uel futuri uarietate mutat apud que non est inmutatio
nec momenti obumbratio. Neqꝫ eni eius intentio de cogitatione in co
gitationem transit. in cuius incorporeo contuitu simul assunt cuncta
que nouit. Qm tpra ita nouit. nullis suis tpralibus motioibus quemad
modu tpralia mouet nullis suis tpralibus motibus. Ibi ergo uidit bonu
esse qd fecit ubi fecit ubi bonu esse uidit ut faceret. nec qa factum uidit
sciam duplicauit ul ex aliq parte auxit tanq minoris scientie fuit pusq
faceret qd uideret qui tam perfecte non opaiet nisi tam pfecta scia cui nihil
ex eius opibus adderet. Qua ppt si tmmodo nobis insinuandum esset qs
fecerit lucem sufficeret dicere fecit deus lucem. Si aut non solum q fecerit
uerum etia per quid fecerit satis esset enuntiari. Et dixit deus fiat lux et
facta est lux ut non tm deus sed etia per uerbum lucem fecisse nossemus.
quia uo tria quedam maxime scienda de creatura nobis oportuit intimari.
quia eam fecerit. Dixit deus inquit fiat lux et facta est lux. et uidit
deus lucem qa bona e. Si ergo querimus qs fecit deus est. si per qd fecerit.
dixit fiat et facta est si quare fecit. quia bona e. Nec auctor e excelle
tior deo nec ars efficatior dei uerbo nec causa melior qut bonu crearet
a bono. hanc etia plato causam condendi mundi iustissimam dicit ut
a bono deo bona opa fierent siue ista legerit siue ab his que legerat forte
cognouerit siue acerrimo ingenio inuisibilia dei p ea que fca sunt intellca
conspexerit. siue ab his qui ista conspexerant et ipse didicerit;

De his quibus in uniuersitate rerum a bono creatore bene conditarum quedam displicent et putant ullam malam esse naturam; ~ Capitulum XXII :~

HAnc tamen causam .i. ad bona creanda bonitate dei. hanc inqua
causam tam iustam atqꝫ idoneam que diligenter considerata &

pie cogitata. omnes controuersias querentium mundi originem terminat. quam
heretici non uiderunt quia egenam carnis huius fragilemque mortalitatem
iam de iusto supplicio uenientem dum ei non conueniunt. plurima offen
dunt sicut ignis aut frigus aut fera bestia uel quid eiusmodi nec attendunt
quam in suis locis naturisque uigeant pulchroque ordine disponantur quantumque
uniuersitati rerum pro suis portionibus decoris tamquam in communem rem pu
blicam conferant uel nobis ipsis si eis congruenter atque scienter utamur
commoditatis attribuant ita ut uenena ipsa que per inconuenientiam perniciosa
sunt conuenienter adhibita in salubria medicamenta uertantur. Quamquam a con
trario hec quibus delectantur sicut cibus et potus et ista lux inmoderato et
inportuno usu noxia sentiantur. Unde nos admonet diuina prouidentia non
res insipienter uituperare. sed utilitatem rerum diligenter inquirere et ubi
nostrum ingenium uel infirmitas deficit ita credere occultam sicut erant quedam
etiam uix potuimus inuenire. quia et ipsa utilitatis occultatio aut humilitatis
exercitatio est aut elationis attritio. cum omnino natura nulla sit malum.
nomenque hoc non sit nisi priuationis boni. Sed a terrenis usque ad celestia
a uisibilibus usque ad inuisibilia sunt aliis alia bona meliora ad hoc inequa
lia ut essent omnia. Deus autem ita est artifex magnus in magnis ut minor
non sit in paruis que parua non sua granditate non est nulla. sed artificis
sapientia metienda sunt. sicut in specie uisibili hominis. Si unum ra
datur supercilium quam prope modum nihil corpori et quam multum detra
hitur pulchritudini quoniam non mole constat. Sed parilitate ac dimensione
membrorum. Non sane multum mirandum est quod hi qui nullam malam
putant esse naturam suo quodam proprio exortam propagatamque principio
nolunt accipere istam causam creationis rerum ut bonus deus conderet
bonam. credentes eum potius ad hec mundana molimina rebellantes
aduersum se mali expellendi extrema necessitate perductum suamque
naturam bonam malo cohercendo superandoque miscuisse quam turpissime
pollutam crudelissime captiuatam et oppressam labore magno uix mun
det ac liberet non tamen totam sed quod eius non potuit ab illa inquinatione
purgari. tegmen ac uinculum futurum hostis uicti et inclusi. sic autem
manichei non desiperent uel potius insanirent si dei naturam sicuti est
incommutabilem atque omnino incorruptibilem crederent cui nocere nulla res
possit. animam uero que uoluntate mutari in deterius et peccato corrumpi potu
it atque incommutabilis ueritatis luce priuari non dei partem nec eius nature
que dei est. Sed ab illo conditam longe imparem conditori christiana
sanitate sentirent;

De errore in quo Origenis doctrina inculpatur; Capitulum . xxiii :—

SEd multo est mirandum amplius q̄ et quidā qui unum no
biscum credūt omium rerum esse principiū . ullamq; naturam
que non est qd̄ deus est, nisi ab illo conditore esse non posse .
uoluerunt tn̄ istam causam fabricandi mūdi tam bonam ac simplicē
bene ac simpliciter crede͠ . ut deus bonus conderet bona , et essent & post
deum q̄ non essent qd̄ deus bonā tn̄ que non facēt nisi bonus deus . sed
aīas dicunt , non qdem partes dei , sed factas a deo peccasse , a conditore
recedendo et diuersis pgressibus pro diuersitate peccatoꝝ a celis usq; ad
terras diuersa corpora quasi uincula meruisse , et hunc esse mundum ,
eamq; causam mundi fuisse faciendi ut non conderet͠ bona sed ut mala
cohiberent͠ . hunc Origenes iure culpat͠ . In libris eni quos appellat piarchon
i . de pncipiis hoc sensit . hoc sc̄psit . ubi plusq̄m dici pōt miror hominem
in ecc̄liasticis litteris tam doctum et exercitatū non attendisse primū q̄m
hoc esset contrariū scripture hui͛ tante auctoritatis intentioni que p oīa
opa dei subiungens & uidit deus qa bonum ē , completisq; omībus infe
rens et uidit deus om̄ia que fecit , et ecce bona ualde . nullam aliam cām
faciendi mundi intelligi uoluit . nisi ut bona fieret a bono deo , ubi si ne
mo peccasset tm̄ modo naturis et bonis esset mundus ornatus et plenus ,
quia pcc̄m est non ideo cuncta sunt impleta sunt peccatis cū bonoꝝ lon
ge maior nūs in celestib; sue nec ordinem seruet nec mala uoluntas
qa nec ordinem seruare noluīt ideo iusti dei leges om̄ia bene ordinantis
effugit . Qm̄ sicut pictura cum colore nigro suo loco posita . ita uniuersi
tas rerum si qs possit intueri etiā cum peccatorib; pulchra ē . q̄uis per se
ipsos consideratos sua deformitas deturpet . Deinde uide͠ debuit Origenes
et quiq; ita sapiunt si hec opinio uera esset mundum ideo factum ut aīe
pro meritis peccatorū suoꝝ tanq̄m ergastula qbus penaliter includerent͠
corpora acciperent supiora et leuiora que minus . Inferiora ūo & grauioā .
que amplius peccauerūt . demones qbus deterius nihil est terrena corpora
quibus est inferius & grauius nihil est , potius q̄ hoīes etiā bonos hr̄e debu
isse . Nunc ūo ut intelligeremus aīarum merita non qualitatibus corporū
esse pensanda . aereum possidet pessimus demon . homo aūt licet nunc mal͛
longe minoris mitiorisq; malitiē et certe ante pcc̄m tn̄ luteum corpus acce
perit . Quid aūt stultius pōt dici q̄ istum solem ut in uno mundo unus esset
in decoris pulchritudinis uel etiā saluti corporalium consuluisse artificem
deū . sed hoc potius uenisse . qa una aīa sic peccauerat . ut tali corpore mere
ret͠ includi ac per hoc si contigisset ut non una . sed due . immo non due

sed decem uel centum similiter aequaliterque peccassent centum soles haberet hic mun-
dus quod ut non fieret non opificis prouisione mirabili ad rerum corporalium
salutem decoremque consultum est sed contigit potius tanta unius animae progressione
peccantis nunc sola corpus tale meretur. Non plane animarum quibus nesciunt quid
loquantur. sed eorum ipsorum qui talia sapiunt multum longe a ueritate et merito
est cohercenda progressio. Haec ergo tria quae superius commendaui cum in unaquaque
creatura requirunt quis ea fecit. ut respondeatur. deus per uerbum. quia bona est. utrum
altitudine mystica nobis ipsa trinitas intimetur. hoc est pater et filius et spiritus
sanctus an aliquid occurrat quod hoc loco scripturarum id accipiendum esse per-
hibebat multi sermonis est questio. nec omnia uolumine uno explicemus
urgendum est; De trinitate diuina quae per omnia opera sua signi-
ficationis sue semper sit indicia :~ Capitulum · xxiiii;

Credimus et tenemus et fideliter predicamus quod pater genuerat
uerbum hoc est sapientiam per quam facta sunt omnia unigenitum
filium. unus unum. eternus coeternum. summe bonus equaliter bonum
et spiritus sanctus simul et patris et filii sit spiritus. et ipse consubstantialis et coeternus
ambobus atque hoc totum. et trinitas sit propter proprietatem personarum et unus
deus propter inseparabilem diuinitatem. sicut unus omnipotens propter inseparabilem omni-
potentiam. Ita tamen ut etiam cum de singulis queritur unusquisque eorum et deus et
omnipotens esse respondeatur. Cum uero de omnibus simul. non tres dii. uel tres omni-
potentes sed unus deus omnipotens. Tanta ibi est in tribus inseparabilis unitas. que
sic se uoluit predicari. utrum autem boni patris et boni filii spiritus sanctus. quia communis am-
bobus est. recte bonitas possit dici amborum. Non audeo temerariam precipitare
sententiam. Verumtamen amborum eum dicere sanctitatem facilius ausus fuero. non
amborum quasi qualitatem. Sed ipsam quoque substantiam et tertiam in trinitate
personam. ad hoc enim me probabilius ducit. quod cum sit et pater spiritus et filius spiritus
et pater sanctus et filius sanctus. proprie tamen ipse uocatur spiritus sanctus tamquam sanctitas
substantialis et consubstantialis amborum. sed nihil aliud est bonitas diuina quam sanctitas
profecto et illa diligentia rationis est non presumptionis audacia. ut in operibus
dei secreto quodam loquendi modo quo nostra exerceatur intentio. eadem nobis
insinuata intelligatur trinitas unamquamque creaturam quis fecit. per quid fecerit.
propter quid fecerit. pater quippe intelligitur uerbi qui dixit ut fiat. quod autem illo
dicente factum est procul dubio per uerbum factum est. In eo uero quod dicitur uidit
deus quia bonum est. satis significatur deum nulla necessitate nulla sue cuiusque
utilitatis indigentia. sed sola bonitate fecisse quod factum est. id est quia bonum est.
quod ideo posteaquam factum est dicitur. ut res que facta est congruere bonitati propter
quam facta est indicetur. quae bonitas si spiritus sanctus recte intelligitur. uniuersa nobis

trinitas in suis operibus intimatur. Inde est civitatis sancte quae in sanctis angelis sursum est et origo et informatio et beatitudo. Nam si queratur unde sit: deus eam condidit; si unde sit sapiens; a deo illuminatur; si unde sit felix; deo fruitur; subsistens modificatur, contemplans illustratur, inherens iocundatur; est videt amat. In eternitate dei viget, in veritate dei lucet, in bonitate dei gaudet;

De tripartita totius philosophiae doctrina :— Capitulum .xxv. :—

Quantum intelligi datur hinc philosophi sapientiae disciplinam tripartitam esse voluerunt. immo vero tripartitam esse animadvertere potuerunt. neque enim ipsi instituerunt ut ita esset. sed ita esse potius invenerunt. Cuius una pars appellaretur phisica altera logica tertia ethyca. Quorum nomina latina iam multorum litteris frequentata sunt ut naturalis rationalis moralisque vocarentur. Quas etiam in octavo libro breviter strinximus. Non quo sit consequens ut isti in his tribus aliquid secundum deum de trinitate cogitaverint. Quamvis plato quo istam distributionem repperisse et commendasse dicatur cui neque naturarum omnium auctorem nisi deus visus est. neque intelligentie datorem neque amoris quo bene beateque vivatur inspiratorem. Sed certe cum de natura rerum et de ratione indagande veritatis et de fine boni ad quem cuncta etiam que agimus referre debemus diversi diversa sentiant. in his tamen tribus magnis et generalibus questionibus omnis eorum versatur intentio. Ita cum in unaquaque earum quid quisque sectetur multiplex sit discrepantia opinionum, esse tamen aliquam nature causam, scientie formam, vite summam, nemo cunctatur. Tria etiam sunt quae in uno quoque homine artifice spectantur ut aliquid efficiat. natura. doctrina, usus. Natura ingenio, doctrina scientia, usus fructu diiudicandus est. Nec ignoro quod proprie fructus fruentis, usus vero utentis sit. atque hoc interesse videatur; quod ea re frui dicimur, que nos non ad aliud referenda per se ipsam delectat; uti vero ea re, quam propter aliud querimus. unde temporalibus magis utendum est quam fruendum. ut frui mereamur eternis. non sicut perversi, qui frui volunt nummo. uti autem deo. quoniam nummum non propter deum impendunt. sed deum propter nummum colunt. Verumtamen eo loquendi modo quem plus obtinuit consuetudo et fructibus utimur et usibus fruimur. Nam et fructus iam proprie dicuntur agrorum quibus utique omnes temporaliter utimur. hoc itaque more usum dixerim in his tribus quae in homine spectanda commonui, quae sunt natura. doctrina. usus. Ex his propter obtinendam beatam vitam tripartita ut dixi a philosophis inventa est disciplina. naturalis propter naturam, rationalis propter doctrinam, moralis propter usum. Si ergo natura nostra esset a nobis, profecto et nostram nos genuissemus sapientiam, non eam doctrina .i. aliunde discendo percipere curaremus. et noster amor a nobis profectus,

et ad nos relatus ad bene uiuendum sufficeret. nec a bono alio quo frueretur
indigeret. Nunc uero quia nostra natura ut esset, deum habet auctorem, procul dubio
ut uera sapiamus ipsum debemus habere doctorem. ipsum et ut beati simus
suauitatis intime largitorem. De imagine summe trinitatis quae
secundum quendam modum in natura etiam nec dum beatificati hominis; Cap. xxvi;

Et nos quidem in nobis tam et si non aequalem, immo ualde distantem
longeque; neque coeternam et quo breuius totum dicitur non eiusdem sub
stantiae cuius deus est. tamen qua deo nihil sit in rebus ab eo factis natura
propinquius imaginem dei. hoc est summe illius trinitatis agnoscimus adhuc
reformatione perficiendam ut sit etiam similitudine proxima. Nam et sumus
et nos esse nouimus et nostrum esse ac nosse diligimus. In his autem tribus quae
dixi nulla nos falsitas uerisilis turbat. Non enim ea sicut illa quae foris sunt ullo
sensu corporis tangimus uelut colores uidendo, sonos audiendo, odores olfa
ciendo sapores gustando dura et mollia contrectando. sentimus quorum
sensibilium etiam imagines eis simillimas nec iam corporeas cogitatione uer
samus. memoria tenemus. et per ipsas in istorum desideria concitamur. Sed
sine ulla fantasiarum uel phantasmatum imaginatione ludificatoria
mihi me esse idque nosse et amare certissimum. Nulla in his uerbis acha
demicorum argumenta formido dicentium. Quid si falleris. si enim fallor sum.
Nam qui non est. utique nec falli potest. ac per hoc sum si fallor. Quia ergo sum
quomodo esse me fallor. quando certum est me esse si fallor. Quia igitur essem qui
fallerer. etiam si fallar procul dubio in eo quod me noui esse non fallor. conse
quens est autem quod in eo quod me nosse noui. hic non fallar. sicut enim noui
esse me. ita noui etiam hoc ipsum nosse. Eaque duo cum amo. eundem quoque
amorem quiddam tertium. nec imparis estimationis eis quas noui rebus ad
iungo. Neque enim fallor amare me. cum in his quae amo non fallar. Quamquam
et si falsa essent. falsa me amare uerum esset. Nam quo pacto recte rep
henderer et recte prohiberer ab amore falsorum. si me illa amare falsum
esset. Cum uero et illa uera atque certa sint. quis dubitet quod eorum cum amantur.
et ipse amor uerus et certus est. Tam porro nemo est qui esse se nolit. quam
nemo est qui beatus esse non uelit. quo enim potest beatus esse si nihil sit;

De essentia et scientia et utriusque amore; Capitulum. xxvii;

Ita uero ui quadam naturali ipsum esse iocundum est. et non ob aliud
et hi qui miseri sunt. noluerint interire. et cum se miseros esse
sentiant se ipsos non de rebus. Sed miseriam suam potius auferri
uelint. Illis etiam qui et sibi miserrimi apparent et plane sunt. et non
solum a sapientibus quoniam stulti. uerum ab his qui se beatos putant. miseri

iudicant quia pauperes atque mendici sunt. Si quis inmortalitatem
daret qua nec ipsa miseria moreretur, proposito sibi quod sine eadem mise-
ria semper esse nollent, nulli et nusquam essent futuri, sed omnino perituri,
profecto exultarent letitia et sic semper eligerent esse quam omnino non esse.
Huius rei testis est notissimus sensus eorum. Unde enim mori metuunt et
malunt in illa erumna uiuere quam eam morte finire, nisi quia satis ap-
paret quam refugiat natura non esse? Atque ita cum nouerint se esse mori-
turos, pro magno sibi beneficio hanc impendi misericordiam desiderant ut
aliquanto productius in eadem miseria uiuant tardiusque moriantur.
Procul dubio ergo iudicant inmortalitatem, saltem talem quae non habeat
finem mendicitatis, quanta gratulatione susciperent. Quid animalia omnia
et irrationabilia quibus datum non est ista cogitare, ab immensis draco-
nibus usque ad exiguos uermiculos, nonne se esse uelle atque ob hoc inte-
ritum fugere omnibus quibus possunt motibus indicant? Quid arbusta
omnesque frutices quibus nullus est sensus ad uitandam manifesta motione
perniciem, nonne ut in auras tutum cacuminis germen emittant, al-
tius terrae radices affigunt quo alimentum trahant atque ita suum quodam
modo esse conseruent? Ipsa postremo corpora quibus non sensus, sed nec
ullam saltem seminalis est uita, ita tamen uel exiliunt in superna uel in ima
descendunt uel librantur in mediis ut essentiam suam ubi secundum naturam
possunt esse custodiant. Iam uero nosse quantum ametur quantumque falli nolit
natura humana, uel hinc intellegi potest quod lamentari qui sed sana mente
mauult quam letari in amentia. Quae uis magna atque mirabilis mortalibus
preter homini animantibus nulla est, licet eorum quibusdam ad istam lucem
contuendam multo quam nobis sit acrior sensus oculorum, sed lucem illam in-
corpoream contingere nequeunt qua mens nostra quodammodo radiatur ut de
his omnibus recte iudicare possimus. Nam in quantum eam capimus in
tantum id possumus. Verumtamen inest sensibus irrationabilibus animalium,
et si scientia nullo modo, at certe quaedam scientiae similitudo. Cetera autem rerum
corporalium non quia sentiunt, sed quia sentiuntur sensibilia nuncupata sunt,
quorum in arbustis hoc simile est sensibus quod aluntur et gignuntur. Verumtamen et
haec omnia corporalia latentes in natura causas habent, sed formas suas quibus
mundi huius uisibilis structura formosa est sentiendas sensibus praebent,
ut pro eo quod nosse non possunt quasi innotescere uelle uideantur. Sed nos ea
sensu corporis ita capimus ut de his non sensu corporis iudicemus. Habe-
mus enim alium interioris hominis sensum isto longe praestantiorem quo iusta
et iniusta sentimus, iusta per intellegibilem speciem, iniusta per eius pri-

uationem. Ad huius sensus officium non acies pupille non foramen auriculae non spiramenta narium non gustus faucium non ullus corporeus tactus accedit. Ibi me et esse et hoc nosse certus sum et hoc amo atque amare me similiter certus sum;

An etiam ipsum amorem quo et esse et scire diligimus diligere debeamus quo magis divinae trinitatis imagini propinquamus; Capitulum xxviii.

Sed de duobus illis essentia scilicet et notitia quantum amentur in nobis et quemadmodum etiam in ceteris rebus que infra sunt eorum reperiatur et si differens quedam tamen similitudo quantum suscepti huius operis ratio visa est postulare satis diximus. De amore autem quo amantur utrum etiam et ipse amor ametur non dictum est. Amatur autem quo et hinc probamus quod in hominibus qui rectius amant ipse magis amatur. Neque enim vir bonus merito dicitur qui scit quod bonum est, sed qui diligit. Cur ergo et in nobis ipsis non et ipsum amorem nos amare sentimus quo amamus quicquid boni amamus. Est enim et amor quo amatur et quod amandum non est et istum amorem odit in se qui illum diligit quo id amatur quod amandum est. Possunt enim ambo esse in uno homine. et hoc bonum est homini ut illo proficiente quo bene vivimus donec ad perfectum sanetur et in bonum commutetur omne quo vivimus. Si enim pecora essemus carnalem vitam et quod secundum sensum eius est amaremus. Idque esset sufficiens bonum nostrum et secundum hoc cum esset nobis bene nihil aliud quereremus. Item si arbores essemus nihil quidem sentiente motu amare possemus. Verumtamen id quasi appetere videremur quo feracius essemus uberiusque fructuose. Si essemus lapides aut fluctus aut ventus aut flamma vel aliquid eiusmodi sine ullo quidem sensu atque vita non tamen nobis deesset quasi quidam nostrorum locorum atque ordinis appetitus. Nam velut amores corporum momenta sunt ponderum sive deorsum gravitate sive sursum levitate nitantur. Ita enim corpus pondere sicut animus amore fertur quocumque fertur. Quoniam igitur homines sumus ad nostri creatoris imaginem creati cuius est vera eternitas eterna veritas eterna et vera caritas estque ipse eterna et vera et cara trinitas neque confusa neque separata.

In his quidem rebus que infra nos sunt quoniam et ipsa nec aliquo modo essent nec aliqua specie continerentur nec aliquem ordinem vel appeterent vel tenerent nisi ab illo facta essent qui summe est qui summe sapiens est qui summe bonus est tamquam per omnia que fecit mirabili stabilitate currentis quasi quedam eius alibi maius alibi minus impressa vestigia colligamus. In nobis autem ipsis eius imaginem contuentes tamquam minor ille evangelicus filius ad nosmet ipsos reversi surgamus et ad illum re

deamus a quo peccando recesseramus. Ibi esse nrm non habebit mortem.
Ibi nosse nrm non habebit errorem. ibi amare nrm non habebit offensionem. Nunc aute tria ista nra quauis certe teneamus nec ab aliis credam' ea testibus, Sed nos ipsi pntia sentiamus atq; interiore uera cissio cernam' aspectu tn q; diu futura uel utrumq; numqm defuta. et quo si male. quo aut si bene agant peruentura sint. qm per nos ipsos nosse non possumus alios hinc testes uel querim' uel hemus. de quorū fide cur nulla debeat esse dubitatio non ē iste. Sed posterior erit diligentius disserendi locus.
In hoc aute libro de ciuitate dei que non pegrinat' in huius uite mortalitate. Sed inmortalis semp in celis est. Idem de sanctis angelis deo cohe rentibus qui nec fuerut unqm nec futuri sunt desertores. Inter quos et illos qui eternā lucem deserentes tenebre facte sunt, deum primitus diuisisse iam diximus illo adiuuante q' cepimus ut possum' explicemus.

De sanctorum angelorum scientia qua trinitatem in ipa eius diuinitate nouerunt. qua operum causas prius in operatione. anteqm in ipsis opibꝰ artificis intuentur. Caplm XXIX.

Illi quippe angeli sancti non per uerba sonantia deū discunt. sed per ipsam pntiam inmutabilis ueritatis. hoc ē uerbum eius unigenitum. et ipm uerbum et prem et eorꝝ spm sanctū. eamq; esse inseparabilem trinitatem singulasq; in ea personas esse unam sbam et tn omnes non tres deos esse. Sed unum deum ita nouerut ut eis magis ista q nos ipsi nobis cogniti sum'. Ipsam quoq; creaturā melius ibi. hoc est in sapia dei tanq in arce qua facta ē qm in ea ipsa sciunt. Ac per hoc et se ipsos ibi melius qm in se ipsis. Verūtamen et in se ipsis facti enī sunt. q ipe qui fecit. Ibi ergo tanq in diurna cognitioē. In se ipsis aūt tanqm in uesptina sicut supra iam diximus. multum enī differt utrū in ea roē cognoscatur aliqd scdm quā factum est. an in se ipso. sicut aliter scitur rectitudo linearum seu ueritas figurarꝝ cū intellecta conspicit'. aliter cum in puluere scribit'. et aliter iustitia in ueritate incomutabili. alit in aīa iusti. Sic deinde cetā sicut firmentum int' aquas supiores et inferiores qd celū uocatum ē. Sicut deorsum aquarū congeries terreq; nudatio et herbarū institutio atq; lignorꝝ sic solis et lune stellarūq; conditio sic ex aquis aīalium uolucrū s' atq; piscium. beluarūq; natantiū sicut quoq; in terra gradientium atq; repentiū et ipsius hoīs qui cunctis in terra rebus excelleret. oīa hec aliter in uerbo dei cognoscunt'. ab angelis ubi hnt causas roēsq; suas. i. scdm quas facta sūt incomutabilit' pmanēs aliter in se ipsis illa clarioē hac obscuriore cognitioē uelut artis atq; operum, que tn opa cum ad ipsi'

creatoris laudem uenerationemque referunt tamquam mane lucescit in mentibus contemplantium;

De senarii numeri perfectione qui partium suarum quantitate completur. Capitulum. xxx.

HAEC autem propter senarii numeri perfectionem eodemque die sexies repetito sex dies perfecta numerantur non quia deo necessaria fuerit mora temporum quasi non potuit creare omnia simul quae deinceps congruis motibus peragerent tempora. Sed quia per senarium numerum est operum significata perfectio. Numerus quippe senarius primus completur suis partibus id est sexta sui parte et tertia et dimidia quae sunt unum et duo et tria quae in summa ducta sex faciunt. Partes autem in hac consideratione numerorum intelligende sunt que quote sunt dici possunt sicut dimidia tertia quarta et deinceps ab aliquo numero denominatae. Neque exempli gratia quia in nouenario numero iiii.or pars aliqua eius est ideo dici potest quota eius sit. unum autem potest. Nam nona eius est. et tertia potest. nam tertia eius est. Coniuncte uero iste due partes eius nona scilicet atque tertia id est unum et tria longe sunt a tota summa eius quod est nouem. Item in denario quaternarius aliqua pars si quota sit dici non potest unum autem potest. Nam decima pars eius est. habet et quintam quod sunt duo habet et dimidiam quod sunt quinque. sed hee tres partes eius decima et quinta et dimidia id est unum et duo et quinque simul ducte non complent decem sunt enim octo. Duodenarii uero numeri partes ducte transeunt. habet enim duodecimam quod est unum. habet sextam quod sunt duo. habet quartam que sunt tria. habet tertiam que sunt quatuor. habet dimidiam que sunt sex. unum autem et duo et tria et quatuor et sex non xii sed amplius id est sexdecim fiunt. Hec breuiter commemoranda putaui ad commendandam senarii numeri perfectionem qui primus ut dixi partibus suis in summam redactis ipse perficitur in quo perfecit deus opera sua. Vnde ratio numeri contemnenda non est. quae in multis sanctarum scripturarum locis quam magni estimanda sit elucet diligenter intuentibus. Nec frustra in laudibus dei dictum est. omnia in mensura et numero et pondere disposuisti;

De die septimo quo plenitudo et requies commendatur; Capitulum xxxi.

IN septimo autem die id est eodem die septies repetito qui numerus etiam alia ratione perfectus est dei requies commendatur in qua primum sanctificatio sonat. ita deus noluit istum diem in ullis suis operibus sanctificare. Sed in requie sua que non habet uesperam. Neque enim ulla creatura est ut etiam ipsa aliter in dei uerbo aliter in se cognita faciat aliam uelut diurnam aliam uelut uespertinam notitiam. De septinarii porro numeri

perfectione, dici quidem plura possunt. Sed et liber ille iam prolixus est et uereor ne occasione comperta, scientiolam nostram leuiter magis quam utiliter iactare uelle uideamur. Habenda est itaque ratio moderationis atque grauitatis ne forte cum de numero multum loquimur, mensuram et pondus negligere iudicemur. Hoc itaque satis sit admonere quod totus impar primus numerus trinarius ex quibus duobus septenarius constat. Ideo pro uniuerso saepe ponitur, sicuti est. Septies cadet iustus et resurget. id est quotienscumque ceciderit non peribit. quod non de iniquitatibus. Sed de tribulationibus ad humilitatem perducentibus intelligi uoluit. et septies in die laudabo te. quod alibi alio modo dictum est. semper laus in ore meo. et millenarius numerus ut dixi pro cuiusque rei uniuersitate poni solet. propter hoc eodem saepe numero spiritus sanctus significatur. de quo ait dominus. Docebit uos omnis ueritatem. Ibi requies dei qua requiescitur in deo. In toto quippe id est in plena perfectione requies. In parte autem labor. ideo laboramus quamdiu ex parte scimus. Sed cum peruenerit quod perfectum est. quod ex parte est euacuabitur. hinc enim quod etiam scripturas istas cum labore rimamur. sancti uero angeli quorum societati et congregationi in hac peregrinatione laboriosissima suspiramus sicut habent permanendi aeternitatem, ita cognoscendi facilitatem et requiescendi felicitatem. Sine difficultate quippe nos adiuuant quoniam spiritualibus motibus puris ac liberis non laborant.

De opinione eorum qui angelorum creationem anteriorem uolunt esse quam mundi. Capitulum XXXII.

Nequis autem contendat et dicat non sanctos angelos esse significatos in eo quod scriptum est. fiat lux et facta est lux. sed qualibet lucem tunc primum factam esse corpoream aut opinetur aut doceat, angelos autem prius esse factos. non tamen ante firmamentum quod inter aquas et aquas factum appellatum est celum. Sed ante illud quod dictum est. In principio fecit deus celum et terram, atque illud quod dictum est in principio. et non ita dictum tamquam primum hoc factum sit. cum ante fecerit angelos. Sed quia omnia in sapientia fecit quod est uerbum eius et ipsum scriptura principium nominauit. sic ipse in euangelio Iudeis querentibus quis esset. respondit se esse principium. non e contrario referam contentionem. maxime quia hoc me delectat plurimum quod et in summo exordio sancti libri geneseos trinitas commendatur. Cum enim ita dicitur. In principio creauit deus celum et terra aut pater fecisse intelligatur in filio sic attestatur psalmus ubi legitur. Quam magnificata sunt opera tua domine. omnia in sapientia fecisti. conuenientissime paulo post commemoratur et spiritus sanctus. Cum enim dictum esset qualem terram deus primitus fecerit uel qualem molem materiamue future constructionis mundi celi et terre nomine nuncupauerit.

subiciendo et addendo. terra autem erat inuisibilis et incomposita et tenebre erant super abyssum. mox ut trinitatis commemoratio compleretur. et spiritus inquit dei ferebatur super aquam. proinde ut uolet quisque accipiat quod ita profundum est; ut ad exercitationem legentium a fidei regula non aberrantes plures possit generare sententias. dum tamen angelos sanctos in sublimibus celi sedibus. non quidem deo coeternas. Sed tamen de sua sempiterna et uera felicitate securos et certos esse nemo ambigat. ad quorum societatem pertinere paruulos suos dominus docens. non solum illud ait. erunt equales angelis dei. Verum ipsi quoque angeli qua contemplatione fruantur ostendit ubi ait. Videte ne contemnatis unum ex pusillis istis. Dico enim uobis quia angeli eorum in celis uident faciem patris mei qui in celis est;

De duabus angelorum societatibus diuersis atque disparibus quae non incongrue intelliguntur lucis et tenebrarum nominibus nuncupate. Capitulum. xxxiii;

Peccasse autem quosdam angelos et in huius mundi ima detrusos qui eis uelut carcer usque ad futuram in die iudicii ultimam damnationem. Apostolus petrus apertissime ostendit dicens quod deus angelis peccantibus non pepercit. Sed carceribus caliginis inferi retrudens in iudicio puniendos tradidit reseruari. Inter hos ergo et illos deum uel prescientia uel opere diuisisse quis dubitat. Illosque lucem merito appellari. quis contradicat. Quando quidem nos in fide adhuc sperantes utique nondum tenentes. iam lux dei ab apostolo sumus. fuistis enim inquit aliquando tenebre. nunc autem lux in domino. Istos uero desertores tenebras aptissime nuncupari. profecto aduertunt qui peiores esse eos hominibus infidelibus suis siue intelligunt siue credunt. Quapropter et si lux alia in isto huius libri loco intelligenda est. ubi legimus dixit deus fiat lux. et alie tenebre significate sunt in eo quod scriptum est. diuisit deus inter lucem et tenebras. nos tamen istas duas angelicas societates unam fruentem deo. alteram curantem tympo. Vnam cui dicitur. Adorate eum omnes angeli eius. aliam cuius princeps dicit. hec omnia tibi dabo si prostratus adoraueris me. unam dei sancto amore flagrantem. alteram quippe celsitudinis inmundo amore fumantem. Et quoniam sicut scriptum est. Deus superbis resistit. humilibus autem dat gratiam. illam in celis celorum habitantem. istam inde deiectam in hoc infimo aerio celo tumultuantem. Illam luminosa pietate tranquillam. Istam tenebrosis cupiditatibus turbulentam. Illam dei nutu clementer subuenientem. iuste ulciscentem. Istam suo fastu dominandi et nocendi libidine estuantem. Illa ut quantum uult consulat dei bonitati ministrum. Istam ne quantum uult noceat dei potestate frenatam. Illam huic illudentem ut nolens prosit persecutionibus suis. hanc illi inuidentem cum peregrinos colligit suos

Nos igitur has duas societates angelicas inter se dispares atq; contrarias · unam et natura bonam et uoluntate rectam · aliam uero natura bonam · sed uoluntate peruersam · aliis manifestioribus diuinarum scripturarum testimoniis declaratas · quod etiam in hoc libro cui nomen est genesis lucisq; tenebrarum uocabulis significatas existimauimus · et si aliud sensit hoc loco forte qui scripsit · non est inutiliter obscuritas · huius pertractata sententiae · quia et si uoluntatem auctoris libri huius indagare nequiuimus · a regula tamen fidei que per alias eiusdem auctoritatis sacras litteras satis fidelibus nota est non aberrauimus et uoluntate rectam · alia uero natura bona · Si enim corporalia hic commemorata sunt opera dei · habent procul dubio non nullam similitudinem spiritualium secundum quam dicit apostolus · Omnes enim uos filii lucis estis et filii dei · Non sumus noctis neq; tenebrarum · Si autem hoc sensit etiam ille qui scripsit ad perfectiorem disputationis finem nostra peruenit intentio · ut homo dei tam eximie diuineq; sapientie · immo per eum spiritus dei in commemorandis operibus dei · que omnia sexta die dicit esse perfecta · nullo modo esse angelos pretermisse credatur · siue in principio quia primo fecerit · siue quod conuenientius intelligitur in principio quia in uerbo unigenito fecit · scriptum sit · in principio fecit deus celum et terram · quibus nominibus uniuersalis est significata creatura · uel spiritualis et corporalis quod est credibilius · uel magne due mundi partes · quibus omnia quae creata sunt continentur · ut primitus eam totam proponeret · ac deinde partes eius secundum mysticum numerum dierum exequeretur ;

De eo quod quidam putant in conditione firmamenti aquarum discretarum nomine angelos signatos · et quod quidam aquas existimant non creatos ; Capitulum · XXXIIII :

Quamquam non nulli putauerint aquarum nomine signatos quodammodo populos angelorum · et hoc esse quod dictum est · fiat firmamentum inter aquam et aquam ut super firmamentum angeli intelligantur · Infra uero uel aque iste uisibiles uel malorum angelorum multitudo uel omnium hominum gentes · Quod si ita est · non illic apparet ubi facti sunt angeli · Sed ubi discreti · Quamuis et aquas quod peruersissime atq; impie uanitatis est · negent quidem factas a deo · Quoniam nusquam scriptum est · Dixit deus fiant aque · Quod possunt simili uanitate etiam de terra dicere · Nusquam enim legitur · Dixit deus fiat terra · Sed inquiunt scriptum est in principio fecit deus celum et terram · Illic uero et aqua intelligenda est · uno enim nomine utrumq; comprehensum est · Nam ipsius est mare sicut in psalmo legitur · et ipse fecit illud · et aridam finxerunt manus eius · Sed hi qui in nomine aquarum que super celos sunt angelos intelligi uolunt · ponderibus elementorum mouentur · et ideo non putant aquarum fluidam grauemq; materiam in superioribus mundi locis po

tuisse constitui qui secundum rationes suas si ipsi homines facere potuissent, non ei pituitam, quod graece fleuma dicitur. et tamquam in elementis corporis nostri aquarum inuicem optinet, in capite ponerent. Ibi enim sedes est fleumatis. secundum dei opus utique aptissime secundum istorum autem conjecturam tam absurde ut si hoc nesciremus et in hoc libro similiter scriptum esset quod deus humorem fluidum et frigidum ac per hoc grauem in superiore omnibus ceteris humani corporis parte posuerit. isti trutinatores elementorum nequaquam crederent. et si auctoritati eiusdem scripture subditi essent aliquid aliud ex hoc intelligendum esse censerent, sed quoniam si diligenter singula scrutemur atque tractemus que in illo diuino libro de constructione mundi scripta sunt et multa dicenda et a proposito instituti operis longe digrediendum est. Iamque de duabus istis diuersis inter se atque contrariis societatibus angelorum in quibus sunt quedam exordia duarum etiam in rebus humanis ciuitatum, de quibus deinceps dicere institui, quantum satis esse uisum est disputauimus. huc ergo librum aliquando claudamus :

Incipiunt capitula libri · xii · Aurelii Augustini doctoris eximii Hipponensis episcopi de ciuitate dei :

INCIPIT. LIBER. DUODECIMUS. AURELII. AUGUSTINI. DOCTORIS. EXIMII. HYPPONENSIS. EPISCOPI. DE. CIVITATE. DEI;

De una bonorum angelorumq; natura ; Capitulum . I :

ANteq̃m de institutione hoīs dicam ubi duarx
ciuitatum q̃tum ad rōnalium mortaliū gen⁹
attinet apparebit exortus. sic supiore libro appa
ruisse in angelis iam uidet̃. prius m̃ quedā de
ipsis angelis uideo esse dicenda. qbus demon
stret̃ q̃tum a nobis pot̃ q̃m non inconueniens,
neq; incongrua dicat̃ esse hoībus angelisq; soci
etas. ut non q̃ttuor due. s. angloꝝ totidemq; ho
minū. sed due potius ciuitates hoc ē societates
merito esse dicant̃. una in bonis altera in malis non solum angelis. uerū
etiam hoībus constitute. angloꝝ bonorū et maloꝝ inter se contrarios appe
titus non naturis p̄ncipiis diuersis cum deus oīm sc̄arum et sbāꝝ bonus
auctor et conditor utrosq; creauit. sed uoluntatib; et cupiditatib; extitis
se dubitare fas non est. Dum alii cōstanter in cōi oībus bono, q̃d ipse illis
deus est. atq; in eius eternitate caritate p̄sistunt. alii sua potestate potius
delectati uelut suū bonū sibi ipsi essent a supiore cōi oī beneficio bono
ad p̄pria defluxerūt. Et h̄ntes elationis fastum p excellentissima eternitate
uanitatis astutia p certissima ueritate studia partiū p indiuidua carita
te supbi fallaces inuidi effecti sunt. B̄titudinis igit̃ illoꝝ causa ē adhere
deo. Quo circa istoꝝ miserie causa ex contrario ē intelligenda. q̃d est, non
adhere deo. Q̃m obrem si cum querit̃ quare illi b̄ti sint. Recte r̄ndetur
q̃a adheret deo. Non ē creature rationalis uel intellectualis bonū quo b̄ta
sit nisi deus. Ita q̃uis non oīs beata possit esse creatā. neq; eī hoc mun⁹
adipiscunt̃ aut capiunt fere ligna saxa. et si q̃d huiōi est. ea t̄n que potest
non ex se ipsa pot̃ quia ex nihilo creata ē. Sed ex illo a quo creata ē. hoc
eī adepto b̄ta. quo amisso misera ē. Ille uō qui non alio. sed ex se ipso bo
no b̄ts est. ideo miser non pot̃ esse. quia nō pot̃ se amitte. Dicim⁹ itaq; im
mutabile bonū non esse nisi unū uerū b̄tm deum. Ea uō que fecit bona
q̃dem esse q̃d ab illo. uerūtamen mutabilia. q̃d non de illo. sed de nihilo
facta sunt. Q̃nq; ergo sūma non sint. quibus est deus maius bonū. magna
sunt t̄n ea mutabilia bona. q̃ adhere possunt ut b̄ta sint īmutabili bono q
usq; adeo bonū eoꝝ est. ut sine illo misera esse necesse sit. Nec ideo cetera
in hac creature uniuersitate meliora sint q̃a misera esse non possunt.
Neq; membra cetera corporis nr̄i ideo dicendū est oculis esse meliora. quia
ceca esse non possunt. sicut aūt melior ē natura sentiens et cū dolet. q̃ lapis
qui dolere nullo m̃ pot̃. ita rationalis natura præstantior et misera q̃ illa

que rōis uel sensus est expers et ideo in eam non cadit miseria. Qr cū ita sit
huic natuē etiā in tanta excellentia creata ē ut licet sit ipsa mutabilis in-
herendo tn̄ incōmutabili bono .i. sūmo deo btitudinē ɔsequat̄. nec exple
at indigentiam suam. nisi utiq; bta sit. ei q; explende non sufficiat n̄ deus.
pfecto non illi adherē uitiū est. omē aūt uitiū natē nocet. ac p hoc contra
naturā est. Ab illa igit̄ que adheret deo. non natura differt ista sed uitio.
Quo tn̄ etiā uitio ualde magna multuq; laudabilis ondit̄ ipsa nā. Cuius eni
recte uituperatur uitium. pculdubio natura laudat̄. Nam recta uitii uitu
patio ē. q illo dehonestat̄ natā laudabilis. Sic ergo cū uitium oculorum
dr̄ cecitas. id ondit̄ qd ad nām oculoꝝ ptinet uisus. Et cū uitium aurium
dr̄ surditas. ad earū nām ptinē demonstrat̄ auditꝰ. Ita cum uitiū creatuē
angelice dr̄ q non adheret deo. hinc aptissime declarat̄ eiusq; nature ut
deo adhereat cōuenire. Qm̄ porro magna sit laus adherē deo. ut ei uiuat
inde sapiat illo gaudeat tantoq; bono sine morte sine errore sine mole
stia pfruat̄. quis digne cogitare possit aut eloqui. Qua ꝓpt etiā uitio maloꝝ
angeloꝝ quo non adherent deo. qm̄ omne uitiū nature nocet. satis mani
festat̄ deum tam bona eorum creasse natura. cui noxiū sit non esse cū deo;

N ullam essentiam deo esse contrariā. quia ab eo qui sūme et semp in hoc
totum uidetur diuersum esse qd non est; Capitulum . ii :

Hec dicta sint ne quisq̄m cum de angelis apostaticis loquimur
existimet eos aliam uel ex alio pncipio hr̄e potuisse natām, nec
eoꝝ nature auctorē deum. Cuiꝰ erroris impietate tanto quisq;
carebit expeditius et facilius. q̄nto perspicaciꝰ intellige potuit qd p anglm
deus dixit. qn̄ Moysen mittebat ad filios isrl̄. Ego sum qui sum. Cum eni
deus sūma essentia sit hoc ē summe sit. et ideo imutabilis sit. rebus qs
ex nihilo creauit esse dedit. sed non sūme esse sic est ipse. Et aliis dedit
esse amplius. aliis minus. atq; ita naturas essentiaꝝ gradibus ordinauit.
Sicut eni ab eo qd est sape uocat̄ sapientia. Sic ab eo q est esse uocat̄ essentia
nouo qdem nōie quo usi ueteres non sūt latini sermonis auctores. Sed iam
nr̄is temporibꝰ usitato, ne deesset etiā lingue nr̄e qd greci appellant usyan
hoc ē uerbum e uerbo expressum est diceret essentia. Ac per hoc ei nature q
sūme ē qua faciente sunt queque sūt, contraria natā non est. nisi que non
est. Ei quippe qd est. non ē contrariū est. et ꝓpea deo .i. sūme essentie et auctori
oīm qualiumcūq; essentiaꝝ. essentia nulla contraria est;

D e inimicis dei non per naturam sed per contrariam uoluntatem que
cum ipsis nocet. bone utiq; nature nocet quia uitium si non nocet
non est : Capitulum . iii :

Dicuntur autem in scripturis inimici qui non natura sed vitiis adversantur eius imperio, nihil ei valentes nocere, sed sibi. Inimici enim sunt resistendi voluntate, non potestate laedendi. Deus namque immutabilis est et omni modo incorruptibilis. Idcirco vitium quo resistunt deo qui eius appellantur inimici, non est deo sed ipsis malum. Neque hoc ob aliud nisi quia corrumpit in eis naturae bonum. Natura igitur contraria non est deo, sed vitium. Quia quod malum est contrarium est bono. Quis autem neget deum summe bonum? Vitium ergo contrarium est deo, tamquam malum bono. Porro autem bonum est et natura quam vitiat. Unde et huic bono utique contrarium est. Sed deo tantummodo tamquam bono malum; naturae vero quam vitiat non tantum malum sed et noxium. Nulla quippe mala deo noxia, sed mutabilibus corruptibilibusque naturis, bonis tamen ipsorum quoque testimonio vitiorum. Si enim bonae non essent, eis vitia nocere non possent. Nam quid eis nocendo faciunt nisi adimunt integritatem, pulchritudinem, salutem, virtutem, et quicquid naturae bonum per vitium detrahi vel minui consuevit. Quod si omnino desit, nihil adimendo non nocet, ac per hoc nec vitium est. Nam esse vitium et non nocere non potest. Unde colligitur, quamvis non possit vitium nocere incommutabili bono, non tamen posse nocere nisi bono, quia non inest nisi ubi nocet. Hoc etiam isto modo dici potest, vitium esse nec in summo posse bono, et nisi in aliquo bono. Sola ergo bona alicubi esse possunt, sola mala nusquam, quoniam naturae etiam illae quae ex malae voluntatis initio vitiatae sunt, inquantum vitiatae sunt malae sunt, inquantum autem naturae sunt bonae sunt. Et cum in poenis natura est vitiosa, excepto eo quod natura est, etiam hoc ibi bonum est quod impunita non est. Hoc enim est iustum, et omne iustum procul dubio bonum. Non enim quisque de vitiis naturalibus sed de voluntariis poenas luit. Nam etiam quod vitium consuetudine nimioque progressu roboratum velut naturaliter inolevit, a voluntate sumpsit exordium. De vitiis quippe nunc loquimur eius naturae cui mens inest capax intelligibilis lucis qua discernitur iustum ab iniusto.

De natura irrationalium aut vita carentium que in suo genere atque ordine ab universitatis decore non discrepat. Cap. IIII.

Ceterum vitia pecorum et arborum aliarumque rerum mutabilium atque mortalium vel intellectu vel sensu vel vita omnino carentium, quibus eorum dissolubilis natura corrumpitur, damnabilia putare ridiculum est, cum iste creature eum modum nutu creatoris acceperint ut cedendo ac succedendo peragant infimam pulchritudinem temporum in genere suo istis mundi partibus congruentem. Neque enim celestibus fuerant terrena coequanda, aut ideo universitati deesse ista debuerunt

qm sunt ista meliora. Cum ergo in his locis ubi esse talia competebat, aliis
alia deficientibus oriuntur et succumbunt minora maioribus, atque in qua
litates superantium superata uertuntur. rerum est ordo transeuntium. cuius
ordinis decus nos propterea non delectat, quoniam parti eius pro conditione nostre
mortalitatis intexti uniuersum, cui particule que nos offendunt satis a
pte decenterque conueniunt sentire non possumus. Vnde nobis in quibus
eam contemplari minus idonei sumus, rectissime credenda precipitur
prudentia conditoris ne tanti artificis opus in aliquo reprehendere uani
tate humane temeritatis audeamus. Quamquam et uitia terrenarum rerum
non uoluntaria neque penalia, naturas ipsas, quarum nulla omnino est cuius non
sit auctor et conditor deus, si prudenter attendamus, eadem ratione commendat.
Quia et in eis hoc nobis per uitium tolli displicet, quod in natura placet,
nisi quia hominibus et ipse nature plerumque displicent, cum eis fiunt
noxie, non eas considerantibus sed utilitatem suam, sicut illa animalia
quorum abundantia egyptiorum superbia uapulauit. sed isto modo possunt
et solem uituperare, quoniam quidam peccantes uel debita non reddentes po
ni a iudicibus iubentur ad solem. Non itaque ex commodo uel incommodo nostro
Sed per se ipsam considerata natura, dat artifici suo gloriam. sicut et natura
ignis eterni sine dubitatione laudabilis, quamuis damnatis impiis futura
penalis. Quid est igne flammante uigente lucente pulchrius. Quid ca
lefaciente curante coquente utilius, quamuis eo nihil sit urente molestius.
Idem igitur ipse aliter appositus perniciosus, qui conuenienter adhibitus com
modissimus inuenitur. Nam eius in uniuerso mundo utilitates uerbis ex
plicare quis possit. Nec audiendi sunt qui laudant in igne lucem, ardo
rem autem uituperant, uidelicet non ex sui natura, sed ex suo commodo uel
incommodo. uidere enim uolunt, ardere nolunt. Sed parum attendunt
eam ipsam lucem que certe et illis placet, oculis infirmis per inconuenientiam
nocere, et illo ardore qui eis displicet non nulla animalia per conuenientiam
salubriter uiuere;

Quod in omni natura specie ac modo laudabilis sit creator; Capitulum. V.

NAture igitur omnes quoniam sunt, et ideo habent modum suum, et speciem suam
et quandam secum pacem suam, profecto bone sunt. et cum ibi sunt
ubi esse per nature ordinem debent, quantum acceperunt suum
esse custodiunt. et que semper esse non acceperunt, pro usu motuque rerum quibus
creatoris legi subduntur in melius deteriusue mutantur, in eum diuina pro
uidentia tendentes exitum, que ratio gubernande uniuersitatis inclu
dit. ita ut nec tanta corruptio quanta usque ad interitum naturas mutabiles

mortalesq; pducit. sic faciat non esse qd' erat ut non inde fiat consequenter
q' esse debeat. Cum ita sit deus qui sume est, atq; ob hoc ab illo facta e
ois essentia quae non sume quia neq; illi equalis esse deberet, que de nihilo
facta esset. neq; ullo modo esse posset si ab illo fca non esset. nec ullorum
uitior offensione uituperandus, sed oim natum osideratione laudandus
est;

Quae causa sit beatitudinis angelorum bonor et que causa sit miserie angelorum malorum. Capitulum. VI.

Roinde causa btitudinis angelor bonorum ea uerissima repitur q' ei adheret qui sume e. Cum uo causa miserie malorum angelor querit ea merito occurrit: q' ab illo qui sume e auersi, ad se ipsos conuersi sunt, qui non sume sunt. et hoc uitiu quid aliud q superbia nuncupat. Initium quippe ois peccati supbia. Noluerit ergo ad illum custodire fortitudine sua. et qui magis essent, si ei qui summe e ad herent, se illi pferendo, id qd minus est, ptulerunt. hic pmus defectus et pma inopia. primuq; uitiu nate eius que ita creata e ut nec sume esse. & tn ad btitudinem habenda, eo q' sume est frui posset a quo auersa non qdem nulla, sed tn minus esset. atq; ab hoc misera fieret. hui porro male uoluntatis causa efficiens si querat, nil inuenit. Quid e ergo qd facit opus malum. ac per hoc mala uoluntas efficiens e operis mali. Male aute uoluntatis efficiens efficiens, nil e. Qm si res aliqua e. aut ht, aut non habet aliqua uoluntate. Si ht, aut bonam pfecto, aut malam. Si bonam, qs ita desipiat ut dicat q' bona uoluntas faciat uoluntate malam, erit eni si ita est bona uoluntas causa peccati, quo absurdius putari nihil potest.

Si aut res ista quae putat face uoluntatem mala ipsa quoq; ht uoluntate malam. Et eam que fecerit res, osequeter introgo. atq; ita, ut sit aliqs inquirendi modus, cam pme uoluntatis inquiro. Non e eni prima uoluntas mala qua fecit uoluntas mala. Sed illa pma uolutas est qua nulla fecit. Nam si pcessit a qua fieret illa prior e q altera fecit. Si rndeat q' eam nulla res fecerit et ideo semp fuit, quero utru in aliqua na fuit. Si eni in nulla fuit, oio non fuit. Si aut in aliqua que uitiabat ea et corrupebat, Eratq; illi noxia, ac p hoc bono puabat. et ideo in mala na uoluntas mala esse no poterat

Sed in bona, non utiq; uitium fuit, ac p hoc nec uoluntas mala fuisse dicenda e. Porro si nocuit, bonu auferedo aut minuendo. utiq; nocuit. Non igit esse potuit sepitna uoluntas mala in ea re in qua bonu auferendo ul minuendo utiq; nocuit. Non igit esse potuit sempitna uolutas mala in ea re in qua bonu naturale pcesserat. q' mala uoluntas nocedo posset adimere. Si ergo no erat sempitna. quis eam fecerit quero. Restat ut dicatur

que ea res fecerit malam uoluntatem in qua nulla nulla uoluntas fuit. hoc u
trum superior sit requiro. an inferior: an equalis. Sed si superior utique melior.
Quomodo ergo nullius ac non potius bone uoluntatis? hoc idem profecto et equalis.
Duo quippe quamdiu sunt pariter uoluntatis bone non facit alter in altero uo
luntatem malam. Relinquitur ut inferior res cui uoluntas nulla est fecerit ange
lice nature que prima peccauit uoluntatem malam. Sed et res ipsa queque e
inferior usque ad infimam terram quoniam natura et essentia procul dubio bona est. habens modum
et speciem suam in genere atque ordine suo. Quomodo ergo res bona efficiens est uolun
tatis male. quomodo inquam bonum est causa mali. Cum enim se uoluntas relicto superi
ore ad inferiora conuertit efficitur mala; non quia malum est quo se uertit:
Sed quia peruersa est ipsa conuersio. Idcirco non res inferior uoluntatem malam
fecit. Sed rem inferiorem praue atque inordinate ipsa quia facta est appetiuit. Si
enim aliqui duo equaliter affecti animo et corpore uideant unius corporis pulchri
tudinem qua uisa unus eorum ad illicite fruendum moueatur. alter in uolunta
te pudica stabilis perseueret. Quid putamus esse causae ut in illo fiat. in illo non
fiat uoluntas mala. Quae illam res fecit in quo facta est. Neque enim pulchritudo
illa corporis. Nam eam non fecit in ambobus quandoquidem amborum non di
spariliter occurrit aspectibus. an caro intuentis in causa est. cur non et illius. an
uero animus. cur non utriusque. Ambos enim et animo et corpore equaliter af
fectos fuisse prediximus. an dicendum est alterum eorum occulta maligni spiritus
suggestione temptatum esse. Quasi non eidem suggestioni et qualicumque suasioni
propria uoluntate consenserit. hanc igitur hic consensionem. hanc malam que
male suadenti adhibuit uoluntatem. que in eo res fecerit querimus. Nam ut
hoc quoque impedimentum ab ista questione tollamus. Si eadem temptatione
ambo temptentur. et unus ei cedat atque consentiat. alter uero idem qui fuerit
perseueret. quid aliud apparet nisi unum noluisse. alterum uoluisse a castitate defi
cere. Vnde nisi propria uoluntate. ubi eadem fuerat in utroque corporis et animi
affectio. amborum oculis pariter uisa est eadem pulchritudo. ambobus pariter
institit occulta temptatio. propriam igitur in uno eorum uoluntatem malam que
res fecerit scire uolentibus si bene intueantur nihil occurrit. Si enim dixerimus quod
ipse eam fecerit. quid erat ipse ante uoluntatem malam nisi natura bona cuius
auctor deus qui est incommutabile bonum. Qui ergo dicit eum qui consensit
temptanti atque suadenti cui non consensit alius ad illicite utendum pulchro
corpore quod uidendum ambobus pariter affuit. cum ante illam uisionem ac tem
tationem similes ambo animo et corpore fuerint. ipsum sibi fecisse uoluntatem ma
lam. Qui utique bonus ante uoluntatem malam fuerit. querat cur eam
fecerit. utrum quia natura est. an quia ex nihilo facta est. et inueniet uoluntatem

malam non esse incipe qd natura ẽ. sed ex eo qd de nihilo facta nata est.
Nam si natura ẽ causa uoluntatis male, quid aliud cogimur dicẽ nisi a bo
no fieri malum, et bonũ esse cam̃ mali. Siqdem a natura bona fit uolũ
tas mala q unde fieri pot, ut natura bona quauis mutabilis anteq̃ ha
beat uoluntatẽ malam, faciat aliqd mali. hoc ẽ ipam uoluntatẽ malã;

Causam efficientem male uoluntatis non esse querenda; capm̃ · vij ·

NEmo ergo querat efficientẽ cam̃ male uoluntatis. Non eñi ẽ
efficiens, sed deficiens, qa nec illa effectio sed defectio est. De
ficẽ nanq; ab eo qui summe, ad id q minus est, hoc ẽ incipere
hre uoluntatẽ malam. Causas porro defectionum istarũ, cum efficien
tes non sint ut dixi sed deficientes, uelle inuenire, tale est ac si quisqm̃
uelit uidẽ tenebras uel audire silentiũ, qd tñ utrunq; nobis notum est.
neq; illud nisi per oculos neq; hoc nisi per aures non sane in specie. sed
in spei priuatione. Nemo ergo ex me scire querat q me nescire scio. nisi
forte ut scire discat q sciri non posse, sciendum est. ea quippe que non
in specie, sed in eius priuatione sciunt, si dici aut intelligi pot, quodam
modo nesciendo sciunt, ut sciendo nesciant. Cum eñi acies etiã oculi cor
poralis p species corporales nusqm̃ tenebras uidet, ñ ubi ceperit nõ uidẽ.
ita etiã non ad alium sensum, sed ad solas aures ptinet sentire silentiũ,
qd tñ nullo modo ñ non audiendo sentit. sic species intelligibiles mens qdem
nostra intelligendo conspicit. Sed ubi deficiunt nesciendo condiscit;
Delicta eñi quis intelligat. hoc scio, nãm dei nunq; nusq; nulla ex parte
posse deficere, et ea posse deficẽ que ex nihilo facta sunt, q tñ qnto ma
gis sunt, et bona faciũt, tũc eñi aliqd faciũt, causas hñt efficientes. In
qntum aut deficiunt et ex hoc mala faciunt, qd eñi tunc faciũt nisi
uana causas hñt deficientes;

De amore peruerso quo uoluntas ab incommutabili bono ad mutabi
le bonum deficit: Capitulum · viii ·

ITem scio in quo fit mala uoluntas, id in eo fieri q si nollet nõ
fieret. et ideo non necessarios sed uoluntarios defectus iusta
pena consequit. Deficit eñi non ad mala, sed male. i. non ad
malas naturas. Sed ideo male qa contra ordinẽ ñarum ab eo
qd summe est ad id q minus est. Neq; eñi auri uitiũ est auaritia, sed ho
minis pu̇erse amantis aurũ iustitia derelicta, q incompabilr auro de
buit anteponi. Nec luxuria uitiũ est pulchrorũ suauiumq; corporũ,
Sed aĩe peruerse amantis corporeas uoluntates, neglecta tempantia qua
rebus spũalibus et pulchrioribꝫ et incorruptibilr suauioribꝫ coaptam

Nec iactantia uitium est laudis humane: sed animi peruerse amantis laudari ab
hominibus spreto testimonio conscientie. Nec superbia uitium dantis potestatem uel
ipsius etiam potestatis: sed animi peruerse amantis potestatem suam, potentioris
iustitiore contempta. ac per hoc qui peruerse amat cuiuslibet nature bonum
et si adipiscatur ipse fit in bono malus et miser, meliore priuatus;

An sancti angeli quem habent creatorem nature eundem habeant bone uo
luntatis auctorem per spiritum sanctum in eis caritate diffusa semper
fuisse existimant. Capitulum IX.

Cum ergo male uoluntatis efficiens uel si dici potest essentialis
nulla sit causa ab ipsa quippe sic incipit spirituum mutabilium
malum quo minuitur atque deprauatur nature bonum. Nec talem
uoluntatem facit nisi defectio qua deseritur deus cuius defectionis etiam causa
utique deficit. Si dixerimus nullam esse efficientem causam etiam uoluntatis bone
cauendum est ut uoluntas bona bonorum angelorum non facta sed deo coeterna
esse credatur. Cum igitur ipsi facti sunt, quomodo illa non esse facta dicetur? Porro
quia facta est utrum cum ipsis facta est, an sine illa fuerunt prius. Sed si cum
ipsis non dubium quod ab illo facta sit a quo et ipsi simulque ut facti sunt, ei a quo
facti sunt amore cum quo facti sunt adheserunt. Eoque sunt isti ab illorum
societate discreti, quod isti in eadem bona uoluntate manserunt, illi ab
illa deficiendo mutati sunt mala uoluntate scilicet hoc ipso quod a bono defece
runt a quo non defecissent si utique noluissent. Si autem boni angeli
fuerunt prius sine bona uoluntate eamque in se ipsi deo non operante fecerunt
ergo meliores a se ipsis quam ab illo facti sunt absit. Quid enim erant sine
uoluntate bona, nisi mali? aut si propterea non mali, quia nec mala uoluntas
eis inerat quia neque ab illa quam nondum ceperant habere defecerant, certe no
dum tales, nondum tam boni quam esse cum bona uoluntate ceperunt. Aut
si poterant se ipsos facere meliores quam eos ille fecerat quo nemo melius quicquam
facit, profecto et bonam uoluntatem qua meliores essent nisi operante ad
iutorio creatoris habere non possent. Et cum egit id eorum uoluntas bona ut
non ad se ipsos qui minus erant, sed ad illum qui summe est, conuerterentur.
eique adherentes magis essent, eiusque participatione sapienter beateque uiue
rent. Quid aliud ostenditur nisi uoluntatem quamlibet bonam inopem fuisse
in solo desiderio remansuram, nisi ille qui bonam naturam ex nihilo sui capa
cem fecerat, ex se ipso faceret implendo meliorem, prius faciens excitando
auidiorem. Nam et discutiendum est si boni angeli ipsi in se fecerunt
uoluntatem bonam utrum aliqua eam an nulla uoluntate fecerunt. Si
nulla utique non fecerunt. Si aliqua utrum mala uel bona. Si mala quomodo

potuit esse mala uoluntas bone uoluntatis effectrix. Si bona iam ergo habebant. Et istam qs fecerat nisi ille qui eos cum bona uoluntate i. cu amore casto quo illi adherent creauit simul eis et condens natura et largiens gram. Vnde sine bona uoluntate hoc est dei amore nunqm angelos fuisse credendum. Isti aut qui cu boni creati essent, tn mali sunt mala ppria uoluntate qm bona na non fecit nisi cu a bono sponte defecit ut mali causa non sit bonu sed defectus a bono aut minorem acceperunt diuini amoris gram qz illi qui in eadem perstiterunt. aut si utriqz boni equalit creati sunt. Istis mala uoluntate cadentibus illi amplius adiuti ad eam btitudis plenitudinem. Vnde se nunqm casuros certissimi fierent peruenerunt sicut iam etiam in libro quem sequitur iste tractauim. Confitendu est igit cum debita laude creatoris non ad solos sanctos hoies ptinere. uerum etia de sanctis angelis posse dici qd caritas dei diffusa est in eis per spm scm qui datus est eis. Non tm hoim sed primitus precipueqz anglorum bonu est quod scptum e. Mihi autem adherere deo bonum e. et bonu qbus coe est. hnt et cum illo cui adherent et inter se societatem scam et sunt una ciuitas dei eandemqz unum sacrificiu eius. uiuumqz teplum eius cui pars que coniungenda imortalibus angelis ex mortalibus hoibus congregatur et nunc mortalit peregrinatur in tris, uel in eis qui morte obierunt secretis animaru receptaculis sedibusqz requiescit, eodem deo creante, queadmodum exorta sit sicut de anglis dictum est. iam uideo esse dicendu. Ex uno quippe hoie qm primu deus condidit, genus humanu sumpsit exordiu scdm sce scripture fidem que mirabilem auctem non inmerito ht in orbe terraru atqz in omibus gentibus quas sibi esse credituras inter cetera que dixit uera diuinitate pdixit. Omittamus ergo coniecturas hoim nescientiu quid loquantur de na ul institutione gnis huani alii nanqz sicut de ipso mundo crediderunt semp fuisse homines opinantur. V nde ait et Apuleius cu hoc animantium genus describeret singillatim mortales cuncti tn uniuerso gnere ppetui. Et cum illis dcm fuit si semper fuit humanum genus quonam modo uerum eorum loquatur historia narrans qui fuerunt quarum rerum inuentores qui primi liberaliu disciplinarum aliarumqz artiu institutores ul a qbus primu illa uel illa regio parsqz terraru illa atqz illa insula incoli cepit. Respondent diluuiis et flagrationibus p certa interualla tporum non quidem oia. Sed plurima terrarum ista uastari ut redigantur hoies ad exiguam paucitatem ex quorum pgenie rursus multitudo pristina reparetur ac sic identidem repiri et institui quasi prima restituantur potius que fuerant illis nimis uastationibus interrupta et extincta. Ceteru hoiem nisi ex hoie existere omnio no posse dicunt aut qd putant non qd sciunt :-

De falsitate eius historiae quae multa milia annorum preteritis temporibus ascribit : Capitulum · x :

Fallunt eos etiã quedam mendacissime lr̃e quas perhibent in historia tẽporum multa annorum milia contine᷑ cum a lr̃is sacris ab institutione hoĩs nondum cõpleta annorũ sex milia computemus. Vnde ne multa disputem quẽadmodum illarum lr̃arum in quibus longe plura annorum milia referunt᷑ uanitas refellat᷑ et nulla in illis rei huius idonea repia᷑ auctoritas, illa ep̃la Alexandri magni ad Olimpiadem mr̃em suam quã scripsit narrationem cuiusdam egyptii sacerdotis insinuans, quam ꝓtulit ex lr̃is que sacre apud illos hr̃ntur, continet etiã regna que greca quoq; nouit historia. In quibus regnũ assyriorum in eadem ep̃la Alexandri quinq; milia excedit annorum. In greca uero historia mille ferme et trecentos habet ab ipsius beli principatu, quem regem et ipse egyptius in eiusdem regni posuit exordio. persarum aũt et macedonũ imperium usq; ad ipsum Alexandrũ cui loquebat᷑ plus quam octo annorum miliũ ille constituit. Cum apud grecos macedonum usq; ad mortem alexandri quadragintã octingenta quinq; repiant᷑ persarum uero donec ipsius Alexandri uictoria finiret᷑ ducenti et triginta tres cõputent᷑, longe itaq; hi nu̅ri annorum illis egyptiis sũt minores, nec eis etiã si ter tantũ computarent᷑ equarent᷑, phibentur enim egyptii quondam tam breues annos habuisse, ut quaternis mensibus finirent᷑ ~~ducenti~~. Vnde annus plenior et uerior qualis nunc et nobis et illis est tres eorũ annos complectebat᷑ antiquos. Sed nec sic quidem ut dixi greca egyptie nu̅o annorum concordat historia, et ideo grece potius fides habenda est quia ueritatem non excedit annorum qui litteris nr̃is que uere sacre sũt continent᷑. Porro si hec ep̃la Alexandri, que maxime innotuit, multũ abhorret in spatiis temporum a ꝓbabili fide rerũ quanto minus credendum ẽ illis lr̃is quas plenas fabulosis uelut antiquitatibus ꝓferre noluerũt contra auctorem notissimorum diuinorumq; librorum que totũ orbem sibi crediturũ esse ꝓdixit, et cui totus orbis sic ab ea predictum est credidit, que uera se narrasse p̃terita ex his que futura ꝓnuntiauit cũ tanta ueritate implent᷑ ostendit;

τcccc at

De his qui hunc mundum quidem non sempiternũ putant: sed aut innumerabiles aut eundem unum certa conclusione seculorũ semper nasci et resolui opinantur : Capitulum · xi :

Alii uero qui mundum istum non existimant sempiternum siue non eum solum sed innũabiles opinent᷑ siue solum quidem esse, sed certis seculorum interuallis innũabiliter oriri et occidere necesse est fatеant᷑ hoĩm genus primũ siue hominibus gignentibus extitisse

Quid respondendum sit quod primam conditionem tardam esse causantur.

Caplm. xi…

Nec enim ut alluuionibus incendiisque terrarum quas illi non putant toto prorsus orbe contingere et ideo paucos homines ex quibus reparetur multitudo pristina semper remanere contendunt. ita et ibi possunt putare quod aliqui hominum pereunte mundo relinquatur in mundo. Sed sicut ipsum mundum ex materia sua renasci existimant. ita in illo ex elementis eius genus humanum ac deinde a parentibus progeniem pullulare mortalium sicut aliorum animalium. Nos autem respondimus cum de mundi origine questio uerteretur eis qui nolunt credere. Non enim semper fuisse sed esse cepisse. sicut etiam plato apertissime confitetur quamuis a nonnullis contra quam loquitur sensisse credatur. hoc etiam de prima hominis conditione responderim propter eos qui similiter mouentur. cur homo per innumerabilia atque infinita retro tempora creatus non sit tamque sero sit conditus. ut minus quam sex milia sint annorum ex quo esse cepisse in sacris litteris inuenitur. Si enim breuitas eos offendit temporis quod tam pauci eis uidentur anni ex quo institutus homo in nostris auctoritatibus legitur. Consideret nil esse diuturnum in quo est aliquid extremum. et omnia seculorum spatia definita si eternitati interminate comparentur. non exigua existimanda esse. sed nulla. ac per hoc si non quinque uel sex uerum etiam sexaginta milia. siue sexcenta. aut sexagies aut sexcenties milies ducenties annorum aut iterum per totidem totiens multiplicaretur hec summa. ubi iam nullum nomen haberemus ex quo deus hominem fecit. similiter queri posset cur ante non fecerit. Dei quippe ab hominis creatione cessatio retrorsus eterna sine initio tanta est. ut si ei conferatur qualibet et magna et ineffabilis numerositas temporum. que tamen fine conclusa certi spatii terminatur. nec saltem tanta uideri debeat quanta si humoris breuissimam guttam. uniuerso etiam mari quantum occeanus circumfluit comparemus. Quoniam istorum duorum unum quidem perexiguum est. alterum incomparabiliter magnum. Sed utrumque finitum. Illud uero temporis spatium quod ab aliquo initio progreditur. et aliquo termino cohercetur. magnitudine quantacumque tendatur. comparatum illi quod initium non habet. Nescio utrum pro minimo. an potius pro nullo deputandum est. huic enim si a fine uel breuissima singillatim momenta trahantur. decrescente numero licet tam ingenti. ut uocabulum non inueniat retrorsum redeundo. tamquam si hominis dies ab illo in quo nunc uiuit usque ad illum in quo natus est detrahas. quandoque ad initium illa detractio perducetur. Si autem detrahantur retrorsus a spatio quod a nullo incepit exordio. non singillatim minuta momenta. uel horarum uel dierum aut mensium aut annorum etiam quantitates. sed tam magna spatia quanta illa summa comprehendit annorum si iam dici a quibuslibet computatoribus non potest. que tam momentorum minutatim detractione consumitur et detrahantur. hec tanta spatia non semel

atque iterum sepiusque sed semper, quod fit, quod agitur, quoniam numquam ad initium, quod omnino nullum est, peruenitur. Quapropter quod nos modo querimus post quinque milia et quod excurrit annorum, possent et posteri etiam post annorum sexcenties milies curiositate eadem requirere, si in tantum hec mortalitas hominum exoriendo et occidendo et imperita perseueraret infirmitas. Potuerunt et qui fuerunt ante nos ipsis recentibus hominis creati temporibus istam mouere questionem. Ipse denique primus homo uel postridie uel eodem die, postea quam factus est, potuit inquirere cur non ita factus sit et quoque antea factus esset. Non uires tunc alias, alias nunc uel etiam postea, ista de initio rerum temporalium controuersia reperiret.

De reuolutione seculorum quibus certo fine conclusis uniuersa semper in eundem ordinem eandemque speciem redita quidam philosophi crediderunt. C. XIIII.

Hanc autem se philosophi mundi huius non aliter putauerunt posse uel debere dissoluere nisi ut circuitus temporum inducerent, quibus eadem semper fuisse renouata atque repetita in rerum natura atque ita deinceps fore sine cessatione asseuerarent uolumina uenientium et pretereuntium seculorum; siue in mundo permanente isti circuitus fierent, siue certis interuallis oriens et occidens mundus eadem quasi semper noua que transacta et uentura sunt exhiberet. A quo ludibrio prorsus immortalem animam etiam cum sapientiam perceperit liberare non possunt, euntem sine cessatione ad falsam beatitudinem et ad ueram miseriam sine cessatione redeuntem. Quo enim uera beatitudo est de cuius numquam confiditur eternitate, dum anima uenturam miseriam aut imperitissime in ueritate nescit aut infelicissime in beatitudine pertimescit? At si ad miserias numquam ulterius reditura ex his ad beatitudinem pergit, fit ergo aliquid noui in tempore quod finem non habet temporis. Cur non ergo et mundus? Cur non et homo factus in mundo? ut illi nescio qui falsi circuitus a falsis sapientibus fallacibusque comperti in doctrina sana tramite recti itineris euitentur. Nam quidam et illud quod legitur in libro Salomonis qui uocatur Ecclesiastes: Quid est quod fuit? ipsum quod erit. Et quid est quod factum est? ipsum quod fiet; et non est omne recens sub sole. Qui loquitur et dicit: Ecce hoc nouum; iam fuit in seculis que fuerunt ante nos; propter hos circuitus in eadem redeuntes et in eadem cuncta reuocantes dictum intelligi uolunt; quod ille aut de his rebus dixit de quibus superius loquebatur, hoc est de generationibus aliis euntibus aliis uenientibus, de solis anfractibus, de torrentium apsibus; aut certe de de omnium rerum generibus que oriuntur atque occidunt. Fuerunt enim homines ante nos, sunt et nobiscum, erunt et post nos. Itaque animantia uel arbusta, monstra quoque ipsa que inusitata nascuntur, quamuis inter se diuersa sint et quedam eorum semel facta narrentur, tamen secundum id quod generaliter miracula et monstra

sunt utiq; et fuerunt et erūt. nec recens et nouū est ut monstrum sub sole
nascat᷑. Quāuis hec uerba quidam sic intellexerint / tanq̄m in p̄destinatōe
dei iam facta fuisse om̄ia / sapiens ille uoluisset intelligi / et ideo nil recēs
esse sub sole. absit aūt a recta fide ut his salomonis uerbis illos circuitus
sig̃tos esse credamus quibus illi putant sic eadem t̄porum t̄paliumq; re-
rum uolumina reperi ut uerbi gr̄a sicut in isto seculo Plato ph̄us in urbe
a thenensi et in ea schola que achademica dicta ē discipulos docuit. ita
per innūabilia retro secl'a multū quidem ꝓlixis interuallis. Sed t̄n certis:
et idem plato / et eadem ciuitas et eadem schola / idemq; discipuli repetiti.
& per innūabilia deinde secula repetendi sint. absit inq̄m ut nos ista cre
damus. Semel enī Christus mortuus ē pro peccatis nr̄is / surgens autem a
mortuis iam non morit᷑ / illi ēt mors ultra non dn̄abitur. Et nos post resur
rectionem semꝑ cum dn̄o erimus cui modo dicim' qd' satis admonet. p̄s.
T u dn̄e seruabis nos et custodies nos a ḡnatione hac in eternū. Satis aūt istis
existimo conuenire qd' sequit᷑. In circuitu impii ambulant. Non quia ꝑ
circulos quos opinant᷑ eoꝝ uita est recursura. Sed q̄a hoc modo talis est er
roris eorum uia .i. falsa doctrina :—

Quod nullus possit inuestigare qualiter deus hominem inmutabi
liter fecerit; :— Captlm. xiiii:

Quid autē mirum ē si in his circuitibus errantes nec aditum n̄
exitum inueniunt qui genus humanū atq; ista nr̄a mortali
tas nec quo initio cepta sit sciunt nec quo fine claudat᷑. Qn̄
quidem altitudinem dei penetrare nō possunt. qua cum ipse sit eternus &
sine initio ab aliquo t̄n initio exortus est t̄pra. et hoīem quē nunq̄m ante
fecerat fecit in t̄pre non tamen nouo et repentino. sed īmutabili eternoq;
consilio. Quis hanc ualeat altitudinem inuestigabilem uestigare et inscru
tabilem ꝑscrutari secd̄m quā deus hoīem t̄pralem anteq; nemo hominum
nūq̄m fuit. non mutabilis uoluntate in t̄pre condidit. et genus humanū
ex uno multiplicauit. Qn̄ quidē. p̄s. ipse cum p̄misisset atq; dixisset. Tu
dn̄e seruabis nos et custodies nos a ḡnatione hac in eternū ac deinde reper
cussisset eos in quorū stulta impiaq; doctrina nulla liberationis et b̄titu
dinis aīe seruat᷑ eternitas cōtinuo subitiens. In circuitu impii ambulant.
T anq̄m ei diceret᷑. Quid ergo tu credis sentis intelligis. Nunqd nā existimā
dum est subito deo placuisse hoīe₃ facē q̄m nunq; antea infinita ante retro
ēt̄nitate fecisset tibi nihil nouū accidē pōt in quo mutabile aliqd non ē.
C ontinuo r̄ndit ad ip̄m deum loquens secd̄m altitudinem tuā multiplicasti
filios hoīm. Sentiant inqt hoīes q̄ putant et qd' eis placet opinent᷑ et

disputent. Secdm altitudinem tuā qm nullus pot esse uel nosse hoim, multi
plicasti filios hoim. Valde quippe altum est, et semp deum fuisse et hoiem
quē numq; fecerat, ex aliquo tpre primum facē uoluisse nec consilium uo
luntatemq; mutasse ; An deus semper fuerit dns cū creatura cui dñaret
nūq fuerit ante et de creatione temporis : — Capitulum . XV.

EGo quidem sicut dnm deum, aliqn dominum non fuisse dicē
non audeo, ita hoiem nunq antea fuisse, et ex quodam tpre
primū hominem creatum esse dubitare non debeo. Sed cum
cogito cuius rei dns semper fuerit si semp creatura non fuerit affirmare
aliqd pertimesco quia & me ipsum intueor et scriptum esse recolo. Quis
hominum potest scire consilium dei. aut quis poterit cogitare. qd uelit
deus. Cogitationes enī mortalium timide ad inuentiones nre. Corru
ptibile enim corpus aggrauat aīam et deprimit terrena inhabitatio
multa sensum cogitantem. Ex his igit que in hac terrena inhabitatione
multa cogito ideo multa utiq; quia unum quod ex illis uel preter illa qp
forte non cogito uerū est inuenire non possum. Si dixero semp fuisse
creaturam cuius dns esset. qui semper est dns. nec dominus unqm nō
fuit. sed nunc illam nūc aliam per alia atq; alia temporum spatia. nec
aliquā creatori coeternam esse dicamus quod fides ratioq; sana condem
nat. Cauendum est ne sit absurdum et a luce ueritatis alienum morta
lem quidē per uices tempoꝝ semp fuisse creaturam decedentem aliam.
aliam succedentem, imortalem uero non esse cepisse nisi cum ad nrm
seculum uentum ē quando et angeli creati sunt si eos recte lux illa pri
mum facta significat aut illud potius celum. de quo dictum est. In pn
cipio fecit deus celum & terram cum tn non fuerint anteqm fierent.
N e immortales si semper fuisse dicant deo coeterni esse credant. Si autē
dixero non in tpre creatos angelos. sed ante omnia tempora. et ipsos
fuisse quoꝝ dns deus esset. qui nunqm nisi dns fuit. quereret a me.
etiā si ante omnia tempora facti sunt. utrū semper potuerunt esse qui
facti sunt. hic respondendum forte uideat quomodo non semper id
quod est omni tpre, non inconuenienter semper esse dicat. usq; adeo
autem isti omni tpre fuerunt ut etiā ante omīa tēpora facti sunt. si
si cum celo cepta sunt tpra. et illi iam erant ante celum. Aut si tem
pus non a celo uerum & ante celum fuit. Non quidem in horis &
diebus & mensibus et annis nam iste dimensiones temporaliū spatioꝝ
que usitate ac pprie dicunt tempora manifestum ē qp a motu siderū
ceperunt. Vnde et deus cum hec institueret cum dixit. et sint in signa

et tempora et in dies et in annos. sed in aliquo mutabili motu cuius a
liud prius aliud posterius preterit eo quod simul esse non possunt. Si er
go ante celum in angelicis motibus tale aliquid fuit. et ideo tempus
iam fuit. atque angeli ex quo facti sunt temporaliter movebantur. etiam sic
omni tempore fuerunt quandoquidem cum illis facta sunt tempora. Quis
autem dicat non semper fuit quod omni tempore fuit. Sed si in hoc re
spondero dicetur mihi. Quomodo ergo non coeterni creatori si semper
ille semper illi fuerunt. quomodo etiam creati dicendi sunt si semper
fuisse intelligantur. Ad hec quid respondebitur. An dicendum est et semper
eos fuisse quoniam omni tempore fuerunt qui cum tempore facti sunt aut cum quibus
facta sunt tempora. et tamen creatos. Neque enim et ipsa tempora creata esse
negabimus. quamvis omni tempore fuisse nemo ambigat. Nam si non omni tempore
fuit tempus. stultissimus dixerit erat ergo tempus quando nullum erat
tempus. quis hoc stultissimus dixerit. possumus enim recte dicere. Erat
tempus quando non erat Roma. Erat tempus quando non erat hierusalem. Erat
tempus quando non erat abraham. Erat tempus quando non erat homo.
et si quid huiusmodi. Postremo si non cum initio temporis sed post ali
quod tempus factus est mundus. possumus dicere. erat tempus quando
non erat mundus. At vero erat tempus quando nullum erat tempus tam in
convenienter dicimus. ac si quisquam dicat. erat homo quando nullus erat
homo. aut erat iste mundus quando iste non erat mundus. Si enim de alio
atque alio intelligatur. Potest dici aliquomodo. hoc est erat alius homo quando
non erat iste homo. Si ergo aliud tempus quando non erat hoc tempus. recte pos
sumus dicere. At vero erat tempus quando nullum erat tempus. nec insipientissi
mus vel quis dixerit. Sicut ergo dicimus creatum tempus. cum ideo sem
per fuisse dicatur. quia omni tempore tempus fuit. ita non est consequens ut
si semper fuerunt angeli. ideo non sint creati. ut ideo semper fuisse dicantur.
quia omni tempore fuerunt quia nullo modo sine his ipsa tempora esse potuerunt.
Ubi enim nulla creatura est. cuius mutabilibus motibus tempora peragantur.
tempora omnino esse non possunt. Ac per hoc et si semper fuerunt creati sunt.
nec si semper fuerunt. ideo creatori coeterni sunt. Ille enim semper fuit
eternitate immutabili. isti autem facti sunt. sed ideo semper fuisse quia omni
tempore fuerunt. sine quibus tempora nullomodo esse potuerunt. Tempus
autem quoniam mutabile transcurrit. eternitati immutabili non potest
esse coeternum. Ac per hoc et si immortalitas angelorum non transit in tempore
nec preterita est quasi iam non sit. nec futura quasi nondum sit. tamen
eorum motus quibus tempora peraguntur. ex futuro in preteritum transeunt.

Responsio ad Argumentum aristotelis de eternitate mundi.

Nota eternitas conservatur immutabilitate. et quia solus deus est simpliciter immutabilis. ideo est simpliciter eternus.

et ideo creatori in cuius motu dicendum non est uel fuisse quod iam non sit uel futurum esse quod nondum sit coeterni esse non possint. Quapropter si deus semper dominus fuit semper habuit creaturam suo dominatui seruientem. Verumtamen non de ipso genitam sed ab ipso de nihilo factam nec ei coeternam. Erat quippe ante illam quamuis nullo tempore sine illo non eam spatio transcurrente sed manente perpetuitate precedens. Sed hoc si respondero eis qui requirunt quomodo semper creator semper dominus fuit si creatura ei seruiens non semper fuit aut quomodo creatura est et non potius creatori coeterna est si semper fuit. Vereor ne facilius iudicer affirmare quod nescio quam docere quod scio. Redeo igitur ad id quod creator noster scire nos uoluit. Illa uero que sapientioribus in hac uita scire permisit uel omnino perfectis in illa uita sapienda seruauit ultra uires meas esse profiteor. Sed ideo putaui sine affirmatione tractanda ut qui hec legunt uideant a questionum periculis debeant temperare nec ad omnia se idoneos arbitrentur potiusque intelligant quam sit apostolo obtemperandum precipienti salubriter ubi ait. Dico autem per gratiam dei que data est mihi omnibus qui sunt inter uos non plus sapere quam oportet sapere sed sapere ad temperantiam unicuique sicut deus partitus est mensuram fidei. Si enim pro uiribus suis alatur infans fiet ut crescendo plus sapiat. Si autem uires sue capacitatis excedat deficiet antequam crescat;

Quomodo intelligendum sit permissa homini a deo uita eterna aut tempora eterna: — Capitulum · xvi.

Que secula preterierunt antequam genus humanum institueretur me fateor ignorare. non enim dubito nihil omnino creature creatori esse coeternum. dicit enim etiam apostolus tempora eterna nec ea futura sed quod magis est mirandum preterita. Sic enim ait. In spe uite eterne quam promisit non mendax deus ante tempora eterna; manifestauit autem temporibus suis uerbum suum. Ecce dixit retro quod fuerint tempora eterna que tamen non fuerunt deo coeterna. siquidem ille ante tempora eterna non solum erat uerum etiam promisit uitam eternam quam manifestauit temporibus suis id est congruis. quid aliud quam uerbum suum. hoc est enim uita eterna. Quomodo autem promisit cum hominibus utique promiserit qui nondum erant ante tempora eterna. Nisi quia in ipsius eternitate atque in ipso uerbo eiusdem coeterno iam predestinatione fixum erat quod suo tempore futurum erat; Quod de incommutabili consilio aut uoluntate fides sana defendat contra ratiocinationes eorum qui opera ex eternitate repetita per eosdem semper uolunt seculorum redire circuitus; — Capitulum · xvii;

ILlud quoq; non dubito anteq̄m primus homo creatus esset nū
q̄m quenq̄m hominem fuisse. nec eundem ipsum nescio q̄bus
circuitibus nescio quotiens reuolutum. nec alium aliquē natā
similem. neq; ab hac fide me ph̄orum argumenta deterrent. Quorum
acutissimum illud putatur q̄ dicunt infinita ^nulla scientia posse compre
hendi. ac per hoc deus in q̄ntum rerū quas fecit oīum finitarum. oms
apud se finitas rationes habet. Bonitas aūt eius nunq̄ uacua fuisse
credenda est ne sit t̄palis eius op̄atio. cuius retro fuerit æterna cessatio.
quasi penituerit eum prioris sine initio uacationis ac p̄pterea sit op̄is
aggressus initium. Et ideo necesse est inquiunt eandem semper repeti.
eandemq; semper repetenda transcurrere. uel manente mundo muta
biliter. qui licet nunq̄m non fuit & sine initio t̄pris. t̄n factus est. uł eius
quoq; ortu et occasu semp̄ illis circuitibus repetito semperq; repetendo.
ne uidelicet si aliq̄n primum dei op̄a cepta dicunt̄. priorem suā sine
initio uacationem tanq̄ inertem ac desidiosam. et ideo sibi displicen
tem damnasse quodammō atq; ob hoc mutasse credat̄. Si autē semper
quidem t̄pralia. sed alia atq; alia perhibet̄ operatus. Ac sic aliquando
etiā ad hoīem faciendum quē nunq̄ antea fecerat peruenisse. non sciā
qua putant non posse quecunq; infinita comprehendi. sed quasi ad ho
ram sicut ueniebat in mente fortuita inconstantia uideatur fecisse quod
fecit. Porro si illi circuitus admittant̄ inquiunt. quib; uel manēte mūdo
uel ipsos quoq; reuolubiles ortus suos & occasus eisdem circuitibus inse
rente eadem t̄pralia repetunt̄. Nec ignauū ocium presertim iam longe
sine initio diuturnitatis deo tribuit̄. nec imp̄uida temeritas operū suorum.
Quoniam si non eadem repetant̄. non possunt infinita diuersitate uariata ulla
eius scientia uel prescientia comp̄hendi. Has argumentationes quibus
impii nostram simplicem pietatem ut cum illis in circuitu ambulemus.
de uia recta conantur auertere. si ratio refutare non posset. fides irrider̄
deberet. huc accedit q̄ in adiutorio dn̄i dei nostri. hos uolubiles circu
los quos opinio confingit. ratio manifesta confringit. Hinc enī maxime
isti errant ut in circuitu falso ambulare. q̄m uero et recto itinere malunt.
q̄d mentem diuinam omnino īmutabilem. cuiuslibet infinitatis capacē.
innumera om̄ia sine cogitationis alteratione numerantem. de sua hu
mana mutabili angustaq; metiunt̄. et fit illis quod ait ap̄lus. Compa
rantes enī semet ipsos sibimet ipsis non intelligunt. Nam quia illis qc
quid noui faciendum. nouo consilio faciunt. mutabiles quippe mētes
gerunt. p̄fecto non deum quē cogitare non possunt. sed semet ipsos

pro illo cogitantes, non illum: sed se ipsos, nec illi sed sibi comparant. Nobis
autem fas non est credere aliter affici deum cum uacat. aliter cum operatur:
quia nec affici dicendus est, tamquam in eius natura fiat aliquid quod ante
a non fuerit. patitur quippe qui afficitur et mutabile est omne quod
aliquid patitur. Non itaque in eius uacatione cogitetur ignauia desidia
inertia. sicut nec in eius opere labor conatus industria. Nouit quiescens a
gere, et agens quiescere, potest ad opus nouum: non nouum sed sempiternum
adhibere consilium. Nec penitendo quia prius cessauerat. et posterius o
peratus est. quod nescio quemadmodum ab homine possit intelligi. hoc procul
dubio quod dicitur prius et posterius existentibus fuit. In illo autem non al
teram precedentem altera subsequens mutauit aliquando abstulit uoluntatem.
sed una eademque sempiterna et immutabili uoluntate res quas condidit et
ut prius non essent, egit, quamdiu non fuerunt, et ut posterius essent, quando
posterius esse ceperunt. hinc eis qui talia uidere possunt mirabiliter for
tasse ostendens quam non eis indiguerit sed eas gratuita bonitate condiderit.
cum sine illis in eternitate initio carente in non minore beatitudine per
mansit; Contra eos qui dicunt ea quae infinita sunt nec dei posse
scientia comprehendi: —— ~ Capitulum. xviii;

ILlud autem aliud quod dicunt non dei scientia infinita posse com
prehendere. Restat eis ut dicere audeant atque huic se uoragini profun
de impietatis immergant quod non omnes numeros deus nouerit. eos
quippe infinitos esse certissimum est. Quoniam in quocumque numero finem faci
endum putaueris, idem ipse non dico uno addito augeri. sed quamlibet sit
magnus et quamlibet ingentem multitudinem continens in ipsa ratione atque
scientia minorum non solum duplicari. uerum etiam multiplicari potest.
Ita uero suis quisque numerus proprietatibus terminatur. Ut nullus eorum par esse
cuiquam alteri possit. Ergo et dispares inter se atque diuersi sunt. et singuli
quique finiti sunt. et omnes infiniti sunt. Ita ne numeros propter infinitatem ne
sciat omnes deus, et usque ad quandam summam numerorum scientia dei perueniat
et ceteros ignorat. Quis hoc etiam dementissimus dixerit. Nec audebunt isti
contemnere numeros, et eos dicere ad dei scientiam non pertinere, apud quos Plato
deum magna auctoritate commendat mundum numeris fabricantem. et
apud nos deo dictum legitur. Omnia in mensura et numero et pondere dispo
suisti. De quo et propheta dicit. Qui profert numero seculum. Et saluator in e
uangelio Capilli inquit uestri omnes numerati sunt. Absit itaque ut dubitemus
quod ei notus sit omnis numerus cuius intelligentie sicut in psalmo canitur
non est numerus. Infinitas itaque numeri quamuis infinitorum nullus sit numerus

non est tamen incomprehensibilis ei cuius intelligentie non est numerus.
Quapropter si quicquid scientia comprehenditur scientis comprehensione finitur;
profecto et omnis infinitas quodam ineffabili modo deo finita est. quia
scientie ipsius incomprehensibilis non est. Quare si infinitas numerorum
scientie dei contra comprehendit. esse non potest infinita. qui tandem nos sumus
homunculi qui eius scientie limitem figere presumamus dicentes. quod nisi eis-
dem circuitibus temporum eadem temporalia repetantur. non potest cuncta deus
que fecit uel prescire ut faciat. uel scire cum fecerit. cum sapientia simpliciter
multipliciter et uniformis tam incomprehensibili comprehensione omnia
incomprehensibilia comprehendit. ut quecunque noua et dissimilia consequen-
tia precedentibus et semper facere uellet. ea inordinata et improuisa habere
non posset. nec ea prouideret ex proximo tempore. sed eterna prescientia
contineret; De seculis seculorum. Capitulum. XIX.

Quid utrum ita faciat et continuata sibi connexione copulentur que
appellantur secula seculorum. alia tamen atque alia ordinata dissimilitudi-
ne procurrentia. eis dumtaxat qui ex miseria liberantur in sua beata
immortalitate sine fine manentibus. an ita dicantur secula seculorum ut intel-
ligantur secula in sapientia dei inconcussa stabilitate manentia. istorum
que cum tempore transeunt tamquam efficientia seculorum. definire non audeo.
Fortassis enim possit dici seculum que sunt secula. ut nihil aliud dicantur
seculum seculi. quam secula seculorum. sicut nihil aliud dicitur celum celi. quam celi
celorum. Nam celum deus uocauit firmamentum super quod sunt aque.
et tamen psalmus et aque inquit que super celos sunt laudent nomen domini.
Quid igitur istorum duum sit. an preter hec duo aliquid aliud de seculis se-
culorum possit intelligi profundissima questio est. Neque hoc quod nunc a-
gimus expedit. si indiscussa interim differatur. siue aliquid in ea defini-
re ualeamus. siue nos faciat cautiores diligentior ipsa tractatio ne in tan-
ta obscuritate rerum affirmare temere aliquid audeamus. Nunc enim
contra opinionem disputamus qua illi circuitus asseruntur quibus semper
eadem per interualla temporum necesse esse repeti existimantur. Quelibet au-
tem illarum sententiarum de seculis seculorum uera sit. ad hos circuitus nihil
pertinet. siue secula seculorum sint non eadem repetita. sed alterum ex al-
tero contextione ordinatissima procurrentia. liberatorum beatitudine sine
ullo recursu miseriarum certissima permanente. siue secula seculorum eterna sint
temporalium tamquam dominantia subditorum. circuitus illi eadem reuoluentes lo-
cum non habent. quos maxime refellit eterna uita sanctorum.

De impietate eorum qui asserunt animas summe uereque beatitudinis par

necipes iterum atq; iterum per circuitus temporum ad easdem miserias laboresq; redituras; : Capitulum · xx :

Quorum enim aures piorum ferant post emersam tot tantisq; calamitatibus uitam, si tamen uita ista dicenda ē que potius mors est, ita grauis ut mors quæ ab hac liberat mortis huius amore timeatur, post tam magna mala tamq̄m multa et horrenda, tandem aliq̄n per ueram religionem atq; sapiam expiata atq; finita, ita puenire ad conspectum dei atq; ita fieri beatum contemplatione incorporee lucis per participationē inmutabilis inmortalitatis eius cuius adipiscende amore fragramur, ut eam q̄nq; necesse sit deseri, et eos qui deserunt ab illa eternitate ueritate felicitate deiectos tartaree mortalitati turpi stultitie miseriis execrabilibus inplicari, ũ deus amittat' ubi odio ueritas habeat', ubi [per] inmundas nequitias btitudo querat', et hoc itidē sine ullo fine priorū et posteriorū et certis interuallis et dimensionibus seculorū factum et futurū, et hoc ppterea ut possint deo circuitibus definitis euntibus semp atq; redeuntibus per nr̄as falsas beatitudines ac ueras miserias alternatim quidē sed in reuolutione incessabili sempiternitas nota esse opera sua, q̄m neq; a faciendo quiescere neq; sciendo possit que infinita sunt ĩ dagare. Quis hec audiat, quis credat, quis ferat, quæ si uera essent, non solum tacerent' prudentius, uerum etiā ut quo ualeo dicam quod uolo, doctius nescirent'. Nam si hec illic in memoria [non] habuerimus et ideo beati erimus, cur hic per eorū sciām grauatur amplius nr̄a miseria. Si aũt ibi ea necessario sciturī sum', hic saltem nesciamus ut hic felicior sit expectatio, q̄m illic adeptio summi, q̄ndo hic æterna uita consequenda expectat', ibi aũt beata sed non æterna [quem] q̄n amittenda cognoscit'. Si aũt dicat neminem posse ad illā beatitudinē puenire nisi hos circuitus ubi btitudo et miseria uicissim alternant in huius uite eruditione cognouerit, quo fatentur q̄nto plus quisq; amauerit deum, tanto eum facilius ad beatitudinē puenturum, qui ea docent quibus amor ille torpescat. Nam quis non remissius et tepidius amet eū quem se cogitat necessario deserturū, et contra eius ueritatē sapiamq; sensurū.

[E] Et hoc cum ad eius plenam pro sua capacitate notitiam beatitudinis pfectione peruenerit, q̄ndo nec hoīem amicum possit quisq; amare fideliter cui se futurū nouit inimicū. Sed absit ut uera sint que nobis minant' ueram miseriam nunq̄ finiendam sed interpositionibus false btitudinis sepe ac sine fine rumpendam. Quid enī illa beatitudine falsius atq; fallacius ubi nos futuros miseros aut in tanta ueritatis luce nescia-

mus aut in summa felicitatis arce timeamus. Si enī uenturā calamitatē
ignoraturi sumus peritior est hic nr̄a miseria ubi uenturam b̄titudinē
nouimus. Si aūt nos illic clades imminens non latebit beatius tempora
transigit anima miser𝈩 quibus transactis in miseriam reuoluat̄. atq; ita
spes nr̄e infoelicitatis est felix, & felicitas infelix. Vnde fit ut quia hic ma
la p̄ntia patimur ibi metuimus īminentia uerius semp miseri q̄m beati a
liqn̄ possumus esse. Sed q̄m hec falsa sunt clamante pietate, conuincente
ueritate. illa enī nobis ueraciter promittit̄ uera felicitas cui⁹ erit semper
retinenda et nulla infelicitate rumpenda certa securitas, uiam rectam se
quentes quod nobis est xp̄s, eo duce ac saluatore, a uano & inepto impio
rum circuitu, iter fidei mentemq; uertamus. Si enī de istis circuitibus,
et sine cessatione alternantib; itionibus aīarum Porphyrius platonicus
suoꝝ opinionem sequi noluit, siue ipius rei uanitate permotus siue iam
tempora christiana ueritus et quod in libro decimo cōmemoraui dicer̄
maluit, aīām ꝑpter cognoscenda mala traditam mundo, ut ab eis lib̄ata
atq; purgata, cum ad p̄rēm redierit nihil ulterius tale patiat̄, q̄nto maḡ
nos istam inimicam xp̄iane fidei falsitatem detestari ac deuitare debe
mus. His autem circuitibus euacuatis atq; frustratis, nulla necessitas nos
compellit ideo putare non h̄re initium temporis ex quo esse ceperit ge
num humanum, q̄a p nescio quos circuitus nihil sit in rebus noui, quod
non antea certis interuallis tempoꝝ fuīt et postea sit futurum. Si enim
liberatur aīa non reditura ad miserias, sicut nunq̄m antea liberata est,
sit in illa aliquid antea quod nunq̄ factū ē, et hoc quidē ualde magnū
est, id est q nunq̄ ea desinat ęterna felicitas. Si autem in natura īmorta
li sit tanta nouitas nullo repetita nullo repetenda circuitu: cur in rebus
mortalibus fieri non posse contendit̄. Si dicunt non fieri in aīa b̄titudis
nouitatem q̄m ad eam reuertit̄ in qua fuit semp, ipsa certe liberatio no
ua fit, cum de miseria liberat̄ in qua nunq; fuit, et ipsa miserię nouitas
in ea facta est, quę nunq̄ fuit. Hęc aūt nouitas si non in rerum quę diui
na ꝓuidentia gubernant̄ ordinem uenit sed casu potius euenit! Vbi
sunt illi determinati dimensiq; circuitus in quibus nulla noua fiunt sed
repetant̄ eadem que fuer̄t. Si aūt et hęc nouitas ab ordinatione diuinę
prouidentię non excludit̄, siue data sit aīa, siue lapsa sit possunt fieri
noua quæ neq; antea facta sint, nec tn̄ a rerum ordine aliena sint. Et si
potuit anima per imprudentiam facere ^sibi nouam miseriam quę non eēt
īprouisa diuinę ꝓuidentiæ ut hanc quoq; in rerum ordine includeret,
& ab hac eam non improuide liberaret qua tandem temeritate huānæ

uanitatis audemus negare, diuinitatem facere posse res non sibi sed mun
do nouas quas neq; antea fecerat nec umquam habuit inprouisas. Si autem
dicant liberatas quidem animas ad miseriam non reuersuras, sed cum hoc fit
in rebus nihil noui fieri, quoniam semper alie atq; alie liberate sunt et libera
buntur. hoc certe concedunt si ita est nouas animas fieri quibus sit et no
ua miseria et noua liberatio. Nam si antiquas eas dicant esse et retrorsum
sempiternas ex quibus cotidie noui fiant homines de quorum corporibus si sapien
ter uixerint, ita liberentur ut numquam ad miserias reuoluantur. consequenter
dicturi sunt infinitas. Quantuslibet namq; finitus numerus fuisset animarum, infi
nitis retro seculis sufficere non ualeret ut ex illo semper homines fierent.
quorum essent anime ab ista semper mortalitate liberande numquam ad eam
deinceps rediture. nec ullo modo explicabunt quomodo in rebus quas ut deo
note esse possint finitas uolunt, infinitus sit numerus animarum. Quapropter
quoniam circuitus illi iam explosi sunt quibus ad easdem miserias necessario
putabatur anima reditura quid restat conuenientius pietati quam credere
non esse inpossibile deo et ea que numquam fecerit noua facere. et ineffa
bili prescientia uoluntatem mutabilem non habere. Porro autem utrum animarum
liberatarum nec ulterius ad miserias rediturarum numerus possit semper augeri
ipsi uiderint qui de rerum infinitate cohibenda tam subtiliter disputant.
Nos uero ratiocinationem nostram ex utroq; latere terminamus. si enim potest quid
cause est ut negetur creari potuisse, quod numquam antea creatum esset si libera
tarum animarum numerus qui numquam antea fuit non solum factus est semel.
Sed fieri numquam desinet. Si autem oportet ut certus sit liberatarum aliquis
numerus animarum que ad miseriam numquam redeant, neq; iste numerus ulterius
augeatur. etiam sine dubio ipse quicumq; erit ante utiq; numquam fuit. Qui
profecto crescere et ad sue quantitatis terminum peruenire sine aliquo ini
tio non posset. Quod initium eo modo antea numquam fuit. hoc ergo ut
esset, creatus est homo ante quem nullus fuit;

De condicione unius primi hominis atq; in eo generis humani; Capitulum. xxi.

Hac igitur questione difficillima propter eternitatem dei noua crean
tis sine nouitate aliqua uoluntatis quantum potuimus explicata,
non est arduum uidere multo fuisse melius quod factum est,
ex uno homine quem primum condidit, multiplicare genus humanum,
quam si id a pluribus inchoasset. Nam cum animantes alias solitarias et
quodammodo soliuagas .i. que solitudinem magis appetant sicuti
sunt aquile milui leones lupi et quecumq; ita sunt, alias congreges in
stituerit que congregate atq; in gregibus malint uiuere ut sunt columbi.

sturni cervi damule et cetere huiusmodi utrumque tamen genus non ex singulis propagavit sed plura simul iussit existere. Hominem vero cuius naturam quodammodo mediam inter angelos et bestias condebat ut si creatori suo tamquam vero domino subditus preceptum eius pia obedientia custodiret in consortium transiret angelicum sine morte media beatam immortalitatem absque ullo termino consecutus. Si autem dominum deum suum libera voluntate superbe atque inobedienter usus offenderet morti addictus bestialiter viveret libidinis servus eternoque post mortem supplicio destinatus unum ac singulum creavit. Ac non utique solum sine humana societate deserendum sed ut eo modo vehementius ei commendaretur ipsius societatis unitas vinculumque concordie, si non tantum inter se nature similitudine verum etiam cognationis affectus homines necterentur, quando nec ipsam quidem feminam copulatam viro sicut ipsum creare illi placuit, sed ex ipso, ut omne ex uno homine diffunderetur genus humanum;

Quod prescierit hominem quem primum deus condidit peccaturum simulque previderit quantum piorum populum ex eius genere in angelicum consortium sua esset gratia translaturus; Capitulum xxii.

NEc ignorabat deus hominem peccaturum et morti iam obnoxium morituros propagaturum eosque progressuros peccati immanitate mortales ut tutius atque placatius inter se rationalis voluntatis expertes bestie sui generis viverent, quarum ex aquis et terris plurium pullulavit exordium, quam homines quorum genus ex uno est ad concordandam concordiam propagatum. Neque enim umquam inter se leones aut inter se dracones qualia homines bella gesserunt. Sed previdebat etiam gratia sua populum piorum in adoptionem vocandum remissisque peccatis iustificatum spiritu sancto sanctis angelis in eterna pace sociandum, novissima inimica morte destructa, cui populo esset huius rei consideratio profutura, quod ex uno homine deus ad commendandum hominibus quam ei grata sit etiam in pluribus unitas genus instituisset humanum;

De natura humane anime create ad imaginem dei; Capitulum xxiii;

FEcit ergo deus hominem ad imaginem et similitudinem suam. Talem quippe illi animam creavit qua per rationem atque intelligentiam omnibus esset prestantior animalibus terrestribus et natatilibus et volatilibus que mentem huiusmodi non haberent. Et cum virum terreno formasset ex pulvere eique animam qualem dixi, sive quam iam fecerat sufflando indidisset sive potius sufflando fecisset eumque flatum quem sufflando fecit (nam quid est aliud sufflare quam flatum facere) animam hominis esse voluisset;

etiam coniugem illi adiutorium generandi ex eius latere osse detracto fecit ut deus. Neq; hec carnali consuetudine cogitanda sunt ut uidere solemus opifices ex materia quacumq; terrena corporalibus membris q̄d artis industria potuerunt fabricantes. Manus dei potentia dei est qui etiā uisibilia inuisibiliter op̄atur. Sed hec fabulosa potius q̄m uera ēē arbitrant qui uirtutem et sapiam dei qua nouit et pōt etiam sine seminibus ista facere fecunda ex his usitatis & cotidianis metiunt opibus. a uera que primitus instituta sunt q̄m non nouerunt infideliter cogitant. quasi non hec ipsa que nouerunt de humanis conceptibus atq; partibus si inexpertis narrarent incredibiliora uiderent. quāuis et ea ipsa pleriq; magis corporalibus nature causis q̄m opibus diuine mentis assignent. An ullius uel minime creature possint dici angeli creatores; non ñ opere dei formari : — Capitulum · xxiiii ;

SEd cum his nullum nobis est in his libris negocium qui diuinā mentem facere uel creare non credunt. Illi autē qui platoni suo credunt non ab illo summo deo qui fabricatus est mundū. sed ab aliis minoribus quos quidē ipse creauit p̄missu siue iussu eius aīalia facta esse cuncta mortalia in quibus homo precipuū diisq; ipsis cognatum teneret locum si sup̄stitione careant qua querunt unde iuste uideant sacra et sacrificia facere quasi conditoribus suis facile carebūt etiā huius opinionis errore. Neq; enī fas est ullius nature qualibet minime mortalisq; creatorem nisi deum credere ac dicē et anteq̄ possit intelligi. Angeli autē quos illi deos libentius appellant et si adhibent uel iussu uel permissu op̄ationem suā rebus que gignunt in mundo tñ non eos dicimus creatores aīalium q̄ nec agricolas frugum atq; arborum ; Omnem naturam & omnem speciem uniuerse creaturæ non nisi opere dei formari : — Caplm · xxv : —

CVm enī alia sit species que adhibet extrinsecus cuicumq; materiæ corporali sicut operant homines figuli et fabri atq; id genus opificum qui et pingunt et effingunt formas similes corporibus aīalium. Alia uero que intrinsecus efficientes causas habet de secreto et occulto nature uiuentis atq; intelligētis arbitrio que non solum naturales corpoꝝ species uerū etiaꝫ ipsas animantium aīas dum non sunt facit supra dicta illa spēs artificibꝰ quibusq; tribuat hec autē altera non nisi uni artifici creatori et conditori deo qui mundum ipm̄ et angelos sine ullo modo et sine ullis angelis fecit. Qua enī ui diuina & ut ita dicam effectiua que fieri

nescit sed facere ac cepit nomen rotunditas oculi et rotunditas pomi
et cetere figure naturales quas uidemus in rebus quibus nascentibus n̄
extrinsecus adhiberi sed intima creatoris potentia. Qui dixit. Celum
et terram ego implebo et cuius sapia est que attingit a fine usq; ad
finem fortiter et disponit om̄ia suauiter. Proinde primitus facti an
geli cuiusmodi ministerium p̄buerint creatori cetera facienti nescio
nec tribuere illis audeo quod forte non possunt, nec debeo derogare
quod possunt. Creatorem tn̄ creationemq; oīum naturarū qua fit ut
om̄o nature sint eisq; fauentibꝰ illi deo tribuo cui se etiā ipsi debere qd
sunt, cum grārum actione nouerūt. Non solum igit̄ agricolas non di
cimus fructuū quorūcunq; creatores. cum legamus. Neq; qui plantat
est aliquid neq; qui rigat. sed qui incrementum dat deus. Sed ne ip
sam quidē terram quāuis mater om̄iū fecunda uideat̄, que germi
nibus erumpentia promouet & fixa radicibus continet. Cum itidem le
gamus. deus illi dat corpus quō uoluerit et unicuiq; seminū ꝓprium
corpus. Ita nec foemina sui puerperii creatricē appellare debemus Sed
potius illum qui cuidā famulo suo dixit priusq̄m te formarē in utero
noui te. Et quāuis anima si uel sit affecta pregnantis ualeat aliq̄bus
uelut inducere qualitatibus fetum, sicut de uirgis uariatis fecit Iacob
ut pecora colore uario gignerent. Naturam tn̄ illam quae gignit tam̄
ipsa non fecit. Quelibet igit̄ corporales uel seminales causae gignēdis
rebus adhibeant̄ siue op̄ationibus angelorum aut hoīum aut quorumq;
animalium siue marium feminarumq; mixtionibus, quelibet etiā desi
deria motusue aīe matris ualeant aliq̄d liniamentorum aut colorum
aspergere teneris mollibusq; conceptibus. Ipsas omnino naturas que sic
uel sic in suo gn̄e afficiant̄ non facit nisi summus deus. cuiꝰ occulta po
tentia cuncta penetrans incontaminabili p̄ntia facit esse q̄cquid aliq̄
modo est, in quantūcunq; est qa nisi faciente illo non tale uel tale eēt
sed prorsus esse non posset. Qua ꝓp si in illa spetie qua forinsecus corpo
ralibus opifices rebus imponunt urbem romam et urbē alexandriam
non fabros et architectos sed reges quorum uoluntate consilio imperio
fabricate sunt illam Romulum illam Alexandrum h̄uisse dicimꝰ
conditores. Q̄nto potius non nisi deū conditorē debemus dicē natu
rarum qui neq; ex ea materia facit aliquid quā ipse non fecerit n̄c
op̄arios habet nisi quos ipse creauerit. Et si potentiam suā ut ita di
cam fabricatoriā rebus subtrahat. ita non erunt sicut anteq̄ non fie
rent non fuerunt. Sed ante dico aeternitate non tp̄re. Quis enī alius

creator est temporum nisi qui fecit ea quorum motibus currunt tempora;

De platonicorum opinione qua putauerunt angelos a deo quidem conditos sed ipsos humanorum corporum conditores esse; Capitulum xxvi;

Ita sane plato minores et a summo deo factos deos effectores esse uoluit animalium ceterorum ut inmortalem partem ab ipso sumerent ipsi uero mortalem attexerent. Proinde animarum nostrarum eos creatores noluit esse sed corporum. Unde Porphyrius propter animae purgationem dicit corpus omne fugiendum simulque cum suo platone aliisque platonicis sentit eos qui inmoderate atque inhoneste uixerint propter luendas penas ad corpora redire mortalia. Plato quidem etiam bestiarum. Porphyrius tantummodo ad hominum. sequitur eos ut dicant deos istos quos a nobis uolunt quasi parentes et conditores nostros coli nihil esse aliud quam fabros compedum carcerumue nostrorum nec institutores sed inclusores alligatoresque nostros ergastulis erumnosis et grauissimis uinculis. Aut ergo desinant platonici penas animarum ex istis corporibus comminari aut eos nobis deos colendos non predicent quorum in nobis operationem ut quantum possumus fugiamus et euadamus hortantur. Cum tamen sit utrumque falsissimum. Nam neque ita luunt poenas animae cum ad istam uitam denuo reuoluuntur. Et omnium uiuentium siue in celo siue in terra nullus est conditor nisi a quo facta sunt celum et terra. Nam si nulla causa est uiuendi in hoc corpore nisi propter pendenda supplicia quomodo dicit idem Plato aliter mundum fieri non potuisse pulcherrimum atque optimum nisi omnium animalium id est inmortalium et mortalium generibus impleretur. Si autem nostra institutio qua uel mortales conditi sumus diuinum munus est quomodo pena est ad ista corpora id est ad diuina beneficia remeare. Et si deus quod assidue Plato commemorat sicut mundi uniuersi ita omnium animalium species eterna intelligentia continebat quomodo non ipse cuncta condebat. An aliquorum esse artifex nollet quorum efficiendorum artem ineffabilis eius et ineffabiliter laudabilis mens haberet.;

In primo homine exortam fuisse omnem plenitudinem generis humani in qua preuiderit deus quae pars honoranda premio que damnanda supplicio; Capitulum xxvii;

Merito igitur uera religio quae mundi uniuersi eum animalium quoque uniuersorum hoc est animarum et corporum conditorem agnoscit et predicat. In quibus terrenis precipuus ab illo ad eius imaginem homo propter eam causam quam dixi et si qua forte alia maior latet factus est unus sed non relictus est solus. Nihil

enī est· qm̄ hoc genus tam desidiosum uitio· tam sociale natura. neq;
enim comodius contra uitium discordie· uel cauendum ne existeret,
uel sanandum cum extitisset· natura loqueret̄ humana· q̄ recordatio
nem illius parentis· quē propterea deus creare uoluit unum de quo
multitudo ꝓpagaret· ut hac admonitione etiā in multis concors uni
tas seruaretur. Q̄ uō femina ex eius latere facta ē· etiam hic satis
significatum est· qm̄ cara mariti et uxoris debeat esse coniunctio.

Hec opera dei ꝓpterea sunt utiq; inusitata· quia prima. Qui aūt ista
non credunt· nulla facta prodigia debent credere. Neq; enī et ipsa si
usitato nature curriculo gignerent· prodigia dicerent̄. Quid autem
sub tanta gubernatione diuine prouidentie· quāuis eius causa lateat
frustra gignit̄. Ait quidam psalmus sacer· uenite et uidete opa dō·
que posuit prodigia super terram. Cur ergo ex latere uiri femina facta
est· et hoc primum quodammō ꝓdigium quid prefigurauerit· dicetur
alio loco· qn̄tum me deus adiuuerit. Nunc qm̄ iste liber claudendus
est in hoc primo hoīe qui primitus factus est· nondum quippe scdm̄
euidentiam· iam tn̄ scdm̄ dei prescientiam· exortas fuisse existimemus in
gn̄e humano societates tanq; ciuitates duas. Ex illo enī futuri erant
homines alii malis angelis in supplicio· alii bonis in premio sociandi·
quāuis occulto dei iudicio. Cum enī scriptum sit. Uniuerse uie dō
misericordia et ueritas· nec iniusta eius gratia· nec crudelis potest
esse iustitia;

Incipiunt capitula Tertiidecimi libri. Aurelii Augustini doctoris
eximii Hypponen̄ episcopi de Ciuitate dei :~

Incipit Tertiusdecimus liber :

De lapsu primorum hominum per quem est contracta mortalitas; Capitulum primum;

Expeditis de nostri seculi exortu et de initio generis humani difficillimis questionibus. Nunc iam de lapsu primi hominis immo primorum hominum. et de origine mortis humane disputationem a nobis institutus rerum ordo deposcit. Non enim eo modo quo angelos condiderat deus homines ut etiam si peccassent mori omnino non possent. sed ita ut perfunctos obedientie munere, sine interuentu mortis angelica immortalitas, et beata eternitas sequeretur. Inobedientes autem mors plecteret damnatione iustissima. quod etiam in libro superiore iam diximus;

De ea morte que anime semper utrunque uicture accedere potest. et ea cui corpus obnoxium est; Capitulum. II;

Sed de ipso genere mortis uideo mihi paulo diligentius disserendum. Quamuis enim anima humana ueraciter immortalis perhibeatur: habet tamen quandam etiam ipsa mortem suam ideo dicitur immortalis quia modo quodam quantulocunque non desinit uiuere atque sentire. Corpus ideo mortale quia deseri omni uita potest, nec per se ipsum aliquatenus uiuit. Mors igitur anime fit: cum eam deserit deus. sicut corporis cum id deserit anima. Ergo utriusque rei, id est totius hominis mors cum anima deserta, deserit corpus. Ita nunc nec ex deo uiuit ipsa nec corpus ex ipsa. Huiusmodi autem hominis mortem illa sequitur quam secundam mortem diuinorum eloquiorum appellat auctoritas. Hanc saluator significauit ubi ait. Eum timete qui habet potestatem et corpus et animam perdere in gehennam quod cum ante non fiat, quoniam cum anima corpori sic fuerit copulata ut nulla direptione separentur mirum uideri potest quomodo corpus ea morte dicatur occidi qua non anima deseritur / Sed animatum sentiensque cruciatur. Nam illa pena ultima ac sempiterna de qua suo loco diligentius disserendum est: recte mors anime dicitur. quia non uiuit ex deo. Mors autem corporis quonam modo: cum uiuat ex anima. Non enim aliter potest ipsa corporalia que post resurrectionem futura sunt sentire tormenta. An quia uita qualiscunque aliquod bonum est: dolor autem malum: ideo nec uiuere corpus dicendum est in quo anima non uiuendi causa est sed dolendi. Viuit itaque anima ex deo, cum uiuit bene. Non enim potest

bene uiuere nisi deo in se operante quod bonum est. Viuit autem corpus ex anima. cum anima uiuit in corpore. seu uiuat ipsa seu non uiuat ex deo. Impiorum namque in corporibus uita, non animarum sed corporum uita est. quam possunt eis anime etiam mortue, hoc est deo deserte quantulacumque propria uita ex qua etiam mortales sunt non desistente conferre. Verum in damnatione nouissima quamuis homo sentire non desinat tamen quia sensus ipse nec uoluntate suauis nec quiete salubris, sed dolore penalis est non inmerito mors est potius appellata quam uita. Ideo autem secunda quia post illam primam est. qua fit coherentium diremptio naturarum, siue dei et anime. siue anime et corporis. De prima igitur corporis morte dici potest quod bonis bona sit malis mala. Secunda uero sine dubio sicut nullorum bonorum est ita nulli bona;

Vtrum mors que per peccatum primorum hominum in omnes homines pertransiit etiam sanctis pena sit peccati; Capitulum tertium.

NOn autem dissimulanda nascitur questio utrum reuera mors qua separatur anima et corpus bonis sit bona. Quod si ita est. quomodo poterit obtineri quod ipsa etiam sit pena peccati? Quo igitur pacto bona esse possit bonis que accidere non posset nisi malis. Et rursus si non nisi malis posset accidere non deberet bonis bona esse. sed nulla. ur enim esset ulla pena in quibus non essent ulla punienda? Quapropter fatendum est. primos quidem homines ita fuisse institutos ut si non peccassent nullum mortis experirentur genus. sed eosdem primos peccatores ita fuisse morte mulctatos. ut etiam quicquid eorum stirpe esset exortum eadem pena teneretur obnoxium. Non enim aliud ex eis quam quod ipsi fuerant nasceretur. ro magnitudine quippe culpe illius naturam damnatio mutauit in peius ut quod penaliter precessit in peccantibus hominibus primis etiam naturaliter sequeretur in nascentibus ceteris. Neque enim ita homo ex homine sic homo ex puluere. puluis namque homini faciendo materies fuit. Homo autem homini gignendo parens. Proinde quod est terra non est caro quamuis ex terra facta sit caro. quod est autem parens homo hoc est et proles homo. n primo igitur homine per feminam in progeniem transiturum uniuersum genus humanum fuit quando illa coniugum copula diuinam sententiam sue damnationis accepit. Et quod homo factus est non cum crearetur sed cum peccaret hoc genuit. Quantum quidem attinet ad peccati et mortis originem non enim ad infantilem ebritudinem et infirmitatem animi et corporis quam uidemus in paruulis peccato uel pena ille redactus est. quem deus uoluit esse tamquam primordia catulorum quorum parentes

in bestialem uitam mortemque deiecerat. Sicut enim scriptum est. Homo in honore cum esset non intellexit comparatus est pecoribus non intelligentibus et similis factus est eis. Nisi quia infantes infirmiores etiam cernimus in usu motuque membrorum et sensu appetendi atque uitandi quam sunt aliorum tenerrimi fetus animalium, tamquam tanto se attollat excellentius supra cetera animantia uis humana quanto magis impetum suum uelut sagitta cum arcus extenditur retrorsum redacta distulerit. Non ergo ad ista infantilia rudimenta presumptione illicita et damnatione iusta prolapsus uel impulsus est primus homo. Sed hactenus in eo natura humana uitiata atque mutata est ut repugnantem pateretur in membris inobedientiam concupiscendi et obstringeretur necessitate moriendi atque ita id quod uitio penaque factus est, id est obnoxios peccato mortique generaret. A quo peccati uinculo si per mediatoris gratiam soluuntur infantes, hanc solam mortem perpeti possunt que animam seiungit a corpore. In secundam uero illam sine fine penalem, liberati a peccati obligatione non transeunt;

Cur ab his qui per gratiam regenerationis absoluti sunt a peccato non auferantur mors, id est pena peccati. Capitulum IIII.

Si quem uero mouet cur uel ipsam patiantur, si et ipsa peccati pena est, quorum per gratiam reatus aboletur. Iam ista questio in alio nostro opere quod scripsimus de baptismo paruulorum tractata ac soluta est. Ubi dictum est ad hoc relinqui anime experimentum separationis a corpore, quamuis ablata iam criminis nexu, quia si regenerationis sacramentum continuo sequeretur inmortalitas corporis, ipsa fides eneruaretur, que tunc est fides quando expectatur in spe quod in re nondum uidetur. Fidei autem robore atque certamine in maioribus dumtaxat etatibus etiam mortis fuerat superandus timor, quod in sanctis martyribus maxime eminuit. Cuius profecto certaminis etiam nulla uictoria, nulla gloria, quia nec ipsum omnino posset esse certamen, si post lauacrum regenerationis iam sancti non possent mortem perpeti corporalem. Nunc paruulis autem baptizandis quis non ad Christi gratiam properata potius curreret ne corpore solueretur. Atque ita non inuisibili premio probaretur fides, sed iam nec fides esset, confestim sui operis querendo et sumendo mercedem. Nunc uero maiore ac mirabiliore gratia saluatoris in usus iustitie peccati pena conuersa est. Tunc enim dictum est homini: morieris si peccaueris. Nunc dicitur martyri: morere ne pecces. Tunc dictum est: si mandatum transgressi fueritis morte moriemini. Nunc dicitur: si mortem recusaueritis mandatum transgrediemini. Quod tunc timendum erat ut non

peccaretur nunc suscipiendum est ne peccetur. Si per ineffabilem dei misericordiam et ipsa pena uitiorum transit in arma uirtutis et fit iusti meritum et supplicium peccatoris. Tunc enim mors est acquisita peccando. Nunc impletur iustitia moriendo. Verum hoc in sanctis martyribus quibus alterutrum persecutore proponitur ut aut deserant fidem aut sufferant mortem. Iusti autem malunt credendo perpeti quod sunt primi iniqui non credendo perpessi. Nisi enim peccassent illi non morerentur. Peccabunt enim isti nisi moriantur. Mortui enim sunt illi quia peccauerunt. Non peccant isti quia moriuntur. Factum est per illorum culpam ut ueniretur in penam. Fit per istorum penam ne ueniatur in culpam. quia mors bonum aliquod facta est que antea malum fuit. Sed tantam deus fidei prestitit gratiam ut mors quam uite constat esse contrariam instrumentum fieret per quod transiretur ad uitam.

Quod sicut iniqui male utuntur lege que bona est. ita iusti bene utuntur morte que mala est. Capitulum quintum.

Apostolus Paulus cum uellet ostendere quantum peccatum gratia non subueniente ad nocendum ualeret. et ipsam legem qua prohibetur peccatum non dubitauit dicere uirtutem esse peccati. Aculeus inquit mortis est peccatum. Virtus autem peccati lex. Verissime omnino. Auget enim prohibitio desiderium operis illiciti quando iustitia non sic diligitur ut peccandi cupiditas eius delectatione uincatur. Vt autem diligatur et delectet uera iustitia non nisi diuina subuenit. Sed ne propterea lex putaretur malum quando uirtus est dicta peccati. ideo ipse alio loco uersans huiusmodi questionem. Itaque inquit lex quidem sancta et mandatum sanctum et iustum et bonum. Quod ergo bonum est inquit mihi factum est mors. absit sed peccatum ut appareat peccatum per bonum mihi operatum est mortem ut fiat super modum peccator aut peccatum per mandatum. Super modum dixit quia etiam preuaricatio additur cum peccandi aucta libidine lex ipsa contemnitur. Cur hoc commemorandum putauimus? quia scilicet sicut lex non est malum quando auget peccato concupiscentiam. ita nec mors malum est quando auget patientia gloriam. Cum uel illa pro iniquitate deseritur et preuaricatores. uel ista pro ueritate suscipitur et efficit martyres. Ac per hoc lex quidem bona est quia prohibitio est peccati. mors autem mala quia stipendium est peccati. Sed quemadmodum iniusti male utuntur non tantum malis uerum etiam bonis. Ita iusti bene nec tantum bonis sed etiam malis. Hinc fit ut et mali male lege utantur quamuis sit lex bonum et boni bene moriantur quamuis sit mors malum.

De generali mortis malo quo et animi et corporis societas separatur; Capitulum. Sextum:

Qua propter quod attinet ad corporis mortem .i. separationem aie a corpore, cum ea patiuntur qui morientes appellantur nulli bona est. Habet enim asperum sensum. Et contra naturam uis ipsa qua utrunq; diuellitur, quod fuerat in uiuente coniunctum atq; consertum quamdiu moratur, donec omnis adimatur sensus qui ex ipso inerat aie carnisq; cōplexu quam totam molestiam non numquam unus ictus corporis uel anime raptus intercipit nec eam sentiri preueniente celeritate permittit. Quicquid tamen illud est in morientibus quod cum graui sensu adimit sensum pie fideliterq; tollerando, auget meritum patientie! Non aufertur uocabulum pene. Ita cum ex hominis primi perpetuata propagine, procul dubio sit mors pena nascentis. Et cum sit mors peccati retributio aliquando impetrat ut nihil retribuatur peccato;

De morte quam non regenerati per christi confessionem suscipiunt: Capitulum. VII;

Nam quicumq; etiā non percepto regenerationis lauacro, pro xpi confessione moriuntur. tantum eis ualet ad dimittenda peccata quantum si abluerentur sacro fonte baptismatis. Qui enim dixit. Si quis non renatus fuerit ex aqua et spu non intrabit in regnum celorum, alia sententia istos facit exceptos ubi non minus generaliter ait. Qui me confessus fuerit coram hominibus confitebor eum coram patre meo qui in celis est. Et alio loco. Qui perdiderit aiam suam propter me inueniet eam. Hic est quod scriptum est. Preciosa in conspectu dni mors sanctorum eius. Quid enim preciosius est quam mors per quam fit ut et delicta omnia dimittantur et merita cumulatius augeantur. Neq; enim tanti sunt meriti qui cum mortem differre non possent ideo baptizati sunt deletisq; oībus peccatis ex hac uita emigrarunt: Quanti sunt hi qui mortem differre cum possent ideo non distulerunt. quia maluerunt xpm confitendo finire uitam: quam eum negando ad eius baptismum peruenire. Quod utiq; si fecissent etiam hoc eis in illo lauacro dimitteretur quod timore mortis negauerant xpm in quo lauacro et illis facinus tam inane dimissum est qui occiderant christum. Sed quando sine abundantia gratie spūs illius qui ubi uult spirat tantum xpm amare possent ut eum confiterentur in tanto uite discrimine nisi sub tanta spe uenie negare non possent. Mors igitur preciosa sanctorum quibus cum tanta gratia est promissa et prerogata mors xpi ut ad eum acquirendum sua non cunctarentur impendere in eos usus, redactum esse monstrauit quod ad penam peccatis fuerat antea constitutum.

: Ut inde :

Ut inde iustitiae fructus uberior nasceretur. Mors ergo non ideo bonum uideri debet quia in tantam utilitatem non ui sua sed diuina opitulatione conuersa est. Ut quae tunc metuenda proposita est ne peccatum committeretur. Nunc suscipienda proponatur ut peccatum non committatur commissumque deleatur. magneque uictoriae debita iustitiae palma reddatur.

Quod in sanctis propriae mortis pro ueritate susceptio secundae sit mortis absolutio : Capitulum VIII :

Si enim diligentius consideremus et cum quisque pro ueritate fideliter et laudabiliter moritur mors cauetur. Ideo quippe aliquid eius suscipitur ne tota contingat et secunda insuper quae nunquam finiatur accedat. Suscipitur enim animae a corpore separatio ne deo ab anima separato etiam ipsa separetur a corpore. ac sic totius hominis prima nocte completa secunda excipiat sempiterna. Quocirca mors quidem ut dixi cum eam morientes patiuntur cumque in eis ut moriantur facit nemini bona est sed laudabiliter toleratur pro tenendo uel adipiscendo bono. Cum uero in ea sunt qui iam mortui nuncupantur non absurde dicitur et malis mala et bonis bona. In requie sunt enim animae piorum a corpore separatae. impiorum autem penas luunt donec istarum ad eternam uitam illarum uero ad eternam mortem quae secunda dicitur corpora reuiuiscant.

Tempus mortis quo uitae sensus aufertur in morientibus an in mortuis esse dicendum sit : Capitulum : IX :

Sed id tempus quo animae separatae a corpore ut in bonis sunt aut in malis utrum post mortem potius an in morte dicendum est. Si enim post mortem est iam non ipsa mors quae transacta atque praeterita est sed post eam uita praesens animae bona seu mala est. Mors autem tunc eis mala erat quando erat. hoc est quando eam patiebantur cum morerentur quoniam grauis et molestus eius inerat sensus quo malo bene utuntur boni. Peracta autem mors quonam modo uel bona uel mala est quae iam non est. Porro si adhuc diligentius attendamus nec ulla mors esse apparebit cuius grauem ac molestum in morientibus diximus sensum. Quamdiu enim sentiunt adhuc utique uiuunt. Et si adhuc uiuunt ante mortem quam in morte potius esse dicendi sunt quia illa cum uenerit aufert omnem corporis sensum quia ea propinquante molestus est. Ac per hoc quomodo morientes dicamus eos qui nondum mortui sunt sed imminente morte iam extrema et mortifera afflictione iactantur explicare difficile est etiam si recte isti appellantur morientes quia cum mors quae iam impendet aduenerit non morientes sed mortui nuncupantur. Nullus est ergo mo

riens nisi uiuens. qm cum in tanta est extremitate uite in quanta
sunt quos agere aiam dicimus profecto qui nondum aia caruit,
adhuc uiuit. Idem ipse igr simul et moriens est et uiuens morti ac
cedens uita cedens ad huc tamen in uita quia inest anima corpori,
non dum autem in morte. qa non dum abscessit a corpore. Sed cu
abcesserit nec tunc in morte sed post mortem potius erit. Quando sit
in morte quis dixerit. Nam neq; ullus moriens erit, si moriens et
uiuens simul esse non potest. Quadiu quippe aia in corpore e non
possumus negare uiuentem. Aut si moriens potius dicendus est in
cuius iam corpore agit ut moriatur nec simul quisq; pot esse uiuens
et moriens nescio quando sit uiuens;

De uita mortalium que mors potius q uita dicenda est; Capm. x.

Ex quo eni quisq; in isto corpore morituro esse cepit nunq in
eo non agit ut mors non ueniat. Hoc eni agit eius mutabili
tas toto tempore uite huius sine tn uita dicenda est ut
ueniatur in mortem. Nemo quippe e qui non ei post annum sit qm
ante annum fuit et cras q hodie et hodie q heri et paulo post q nuc
et nunc q paulo ante ppinquior. Quicqd temporis uiuit de spatio
uiuendi demit et quotidie fit minus minusq; quod restat. Ut omino
nihil sit aliud tempus uite huius q cursus ad mortem in quo nemo
uel paululum stare uel aliqnto tardius ire pmittit sed urgent omnes
pari motu nec diuerso impellunt accessu. Neq; eni cui uita breuior
fuit celerius diem duxit q ille cui longior. Sed cum equaliter et equa
lia momenta rapent ambobus alter habuit ppius alter remotius quo
non impari uelocitate ambo currebant. Aliud est aut amplius uie
peregisse aliud tardius ambulasse. Qui ergo usq; ad mortem pductio
ra spatia temporis agit non lentius pergit sed plus itineris conficit. Por
ro si ex illo quisq; incipit mori hoc est esse in morte ex quo in illo agi
cepit ipsa mors i. uite detractio. quia cum detrahendo finita fuit
post mortem iam erit in morte. Profecto ex quo esse incepit in hoc cor
pore in morte est. Quid eni aliud diebus horis momentisq; singulis
agit donec ea consumpta mors que agebat impleat et incipiat iam
tempus esse post mortem qd cum uita detraheret erat in morte. Nu
q igit in uita homo est ex quo e in isto corpore moriente potius q ui
uente. Si et in uita et in morte simul non pot esse an potius et in uita
et in morte simul e. in uita scilicet in qua uiuit donec tota detrahat.
In morte aut qui iam morit donec uita detrahit. Si eni non est in

uita quid est quod detrahit donec eius fiat pfecta consumatio;

A nquisquam simul uiuens esse possit et mortuus. Captlm. XI :

S i ante non est in morte qd est uite ipsa detractio: Non enim
frustra cum uita fuit corpori tota detracta post mortem iam
iam dicit nisi quia mors erat cum detraheret. Nam si ea detra
cta non est homo in morte. Si autem absurdum est ut hoiem anteqm
ad mortem perueniat iam dicamus esse in morte: cum enim propinquat
pagendo uite sue tpra. si iam in illa e maxime quia minus est insolens
ut simul et uiuens esse dicat et moriens cum uigilans et dormiens e sil
esse non possit. Querendum est qn erit moriens. Etenim anteqm mors
ueniat non est moriens sed uiuens. Cum uero mors uenerit mortuus
erit non moriens. Illud ergo est adhuc ante mortem. hoc iam post mor
tem. Quando ergo in morte tunc enim est moriens ut queadmodum tria
sunt cum dicimus ante mortem in morte post mortem ut singulis sin
gula uiuens moriens mortuusque reddant. Quando itaque sit moriens. i
in morte ubique neque sit uiuens qd est ante mortem neque mortuus qd e
post mortem sed moriens id est in morte difficillime definitur. Qmdiu
quippe est anima in corpore maxie si etiam sensus adsit procul dubio ui
uit homo qui constat ex anima et corpore. Ac per hoc adhuc ante mor
tem non in morte dicendus e. Cum uo anima abscesserit a corpore
omemque abstulerit corporis sensum iam post mortem mortuusque perhi
betur. Perit igitur inter utrumque quo moriens uel in morte sit qm si ad
huc uiuit ante mortem e si uiuere desinit iam post mortem est. Nun
qm igitur moriens i in morte esse comprehenditur. Ita etiam in transcur
su tempoꝝ queritur pns nec inuenitur quia spatio est per quod transitur
ex futuro in preteritum. Nonne ergo uidendum est ne ista ratione
mors corporis nulla esse dicatur. Si enim est qn est que in ullo et in qua
ullus esse non pot quando qdem si uiuitur adhuc non est qa hoc ante mor
tem est non in morte. Si autem uiuere iam cessatum e iam non est quia
et hoc post mortem e non in morte. Sed rursus si nulla mors e ante qd
uel post quid e qd dicitur ante morte siue post mortem. Nam et hoc ina
niter dicitur si nulla mors est. Atque utinam in padiso bene uiuendo egisse
mus ut re uera nulla mors esset. Nunc autem non solum e uerum tam
molesta est ut nec ulla explicari locutione possit nec ulla ratione uitari.

L oquamur ergo secdm consuetudinem. Non enim aliter debemus. Et dica
mus ante mortem priusqm mors accidat sicut scriptum est. Ante mor
tem ne laudes hoiem quemqm. Dicamus etiam cum acciderit post morte

illius uel illius factum est illud uel illud. Dicamus et de p̄riti t̄pre ut pos
sumus. Velut cum ita loquimur: moriens ille testatus est. et illis atq; illis
illud atq; illud moriens dereliquit. quãuis hoc nisi uiuens om̄no facere
non posset. et potius hoc ante mortem fecit non in morte. Loquamur
et sicut loquit̃ scriptura diuina quę mortuos quoq; non post mortem.
sed in morte esse non dubitat dicẽ. Hinc est enī illud qm̄ non est i mo
te qui memor sit tui. Donec enī reuiuiscant recte enī dicunt̃ in mõte.
sicut in somno esse quisq; donec euigilet dicit̃. Quãuis in somno positos
dicamus dormientes. nec tamen eo modo possumus dicẽ eos qui iam st̄
mortui morientes. Non enī adhuc moriunt̃ qui qn̄tum attinet ad cor
poris mortem de qua nunc disserimus iam sunt a corporibus separati.
Sed hoc est quod dixi explicari aliqua locutione non posse. quoniam m̃
uel morientes dicant̃ uiuere uel iam mortui et post morteꝫ adhuc ẽe
dicant̃ in morte. Quõ enim post mortem si adhuc in morte presertiꝫ
cum eos nec morientes dicamus. sicut eos qui in somno sunt dicimus
dormientes. et qui languore languentes. et qui in dolore utiq; dolentes.
et qui in uita uiuentes. at uõ mortui priusq̃m resurgant esse dicunt̃ in
morte. Nec tñ possunt appellari morientes. Vnde non importune neq;
incongrue arbitror accidisse. et si non humana industria iudicio for
tasse diuino. ut hoc uerbum quod est morit̃ in latina lingua nec gram
matici declinare potuerit ea regula qua cetera talia declinat̃. Namq;
ab eo qđ est oritur. fit uerbū preteriti t̄pris ortus est. et si qua similia sunt
per t̄pris preteriti participia declinant̃. Ab eo uõ quod est morit̃ si q̃ram
p̄teriti t̄pris uerbum responderi assolet mortuus est u lr̃a geminata. Sic
enī dicit̃ mortuus quõ fatuus arduus carduus conspicuus et si qua sunt
silia que non sunt p̄teriti t̄pris. Sed qm̄ nomina sunt sine t̄pre declinat̃.
Illud autem q̄si ut declinet̃ quod declinari non pōt pro participio p̄teriti
t̄pris ponit̃ nomen. Conuenienter itaq; factum est. ut queadmoduꝫ id
quod significat non pōt agendo. Ita ipsum uerbum non possit loquẽdo
declinari. Agi tñ potest in adiutorio gratię redemptoris nr̄i ut salteꝫ
secundam mortem declinare possimus. Illa est enī grauior et omium
maloꝝ pessima. quę non fit separatione aīe et corporis. sed in eternam
penam potius utriusq; complexu. Ibi econtrario non erunt hoīes ante
mortem atq; post mortem. sed semp in morte. Ac per hoc nunq̃ uiuẽtes
nunq̃m mortui. sed sine fine morientes. Nunq̃ enim erit homini peius
in morte q̄ ubi erit mors ipsa sine morte; Quam mortem primis pare
tibus deus si mandatum eius transgrederent̃ fuit comminatus; C. xiii;

Cum ergo requiritur quam mortem deus primis hominibus fuerit comminatus si ab eo mandatum transgrederentur acceptum nec obedientiam custodirent utrum anime an corporis an totius hominis an illam que appellatur secunda. Respondendum est omnes. Prima enim constat ex duabus ex omnibus tota. Sicut enim universa terra ex multis terris et universa ecclesia ex multis constat ecclesiis. Sic universa mors ex omnibus quoniam prima constat ex duabus una anime altera corporis: ut sit prima hominis totius mors cum anima sine deo et sine corpore ad tempus penas luit. Secunda vero ubi anima sine deo cum corpore penas eternas luit. Quando ergo dixit deus primo illi homini quem in paradiso constituerat de cibo vetito quacumque die comederitis ex illo morte moriemini non tantum prime mortis partem priorem ubi anima privatur deo nec tantum posteriorem ubi corpus privatur anima nec solam ipsam totam primam ubi anima et a deo et a corpore separata punitur. Sed quicquid mortis est usque ad novissimam que secunda dicitur qua est nulla posterior comminatio illa complexa est:-

Prevaricatio priorum hominum quam prius senserit penam; Capitulum .xiii.

Nam postea quam precepti facta transgressio est. Confestim gratia deserente divina de corporum suorum nuditate confusi sunt. Unde etiam foliis ficulneis que forte a perturbatis prima comperta sunt pudenda texerunt. que prius eadem membra erant sed pudenda non erant. Senserunt enim novum motum inobedientis carnis sue, tamquam reciprocam penam inobedientie. Iam quippe anima libertate in perversum propria delectata et ideo dedignata servire pristino corporis servitio destituebatur. Et quia superiorem dominum suo arbitrio deseruerat inferiorem famulum ad suum arbitrium non tenebat nec omnino habebat subditam carnem sicut semper habere potuisset si deo subdita ipsa mansisset. Tunc ergo cepit caro concupiscere adversus spiritum. cum qua controversia nati sumus trahentes originem mortis et in membris nostris vitiataque natura contentionem eius sive victoriam de prima prevaricatione gestantes; Qualiter homo sit factus a deo et in quam sortem deciderit sue voluntatis arbitrio; Capitulum .xiiii.

Deus enim creavit hominem rectum naturarum auctor non utique vitiorum. sed sponte depravatus iusteque damnatus depravatos damnatosque generavit. Omnes enim fuimus in illo uno quando omnes fuimus ille unus qui per feminam lapsus est in peccatum que de illo facta est ante peccatum. Nondum erat nobis singulatim crea

ta et distributa forma in qua singuli uiueremus. Sed iam erat natura
seminalis ex qua propagaremur quæ scilicet propter peccatum uiciata et
uinculo mortis obstricta iusteque damnata non alterius conditionis ho
mo ex homine nasceretur. Ac per hoc a liberi arbitrii malo usu series
calamitatis huius exorta est que humanum genus origine deprauata
uelut radice corrupta usque ad secunde mortis exitium que non habet
finem solis eis exceptis qui per dei gratiam liberantur miseriarum conne
xione perducit; Quod Adam peccans prius reliquerit deum.
quam relinqueretur a deo. Et primam fuisse animæ mortem a deo
recessisse: Capitulum. Decimum quintum:

Quam obrem etiã si in eo quod dictum est morte moriemini
quoniam non est dictum mortibus si eam solam intelligamus qua
fit cum anima deseritur sua uita quod illi deus est. Non enim
deserta est ut desereret sed ut desereretur deseruit. Ad malum quippe eius
prior eius uoluntas est. Ad bonum uero eius prior est uoluntas creatoris
eius siue ut eam faceret que nulla erat siue ut reficiat quia lapsa peri
erat etiam si ergo hanc intelligamus deum denuntiasse mortem in
eo quod ait. Qua die ederitis ex illo morte moriemini tamquam diceret
qua die me deserueritis per inobedientiam deseram uos per iustitiam.
P rofecto in ea morte etiã ceteræ due denuntiate sunt que procul dubio
fuerant secuture. Nam in eo quod inobediens motus in carne anime
inobedientis exortus est propter quem pudenda texerunt sensa est mors
una in qua deseruit animam deus. Ea significata est uerbis eius quando
timore demeriti sese abscondenti homini dixit. Adam ubi es: non
utique ignorando querens sed increpando admonens ut attenderet
ubi esset in quo deus non esset. Cum uero corpus anima ipsa deseruit
etate corruptum et senectute confectum uenit in experimentum mors
altera de qua deus peccatum adhuc puniens dixerat. Terra es et in terram
ibis. Ut ex his duabus mors illa prima que totius est hominis compleretur
quam secunda ultima sequitur nisi homo per gratiam liberetur. Neque enim
corpus quod de terra est rediret in terram nisi sua morte quod accidit
illi non deseritur sua uita id est anima. Unde constat inter christianos ue
raciter catolicam tenentes fidem etiam ipsam nobis corporis mortem non
lege nature qua nullam mortem homini deus fecit sed merito inflictam
esse peccati quoniam peccatum uindicans deus dixit homini in
quo tunc omnes eramus. Terra es et in terram ibis;

De philosophis qui anime separationem a corpore non putant esse

poenalem, cum plato inducat summum deum minoribus promit
tentem quod nunquam corporibus sint exuendi ; Capitulum · XVI ·

SEd philosophi contra quorum calumnias defendimus ciui
tatem dei hoc est eius ecclesiam sapienter sibi uidentur irridere
quod dicimus animae a corpore separationem inter penas eius esse
deputandam, quia uidelicet ei perfectam beatitudinem tunc illi fieri
existimant, cum omni prorsus corpore exuta ad deum simplex et sola
et quodam modo nuda redierit. Vbi si nihil quo ista refelleretur opinio
in eorum litteris inuenirem, operosius mihi disputandum esset quo de
monstrarem non corpus esse animae, sed corruptibile corpus onerosum.
Vnde illud est quod de scripturis nostris in superiore libro commemorauimus,
Corpus enim corruptibile aggrauat animam. Addendo utique corruptibile,
non qualicumque corpore sed qualecumque factum est ex peccato consequen
te uindicta animam perhibuit aggrauari. quod etiam si non addidisset
nihil aliud intelligere deberemus. Sed cum apertissime Plato deos
a summo deo factos habere immortalia corpora predicet, eisque ipsum deum
a quo facti sunt inducat pro magno beneficio pollicentem quod in ae
ternum cum suis corporibus permanebunt. Nec ab eis ulla morte soluentur.
Quid est quod isti ad exagitandam christianam fidem fingunt se nescire quod
sciunt. Aut etiam sibi repugnantes aduersum se ipsos malunt dicere, dum
nobis non desinant contradicere. Nempe Platonis hec uerba sunt, sic
ea Cicero in latinum uertit, quibus inducit summum deum, deos quos fe
cit alloquentem ac dicentem. Vos qui meo satu orti estis attendite, quo
rum operum ego parens effectorque sum. Hec sunt indissolubilia me inui
to quamquam omne colligatum solui potest, sed haud quoque bonum est
ratione iunctum uelle dissoluere. Sed quoniam estis orti immortales uos quidem
esse et indissolubiles non potestis, nec umquam tamen dissoluemini, nec
uos ulla mortis fata periment. Nec erunt ualentiora quam consilium me
um quod maius est uinculum ad perpetuitatem uestram quam illa quibus
estis cum gignebamini colligati. Ecce deos Plato dicit et corporis
et animae colligationes mortales et tamen immortales dei a quo facti sunt
uoluntate atque consilio. Si ergo animae pena est in qualicumque corpore
colligari quid est quod eos alloquens deus tamquam sollicitos ne forte mo
riantur id est dissoluantur a corpore, sed sua facit immortalitate securos non
propter eorum naturam que sit compacta non simplex, sed propter suam
inuictissimam uoluntatem qua potens est facere ut nec orta occidant,
nec connexa soluantur sed incorruptibiliter perseuerent. Et hoc quidem

utrum Plato uerum de sideribus dicat alia questio est. Neq; enim ei continuo concedendum est globos istos luminum siue orbiculos luce corporea super terram seu die seu nocte fulgentes suis quibusdam propriis animas uiuere easq; intellectualibus et beatis quod etiã de ipso uniuerso mũdo tanquam uno animali maximo quo cuncta cetera animalia contineantur instanter affirmat. Sed hec ut dixi alia questio est quã nunc discutiendam non suscipimus. Hoc tamen contra istos commemorandum putaui ut qui se platonicos uocari uel esse gloriantur cuius superbia nominis erubescunt esse christiani ne commune illis cum uulgo uocabulum uilem faciat palliatorum tanto magis inflatam quanto magis exiguam paucitatem. et querens quid in doctrina xpiana reprehendant exagitant eternitatem corporum tanquam hec sint inter se contraria ut beatitudinem queramus anime et eam semper esse uelimus in corpore uelut erumnoso uinculo colligatam. Cum eorum auctor et magister Plato donum a deo summo diis ab illo factis dicat esse concessum ne aliquando moriantur .i. a corporibus quibus eos connexuit separentur;

Contra eos qui asserunt terrena corpora incorruptibilia fieri et eterna non posse; Cap. xvii.

Contendunt etiã ista terrestria corpora sempiterna esse non posse cum ipsam uniuersam terram dei sui non quidem summi sed tamen magni id est totius mundi huius membrum in medio positum et sempiternum esse non dubitent. Cum ergo deus ille summus fecerit eis alterum quem putant deum .i. istum mundum ceteris diis qui infra eum sunt preferendum eum quem esse existimant animantem anima scilicet sicut asserunt rationali uel intellectuali in tam magna mole corporis eius inclusa ipsiusq; corporis tanquam membra suis locis posita atq; digesta quatuor constituerit elementa quorum iuncturam ne unquam deus eorum tam magnus moriatur insolubilem ac sempiternam uelint quid cause est ut in corpore maioris animantis tanquam medium membrum eterna sit terra et aliorum animantium terrestrium corpora si deus sicut illud uelit eterna esse non possint. Sed terre inquiunt terra reddenda est. Unde animalium terrestrium sumpta sunt corpora ex quo fit inquiunt ut ea sit necesse dissolui et mori et eo modo terre stabili ac sempiterne unde fuerunt sumpta restitui. Si quis hoc etiã de igne similiter affirmet ac dicat reddenda esse uniuersa igni corpora que inde sumpta sunt ut celestia fierent animalia. Nonne immortalitas quam talibus diis uelut deo summo loquente promisit Plato tanquam uiolentia disputationis huius intercidet. An ibi propterea non fit quia deus non uult cuius uoluntate

ut ait Plato nulla uis uincat. Quid ergo prohibet ut hoc etiam de terrestribus corporibus deus possit efficere. quandoquidem ut nec ea que orta sunt occidant nec ea que sunt uincta soluantur nec ea que sunt ex elementis sumpta reddantur atque ut anime in corporibus constitutae neumquam ea deserant et cum eis immortalitate ac sempiterna beatitudine perfruantur posse deum facere confitetur Plato. Cur ergo non possit ut nec terrestria moriantur. An deus non est potens quousque xpiani credunt?

Nimirum quippe consilium dei et potestatem potuerunt philosophi. Nec potuerunt nosse prophete. cum potius econtrario dei prophetas ad enuntiandam eius quantum dignatus est uoluntatem spiritus eius docuerit. philosophos autem in ea cognoscenda coniectura humana decepit. Verum usque adeo decipi debuerunt non solum ignorantia. sed magis etiam pertinacia. ut et sibi apertissime refragentur magnis disputationum uiribus asserentes anime ut beata esse possit non terrenum tantum sed omne corpus esse fugiendum. et deos rursus dicentes habere beatissimas animas et tamen eternis corporibus alligatas. celestes quidem igneis globis. Iouis autem ipsius animam quem mundum istum esse uolunt omnibus omnino corporibus elementis quibus hec tota moles a terra in celum surgit inclusam. Hanc enim animam Plato ab intimo terre medio quod geometre centron uocant et per omnes partes eius usque ad celi summa et extrema diffundi et extendi per numeros musicos opinatur. Ut sit mundus iste animal maximum beatissimum sempiternum cuius et perfectam sapientie foelicitatem teneret et corpus proprium non relinqueret. cuiusque corpus et in eternum ex illa uiueret et eam quamuis non simplex sed tot corporibus tantisque compactum hebetare atque tardare non posset. Cum igitur suspicationibus suis ista permittant cur nolunt credere diuina uoluntate atque potentia inmortalia corpora fieri posse terrena. in quibus anime nulla ab eis morte separate nullis oneribus aggrauate sempiterne ac feliciter uiuant quod deos suos posse asserunt in corporibus igneis. Iouemque ipsum eorum regem in omnibus corporibus elementis. Nam si animae beate ut beata sit corpus est omne fugiendum fugiant dii eorum de globis siderum. fugiat Iuppiter de celo et terra. Aut si non possunt miseri iudicentur. Sed neutrum isti uolunt qui neque a corporibus separationem audent dare diis suis ut nec eos mortales colere uideantur. Nec beatitudinis priuatione infoelices eos esse fateantur. Non ergo ad beatitudinem consequendam omnia fugienda sunt corpora sed corruptibilia molesta grauia moribunda non qualia fecit primis hominibus bonitas dei sed qualia esse compulit pena peccati;

De terrenis corporibus que philosophi firmant in celestibus esse nō
posse quia quod terrenum est naturali pondere uocat̃ ad terram ;

SEd necesse est inquiunt ut terre ¶ Capitulum ; xviii :]
na corpora naturale pondus uel in terra teneat uel cogat
ad terram . Et ideo in celo esse non . Primi quidem illi hoīes
in terra erant nemorosa atq; fructuosa que paradisi nomen obtinu
it . Sed quia et ad hoc respondendum est uel propter xp̄i corpus cum
quo ascendit in celum : uel propter sanctorum qualia in resurrectione fu
tura sunt . Intueant̃ paulo attentius pondera ipsa terrena . Si enī ars
humana efficit ut metallis que in aquis posita continuo submergū
tur quibusdam modis uasa fabricata etiam natare possint : quāto
credibilius et efficacius occultus aliquis modus operationis dei . Cuius oī
potentissima uoluntate Plato dicit nec orta interire nec colligata
posse dissolui . cum multo mirabilius incorporea corporeis q̄ quecunq;
corpora quibuscunq; corporibus copulentur : potest molibus prestare terrenis
ut nullo in ima pondere deprimant̃ ipsisq; animis perfectissime beatis
ut quāuis terrena tn̄ incorruptibilia iam corpora ubi uolunt ponant
et quomodo uolunt agant situ motuq; facillimo . An uero si hoc angeli
faciant ut quelibet animalia terrestria rapiant unde libet constituāt
unde libet eos non posse aut onera sentire credendum est . Cur ergo scōꝝ
perfectos et beatos diuino munere spūs sine ulla difficultate posse ferre
quo uoluerint et sistere ubi uoluerint sua corpora non credamus : Nūc
autem terrenoꝝ corpoꝝ sicut onera in gestando sentire consueuim9
q̄nto maior est q̄ntitas tanto fit maior & grauitas . ita ut plura ponde
ra q̄ pauciora plus premant . Membra tn̄ sue carnis leuius portat aīa
cum in sanitate robusta sunt : q̄ in languore cum macra sunt . Et cum
aliis gestantibus onerosior sit saluus et ualidus q̄ exilis et morbidus . ipse
tamen ad suū corpus mouendum atq; portandum agilior est cum in
bona ualitudine plus ht̄ molis : q̄ cum in peste uel fame minimum
roboris . Tantum ualet in habendis et terrenis corporibus quāuis adhuc
corruptibilibus atq; mortalibus non q̄ntitatis pondus sed temperationis
modus . Et quis uerbis explicat q̄ntum distet inter presentem quā dicim9
sanitatem et īmortalitatem futuram : Non itaq; nr̄am fidem redar
guunt ph̄i de ponderibus corpoꝝ . Nolo enī querere cur non credant
terrenum esse posse corpus in celo cum terra uniuersa libret̃ in nihilo .

Fortassis de ipso medio mundi loco eo q in eum coeant queq; grauio
ra etiā argumentatio uerisimilior habeat̃ . Illud dico . si dii minores

quibus inter animalia terrestria cetera et hominem faciendum cōmi
sit Plato. Potuerunt sicut dicit ab igne remouere urendi qualitates,
lucendi relinquere quae per oculos emicarent. Ita ne deo summo con
cedere dubitabimus cuius ille uoluntati potestatiq; concessit ne mo
riantur quę orta sunt et tam diuersa et tam dissimilia .i. corporea
et incorporea sibimet connexa nulla possint dissolutione seiungi ut
de carne hoīs cui donat immortalitatem corruptionem auferat, natu
ram relinquat, congruentiā figure mēbrorūq; detineat, detrahat po
deris tarditatem. Sed de fide resurrectionis mortuorum et de corporib;
eorum īmortalibus diligentius si deus uoluerit in fine huius operis
disserendum est; Contra eorum dogmata qui primos hoīes si non
peccassent immortales fuisse non credunt futuros; Capm. XIX :

NUnc de corporibus primorum hoīm quod instituimus explice
mus. qm nec mors ista quę bona perhibetur bonis et quę nec
tm paucis intelligentibus siue credentibus sed omnibus nota
est qua fit anime a corpore separatio qua certe corpus aīantis quod
euidenter uiuebat euidenter moritur eis potuisset accidere nisi peccati
meritum sequeretur. Licet enī iustorum ac piorum animę defunctorum
quod in requie uiuant dubitare fas non sit usq; adeo tn eis melius esset
cum suis corporibus bene ualentibus uiuere. Ut etiam illi qui omnimo
do esse sine corpore btissimum existiment hanc opinionem suā senten
tia repugnante conuincant. Neq; enī quisq̄ audebit illorum sapientes
homines siue morituros siue iam mortuos .i. aut carentibus corporib;
aut corpora relicturos diis immortalibus anteponere quibus deus sum
mus apud platonem munus ingens indissolubilem s. uitam .i. eternum
tn suis corporibus consortium pollicetur. Optime tn autem hominibus
agi arbitrabatur idem Plato si tn hanc uitam pie iusteq; peregerint
ut a suis corporib; separati in ipso piorū deorum qui sua corpora nunq̄
deserunt recipiantur sinu scilicet īmemores supera ut connexa reuiscat
Rursus et incipiant in corpora uelle reuerti. quod Virgilius ex platoni
co dogmate dixisse laudatur. Ita quippe aīas mortalium nec in suis cor
poribus semper esse existimat sed mortis necessitate dissolui nec sine
corporibus durare ppetuo sed alternantib; uicibus indesinenter uiuos
ex mortuis et ex uiuis mortuos fieri putat ut a ceteris hominibus hoc
uideantur differre sapientes quod post mortem feruntur ad sidera ut aliqn
diutius in astro sibi congruo quisq; requiescat atq; inde rursus mise
rię pristinę oblitus et cupiditate habendi corpus uictus redeat ad la

bores erumnasq; mortalium. Illi uero qui multam dixerunt uitam ad
corpora suis meritis debita siue hominum siue bestiarum de proximo reuolua
tur. In hac itaq; durissima conditione constituit et bonas atq; sapientes
animas quibus non talia corpora distributa sunt cum quibus semper atq;
inmortaliter uiuerent, ut neq; in corporibus permanere neq; sine his
possint in eterna puritate durare. De quo platonico dogmate iam in
libris superioribus diximus xpiano tempora erubuisse Porphyrium,
et non solum ab animis humanis remouisse corpora bestiarum uerum
etiam sapientium animas ita uoluisse de corporeis nexibus liberari ut cor
pus omne fugientes beate apud patrem sine fine teneantur. Itaq; ne a xpo
uinci uideretur uitam sanctis pollicente perpetuam et ipse purgatas animas
sine ullo ad miserias pristinas reditu in eterna felicitate constituit. Et
ut xpo aduersaretur resurrectionem incorruptibilium corporum negans,
non solum sine terrenis sed sine ullis omnino corporibus eas asseruit in
sempiternum esse uicturas. Nec tamen iste qualicumq; opinione precepit,
saltem ne diis corporatis religionis obsequio subderentur. Quid ita nisi
quia eas quamuis nulli corpori sociatas non credidit ille esse meliores. Quo
propter si non audebunt isti sicut eos ausuros esse non arbitror diis beatis
simis et tamen in eternis corporibus constitutis humanas animas anteponere:
Cur eis uidetur absurdum quod fides xpiana predicat et primos homines
ita fuisse conditos ut si non peccassent nulla morte a suis corporibus
soluerentur sed pro meritis obedientie custodite inmortalitate donati
cum eis uiuerent in eternum. et talia sanctos in resurrectione habituros
ea ipsa quibus hic laborauerunt corpora ut nec eorum carni aliquid
corruptionis uel difficultatis nec eorum beatitudini aliquid doloris et
infelicitatis possit accidere;

Quod caro sanctorum que nunc requiescat in spe in meliorem reparanda sit qualitatem quam fuit primorum hominum ante peccatum: Capitulum. XX:

Proinde nunc sanctorum animae defunctorum ideo non ha
beant grauem mortem qua separate sunt a corporibus suis quia
caro eorum requiescit in spe. quaslibet sine ullo iam sensu con
tumelias accepisse uideatur. Non enim sicut platoni uisum est corpora
obliuionem desiderant sed potius quia meminerunt quid sibi ab eo
promissum sit qui neminem fallit qui eis etiam de capillorum suorum inte
gritate securitatem dedit. resurrectionem corporum in quibus multa
dura perpessi sunt nihil in eis ulterius tale sensum desiderabiliter et
patienter expectant. Si enim carnem suam non oderant quando eam sue

menti infirmitate resistentes spiritali uite coercebant; Quanto magis eandem diligunt: et iam ipsam spiritalem futuram: Sicut enim spiritus carni seruiens non incongrue carnalis; Ita caro spiritui seruiens recte appellabitur spiritalis non quia in spiritum conuertetur sicut nonnulli putant ex eo quod scriptum est seminatur corpus animale resurgit corpus spiritale. sed quia spiritui summa et mirabili obtemperandi facilitate subdetur usque ad implendam inmortalitatis indissolubilis securissimam uoluntatem omni molestie sensu omni corruptibilitate atque tarditate detracta. Non solum enim non erit tale quale nunc est in quamuis optima ualitudine sed ne tale quidem quale fuit in primis hominibus ante peccatum qui licet morituri non essent nisi peccassent alimentis tamen ut homines utebantur nondum spiritalia sed adhuc animalia corpora terrena gestantes. que licet senio non ueterescerent ut necessitate perducerentur ad mortem. qui status eis de ligno uite quod in medio paradisi cum arbore uetita simul erat mirabili dei gratia prestabatur. Tamen et alios sumebant cibos preter unam arborem que fuerat interdicta non quia in ipsa erat malum sed propter commendandum pure et simplicis obedientie bonum que magna uirtus est rationalis creature sub creatore domino constitute. Nam ubi nullum malum tangebatur profecto si prohibitum tangeretur sola inobedientia peccabatur. Alebantur ergo aliis que sumebant ne animalia corpora molestie aliquid esuriendo ac sitiendo sentirent. De ligno autem uite propterea gustabatur ne mors eis undecumque subreperet. id est senectute confecta decursis temporum spatiis interirent. tamquam cetera essent alimento illud sacramento ut sic fuisse accipiatur lignum uite in paradiso corporali sicut spiritali hoc est intelligibili paradiso Sapientia dei de qua scriptum est lignum uite est amplectentibus eam;

De paradiso in quo primi homines fuerant quod recte possit significatione eius spiritale aliquid intelligi salua ueritate narrationis historie de corporali loco; Capitulum XXI

Unde nonnulli totum ipsum paradisum ubi primi homines parentes generis humani sacre scripture ueritate fuisse narrantur ad intelligibilia referunt arboresque illas et ligna fructifera in uirtutes uite moresque conuertunt tamquam uisibilia et corporalia illa non fuerint. sed intelligibilium significandorum causa eo modo dicta uel scripta sint quasi propterea non potuerit esse paradisus corporalis quia potest etiam spiritualis intelligi. Tamquam ideo non fuerint due mulieres Agar et Sarra. et ex his duo filii abrahe unus de ancilla alius de libera

quia duo testamenta in eis figurata dicit apostolus. Ut id quod de nulla petra
Moyse percuciente aqua defluxerit quia potest illic figurata significa
tione etiam Christus intelligi eodem apostolo dicente. Petra autem erat Christus.
Nemo itaque prohibet intelligere paradisum vita beatorum quatuor eius
flumina quatuor uirtutes. prudentiam fortitudinem temperantiam
atque iustitiam et ligna eius omnes utiles disciplinas. et lignorum fructus
mores piorum. et lignum uite ipsam beatorum omnium matrem sapientiam.
et lignum scientie boni et mali transgressi mandati experimentum.
penam enim peccatoribus bene utique quoniam iuste constituit deus. sed non
suo bono experitur homo. Possunt hec etiam in ecclesiam intelligi ut
ea melius accipiamus tamquam prophetica indicia precedentia futurorum.
paradisum scilicet ipsam ecclesiam sicut de illa legitur in cantico canticorum.
Quatuor autem paradisi flumina quatuor euangelia. ligna fructifera
sanctos. fructus autem eorum opera eorum. lignum uite sanctum sanctorum utique
Christum. lignum scientie boni et mali proprium uoluntatis arbitrium. Nec se
ipso quippe homo diuina uoluntate contempta nisi perniciose uti potest.
Atque ita discet quid intersit utrum inhereat communibus bono an proprio delectetur.
Se quippe amans docet sibi ut inde timoribus merroribusque completus
cantet in psalmo si tamen mala sua sentit. Ad me ipsum turbata est anima
mea. Correctusque iam dicat. Fortitudinem meam ad te custodiam.
Hec et si qua alia commodius dici possunt de intelligendo spiritualiter pa
radiso nemine prohibente dicantur. dum tamen et illius historie ueritas fide
lissima rerum gestarum narratione commendata credatur.

De corporibus sanctorum post resurrectionem que sic spiritualia erunt
ut non in spiritum caro uertatur. Capitulum XXII.

Corpora ergo iustorum que in resurrectione futura sunt. neque
ullo ligno indigebunt. quo fiat ut nullo morbo uel senectute
inueterata moriantur. neque ullis aliis corporalibus alimentis
quibus esuriendi ac sitiendi qualiscumque molestia deuitetur. quoniam certo
et omnimodo inuiolabili munere immortalitatis induentur ut non
nisi uelint possibilitate non necessitate uescantur. Quod angeli quoque
uisibiliter et tractabiliter apparentes non quia indigebant. sed quia
uolebant et poterant ut hominibus congruerent sui ministerii quadam
humanitate fecerunt. Neque enim in fantasmate angelos edisse creden
dum est quando eos homines hospitio susceperunt. quamuis utrum angeli
essent ignorantibus cum simili nobis indigentia uesci uiderentur. Unde
est quod ait angelus in libro Tobie. Videbatis me manducare. sed uisu

uro uidebatis .i. necessitate reficiendi corporis sicut uos facitis me cibum
summere putabatis. Sed si forte de angelis aliud credibilius disputari
pot. certe fides xpiana de ipso saluatore non dubitat quod etiã post resur-
rectionem iam quidem in spũali carne. sed tñ uera cibum ac potum cũ
discipulis sumpsit. Non enĩ potestas sed egestas edendi ac bibendi ta-
libus corporibus auferetur. Vnde et spũalia erunt non quia corpora
esse desistent. sed spiritu uiuificante subsistent;

Quid intelligendum sit de corpore spũali. Et qui moriuntur in a-
dam. Qui uero uiuificantur in xpo: — capitulum XXIII:

NAm sicut corpora ista quae hñt animam uiuentem nondum
spm̃ uiuificantem, ãlia dicunt corpora, nec tñ aĩe sunt, sed
corpora; ita illa spũalia uocant corpora. absit tamen ut spũs
ea credamus futura. sed corpora carnis habitura substantiam. sed nullã
tarditatem corruptionemque carnalem, spũ uiuificante passura. Tunc iam
non terrenus sed celestis homo erit, non quia corpus quod de terra fa-
ctum est non ipm̃ erit, ut etiã celo incolendo non amissa natura: sed mu-
tata qualitate conueniat. Primus homo de terra terrenus in animam
uiuentem factus est non in spm̃ uiuificantem quod ei per obedientie me-
ritum seruabatur. ideo corpus est quod cibo ac potu egebat ne fame affi-
ceretur ac siti, et non immortalitate illa absoluta atque indissolubili sed ligno
uite a mortis necessitate prohibebatur. atque in iuuentute perplexa teneba-
tur non spũale sed aĩale fuisse non dubium, nequaquam tñ moriturum,
nisi in predicentis minantisque sniam delinquendo corruisset et alimentis
quidem et paradisi non negatis, a ligno tñ uite prohibitus esset, tpre
uetustateque finiendus in ea dumtaxat uita, quã in corpore licet aĩali,
donec spũale obedientie merito fieret, posset in paradiso nisi peccasset
hre perpetuam. Qua propter etiã si mortem istam manifestam qua fit aĩae
a corpore separatio. intelligamus simul significatam in eo quod deus dixe-
rat. Qua die edetis ex eo morte moriemini non ideo debet absurdum
uideri quia non eo prorsus die a corpore sunt soluti quo cibum interdictum
mortiferum que sumpserunt. Eo quippe die mutatum in deterius uitia-
taque natura a ligno uite separatione iustissima, mortis in eis et corporalis
necessitas facta est cum qua nos necessitate nati sumus. propter quod aplũs nõ
ait, Corpus quidem non moritur propter peccatum. sed ait. Corpus quidem
mortuum est propter peccatum. Spũs autem uita propter iustitiam. Deinde
subiungit. Si autem spũs eius qui uiuificauit xpm a mortuis habitat in
nobis, qui suscitauit xpm a mortuis uiuificabit et mortalia corpora

nra per inhabitantem spm in nobis. Tunc ergo erit corpus in spm uiuifi
cantem. quod nunc est in aiam uiuentem. et tamen mortuu dicit apls.
qd ante moriendi necessitate constrictum est. Tunc aute ita erat in aiam
uiuentem. qmuis in spm non uiuificantem. ut tn mortuum dici no recte
posset. quia nisi pperatione peccati necessitatem moriendi hre non posset.
Cum uo et dicendo adam ubi es mortem significauit aie quae facta est
illo deserente. et dicendo terra es et in terram ibis mortem significauerit
corporis quae illi fit ab eo aia discedente. Propterea de morte secunda
nihil dixisse credendus est. qa occultam esse uoluit pp dispensationem
testamenti noui ubi secunda mors apertissime declaratur. ubi prius ista
mors prima quae cois est omibus proderetur ex illo uenisse peccato quod
in uno coe factum est omib. Mors uero secunda non utiq p comunis
ppter eos qui scdm ppositum uocati sunt quos ante presciuit et predesti
nauit sicut ait apls. Conformes fieri imagini filii sui ut sit ipse pmo
genitus in multis fribus. quos secunda morte per mediatorem dei gra
liberauit. In corpore ergo aiali primum hoiem sic factum apls loquitur.
Volens eni a spirituali quod in resurrectionem futurum e. hoc qd nunc
est aiale discernere. seminatur inquit in corruptione. surgit in incorru
ptione. seminatur in contumelia. surgit in gloria. seminatur in infirmi
tate. surgit in uirtute. seminatur corpus aiale. surgit corpus spuale. De
inde ut hoc probaret. Si est inquit corpus aiale. est et spuale. Et ut
quid esset aiale corpus ostenderet. sic inquit est scriptum. factus est
primus homo in aiam uiuentem. Isto igitur modo uoluit ostendere qd
sit corpus aiale. quamuis scriptura non dixerit de homine primo qui
est appellatus adam. qn illi anima flatu dei creata e. et factus est homo
in corpore aiali. sed factus est homo in aiam uiuentem. In eo qd scriptu
est. factus est primus homo in aiam uiuentem. uoluit apls intelligi.
corpus hois animale. Spuale autem quemadmodum intelligendum esset
ostendit addendo. Nouissimus uero adam in spu uiuificantem. pcul du
bio xpm significans. qui iam ex mortuis ita resurrexit ut mori deinceps
omino non possit. Denique sequitur et dicit sed non primum quod spuale
est. sed quod aiale. postea quod spuale. Ubi multo apertius declarauit
se aiale corpus insinuasse in eo quod scriptum est factum esse primum
hominem in aiam uiuentem. Spualem autem in eo quod ait. nouissi
mus adam in spu uiuificantem. Prius est eni aiale corpus quale habuit
primus adam. quamuis non moriturum nisi peccasset. quale nunc habemus
et nos hactenus eius mutata uitiataque natura quatenus in illo posteaque

peccauit effectum est· unde hr̄et iam moriendi necessitatē. Tale pro nobis
etiā christus primitus hr̄e dignatus est· non quidem necessitate· sed pote
state. Postea uero spūale quale iam precessit in christo tanq̄ in capite nr̄o·
secuturum est aūt in membris eius in ultima resurrectione mortuorum.
A diungit deinde apl̄us duoꝝ istorum hoīm euidentissimā differentiā
dicens. primus homo de terra terrenus· secundus homo de celo celestis·
qualis terrenus tales et terreni qualis celestis tales et celestes. Et quō in
diuinis imaginem terreni· induamus etiā imaginem eius qui de celo ē.
H oc apl̄us ita posuit ut nunc quidē in nobis secundum sacramentum
regn̄ationis fiat· sicut alibi ait. Quotquot in christo baptizati estis xp̄ꝫ
induistis. Re aūt ipsa tunc perficietur· cum et in nobis quod est aīale
nascendo· spūale factum fuīt resurgendo. Vt enī eius itidem uerbis utar
spe salui facti sumus. Induimus autem imaginem terreni hoīs ꝓpaga
tione preuaricationis et mortis quā nobis intulit gn̄atio. Sed induimus
imaginem celestis hominis gratia indulgentię uitę q; ꝑpetuę· qd̄ nobis
regeneratio· non nisi per mediatorem dei et hoīm hominem christum
iesum· quē celestem hoīem uult intelligi quia de celo uenit· ut terrenę
mortalitatis corpore uestiret· qd̄ celesti immortalitate uestiret. Celestes
uero ideo appellat et alios· quia fiunt per grām membra eius· ut cum illis
sit unus xp̄us· uelut caput et corpus· hoc in eadem epistola euidentius
ita ponit· per hoīem mors et per hominem resurrectio mortuoꝝ. Sicut
enī in adem oms̄ moriuntur· sic et in xp̄o omnes uiuificabunt. Iam uti
q; in corpore spūali quod erit in spiritu uiuificante· non quia omnes
qui in adam moriunt· membra erunt xp̄i. Ex illis enī multo plures sedā
in eternum morte plectent. Sed ideo dictum est oms̄ atq; omnes· quia
sicut nemo corpore spūali nisi in xp̄o uiuificatur. Proinde nequaquā
putandum est nos in resurrectione tale corpus habituros quale habuit
primus homo ante pcc̄m. Nec illud quod dictum ē qualis terrenus·
tales et terreni· scd̄m illud intelligendum est· quod factum est admis
sione peccati. Non enī existimandum ē eum priusq̄m peccasset spūale
corpus habuisse et peccati merito in aīale mutatum. Vt enī hoc putet
parum attendunt tanti uerba doctoris· qui. Si est et corpus aīale· est et
spūale· sicut scriptum ē· factus est primus homo adam in aīam uiuen
tem. Nunquid hoc post pcc̄m factum est· cum sit ista hominis pri
ma conditio. De qua beatissimus Paulus ad corpus animale mon
strandum hoc testimonium legis assumpsit;

Qualiter accipienda sit uel insufflatio in qua primus homo factus est.

in anima uiuente uel in illa quam dominus fecit dicens accipite
spiritum sanctum : Capitulum · xxiiii :

Unde et illud parum considerare quibusdam uisum est, in eo
quod legitur. Inspirauit deus in faciem eius spiritum uitae et factus est
homo in animam uiuentem. Non tunc primo animam homini
datam sed eam quae iam inerat spiritu sancto uiuificatam. Mouet enim
eos quod dominus iesus postquam resurrexit a mortuis inflauit dicens discipulis
suis. accipite spiritum sanctum. Unde tale aliquid factum existimant.
quale tunc factum est quasi et hoc secutus euangelista dixerit. et facti
sunt in animam uiuentem. Quod quidem si dictum esset hoc intelligeremus
quia animarum quaedam uita sit spiritus dei sine quo animae rationales
mortuae deputandae sunt quamuis earum praesentia uiuere corpora uideantur.
Sed non ita factum esse quando est conditus homo satis ipsa libri uerba
testantur quae ita se habent. Et formauit deus hominem puluerem de terra.
Quod quidam planius interpretandum putantes dixerunt. Et finxit
deus hominem de limo terrae, quoniam superius dictum fuerat. Fons autem
ascendebat de terra. et irrigabat omnem faciem terrae. ut ex hoc limus
intelligendus uideretur humore scilicet terraque concretus. Ubi enim hoc
dictum est continuo sequitur. Et formauit deus hominem puluerem de
terra sicut greci codices habent. Unde in latinam linguam scriptura ipsa
conuersa est. Siue autem formauit siue finxit quis dicere uoluerit. quod
grece dicitur ephasen ad rem nihil interest. Magis tamen proprie dicitur
finxit. Sed ambiguitas uisa est deuitanda eis qui formauit dicere maluerunt
eo quod in latina lingua illud magis obtinuit consuetudo ut hi
dicantur fingere qui aliquid mendacio simulante componunt. Hunc
igitur formatum hominem de terrae puluere siue limo. Erat enim puluis humectus.
Hunc inquam ut expressius dicam sicut scriptura locuta est puluerem
de terra animale corpus factum esse docet apostolus cum animam
accepit. et factus est iste homo in animam uiuentem. Iam inquiunt habebat
animam. alioquin non appellaretur homo quoniam homo non est corpus
solum uel anima sola. sed quod ex anima constat et corpore. Hoc quidem
uerum est quod non totus homo sed pars melior hominis anima est. nec
totus homo corpus sed inferior hominis pars est. sed cum est utrumque coniunctum
simul habet hominis nomen. Quod tamen et singula non amittunt
etiam cum de singulis loquimur. Quis enim dicere prohibetur quotidiani quadam
lege sermonis ille homo defunctus est uel in penis cum anima sola
possit hoc dici. Et illo aut illo loco homo ille sepultus est cum hoc nisi

de solo corpore non possit intelligi? An dicturi sunt sic loqui scripturam
non solere diuinam. Immo uero illa ita nobis in hoc attestatur ut etiam
cum duo ista coniuncta sunt et uiuit homo tamen etiam singula hominis
uocabulo appellet animam scilicet interiorem hominem corpus autem exteriorem
hominem uocans tamquam duo sint homines tamen simul utrumque sit homo
unus. Sed intelligendum est secundum quid dicatur homo ad imaginem dei
et homo terra iturus in terram. Illud enim secundum animam rationalem dicitur
qualem deus inflando uel si commodius dicitur inspirando indidit homini
id est hominis corpori. Hoc autem secundum corpus qualem hominem deus
finxit ex puluere cui data est anima ut fieret corpus animale id est homo
in animam uiuentem. Quapropter in eo quod dominus fecit quando insuffla-
uit dicens accipite spiritum sanctum nimirum hoc intelligi uoluit quod
spiritus sanctus non tantum sit patris uerum etiam ipsius unigeniti spiritus. Idem
ipse est quippe spiritus patris et filii cum quo est trinitas pater et filius
et spiritus sanctus non creatura sed creator. Neque enim flatus ille corpo-
reus de carnis ore procedens substantia erat spiritus sancti atque natura sed
potius significatio qua intelligeremus ut dixi spiritum sanctum patri esse
filioque communem quia non sunt eis singulis singuli sed unus am-
borum est. Semper autem iste spiritus in scripturis sanctis graeco uoca-
bulo pneuma dicitur sicut eum et hoc loco christus appellauit quando eum
corporali sui oris flatu significans discipulis suis dedit et locis omnibus
aliis diuinorum eloquiorum non mihi aliter umquam nuncupatus occurrit.

Hic uero ubi legitur et finxit deus hominem puluerem de terra et inflauit
siue inspirauit in faciem eius spiritum uitae non ait grecus pneuma quo so-
let dici spiritus sanctus sed pnoen quod nomen in creatura quam in crea-
tore frequentius legitur. Unde nonnulli etiam latini propter differentiam hoc
uocabulum non spiritum sed flatum appellare maluerunt. Hoc enim
est in greco etiam in illo loco apud Isayam ubi deus dicit omnem flatum
ego feci omnem animam sine dubitatione significans quod itaque grece
pnoen dicitur nostri aliquando flatum aliquando spiritum aliquando spirationem
aspirationem quando etiam dei dicitur interpretati sunt. pneuma uero numquam
nisi spiritum siue hominis de quo ait apostolus quis enim scit hominum quae
sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est. Siue pecoris sicut in Salo-
monis libro scriptum est. Quis scit si spiritus hominis ascendat sursum in ce-
lum et spiritus pecoris descendat deorsum in terra. Siue istum corporeum qui
etiam uentus dicitur. Nam eius hoc nomen est ubi in psalmo cantatur ignis
grando nix glacies spiritus tempestatis. Siue iam non creatum sed creatorem

Sicut est de quo dicit dominus in euangelio. Accipite spiritum scm. eum cor
porei sui oris flatu significans. Et ubi ait. Ite baptiçate omnes gentes in
nomine patris et filii et spus sancti. Vbi ipsa trinitas excellentissime et eui
dentissime commendata est. Et ubi legitur deus spiritus est. Et aliis pluri
mis sacrarum litterarum locis. In his quippe omnibus testimoniis scriptu
rarum quantum ad grecos attinet non pnoen uidemus scriptum esse sed
pneuma. Qntum autem ad latinos non flatum sed spm. Quapropter in
eo quod scriptum est. Inspirauit uel si magis proprie dicendum est. In
sufflauit in faciem eius spiritu uite, si grecus non pnoen sic ibi legit.
sed pneuma posuisset. Nec sic esset consequens ut creatorem spiritum
qui proprie dicit in trinitate spus scus. intelligeremus. qnquidem pneuma
ut dictum est non solum de creatore sed etiam de creatura dici solere
manifestum est. Sed cum dixisset inquiunt spiritum non adderet uite.
nisi illum spm sanctum uellet intelligi. Et cum dixisset factus e homo
in aiam uiuentem non adderet uiuentem nisi anime uita significaret,
quae illi diuinitus impartit dono spiritus dei. Cum eni uiuat anima i
quiunt proprio sue uite modo qd erat opus addere uiuentem nisi ut
ea uita intelligeret que illi per spm sanctum datur. Hoc quid e aliud
nisi diligenter pro humana suspitione contendere et scripturas sanctas
negligenter attendere. Quid eni magnum erat non ire longius. sed in eo
dem ipso libro paulo superius lege. Producat terra aiam uiuentem qn
aialia terrestria cuncta creata sunt. Deinde aliqntis interpositis in eode
tamen ipso libro quid magnum erat aduertere quod scriptum e. Et
omia quae hnt spiritum uite et omnis qui erat super aridam mortuus
est. cum insinuaret omnia quae uiuebant in terra perisse diluuio. Si ergo
et aiam uiuentem et spiritum uite et in pecoribus inuenimus sicut loq
scriptura diuina consueuit et cum hoc quoq; loco ubi legit omia que
habent spm uite non grecus pneuma sed pnoen dixit. Cur non dici
mus quid opus erat ut adderet uiuentem cum anima nisi uiuat esse
non possit. Aut quid opus erat addere uite cum dixisset spm. Sed intel
ligimus aiam uiuentez et spm uite scriptura suo more dixisse cu aialia
i. animata corpora uellet intelligi quib; inesset per aiam perspicuus iste
et corporis sensus. In hominis aute conditione obliuiscemur. queadmo
dum loqui scriptura consueuerit cum suo prorsus more locuta sit quo
insinuaret hoiem etia rationali anima accepta quam non sicut aliaru
carnium aliquis ex terra producentibus sed deo flante creatura uoluit
intelligi. sic tamen factum ut in corpore aiali quod fit aia in eo uiuente.

: Sicut illa :

sicut illa animalia uiuerent, de quibus dixit producat anima terra uiuentem et quę itidem dixit habuisse in se spm uitę. ubi etiā greco non dixit pneuma sed pnoen non utiq; spiritum scm sed eorum aiām tali exprimens nomine. Sed enim dei flatus inquiunt dei ore exisse intelligitur quem si aiām crediderimus consequens erit ut eiusdem fateamur esse substantię. partemq; illius sapię que dicit. Ego ex ore altissimi prodii. Non quidem dixit sapientia ore dei efflatam se fuisse. sed ex ore eius prodisse. Sicut aut̄ nos possumus non de nr̄a natura qua homines sumus. sed de isto aere circumfuso quē spirando ac respirando ducimus ac reducimus flatum facere cum sufflamus. Ita omnipotens deus non de sua natura neq; subiacenti creatura. sed etiā de nihilo potuit facere flatum. quē corpori hominis inserendo inspirasse uel insufflasse conuenientissime dictus est incorporeus incorporeum. sed inmutabilis mutabilem quia non creatus creatum. Verum tn̄ ut sciant isti qui de scripturis uolunt et scripturarum locutiones non aduertunt non hoc solum dici exire ex ore dei quod est equalis eiusq; naturę audiant uel legant quod deo dante scriptum ē. quod tepidus es et neq; calidus neq; frigidus incipiam te reicere ex ore meo. Nulla itaq; causa est cur apertissime loquenti resistamus aplō. ubi spūali corpore corpus aiale discernens. i. ab illo in quo futuri sumus hoc ē in quo nunc sumus ait. seminatur corpus aiale. surget corpus spūale. Si est corpus aiale est et spūale. Sic scriptū est. Factus est primus homo adam in aiām uiuentem. nouissimus adam in spm uiuificantem. sed non solum quod spūale est. sed quod aiale postea spūale. Primus homo de terra terrenus. secundus homo de cęlo cęlestis. qualis terrenus tales et terreni. et qualis cęlestis tales et cęlestes. Et quō induimus imaginem eius qui de cęlo est. De quib; omnibus aplicis uerbis superius locuti sumus. Corpus igit̄ aiale in quo primum hominē adam factum esse dicit aplus. sic erat factum non ut mori omnino non posset. sed ut non moreretur nisi homo peccasset. Nam illud qd spiritu uiuificante spūale erit mori omnino non poterit. sicut anima creata ē inmortalis. quę licet peccato mortua phibeatur. carens quadam sua hoc est dei spū quo etiā sapienter et beate uiuere poterat tn̄ ppria quadam licet misera uita sua non desinit uiuere quia inmortalis est creata. Sicut etiā desertores angeli licet scdm quendam modum mortui sint peccando quia fontem uitę deseruerunt qui ds̄ est. quē potando sapienter et beate poterant uiuere tn̄ non sic mori potuerunt ut omnimodo desisterent uiuere atq; sentire quoniam

imortales creati sunt. Atq; ita in scdam mortem post ultimā precipitabunt quando quidem etiam sensu cum in doloribus futuri sunt non carebunt. Sed homines ad dei grām ptinentes ciues sanctorum angelorum in beata uita manentium ita spūalibus corporibus induent, ut neq; peccent amplius neq; moriant. ea tñ immortalitate uestiti, q̄ sicut angelorum nec peccato possit auferri natura quidē manente carnis sed nulla omnino carnali corruptibilitate uel tarditate remanente. Sequit aut questio necessario pertractanda et dño deo ueritatis adiuuante soluenda si libido membrorū ex peccato inobiētie in illis primis hominibꝰ cum illos diuina gratia deseruisset exorta est. Vnde in suam nuditatem oculos aperuerunt. i. eam curiosius aduerterunt et quia impudens motus uoluntatis arbitrio resistebat pudenda texerunt quō essent filios ꝓpagaturi sicut creati fuerant, si sine preuaricatione mansissent. Sed quia et liber iste claudendus est nec tanta ista questio in sermonis angustias coartanda in eū qui sequit commodiore dispositione differtur.

Incipiunt capitula libri Quarti decimi. Aurelii Augustini doctoris eximii Hypponensis episcopi De Ciuitate dei.

QVARTVS DECIMVS · LIBER · BEATI · AVGVSTINI · DE · CIVITATE · DEI · LIBER · INCIPIT · :

Per inobedientiam primi hominis in secunde mortis perpetuitate ruituros fuisse nisi multos dei gratia liberaret : Capitulum · i ·

Diximus iam superioribus libris ad genus humanum non solum nature similitudine sociandum uerum etiam quadam cognationis uicissitudine in unitatem concordem pacis uinculo colligandum ex homine uno uoluisse deum homines instituere · Neque hoc genus fuisse in singulis quibusque moriturum · Nisi duo primi quorum creatus est unus ex nullo, alter ex illo id inobedientia meruissent a quibus admissum est tam grande peccatum ut in deterius eo natura mutaretur humana · etiam in posteros obligatione peccati et mortis necessitate transmissa · Mortis autem regnum in homines usque adeo dominatum est ut omnes quoque in secundam mortem cuius nullus est finis pena debita precipites ageret · nisi inde quosdam indebita dei gratia liberaret · Ac per hoc factum est ut cum tot tanteque gentes per terrarum orbem diuersis ritibus moribusque uiuentes multiplici linguarum armorum uestium sint uarietate distincte · non tamen amplius quam duo quedam genera humane societatis existerent · quas ciuitates duas secundum scripturas nostras merito appellare possemus · Vna quippe est hominum secundum carnem altera secundum spiritum uiuere in sui cuiusque generis pace uolentium · et cum id quod expetunt assequantur in sui cuiusque generis pace uiuentium ;

De uita carnali quæ non ex corpore tantum sed etiam ex animi intelligenda sit uitiis : Capitulum · Secundum ·

Prius ergo uidendum est quid sit secundum spiritum uiuere · Quisquis enim hoc quod diximus prima fronte inspicit uel non recolens uel minus aduertens quemadmodum scripture sancte loquantur · potest putare philosophos quidem epicureos secundum carnem uiuere quia summum bonum hominis in corporis uoluptate posuerunt · Et si iam alii sunt qui quoquo modo corporis bonum summum esse hominis opinati sunt · et eorum omne uulgus qui non aliquo dogmate uel eo modo philosophant

sed procliues ad libidinem nisi ex uoluptatibus quas corporeis sensibus ca
piunt gaudere nesciunt. Stoicos aūt qui summum bonum hominis in aīo
ponunt scdm spm uiuere quia et hominis animus qd est nisi sps. Sed
sicut loquit scriptura diuina scdm carnem uiuere utriq; monstrantur.
Carnem quippe appellat non solum corpus terreni atq; mortalis animatis
ueluti cum dicit. Non omīs caro eadem caro alia quidem hominis a
lia aūt caro pecoris alia uolucrum alia piscium. Sed aliis multis mo
dis significatione huius nominis utitur inter quos uarios locutionis
modos sepe etiā ipsum hominem .i. naturam hōis carnem nūcupat
modo locutionis a parte totum quale est ex opibus legis non iustificabi
tur omnis caro. Quid enī uoluit intelligi nisi omnis homo. quod ap
tius paulo post ait. In lege nemo iustificabit. Et ad Galatas ait. Scien
tes autē quia non iustificabit homo ex opibus legis. Scdm hoc intel
ligit et uerbum caro factum est .i. homo quod non recte accipientes
quidam putauerunt xpo humanam aīam defuisse. Sicut enim a
toto pars accipit. Vbi Marie magdalene uerba in euangelio legunt
dicentis. Tulerunt dnm meum et nescio ubi posuerunt eum. Cum de
sola xpi carne loqueret quam sepultam de monumento putabat ob
latam. Item et a parte totum carne noiata intelligit homo sicut ea
sunt que supra commemorauimus. Cum igit multis modis modis
quos perscrutari et colligere longum est diuina scriptura nuncupet
carnem. quid sit scdm carnem uiuere qd profecto malum ē cum ipsa
carnis natura non sit malum ut indagare possumus. Inspiciamus dili
genter illum locum eple Pauli apli quam scripsit ad galatas ubi ait.
Manifesta autem sunt opera carnis que sunt fornicationes inmūditie
luxurie idolorum seruitus ueneficia inimicitie contentiones emula
tiones animositates dissentiones hereses inuidie ebrietates comesatio
nes et his silia que predico uobis sicut predixi. quia qui talia agūt
regnū dei non possidebunt. Iste totus epistole aplice locus qntum ad
rem ptinere satis esse uidebit consideratus poterit hanc dissoluere qsti
onem. Quid sit scdm carnem uiuere. In opibus nanq; carnis que ma
nifesta esse dixit eaq; commemorata damnauit non illa tm memi
nimus que ad uoluptatem ptinet carnis sicuti sunt fornicationes
inmunditie luxurie ebrietates commessationes. uerum etiā illa qbus
animi uitia demonstrant a uoluptate carnis aliena. Quis enī seruitu
tem que idolis exhibetur ueneficia inimicitias contentiones emula
tiones animositates dissentiones hereses inuidias non potius itelligat

animi uitia esse quam carnis quandoquidem fieri potest ut propter idolatriam uel heresis alicuius errorem a uoluptatibus corporis temperet. Tunc homo quamuis carnis libidinis continere atque prohibere uideatur. secundum carnem tamen uiuere et apostolica auctoritate conuincitur. et in eo quod abstinet a uoluptatibus carnis damnabilia opera carnis agere demonstratur. Quis inimicitias non in animo habeat. Aut quis ita loquatur ut inimico suo uel quem putat inimicum dicat malam carnem ac non potius malum animum habes aduersus me. Postremo sicut carnalitates ut ita dicam si quis audisset non dubitaret carni tribuere. Ita nemo dubitat animositates ad animum pertinere. Cur ergo et hec omnia et his similia doctor gentium in fide et ueritate opera carnis appellat nisi quia eo locutionis modo quo totum significatur a parte ipsum hominem uult nomine carnis intelligi. Quod si quis tantum dicit carnem causam esse in malis moribus quorumcumque uitiorum eo quod anima carne affecta sic uiuit. profecto non uniuersam hominis naturam diligenter aduertit.

Nam corpus quidem corruptibile aggrauat animam. Unde etiam idem apostolus agens de hoc corruptibili corpore de quo paulo ante dixerat et si exterior homo noster corrumpitur. scimus inquit quia si terrena nostra domus huius habitationis resoluatur edificationem habemus ex deo domum non manu factam eternam in celis. Et enim in hoc ingemiscimus habitaculum nostrum quod de celo est superindui cupientes si tamen et indui non nudi inueniamur. Et enim qui sumus in hac habitatione ingemiscimus grauati in quo nolumus spoliari sed superuestiri ut absorbeatur quod mortale est a uita. Et aggrauamur ergo corruptibili corpore et ipsius aggrauationis causam non naturam substantiamque corporis. sed eius corruptionem scientes nolumus corpore spoliari sed eius immortalitate uestiri. Et tunc enim erit sed quia corruptibile non erit non grauabit. Aggrauat ergo nunc animam corpus corruptibile et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Uerumtamen qui omnia mala anime ex corpore putant accidisse in errore sunt;

Peccati causam ex anima non ex carne prodisse. Et corruptionem ex peccato contractam non peccatum esse sed penam :~ Capitulum : iii :~

Quamuis enim Virgilius platonicam uideatur luculentis uersibus explicare sententiam dicens. Igneus est ille fulgor et celestis origo. Seminibus quantum non noxia corpora tardant. Terrenique hebetant artus moribundaque membra. omnesque

illas notissimas quatuor animi perturbationes, cupiditatem timorem letitiam tristitiamque; origines omnium peccatorum atque uitiorum uolens intelligi ex corpore accidere subiungat et dicat. Hinc metuunt cupiuntque dolentque gaudentque. Nec auras suscipiunt clause tenebris et carcere ceco. Tamen se aliter habet fides nostra. Nam corruptio corporis que aggrauat animam non peccati primi est causa sed poena. Nec caro corruptibilis animam peccatricem. sed anima peccatrix fecit esse corruptibilem carnem, ex qua corruptione carnis licet existant quedam irritamenta uitiorum et ipsa desideria uitiosa. non tamen omnia uite inique uitia tribuenda sunt carni ne ab his omnibus purgemus dyabolum qui non habet carnem. Et si enim diabolus fornicator uel ebriosus uel si quid huiusmodi mali est quod ad carnis pertinet uoluptates non potest dici cum sit etiam talium peccatorum suasor et instigator occultus. Est tamen maxime superbus atque inuidus que illum uitiositas sic obtinuit ut propter hanc esset in carceribus caliginosi huius etheris eterno supplicio destinatus. Hec autem uitia que tenent in diabolo principatum carni tribuit apostolus. quem certum est dyabolum non habere. dicit enim inimicitias contentiones emulationes animositates inuidias opera carnis esse. Quorum omnium malorum caput atque origo superbia que sine carne regnat in diabolo. Quis autem illo est inimicitior sanctis. Quis aduersus eos contentiosior. animosior et magis emulus atque inuidus inuenitur. Et hec omnia cum habeat sine carne quomodo sunt ista opera carnis, nisi quia sunt opera hominis que sicut dixi nomine carnis appellat. Non enim habendo carnem quam non habet dyabolus sed uiuendo secundum se ipsum hoc est secundum hominem factus est homo similis dyabolo quia et ille secundum se ipsum uiuere uoluit. quando in ueritate non stetit ut non de dei sed de suo mendacium loqueretur qui non solum mendax uerum etiam mendacii pater est. Primus quippe est mentitus. et a quo peccatum ab illo coepit esse mendacium;

Quid sit secundum hominem. Quid sit secundum deum uiuere; Capitulum iiii

Cum ergo uiuit homo secundum hominem non secundum deum similis est dyabolo quia nec angelo secundum angelum sed secundum deum uiuendum fuit ut staret in ueritate et ueritatem de illius non de suo mendacium loqueretur. Nam et de homine alio loco idem apostolus ait. Si autem ueritas dei etiam in meo mendacio abundauit. nostrum dixit mendacium ueritatem dei. Cum itaque uiuit homo secundum ueritatem non uiuit secundum se ipsum sed secundum deum. Deus enim qui

dixit. Ego sum ueritas. Cum uero uiuit scdm se ipm. hoc est scdm ho
minem non scdm deum. profecto scdm mendacium uiuit. non qa
homo ipse mendacium est. cum sit eius autor & creator deus. qui nō
est utiq; autor creatorq; mendacij. sed quia homo ita factus ē rectus.
ut non scdm se ipm: sed scdm eum a quo factus est uiueret. i. illius po
tius q̃ suam faceret uoluntatem. Non ita uiuere quemadmodum fact9
est ut uiueret. hoc ē mendacium. Beatus quippe uult esse. etiam nō
sic uiuendo ut possit esse. Quid est ista uoluntate mendacius? Vnde
non frustra dici pōt omne peccatum esse mendacium. Non enim fit
peccatum nisi ea uoluntate qua uolumus ut bene sit nobis. uel nolu
mus ut bene sit nobis. ergo mendacium est nobis: quod cum fit ut bn̄
sit nobis. hinc potius male est nobis. uel cum fit ut melius sit nobis. hic
potius peius est nobis. Vnde hoc nisi quia de deo pōt bene esse homini
quē delinquendo deserit. non de se ipso scdm quem uiuendo delin
quit? Quod itaq; diximus hinc extitisse duas ciuitates. diuersas inter
se atq; contrarias qđ alii scdm carnem uiuerent. alij scdm spiritum.
Potest etiam isto modo dici qđ alij scdm hoīem alij scdm deū uiuant.
Apertissime quippe ad corinthios dicit. Cum sit inter uos emulatio et cō
tentio nonne carnales estis et scdm hominem ambulatis. Qđ est ergo
ambulare scdm hoīem. hoc est esse carnalem. qđ a carne. i. a parte
hominis intelligit᷑ homo. Eosdem quippe ipsos dixit superius aīales.
quos postea carnales ita loquens. Quis enī scit inquit hoīu3 que sunt
hominis nisi spūs hominis qui in ipso est. Sic et que dei sunt nemo
scit. nisi spūs dei. Nos autem inquit non spm̄ huius mundi accepim9.
sed spiritum qui ex deo est ut sciamus que a deo data sunt nobis. q̃
et loquimur. non in sapientię humanę doctis uerbis. sed docti spū.
spūalibus spūalia comparantes. Aīalis autem homo non pcipit ea q̃
sunt spūs dei. Stultitia est enī illi. Talibus igit᷑. i. aīalib9 paulo post di
cit. Et ego fratres non potui loqui uobis quasi spūalibus. sed quasi cā
nalibus. Et illud ex hoc eodem loquendi modo. i. a parte totum. et
ab aīa quippe et a carne que sunt partes hoīs. potest totum signifi
cari quod est homo. Atq; ita non est aliud aīalis homo aliud carna
lis. sed idem ipsum ē utrunq; i. scdm hoīem uiuens homo. sicut non
aliud q̃m homines significantur. siue ut legit᷑. Ex opibus legis non
iustificabit᷑ omnis caro. Siue qđ scriptum est. Septuaginta quinque
animę descenderunt cū Iacob in ægyptum. Et ibi enī per omnē car
nem oīs homo. Et ibi per septuaginta quinq; aīas homines intelligunt.

Et quod dictum est. non in sapientie humane doctis uerbis potuit dici
carnalis, sicut quod dictum est secundum hominem ambulatis potuit dici
secundum carnem. Magis autem hoc apparuit in his que subiunxit. Cum enim
quis dicat. ego quidem sum Pauli. alius autem ego apollo nonne homines
estis. Quod prius dicebat animales estis et carnales estis, expressius dixit
homines estis. quod est secundum hominem uiuitis non secundum deum. secundum
quem si uiueretis dii essetis;

Quod corporis animeque natura tollerabilior quedam platonicorum
quam manicheorum sit opinio sed et ipsam reprobandam quam uitiorum causa
nature carnis ascribit: Capitulum. Quintum.

Non igitur opus est in peccatis uitiisque nostris ad creatoris iniuriam
carnis causari naturam que in genere atque ordine suo bona est.
sed deserto creatore bono uiuere secundum creatum bonum non est
bonum siue quisque secundum carnem siue secundum animam siue secundum hominem
qui ex anima constat et carne. Unde et nomine solius anime et nomine
solius carnis significari potest, eligat uiuere. Nam qui uelut summum
bonum laudat anime naturam, et tamquam malum naturam carnis
accusat. profecto et animam carnaliter appetit, et carnem carnaliter
fugit. quoniam id uanitate sentit humana non ueritate diuina. Non
quidem platonici sicut Manichei desipiunt ut tamquam mali naturam ter-
rena corpora detestentur. cum omnia elementa quibus iste mundus ui-
sibilis contrectabilisque compactus est qualitatesque eorum deo artifici tri-
buant. Verum tamen ex terrenis artubus moribundisque membris sic affici animas
opinantur. ut hinc eis sint morbi cupiditatum et timorum et letitie siue
tristitie. quibus quatuor uel perturbationibus ut Cicero appellat uel pas-
sionibus ut plerique uerbum e uerbo greco exprimunt, omnis humanorum
morum uitiositas continetur. Quod si ita est. quid est quod Eneas apud Vir-
gilium cum audisset a patre apud inferos animas rursus ad corpora re-
dituras. Hanc opinionem miratur exclamans. O pater. anne aliquas
ad celum hinc ire putandum est. Sublimes animas iterumque ad tarda reuerti.
Corpora? que lucis miseris tam dira cupido? Numquid nam hec tam
dira cupido ex terrenis artubus moribundisque membris adhuc inest animarum
illi predicatissime puritati? Nonne ab huiusmodi corporeis ut dicit
pestibus omnibus eas asserit esse purgatas cum rursus incipiunt in cor-
pora uelle reuerti? Unde colligitur et si ita se haberet quod est omnino
uanissimum, uicissim alternans incessabiliter euntium atque redeuntium
animarum mundatio et inquinatio non potuisse ueraciter dici omnes

culpabiles atque uitiosos motus animarum eis ex terrenis corporibus in
olescerent. Siquidem secundum ipsos illa ut locutor nobilis ait dira cupi
do usque adeo non est ex corpore ut ab omni corpore a peste purga
tam et extra omne corpus animam constitutam ipsam esse compellat
in corpore. Unde etiam illis fatentibus non ex carne tantum afficitur anima
ut cupiat metuat letetur egrescat uerum etiam ex se ipsa his potest
motibus agitari; **De qualitate uoluntatis humane cuius iudicio
affectiones animi aut praue habentur aut recte :~ Capitulum · VI ·**

Interest autem qualis sit uoluntas hominis, quia si peruersa est,
peruersos habebit hos motus. Si autem recta est non solum
inculpabiles uerum etiam laudabiles erunt. Voluntas est quippe
in omnibus, immo omnes nihil aliud quam uoluntates sunt. Nam quid
est cupiditas et letitia nisi uoluntas in eorum consensione que uolumus.
Et quid est metus atque tristitia nisi uoluntas in dissensione ab eis que
nolumus. Sed cum consentimus appetendo ea que uolumus cupiditas,
cum autem consentimus fruendo eis que uolumus letitia uocatur. Itemque cum
dissentimus ab eo quod nolentibus accidit talis uoluntas tristitia est.
Et omnino pro uarietate rerum que appetuntur atque fugiuntur sicut alli
citur uel offenditur uoluntas hominis ita in hos uel illos affectus mutatur
et uertitur. Qua propter homo qui secundum deum non secundum hominem uiuit,
oportet ut sit amator boni. Unde fit consequens ut malum oderit. Et
quoniam nemo natura sed quisque malus est uitio malus est. Perfectum odi
um debet malis qui secundum deum uiuit. ut nec propter uitium oderit
hominem nec amet uitium propter hominem sed oderit uitium amet ho
minem. Sanato enim uitio totum quod amare nihil autem quod debeat odis
se remanebit; **Amorem et dilectionem indifferenter et in bono et in
malo apud sacras litteras inueniri :~ Capitulum · VII ·**

Nam cuius propositum est amare deum et non secundum hominem sed
secundum deum amare proximum sicut etiam se ipsum; Procul dubio propter
hunc amorem dicitur uoluntatis bone. que usitatius in scriptu
ris sanctis caritas appellatur. sed amor quoque secundum easdem sacras litteras
dicitur. Nam et amatorem boni apostolus dicit esse debere quem regem de
populo precepit eligendum. Et ipse dominus Petrum apostolum interrogans cum
dixisset diligis me plus quam hii. ille respondit domine tu scis quia amo te. Et
iterum quesiuit non utrum amaret sed utrum diligeret eum Petrus. At
ille respondit iterum. Domine tu scis quia amo. Tertia uero interrogatione et
ipse Iesus non ait diligis me sed amas me. Ubi secutus ait euangelista

Contristatus est petrus quia dixit ei tertio amas me. cum dñs non tertio sed
semel dixerit amas me. bis autē dixerit diligis me. Vnde intelligimus
quia etiā cum dicebat dñs diligis me nihil aliud dicebat quā amas me. Pe
trus autē non mutauit unius huius rei uerbum sed etiā tertio. Domine
inquit tu omīa scis. tu scis quia amo te. Hoc propterea commemorandū
putaui. quia non nulli arbitrantur aliud esse dilectionem siue carita
tem aliud amorem. Dicunt enī dilectionem accipiendam in bono. a
morem in malo. Sic autē nec ipsos auctores secularium litterarum locutos
esse certissimū est. Sed uiderint phī utrū uel qua rōe ista discernant.
Amorem tñ eos in bonis rebus et erga ipm deum magni pendē libri eo
rum satis loquunt. Sed scripturas religionis nrē quarum auctoritatē
ceteris omnibus litteris anteponimus non aliud dicē amorem aliud di
lectionem uel caritatē insinuandum fuit. Nam et amorem in bono
dici iam ostendimus. Sed ne quis existimet amorē quidē et in bono et
in malo. dilcōem autem non nisi in bono esse dicendam illud attendat
quod in psalmo scriptum ē. Qui autē diligit iniquitatem odit aīam
suam. Et illud Ioannis apłi. Si quis dilexerit mundū non ē dilectio
patris in illo. Ecce in uno loco dilectio et in bono et in malo. Amor ē autē
in malo quia in bono iam ostendimus. Ne quisquā flagitet legat quod
scriptum est. Erunt enī homines seipsos amantes amatores pecuniæ.
Recta itaque uoluntas est bonus amor. et uoluntas peruersa malus amor.
Amor ergo inhians hr̄e quod amat cupiditas est. Id autē habens eoque fru
ens letitia. Fugiens quod ei aduersatur timor est. Idque si acciderit tristitia
est. Proinde mala sunt ista si malus est amor. bona si bonus. Quod di
cimus de scripturis probemus. Concupiscit apłus dissolui et esse cum
xpo. Et concupiuit anima mea desiderare iudicia tua. Vel si accom
modatius dicit. Desiderauit anima mea concupiscere iudicia tua. Et
concupiscentia sapiē perducit ad regnū. hoc tñ loquendi obtinuit cō
suetudo. ut si cupiditas uel concupiscentia dicat. nec addat cuius rei
sit non nisi in malo possit intellegi. Letitia in bono est. Letamini in
dño et exultate iusti. et dedisti letitiam in cor meū. adimplebis me
letitia cum uultu tuo. Timor in bono est apud apłm ubi ait. Cum ti
more et tremore urām ipsorum salutem operamini. et noli altum sape
sed time. Et timeo autē ne sicut serpens euam seduxit astutia sua. sic
et urē mentes corrumpant a castitate quē est in ipso. De tristitia autē
quā cicero magis egritudinem appellat. dolorem autē Virgilius ubi
ait dolentque gaudentque. sed ideo malui tristitiam dicē quia egritudo

uel dolor usitatius in corporibꝰ dicit̃ scrupulosior questio ē utrum in
ueniri possit in bono ; De tribus perturbationibus quas in aīo sapien
tes stoici esse uoluerunt exclusis dolore siue tristitia quam uirtus
animi sentire non debeat ; — Caplm . viii :

Quas enī greci appellant eupacias . Latine aūt Cicero constanti
as nominauit . Stoici tres esse uoluerunt pro tribus pturbati
onibus in animo sapientis . pro cupiditate uoluntatem . p
letitia gaudium pro metu cautionem pro egritudine uero uel do
lore quam nos uitande ambiguitatis gratia tristitiam maluimus
dicere negauerunt esse posse aliquid in animo sapientis . Voluntas
quippe inquiunt appetit bonum quod facit sapiens . Gaudiū de
bono adepto est , quod ubiq; adipiscit̃ sapiens . Cautio deuitat ma
lum quod debet sapiens deuitare . Tristitia porro quia de malo ē
quod iam accidit . Nullum aūt malum existimant posse accidē
sapienti . nihil in eius animo pro illa posse dixerunt . Sic ergo illi
loquunt̃ ut uelle gaudere cauere negent nisi sapientem . stultū
autem non nisi cupere letari metuere contristari et illas tres esse
constantias . Has aūt quatuor pturbationes scdm̄ Ciceronē . scdm̄
aūt plurimos passiones . Grece aūt ille tres sicut dixit appellantur
eupatie . Iste aūt quatuor pathe . Hec locutio utrū scripturis sācis
congruat . Cum quererē qntum potui diligētē illud inueni quod
ait pphēta . Non est gaudere impiis dicit dominus tanq̄ impii gale
tari possint potius q̄ gaudere de malis quia gaudiū pprie bonoꝝ
et piorum ē . Item illud in euangelio . Quecunq; uultis ut faciant
uobis homines hec uos facite illis ita dcm̄ uidet̃ tanq̄m nemo possit
aliqd male uel turpiter uelle sed cupe . Denuq; pꝑter consuetudinē
locutionis non nulli interpretes addiderūt bona et ita īnpretati
sunt quecunq; uultis ut faciant uobis homines bona . Cauendum
enī putauerunt ne quisq̄ inhonesta uelit sibi fieri ab hominibꝰ . Vt
de turpioribus taceam certe luxuriosa conuiuia in quibus se si et
ipse illis faciat hoc preceptum existimet impleturū . Sed in greco
euangelio unde in latinum translatum est non legit̃ bona sed q̄
cunq; uultis ut faciant uobis hoīes hec et uos facite illis . Credo pp
ea quia in eo q̄ dixit uultis iam uoluit intelligi bona . Non enī ait
cupitis . Non tñ semper his pprietatibꝰ locutio nr̃a frenanda ē sed
interdum his utendum ē . et cum legibus eos quoꝝ auctoritati
resultare fas non est ibi sunt intelligendi ubi rectus sensus alium

exitum non potest inuenire. sicut ista sunt quę exempli gratia. partim
ex ꝓpheta, partim ex euangelio commemorauimus. Quis enim nescit
impios exultare letitia. et tamen non est gaudere impiis dicit dominus.
Vnde nisi quia gaudere aliud est quā ꝓprie signateq; hoc uerbum ponit.
Item quis negauerit non recte precipi hōībus ut quecunq; ab aliis sibi
fieri cupiunt hęc eis et ipsi faciant, ne se inuicem turpitudine illicite
uoluntatis oblectent. Et tn̄ saluberrimū uerissimūq; preceptum ē que
cunq; uultis ut faciant uobis hōīes eadem et uos facite illis. Et hoc unde:
nisi quia hoc loco, modo quodam ꝓprio uoluntas posita est, quæ in
malo accipi non pōt. Locutione uero usitatiore, quā frequentat maxīe
consuetudo sermonis, non utiq; dicētur noli uelle mentiri omīe men
dacium nisi esset uoluntas mala, a cuius prauitate illa distinguitur
quā predicauerūt angeli dicentes. Pax in terra hominibꝫ bone uolunta
tis. Nam ex habundanti adhibitum est bone, si esse non pōt nisi bona.
Quid aūt magnum in caritatis laudibꝫ dixisset aplūs quod non gau
deat super iniquitate, nisi quia malignitas gaudet, et apud auctores
secularium litterarū, talis istoꝝ uerboꝝ indifferentia rep̄itur. Ait enī
Cicero orator amplissimus. Cupio patres conscripti me esse clementem,
quia id uerbum in bono posuit. Quis tam peruerse doctus existat,
qui non eum cupio sed uolo potius dicere debuisse contendat. Porro
apud Terentium flagitiosus adolescens insana flagrans cupidine,
nihil uolo aliud inquid nisi philomenam, quā uoluntatem fuisse
libidinem, responsio que ibi serui eius sanioris inducit' satis indicat.
Ait namq; dn̄o suo. Qn̄to satius est te id dare operam, quo istum amorem
ex animo admoueas tuo, q̄d loqui quo magis libido frustra accenda
tur tua. Gaudium u̇o eos et in malo posuisse ille ipse Virgilianus testis
est uersus, ubi has quatuor ꝑturbationes summa breuitate complexus.
Hinc metuunt cupiuntq; dolentq; gaudentq;. Dixit etiā idem auctor
mala mentis gaudia. Proinde uolunt cauent gaudent et boni et
mali. Atq; ut eadem aliis uerbis enuntiemus cupiunt timent letant'
boni et mali, sed illi bene, et illi male. sicut hominibꝫ seu recta seu
peruersa uoluntas est. Ipsa quoq; tristitia, pro qua stoici nihil in animo
sapientis inueniri posse putauerunt. rep̄itur in bono et maxīe apud
nr̄os. Nam laudat aplūs corinthios qꝫ contristati fuerunt scd̄m deū.
Sed fortassis quis dixerit illis aplm̄ fuisse congratulatum, qd̄ contristati
fuerunt poenitendo qualis tristitia nisi eoꝝ qui peccauerunt esse nō
potest. Ita enī dicit. Video quod epistola illa, et si ad horam cōtristauit

uos nunc gaudeo non quia contristati estis, sed quia contristati estis in penitentia. Contristati enim estis secundum deum ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quae enim secundum deum est tristitia, penitentiam in salutem operatur; mundi autem tristitia mortem operatur. Ecce enim id ipsum secundum deum contristari quantam perficit in nobis industriam. Ac per hoc possunt stoici pro suis partibus respondere, ac per hoc uideri utilem esse tristitiam ut peccasse peniteat. In animo autem sapientis ideo esse non posse, quia nec peccatum in eum cadit, cuius penitentia contristetur, nec ullum aliud malum quod perpetrando et sentiendo sit tristis. Nam et Alcibiadem ferunt, si me de nomine hominis memoria non fallit, cum sibi beatus uideretur, Socrate disputante et ei quam miser esset quia stultus esset demonstrante, fleuisse. Huic ergo tristitia fuit causa etiam huius utilis optandeque tristitiae, qua homo esse se dolet quod esse non debet. Stoici autem non stultum sed sapientem aiunt tristem esse non posse. Verum his philosophis, quod ad istam questionem de animi perturbationibus attinet, iam respondimus in nono huius operis libro, ostendentes eos non tam de rebus quam de uerbis cupidiores esse contentionis quam ueritatis; · Capitulum · IX ·

De perturbationibus animi quarum affectus rectos habet uita iustorum;

Apud nos autem iuxta scripturas sanctas sanamque doctrinam ciues sancte ciuitatis dei in huius uitae peregrinatione secundum deum uiuentes metuunt cupiuntque dolentque gaudentque. Et quia rectus est amor eorum, istas omnes affectiones rectas habent. Metuunt penam eternam, cupiunt uitam eternam. dolent in re, quia ipsi in semet ipsis adhuc ingemiscunt adoptionem expectantes redemptionem corporis sui. Gaudent in spe, quia fiet sermo qui scriptus est: absorta est mors in uictoriam. Item metuunt peccare, cupiunt perseuerare, dolent in peccatis, gaudent in operibus bonis. Vt enim metuant peccare, audiunt: Quoniam abundauit iniquitas, refrigescet caritas multorum. Vt cupiant perseuerare, audiunt quod scriptum est: Qui perseuerauerit usque in finem hic saluus erit. Vt doleant in peccatis, audiunt: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus et ueritas in nobis non est. Vt gaudeant in operibus bonis, audiunt: Hilarem datorem diligit deus. Item sicuti se infirmitas eorum firmitasque habuerit, metuunt tentari, cupiunt tentari, dolent in tentationibus, gaudent in tentationibus. Vt enim metuant tentari, audiunt: Si quis preoccupatus fuerit in aliquo delicto, uos qui spiritales estis instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, intendens te ipsum ne et tu tenteris. Vt autem cupiant tentari, audiunt quendam

uirum fortem ciuitatis dei dicentem. Proba me dn̄e et tenta me. ure renes meos et cor meum. Vt doleant in temtationibus uident Petrum flentem. Vt gaudeant in temtationibus audiunt Iacobum dicentem. Omne gaudium existimate fratres mei cum in temtationes uarias incideritis. Non solum autem ꝓpter se ipsos his mouent̄ affectibus uerū etiā ꝓpter eos quos liberari cupiunt. Et ne pereant metuunt et dolent si pereunt et gaudent si liberant̄. Illum quippe optimū et fortissimum uirū qui in suis infirmitatibꝰ gloriat̄ ut eum potissimum cōmemoremus, qui in ecclia xp̄i ex gentibus uenit doctor gentiū in fide et ueritate, qui et plus omnibus suis coaplīs laborauit et pluribus eplīs populos dei non eos tm̄ qui p̄ntes ab illo uidebant̄ uerum et illos qui futuri p̄uidebant̄ instruxit. Illum inq̄m uirum athletam xp̄i doctum ab illo unctum ab illo crucifixū cum illo gloriosum in illo in theatro huiꝰ mundi cui spectaculum factus est et angelis et hominibus legitime magno agone certantem et palmam sup̄ne uocatione in anteriora sectantem. oculis fidei libentissime spectant gaudere cū gaudentibus flere cum flentibus foris habentem pugnas intus timores cupientem dissolui et esse cum xp̄o desiderantem uidere romanos ut aliquē fructum hēat et in illis sicut et in ceteris gentibus emulantem corinthios et ipsam emulationem metuentem ne seducant̄ eoꝝ mentes a castitate quę est in xp̄o. Magnam tristiam et continuum dolorem cordis de israhelitis qđ ignorantes dē iustitiam et suam uolentes constituē iustitię dei non essent subiecti. Nec solum dolorem. uerū etiā luctum suū denuntiante quibusdam qui peccauerūt et non egerūt penitentiā super inmunditia et fornicationibus suis. Hi motus hi affectus de amore boni et de sancta caritate uenientes si uitia uocanda sunt non minus ea que uere uitia sunt uirtutes uocent̄. Sed cum rectam rationem sequantur iste affectiones qn̄ ubi oportet adhibent̄. quis eas tunc morbos seu uitiosas passiones audeat dicē. Q̄obrem etiam ipse dn̄s in forma serui agere uitam dignatus est, sed nullum hns omnino pccm adhibuit eas ubi adhibendas esse iudicauit. Neq; eni in quo uerus hominis corpus et uerus hominis animus falsus erat humanus affectus. Cum ergo eius in euangelio ista referant̄ qđ super duritia cordis iudeoꝝ cum ira contristatus sit, qđ dixerit gaudeo ꝓpt uos ut credatis qđ Lazarum suscitaturus et lacrymas fuderit qđ concupiuīt cum discipulis suis manducare pascha qđ ꝓpinquante passione tristis fuit anima eius. Non falso utiq; referuntur. Verū etiā ille

hos motus certe dispensationis gratia cum uoluit suscepit aĩo humano
ut cum uoluit factus est homo. Proinde quod fatendum est etiã cum
rectas et scdm deum hẽmus has affectiones huius uitę sunt non illius
quã futuram speramus et sepe illis etiã inuiti cedimus. Itaq; aliqndo
quãuis non culpabili cupiditate sed laudabili caritate moueamur
et dum nolumus flemus. Habemus ergo has ex humanę conditionis
infirmitate. Non autẽ ita dñs iesus cuius et infirmitas fuit ex ptate.
sed dum uitę huius infirmitatem gerimus. Si eas omnino nullas habe
amus tunc potius non recte uiuimus. Vituperabat enĩ et detestabat̃ apls
quosdam quos etiã esse dixit sine affectione. Culpauit et illos psalm9
de quibꝰ ait. Sustinui qui simul contristaret̃ et non fuit. Nam oĩno nõ
dolere dum sumus in hac miseria pfecto sicut quidam apud seculi hui9
litteratos sensit et dixit non sine magna mercede contingit imanitatis ĩ
aĩo stuporis in corpore. Quocirca illa quę apathia grece dicit̃ quę si la
tine posset impassibilitas diceretur si ita intelligenda est in aĩo quippe nõ
in corpore accipitur ut sine his affectionibꝰ uiuat̃ quę contra rõem ac
cidunt mentemq; pturbant. Bona plane et maxĩe optanda ẽ sed nec
ipsa huius est uitę. Non enĩ qualiumcũq; hoĩm uox est sed maxĩe pior̃
multumq; iustor̃ atq; scõrum. Si dixerimus qm pccm non habemus
nos ipsos seducimus et ueritas in nobis non est. Tunc itaq; apathia ista erit
qn peccatum nullum in hoĩe erit. Nunc uo satis bene uiuit̃ sine crimine.
sine pcco autẽ quis se uiuere existimat non id agit ut pccm non habeat
sed ut ueniam non accipiat. Porro si apathia illa dicenda ẽ cum aĩm
contingere oĩno non pot ullus affectus quis hunc stuporem non oĩbꝰ
uitiis iudicet esse peiorem. Potest ergo non absurde dici pfectam be
atitudinem sine stimulo timoris et sine ulla tristitia futuram. Non ibi
aut futurum amorem gaudiũq; quis dixit nisi oĩmodo a ueritate se
clusus. Si aũt apathia illa ẽ ubi nec metus ullus exterret nec angit do
lor auersanda est in hac uita si recte hoc est scdm deum uiuẽ uolum9
In illa uero beata que sempit̃na promittit̃ plene speranda ẽ. timor nan
q; ille de quo dicit apls Ioannes timor non est in caritate sed pfecta
caritas foras mittit timorem qa timor penam hẽt qui aũt timet non ẽ
pfectus in caritate. Non eius generis timor est cuius ille quo timebat
Apostolus Paulus ne corinthii serpentina seducerent̃ astutia. Hunc timo
rem habet caritas. immo non hẽt nisi caritas sed illius gñis est timor qui
non est in caritate de quo et ipse aplus Paulus ait. Non enĩ accepistis
spiritum seruitutis iterum in timore. Timor uo ille castus pmanens in

seculum seculi, erit et in futuro seculo. Nam quo alio modo potest intelligi permanere in seculum seculi? Non est timor exterrens a malo quod accidere potest, sed tenens in bono quod amitti non potest. Ubi enim boni adepti amor immutabilis est, profecto si dici potest, mali cavendi timore securus est. Timoris quippe casti nomine ea voluntas significata est, qua nos necesse erit nolle peccare, et non sollicitudine infirmitatis, ne forte peccemus: sed tranquillitate caritatis cavere peccatum. Aut si nullius omnino generis timor esse poterit in illa certissima securitate perpetuorum feliciumque gaudiorum. Sic est dictum: timor domini castus permanens in seculum seculi, quemadmodum dictum est: patientia pauperum non peribit in eternum. Neque enim eterna erit ipsa patientia, que necessaria non est, nisi ubi toleranda sunt mala. Sed eternum erit quo per patientiam pervenitur. Ita fortasse timor castus in seculum seculi dictus est permanere, quia id permanebit quo timor ipse perducit. Que cum ita sint, quoniam recta via ducenda est, qua perveniendum sit ad beatam: omnes affectus istos vita recta rectos habet, perversa perversos. Beata vero eademque eterna amorem habebit et gaudium non solum rectum, verum et certum, timorem autem ac dolorem nullum.

Unde utrumque apparet, ut cumque tales esse debeant in hac peregrinatione et cives civitatis dei secundum spiritum non secundum carnem, hoc est secundum deum non secundum hominem, et quales in illa quo tendunt immortalitate futuri sunt. Civitas porro, id est societas impiorum, non secundum deum sed secundum hominem viventium, et in ipso cultu falso contemptuque vere divinitatis doctrinas hominum demonumve sectantium, his affectionibus pravis tamquam morbis et perturbationibus quatitur. Et si quos cives habet qui moderari se a talibus motibus et eos quasi temperare videantur, sic in pietate superbi et elati sunt, ut hoc ipso sint in eis maiores timores, quo minores dolores.

Et si non nulli tanto maiore quanto rariore vanitate, hoc in se ipsis adamaverunt, ut nullo prorsus erigantur et excitentur, nullo flectantur atque inclinentur affectu, humanitatem totam potius amittunt, quam veram assequuntur tranquillitatem. Non enim quia durum aliquid, ideo rectum, aut quia stupidum est, ideo sanum.

An primos parentes in paradiso constitutos ullis perturbationibus prius quam delinquerent affectos fuisse credendum sit. Capitulum. X.

Sed utrum primus homo vel primi homines (duorum erat quippe coniugium) habebant istos affectus in corpore animali ante peccatum, quales in corpore spiritali non habebimus omni purgato finitoque peccato, non inmerito queritur. Si enim habebant, quomodo

erant beati in illo memorabili btitudinis loco .i. paradiso. Quis tandē absolute dici btūs potest. qui timore afficitur uel dolore. Quid autem timere aut dolere poterant illi hōies in tantorum tanta affluentia bonorum. ubi nec mors metuebatur nec ulla corporis ualitudo. nec aberat quicquam quod bona uoluntas adipisceret. nec inerat quod carnem animumue hōis foeliciter uiuentis offenderet. Amor erat inperturbatus in deum. Atque inter se coniugum fide et sincera societate uiuentium. Et ex hoc amore grande gaudium non desistente quod amabatur ad fruendum. erat deuitatio tranquilla peccati qua manente nullum omnino alicunde malum quod contristaret irruebat. An forte cupiebant prohibitum lignum aduescendum contingere. sed mori metuebant. Ac per hoc et cupiditas et metus iam tunc illos hōies etiā in illo perturbabat loco. Absit ut hoc existimemus fuisse ubi nullum erat omnino peccatum. Neque enī nullum pcc̄m est ea quae lex dei prohibet concupiscere atque ab his abstinere timore penę non amore iustitię. Absit inquam ut ante pcc̄m iam ibi fuerit tale pcc̄m ut hoc de ligno amitterent quod de muliere dn̄s ait. Si quis uiderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est in corde suo. Quam igitur felices erant et nullis agitabantur perturbationibus aīorum nullis corporum ledebantur incommodis. Tam felix uniuersa societas etiam humana si nec illi malum quod etiā in posteros traicerent. nec quisquam ex eorum stirpe iniquitatem committerent quę damnatione reciperet atque ita permanente felicitate donec per illam benedictionem qua dictum est. Crescite et multiplicamini. predestinatorum sanctorum nūs compleretur alia maior daretur quae btīssimis angelis data est. Vbi iam esset certa securitas peccaturum neminem neminemque moriturū. Et talis esset uita sanctorum post nullum laboris doloris mortis experimentum qualis erit post hęc omīa in corruptione corporum reddita resurrectione mortuorum.

De lapsu primi hominis in quo bn̄ condita natura est. nec pōt nisi a suo autore reparari. Capm. xi.

Sed quia deus cuncta presciuit et ideo quoque hōiem peccaturum ignorare non potuit. scd̄m id quod presciuit atque disposuit. ciuitatem scām eam debemus asserere non sm illud quod in nr̄a cognitione peruenire non potuit. quia in dei dispositionem non fuit. Neque enī homo peccato suo diuinum potuit perturbare consilium quasi deum quod statuerat mutare compulerit. cum deus presciendo utrumque preuenerit .i. et homo quē bonum

ipse creauit. quoniam malus esset futurus. et quod boni etiam sic de illo esset ipse facturus. Deus enim et si dicitur statuta mutare. Vnde tropica locutione in scripturis et penituisse legitur deum. iuxta id dicitur quod homo sperauerat uel naturalium causarum ordo gestabat. non iuxta illud quod se omnipotens facturum esse prescierat. Fecit itaque deus sicut scriptum est hominem rectum ac per hoc uoluntatis bone. Non enim rectus esset bonam non habens uoluntatem. Bona igitur uoluntas opus est dei. Cum ea quippe ab illo factus est homo. Mala uero uoluntas prima quoniam opera mala precessit. in homine potius defectus fuit quidam ab opere dei ad sua opera quam opus ullum. Et ideo mala opera quia secundum se non secundum deum. ut eorum operum tamquam fructuum malorum uoluntas ipsa esset uelut arbor mala aut ipse homo inquantum male uoluntatis. Porro mala uoluntas quamuis non sit secundum naturam sed contra naturam quia uitium est. tamen eius nature est. cuius est uitium quod nisi in natura non potest esse. sed in ea quam creauit ex nihilo non quam creator genuit de semetipso sicut genuit uerbum per quod facta sunt omnia. quia et si de terra et puluere deus finxit hominem eadem terra omnisque terrena materies omnino de nihilo est. animamque de nihilo factam dedit corpori cum factus est homo. Vsque adeo autem mala uincuntur a bonis ut quamuis sinuntur esse ad demonstrandum qua possit et ipsis bene uti iustitia prouidentissima creatoris bona tamen sine malis esse possint sicut ipse uerus et summus sicut omnis super istum caliginosum aerem celestis inuisibilis uisibilisque creatura. mala uero sine bonis esse non possint quoniam nature in quibus sunt inquantum nature sunt utique bone sunt. Detrahitur porro malum non aliqua natura que accesserat uel ulla eius parte sublata. sed ea que uitiata ac deprauata fuerat sanata atque correcta. Arbitrium igitur uoluntatis tunc est uere liberum cum uitiis peccatisque non seruit. Tale datum est a deo quod amissum proprio uitio nisi a quo dari potuit reddi non potest. Vnde ueritas dicit. Si uos filius liberauerit tunc uere liberi eritis. Id ipsum est autem ac si diceret. si uos saluos fecerit tunc uere salui eritis. Inde quippe liberator inde saluator. Viuebat itaque homo secundum deum in paradiso et corporali et spirituali. Neque enim erat paradisus corporalis propter corporis bona. Et propter mentis non erat spiritualis. Aut uero erat spiritualis et non erat corporalis quo per interiores sensus homo frueretur. Erat plane utrumque propter utrumque. Postea uero quam superbus ille angelus ac per hoc inuidus per eandem superbiam a deo ad semet ipsum conuersus et quodam quasi tyrannico fastu gaudere subditis quam esse subditus eligens de spirituali paradiso cecidit.

De cuius lapsu sociorumq; eius qui ex angelis dei angeli eius effecti sūt.
in libris undecimo et duodecimo huius opis satis quantum potui dispu
taui. Male sua uersutia in hominis sensum serpere affectans. cui utiq;
statim qm̄ ipse corruerat inuidebat. colubrum in paradiso corpo
rali. ubi cum duobus illis hominibus masculo et foemina aīalia et
terrestria cetera subdita et innoxia uersabant͂. animal s. lubricum
et tortuosis anfractibus mobile operi suo congruum per quē loqueret͂
elegit. eoq; per angelicam p̄ntiam p̄stantioremq; naturā spūali ne
quitia sibi subiecto tanq̄m instrumento abutens. mendaciam sermo
cinatus ē feminę a parte s. inferiore illius humanę copulę incipiens.
ut gradatim perueniret ad totum. Non existimans uirum facile credu
lum. nec errando posse decipi. sed dum alieno cedit errori. Sicut enī
aaron erranti pp̄lo ad idolum fabricandum non consensit inductus.
sed cessit obstrictus. Nec Salomonem credibile est errore putasse ido
lis esse seruiendum. sed blandiciis femineis ad illa sacrilegia fuisse com
pulsum. Ita credendum ē illum uirum suę feminę uni unum. hōīē
homini coniugem coniugi ad dei legem transgrediendam nō tanq̄
uerum loquenti credidisse seductum. sed sociali necessitudine paruisse.
Non enī frustra dixit ap̄lus. Adam non est seductus. mulier aūt seducta
est. nisi quia illa quod ei serpens locutus est tanq̄m uerum esset accepit.
Ille autem ab unico noluit consortio dirimi. nec in cōione peccati nec i
deo minus reus. sciens prudensq; peccauit. Vnde et ap̄lus non ait non pec
cauit. sed non est seductus. Nam utiq; ip̄m ostendit. ubi dicit hoc. Per
unum hoīem pc̄c̄m intrauit in mundum. et paulo post apertius in similitu
dine inquit p̄uaricationis adę. Hos autem seductos intelligi uoluit.
qui id quod faciunt non putant esse pc̄c̄m. Ille autem sciuit. Alioqui
quomodo uerum erit. Adam non est seductus. Sed inexptus diuinę
seueritatis in eo falli potuit ut ueniale crederet esse cōmissum. Ac per
hoc in eo quidem quo mulier seducta ē. non est ille seductus. sed eum
fefellit quō fuerat iudicandum quod erat dicturus. Mulier quam
dedisti mihi ipsa mihi dedit et manducaui. Quid ergo pluribus. et si
credendo non sunt ambo decepti peccando tamen ambo sunt capti.
& dyaboli laqueis implicati;

De qualitate primi hominis & peccati admissi :— Cap̄lm. xii :—

Si quem uō mouet cur aliis peccatis sic natura non mutatur hu
mana quemadmodum illa duorum primorum hoīm p̄uaricatiōe
mutata est. ut tantę corruptioni q̄ntam uidemus atq; sentimus

~ : & pro hac : ~

et pro hac subiaceret & morti. ac tot et tantis tamq; inter se contrariis
& perturbaret et fluctuaret affectibus qualis in paradiso ante peccatum
licet in corpore aiali esset utiq; non fuit. Si quis hoc mouet ut dixi nō
ideo debet existimare leue ac paruum illud fuisse commissum quia
in esca factum est nec quidē mala nec noxia. nisi quia prohibita.
N eq; eni quicq; mali deus in illo tante foelicitatis loco crearet atq; plan
taret. Sed obedientia commendata est in precepto que uirtus in crea
tura rationali mater quodammodo est oium custosq; uirtutum. qn
quidem ita facta est ut ei subditam esse sit utile perniciosum aut suā
non eius a quo creata est facere uoluntatem. Hoc itaq; de uno cibi ge
nere non edendo ubi aliorum tanta copia subiacebat tam leue preceptū
ad obseruandum tam breue ad memorie retinendum ubi presertim
nondum uoluntati cupiditas resistebat quod de pena transgressionis
postea subsecutum est. tanto maiore iniustitia uiolatum est quanto fa
ciliore posset obseruantia custodiri;

Capitulum . xiii :

Quod in preuaricatione ade ad opus malum uoluntas precessit mala;

IN occulto aut mali esse ceperunt ut in apertam inobedientiam
laberentur. non eni ad malum opus perueniretur nisi precessisset
uoluntas mala. Porro uoluntatis male initium quid potuit
esse nisi superbia. Initium omnis peccati superbia est. Quid est autē
superbia nisi peruerse celsitudinis appetitus. Peruersa eni celsitudo ē
deserto eo cui debet animus inherere principio sibi quodammodo fieri
atq; esse principium. Hoc fit cum sibi nimis placet. Sibi uo ita placet
cum ab illo bono īmutabili deficit quod ei magis placere placere debu
it q ipse sibi. Spontaneus est autē iste defectus. qm si uoluntas in amoē
superioris inmutabilis boni a quo illustrabatur ut uideret et accende
batur ut amaret stabilis permaneret non inde ad sibi placendum a
uerteretur ut ex hoc tenebresceret et frigeret ut uel illa crederet uerum
dixisse serpentem ut uel ille dei mandato uxoris preponeret uolunta
tem putaretq; se ueniabiliter transgressorem esse precepti si uite sue so
ciam non desereret etiā in societate peccati. Non ergo malum opus
factum est i. illa transgressio ut cibo prohibito uescerentur nisi ab eis q
iam mali erant. Neq; enim fieret ille fructus malus nisi ab arbore ma
la. Vt autem esset arbor mala contra naturam factum est quia nisi
uitio uoluntatis quod contra naturam est non utiq; fieret sed uitio
deprauari nisi ex nihilo facta natura non posset. Ac per hoc ut natā
sit ex eo habet quod a deo facta est. Vt autem ab eo quod est deficiat

ex hoc quod de nihilo facta est. Nec sic defecit homo ut omnino nihil
esset, sed ut inclinatus ad se ipsum minus esset quam erat cum ei qui sum-
me est inherebat. Relicto itaque deo esse in semet ipso hoc est sibi placere,
non iam nihil esse est sed nihilo propinquare. Unde superbi secundum scriptu-
ras sanctas alio nomine appellantur sibi placentes. Bonum est enim sursum
habere cor non tamen ad se ipsum quod est superbie, sed ad deum quod est obe-
dientie, que nisi humilium potest esse. Est igitur aliquid humilitatis miro
modo quod sursum faciat cor. Hoc quidem quasi contrarium vide-
retur ut elatio sit deorsum et humilitas sursum. Sed pia humilitas
facit subditum superiori. Nihil est autem superius deo, et ideo exaltat
humilitas que facit subditum deo. Elatio autem que in vitio est eo ipso
respuit subiectionem, et cadit ab illo quo non est quicquam superius et
ex hoc erit inferius, et fit quod scriptum est. Deiecisti eos ut extolleren-
tur. Non enim ait. Cum elati essent ut prius extollerentur tunc deiecti
sunt. Ipsum quippe extolli iam deici est. Quapropter quod nunc in civita-
te dei et civitati dei in hoc peregrinanti seculo maxime commendatur
humilitas et in eius rege qui est Christus maxime predicatur. Contrarium
huic virtuti elationis vitium in eius adversario qui est diabolus ma-
xime dominari sacris litteris edocetur. Profecto ista est magna differentia,
quod civitas unde loquimur utraque discernitur una scilicet societas piorum
hominum altera impiorum singula queque cum angelis ad se pertinentibus in quibus
precessit hac amor dei, hac amor sui. Manifesto ergo apertoque peccato
ubi factum est quod deus fieri prohibuerat, dyabolus hominem non cepisset,
nisi iam ille sibi ipsi placere cepisset. Hinc enim et delectavit quod dictum
est. Eritis sicut dii, quod melius esse possent summo veroque principio
coherendo per obedientiam, non suum sibi existendo principium per
superbiam. Dum enim creati non sua veritate sed dei veri participatione
sunt dii, plus autem appetendo minus est, quia dum per se sufficere dili-
git ab illo qui ei vere sufficit deficit. Illud itaque malum quo cum sibi
homo placet, tamquam sit et ipse lumen, avertitur ab eo lumine quod ei
si placeat et ipse fit lumen. Illud inquam malum precessit in abdito ut
sequeretur hoc malum quod perpetratum est in aperto. Verum est enim quod
scriptum est. Ante ruinam exaltatur cor, et ante gloriam humiliatur.

Illa prorsus ruina que fit in occulto precedit ruinam que fit in manifesto
dum illa ruina esse non putatur. Quis enim exaltionem ruinam putat cum
iam ibi sit defunctus quo est relictus excelsus. Quis autem ruinam esse non
videat quando fit mandati evidens atque indubitata transgressio. Propter

hoc deus illud prohibuit. quod cum esset admissum nulla defendi pos
set imaginatione iustitie. Et audeo dicere superbis esse utile cadere in ali
quod apertum manifestumque peccatum ut inde sibi displiceant qui iam
sibi placendo ceciderant. Salubrius enim petrus sibi displicuit quando fleuit.
quam sibi placuit quando presumpsit. Hoc dicit et sacer psalmus. Imple facies
eorum ignominia et querent nomen tuum domine. i. ut tu eis placeas queren
tibus nomen tuum qui sibi placuerant querendo suum; ~ Capitulum . xiiii ;

De superbia transgressionis que ipsa fuit transgressione deterior ;

Sed est peior damnabiliorque superbia qua etiam in peccatis mani
festis suffragium excusationis inquiritur. Sicut illi primi homines.
quorum et illa dixit. Serpens seduxit me et manducaui. Et
ille dixit. Mulier quam dedisti mecum hec mihi dedit de ligno et edi :
Nusquam hic sonat petitio uenie. Nusquam imploratio medicine. Nam licet
isti non sicut Cayn quod commiserunt negent. adhuc tamen superbia
in aliud querit referre quod perperam fecit superbia mulieris in serpentem.
superbia uiri in mulierem. sed accusatio potius quam excusatio uera est.
ubi mandati diuini est aperta transgressio. Neque propterea non fecerunt.
quia id mulier serpente suadente uir muliere impertiente commisit.
quasi quicquam deo cui uel crederet uel cederet anteponendum fuit ;

De iustitia retributionis quam primi homines pro sua inobedientia receperunt ; ~ Capitulum . xv ;

Quia ergo contemptus est deus iubens qui creauerat qui ad
imaginem suam fecerat qui animalibus suis preposuerat qui in
paradiso constituerat qui rerum omnium copiam salutisque pre
stiterat qui preceptis nec pluribus nec grandibus nec difficilibus one
rauerat sed uno breuissimo atque leuissimo ad obedientie salubritatem
adminiculatus fuerat quo eam creaturam cui libera seruitus expediret
se esse dominum commonebat iusta damnatio subsecuta est. Talisque dam
natio ut homo custodiendo mandatum futurus fuerat etiam carne spiri
tualis. fieret mente carnalis. et qui sua superbia sibi placuerat dei iusti
tia sibi donaretur. nec sic etiam in sua esset omnimoda potestate. sed a se ipso
quoque dissentiens sub illo cui peccando consensit pro libertate quam
concupiuit duram miseramque ageret seruitutem. mortuus spiritu uolens.
et corpore moriturus inuitus. desertor eterne uite. etiam eterna nisi
gratia liberet morte damnatus. Quisquis huiusmodi damnationem
nimiam uel iniustam putat metiri profecto nescit quanta fuerit iniqui
tas in peccando ubi tanta erat in non peccando facilitas. Sicut enim

Abrahe non inmerito magna obedientia predicatur. quia ut occideret filium
res difficillima est imperata. Ita in paradiso tanta maior inobedientia
fuit. quanto id quod preceptum est, nullius difficultatis fuit. Et sicut o
bedientia secundi hominis eo predicabilior quo factus est obediens usque
ad mortem. Ita inobedientia primi hominis eo detestabilior quo factus
est inobediens usque ad mortem. Ubi enim magna est inobedientie poena
proposita et res a creatore facilis imperata. Quis nam satis explicet quantum
malum sit non obedire in re facili et tante potestatis imperio, et tanto
terrentis supplicio. Denique ut breuiter dicatur in illius peccati pena quid
inobedientie nisi inobedientia retributa est. Namque hominis est alia
miseria nisi aduersus eum ipsum inobedientia eius ipsius, ut quoniam noluit
quod potuit, quod non potest uelit. In paradiso etiam si non omnia poterat
ante peccatum quicquid tamen non poterat non uolebat. Et ideo poterat
omnia que uolebat. Nunc uero sicut in eius stirpe cognoscimus, et
diuina scriptura testatur, homo uanitati similis factus est. Quis enim
enumerat quam multa que non potest uelit dum sibi ipse id est uoluntati eius ipse
animus eius, eoque inferior caro eius non obtemperat. Ipso namque inuito
et animus plerumque turbatur et caro dolet, ueterescit et moritur et quicquid
aliud patimur quod non pateremur inuiti si uoluntati nostre nostra natu
ra omnino atque ex omnibus partibus obediret. At enim aliquid caro patitur
quo seruire non sinitur. Quid interest unde. Dum tamen per iustitiam
dominantis dei cui subditi seruire noluimus, caro nostra nobis que subdita
fuerat non seruiendo molesta sit, quamuis nos deo non seruiendo mo
lesti nobis potuerimus esse non illi. Neque enim sic ille nostro ut nos seruitio
corporis indigemus. Et ideo nostra est quod recepimus non illius pena
quod fecimus. Dolores porro qui dicuntur carnis anime sunt in carne.

Et quid est caro per seipsam sine anima. uel dolet uel concupiscit. Sed
quod concupiscere caro dicitur uel dolere aut ipse homo est sicut disseruimus
aut aliquid anime quod carnis afficit passio uel aspera ut faciat do
lorem uel lenis ut uoluptatem. Sed dolor carnis tantummodo offensio est
anime ex carne et quedam ab eius passione dissensio. Sic animi do
lor qui tristitia nuncupatur dissensio est ab his rebus que nobis nolenti
bus acciderunt. Sed tristitiam plerumque precedit metus qui et ipse in
anima est non in carne. Dolorem autem carnis non precedit ullus quasi
metus carnis qui ante dolorem in carne sentiatur. Uoluntatem uero
precedit appetitus quidam qui sentitur in carne quasi cupiditas eius
sicut fames et sitis et ea que in genitalibus usitatius libido nominatur.

cum hoc sit generale uocabulum omnis cupiditatis. Nam et ipsam iram nihil aliud esse quam ulciscendi libidinem ueteres diffinierunt, quamuis nonnunquam homo ubi uindicte nullus est sensus, etiam rebus inanimatis irascatur, ut etiam male scribentem stilum collidat uel calamum frangat iratus. Vnde et ista licet irrationabilior, tamen quedam ulciscendi libido est, et nescio qua ut ita dixerim quasi umbra retributionis, qui male faciunt male patiantur. Est igitur libido ulciscendi que ira dicitur. est libido habendi pecuniam que auaritia dicitur, est libido quomodocunque uincendi que peruicacia dicitur. Est libido gloriandi que iactantia nuncupatur. Sunt multe alie uarieque libidines, quarum non nulle habent etiam uocabula propria, quedam uero non habent. Quis enim facile dixerit quid uocetur libido dominantis, quam tamen plurimum ualere in tyrannorum animis etiam ciuilia bella testantur.

De libidinis malo cuius nomen cum multis uitiis congruat, proprie tamen motibus obscenis et caloribus corporis ascribitur. Capitulum . XVI.

Cum igitur multarum sint libidines rerum, tamen cum libido dicitur, non fere solet animo occurrere nisi illa qua obscene partes corporis excitantur. Hec autem non solum corpus nec solum extrinsecus, uerum etiam intrinsecus uindicat, totumque commouet hominem animi simul affectu cum carnis appetitu coniuncto atque permixto, ut ea uoluntas sequatur qua maior in corporis uoluntatibus nulla est, ita ut momento ipso temporis quo ad eius peruenitur extremum, pene omnis acies et quasi uigilia cogitationis obruatur. Quis autem amicus sapientie sanctorumque gaudiorum coniugalem agens uitam. Sed sicut apostolus monuit, sciens suum uas possidere in sanctificatione et honore, non in morbo desiderii sicut et gentes que ignorant deum, non mallet si posset sine hac libidine filios procreare, ut etiam in hoc serende prolis officio sic eius menti ea que ad hoc opus creata sunt quemadmodum que que creatura suis opibus distributa membra seruirent nutu uoluntatis acta, non estu libidinis incitata. Sed neque ipsi amatores huius uoluptatis siue ad concubitus coniugales siue ad inmundicias flagiciorum cum uoluerint commouentur. Sed aliquando importunus est ille motus poscente nullo, aliquando destituit inhiantem, et cum in animo concupiscentia ferueat, friget in corpore. Atque ita mirum in modum non solum generandi uoluntati, uerum et lasciuiendi libidini libido non seruit. Et cum tota plerumque menti cohibenti aduersetur, nonnunquam et aduersus se ipsa diuiditur. Commotoque animo in commouendo corpore se ipsa non sequitur.

De nuditate primorum post peccatum quã turpem pudendamq; uiderunt : — Capitulum · XVII :—

Merito huius libidinis maxime pudet et ipsa membra que suo
quodam ut ita dixerim iure non omnimodo ad arbitrium
nrũm mouent̃ aut non mouent · pudenda dicunt̃ · qđ ante
peccatum hominis non fuñt . Nam sicut scriptum est · nudi erant et nõ
confundebant̃ . Non q̃ eis sua nuditas esset incognita · sed turpis nudi
tas nondum erat · quia nondum libido membra illa p̃ter arbitrium
cõmouebat . Nondum ad hõis inobedientiam redarguendam · suam
inobedientiam caro quodammodo testimonium p̃hibebat . Neq; eñi
ceci creati erant · ut imp̃itum uulgus opinat̃ · qñ quidẽ et ille uidit aĩa
lia quibus nomina posuit . Et de illa legit̃ · Vidit mulier quia bonum
lignum in esca et quia placet oculis ad uidendum . Patebant ergo o
culi eoꝝ · sed ad hoc non erant aperti · hoc est non attenti ut cognoscerẽt .
Quid eis indumento gratie prestaret̃ · quando membra eoꝝ uoluntati
repugnare nesciebant · qua gratia remota · ut pena reciproca inobedi
entia plecteretur · extitit in motu corporis quedam impudens noui
tas · unde esset indecens nuditas · et fecit attentos · reddiditq; confusos .
Hinc est q̃ postea q̃m mandatum dei aperta transgressione uiolarũt · scri
ptum ẽ de illis . Et aperti sunt oculi amboꝝ · et agnouerunt q̃a nudi e
rant . et consuerunt folia fici et fecerunt sibi campestria . Aperti sunt
inquit oculi amborum · non ad uidendum . Nam et antea uidebant ·
sed discernendum inter bonum qđ amiserant · et malum quo cecide
rant . Vnde et ipsum lignum eo q̃ istam faceret dignoscentiã · si ad ue
scendum contra uetitum tangeret̃ · ex ea re nomen accepit · scię boni et
mali . Ex aperta eñi morbi molestia · euidentior fit iocunditas sanitatis .
Cognouerunt ergo quia nudi erant · nudati s · ea gratia · qua fiebat ut nu
ditas corporis nulla eos lege peccati menti eoꝝ repugnante confunderet .
Hoc itaq; cognouerunt · quod felicius ignorarent · si deo credentes et obe
dientes non committerent · quod eos cogeret experiri infoelicitas et inobe
dientia qđ noceret . Proinde confusi inobedientia carnis sue · tanq̃m
teste pęna inobedientię suę · consuerunt folia fici · et fecerunt sibi cam
pestria · i · succintoria genitalium . Nam quidam interpretes succinto
ria posuerunt . Porro autem campestria latinum quippe uerbum est ·
sed ex eo dictum q̃ iuuenes qui nudi exercebant̃ in campo · pudenda
operiebant . Vnde qui ita succinti sunt · campestratos uulgus appellat ·
Quod itaq; aduersus damnatam · culpa inobedientię uoluntatem · libido

inobedientem mouebat uerecundia pudenter tegebat et ex hoc omnes gentes quoniam ab ipsa stirpe procreate sunt usque adeo tenent insitum pudenda uelare ut quidam barbari illas corporis partes nec in balneis nudas habeant · sed cum earum tegumentis lauent · Per opacas quoque indie partes cum quidam nudi philosophentur · unde gynosophiste nominantur · adhibent tamen genitalibus tegmina · quibus parte cetera membrorum carent;

De pudore concubitus non solum uulgari sed etiam coniugali : — Capitulum · XVIII :

Opus uero ipsum quod libidine tali peragitur · non solum in quibusque stupris ubi latebre ad subter fugienda humana iuditia requiruntur · uerum etiam in usu scortorum · quam terrena ciuitas licitam turpitudinem fecit, quamuis id agatur quod eius ciuitatis nulla lex uendicat · deuitat tamen publicum etiam permissa atque inpunita libido conspectum · Et uerecundia naturali habent prouisum lupanaria ipsa secretum · Faciliusque potuit inpudicitia non habere uincula prohibitionis, quam inpudicitia remouere latibula illius feditatis. Sed hanc etiam ipsi turpes turpitudinem uocant · cuius licet sint amatores, sustentatores esse non audent · Quid concubitus coniugalis · qui secundum matrimonialium prescripta tabularum procreandorum fit causa liberorum · Nonne et ipse quamquam sit licitus et honestus, remotum ab arbitris cubile conquirit · Nonne omnis famulos atque ipsos etiam paranymphos · et quoscumque ingredi quelibet necessitudo permiserat · ante mittit foras quam uel blandiri coniux coniugi incipiat · Et quoniam sicut ait etiam Romani maximus auctor eloquii · Omnia recte facta in luce se collocari uolunt · id est appetunt sciri · hoc recte factum sic appetit sciri · ut tamen erubescat uideri · Quis enim nescit ut filii procreentur quod inter se coniuges agant · quando quidem ut id agatur tanta celebritate ducuntur uxores · Et tamen cum agitur unde filii nascantur · nec ipsi filii si qui inde iam nati sunt testes fieri permittuntur · Sic enim hoc recte factum ad sui notitiam lucem appetit animorum · ut tamen refugiat oculorum · Vnde hoc nisi quia sic geritur ex natura · ut etiam quod pudeat committatur ex poena;

Quod partes ire atque libidinis tam uitiose mouentur ut eas necesse sit frenis sapientie cohiberi que in illa ante peccatum nature sanitate non fuerunt : — Capitulum · XIX :

Hinc est quod et ipsi philosophi qui ueritati propius accesserunt, iram atque libidinem uiciosas animi partes esse confessi sunt, eo quod turpide atque inordinate mouerentur ad ea etiam que sapientia

ppetrari uetat. Ac per hoc opus hre operatrice mente atq; ratione quā
partem animi tertiam uelut in arce quadam ad istam regendas perhi-
bent collocatam ut illa imperante istis seruientibus possit in homine
iustitia ex omni animi parte seruari. Hec igit̄ partes quas et in hoīe
sapiente ac tempante fatentur esse uitiosas ut eas ab his rebus ad quas
iniuste mouent̄ mens compescendo et cohibendo refrenet ac reuocet.
atq; ad ea pmuttat que sapientie lege concessa sunt. sicut iram ad exe-
crandam iustam cohertionem. sicut libidinē ad ppagande prolis of-
ficium. He inqm partes in padiso ante pccm uitiose non erant. Non
enī uoluntatem ad aliqd mouebant̄ unde necesse esset ea rationis frenis
regentibus abstinere. Nam quod nunc ita mouent̄ et ab eis qui tempan-
ter et iuste et pie uiuunt alias facilius alias difficilius tn̄ cohibendo et
repugnando modificant̄ non est utiq; sanitas ex natura sed languor
ex culpa. Qd autem ire opa aliarumq; affectionum in quibusq; dictis atq;
factis non sic absconduntur uerecundia ut opa libidinis que fiunt genita-
libus membris. Quid cause est nisi quia in ceteris membris corporis nō
ipse affectiones sed que eis consenserit uoluntas mouet que in usu cor-
omino dnātur. Nam quisquis uerbum emittit iratus uel etiā quanq;
percutit non posset hoc facere nisi lingua et manus iubente quodammō
uoluntate mouerent̄. Que membra etiā cum ira nulla ē mouerentur
eadem uoluntate. At uō genitales corporis partes ita libido suo iuri qd-
ammodo mancipauit ut moueri non ualeant si ipsa defuerit et nisi
ipsa uel ultro uel excitata surrexerit. hoc est quod pudet. hoc est quod
intuentium oculos erubescendo deuitat. Magisq; fert homo spectanti-
um multitudinem qn iniuste irascitur homini q̄ uel unius aspectum
etiā quando iuste miscetur.

De nouissima turpitudine scenicorum. Capitulum. XX.

HOc illi canini phi hoc est cinici non uiderunt pferentes con-
tra humanam uerecundiam. Quid aliud qm caninam hoc
est imundam impudentemq; sententiam. ut s. qm iustum est
quod fit in uxore palam non pudeat id agere nec in uico aut in platea
qualibet coniugalem concubitum deuitare. Vicit tn̄ pudor naturalis
opinionem huius erroris. Nam et si perhibent hoc aliqn gl'iabundum
fecisse Diogenem ita putantē sectam suam nobiliorem futuram. si in
hoīm memoria insignior eius impudentia figeret̄. postea tn̄ a cinicis
fieri cessatum est. Plusq; ualuit pudor ut erubescerent hoīes hominib;
q̄ error ut homines canibus esse similes affectarent. Vnde et illum uel

illos qui hoc fecisse referuntur, potius arbitror concubentium motus dedis-
se oculis hominum nescientium quid sub pallio gereretur. quam humano premente
conspectu potuisse illam peragi uoluptatem. Ibi enim philosophi non erubesce-
bant uideri se uelle concubere ubi libido ipsa erubesceret surgere. et nunc
uidemus adhuc esse philosophos cinicos. Hi sunt enim qui non solum amiciuntur
pallio, uerum etiam clauam ferunt. Nemo tamen eorum audet hoc facere. quod
si aliqui ausi essent. ut non dicam ictibus lapidantium, certe conspuen-
tium saliuis obruerent. Pudet igitur huius libidinis humanam sine ulla
dubitatione naturam. et merito pudet. In eius quippe inobedientia,
que genitalia corporis membra. solis suis motibus subdidit. et potestati
uoluntatis eripuit. satis ostendit. quid sit hominis illi prime inobedi-
entie retributum. quod in ea parte maxime oportuit apparere. qua
generatur ipsa natura. que illo primo et magno in deterius est mutata
peccato. a cuius nexu nullus eruitur. nisi id quod cum omnes in uno essent
in commune pniciem perpetratum est. et dei iustitia uindicatum. dei gratia
in singulis expietur. ; De benedictione multiplicande fecundita-
tis humane ante peccatum. quam preuaricatio non adimeret. et cui
libidinis morbus accesserit : — Capitulum · XXI : —

Absit itaque ut credamus illos coniuges in paradiso constitutos per
hanc libidinem de qua erubescendo eadem membra texerunt
impleturos fuisse quod sua benedictione deus dixit. Crescite et
multiplicamini et replete terram. Post peccatum quippe orta est hec
libido. Post peccatum eam natura non impudens amissa potestate cui
corpus ex omni parte seruiebat. sensit. attendit. erubuit. operuit. Illa
uero benedictio nuptiarum. ut coniugati crescerent et multiplicarentur
et implerent terram. quamuis et in delinquentibus cresceret. tamen antequam delin-
querent donata est. ut cognoscerent procreationem filiorum ad gloriam con-
nubii. non ad penam pertinere peccati. Sed nunc homines profecto illius
que in paradiso fuit felicitatis ignari. nisi per hoc quod experti sunt. id est per
libidinem. de qua uidemus etiam ipsam honestatem erubescere nupti-
arum, non potuisse gigni filios opinantur. Alii scripturas diuinas ubi
legitur post peccatum puduisse nuditatis et pudenda esse contexta. pror-
sus non accipientes. sed infideliter irridentes. Alii uero quamuis eas acci-
piant et honorent. illud tamen quod dictum est. Crescite et multiplicamini.
non secundum carnalem fecunditatem uolunt intelligi. quia et secundum animam
legitur tale aliquid dictum. Multiplicabis in anima mea uirtutem. Vt id
quod in Genesi sequitur. Implete terram et dominabimini eius. terram intelligat

carnem. quam potentia sua implet anima eius, quę maxime dominatur, cum uirtute multiplicat. Carnales autem fetus sine libidine quę post peccatum exorta inspecta confusa uelata est. nec tunc nasci potuisse sicut neque tunc possunt, nec in paradiso futuros fuisse, sed foris sicut et factum est. Nam postea quam inde dimissi sunt ad gignendos filios coierunt eosque genuerunt;

De copula coniugali a deo primitus instituta atque benedicta; Capitulum. XXII.

Nos autem nullo modo dubitamus secundum benedictionem dei crescere et multiplicari et implere terram donum esse nuptiarum quas deus ante peccatum hominis ab initio constituit creando masculum et feminam, qui sexus euidens utique in carne est. huic operi dei etiam benedictio ipsa subiuncta est. Nam cum scriptura dixisset, masculum et feminam fecit eos, continuo subdidit, et benedixit eos deus dicens, Crescite et multiplicamini et implete terram et dominamini eius et cetera. Quę omnia quamquam non inconuenienter possint etiam ad intellectum spiritalem referri masculum et feminam, non sicut simile aliquid etiam in homine uno intelligi potest quia uidelicet in eo aliud est quod regit aliud quod regitur. Sed sicut euidentissime apparet in diuersi sexus corporibus masculum et feminam ita creatos ut prolem generando crescerent et multiplicarentur et implerent terram, magnę absurditatis est reluctari. Neque enim de spiritu qui imperat et carne quę obtemperat, aut de animo rationali qui regit, et irrationali cupiditate quę regitur, aut de uirtute contemplatiua quę excellit, et de actiua quę subditur. Aut de intellectu mentis et sensu corporis.

Sed aperte de uinculo coniugali quo inuicem sibi utrique sexus obstringitur. Dominus interrogatus utrum liceat quacumque causa dimittere uxorem, quoniam propter duritiam cordis israhelitarum Moyses dari permisit libellum repudii, respondit atque ait. Non legistis quia qui fecit ab initio masculum et foeminam fecit eos et dixit. Propter hoc dimittet homo patrem et matrem et adherebit uxori suę et erunt duo in carne una. Quod ergo deus coniunxit homo non separet. Certum est igitur masculum et foeminam ita primitus institutos ut nunc homines duos diuersi sexus uidemus et nouimus. Unum autem dicit uel propter coniunctionem uel propter originem feminę quae de masculi latere creata est. Nam et apostolus propter hoc primum quod deo instituente precessit exemplum singulos quoque admonet ut uiri uxores suas diligant;

An etiam in paradiso generandum fuisset si nemo peccasset uel utrum

contractum libidinis pugnatura illic fuisset traditio castitatis :

Quisquis autem dicit non ¶ Capitulum . xxiii :
fuisse coituros nec generaturos nisi peccassent . quid dicit nisi propter
numerositatem sanctorum necessarium hominis fuisse peccatum .
Si enim non peccando soli remanerent . quia sicut putant nisi peccassent .
generare non possent . profecto ut non soli isti duo homines possent esse . sed
multi . necessarium peccatum fuit . quod si credere absurdum est . illud potius
credendum est quod sanctorum numerus quantus complende illi sufficit beatissime
ciuitati tantus existeret . Et si nemo peccasset . quantus nunc per dei gratiam
de multitudine colligitur peccatorum / quousque filii seculi huius generant et ge
nerantur . Et ideo ille nuptie digne felicitate paradisi si peccatum non
fuisset . et diligendam prolem gignerent . et pudendam libidinem non
haberent . Sed quomodo hoc fieri posset nunc non est quo demonstretur exemplo .
N ec ideo tamen incredibile debet uideri etiam illud unum sine ista libidine
uoluntati potuisse seruire . cui tot membra nunc seruiunt . An uero non
manus et pedes mouemus cum uolumus ad ea que his membris agenda
sunt sine ullo renixu cum tanta facilitate quanta est in nobis et in aliis
uidemus maxime in artificibus quorumque operum corporalium . ubi ad
exercendam infirmiorem tardioremque naturam agilior accessit indu
stria . Et non credimus ad opus generationis filiorum si libido non fuisset .
que peccato inobedientie retributa est . obedienter hominum ad uolunta
tis nutum similiter ut cetera potuisse illa membra seruire . Nonne Cicero
in libris de publica cum de imperiorum differentia disputaret . et huius
rei similitudinem ex natura hominis assumeret ut filiis dixit imperari
corporis membris propter obedientie facilitatem . uitiosas uero animi partes
ut seruos a superiore imperio coerceri . Et utique ordine naturali animus
anteponitur corpori . et tamen ipse animus imperat corpori facilius quam sibi .
V erum tamen hec libido de qua nunc disserimus eo magis erubescenda ex
titit quod animus in ea nec sibi efficaciter imperat ut omnino non libeat nec omni
modo corpori ut pudenda membra uoluntas potius quam libido commo
ueat . Quod si ita esset pudenda non esset . Nunc uero pudet animum resisti
sibi a corpore quod ei natura inferiore subiectum est . In aliis quippe
affectionibus cum sibi resistit ideo minus pudet quia cum a se ipso uincitur .
ipse se uincit . Et si inordinate atque uitiose quia ex his partibus que
rationi subici debent . tamen a partibus suis . Ac per hoc ut dictum est a
se ipso uincitur . Nam cum ordinate se animus uincit ut irrationales
motus eius menti rationique subdantur si tamen et illa deo subdita sunt .

laudis atque uirtutis est. Minus autem pudet, cum sibi animus ex uiti
osis suis partibus non obtemperat, quam cum ei corpus quod alterum ab illo
est, atque infra illum est et cuius sine illo natura non uiuit, uolenti iu
bentique non cedit. Sed cum alia membra retinentur uoluntatis imperio,
sine quibus illa que contra uoluntatem libidine concitantur, id quod appetunt
pudicitia custoditur non admissa, sed non permissa delectatione peccati.
Hunc renisum, hanc repugnantiam, hanc uoluntatis et libidinis indul
gentiam, procul dubio nisi culpabilis inobedientia penali inobedientia
plecteretur, in paradiso nuptie non haberent. Sed uoluntati membra ut
cetera, ita cuncta seruirent. Ita genitale aruum uas in hoc opus creatum
sumeret ut nunc terram, et quod de hac re nobis uolentibus diligentius
disputare uerecundia resistit, et compellit ueniam honore prefecto
a pudicis auribus poscere. Cur id fieret nulla causa esset. Sed in omnia
que de huiusmodi membris sensum cogitantis attingerent, sine ullo ti
more obscenitatis liber sermo ferretur, nec ipsa uerba essent que uocarentur
obscena, sed quicquid inde diceretur tam honestum esset quam de aliis cum lo
quimur corporis partibus. Quisquis ergo ad has litteras inpudicus accedit,
culpam refugiat, non naturam, facta denotet sue turpitudinis, non uerba
nostre necessitatis. In quibus mihi facillime pudicus et religiosus lector
uel auditor ignoscit, donec infidelitatem refellam, non fide rerum
inexpertarum argumentantem. Legit enim hec sine offensione qui
non exhorret apostolum horrenda feminarum excitia reprehendentem:
que inmutauerunt naturalem usum in eum usum qui est contra na
turam. Precipue quia nos non damnabilem obscenitatem nunc sicut
ille commemoramus atque reprehendimus, sed in explicandis quantum
possumus humane generationis effectibus, uerba tamen sicut ille obscena
uitamus. Seminaret igitur prolem uir, susciperet femina genitalibus
membris quando id esset opus uoluntate motis, non libidine concitatis. Ne
que enim ea sola membra mouemus ad nutum, que compacta et articula
ta sunt ossibus, sicut manus & pedes et digitos: uerum etiam illa que mol
libus remissa sunt neruis cum uolumus mouemus, agitando et porrigen
do producimus et torquendo flectimus, et constringendo duramus, sicut
ea sunt, que in ore ac facie quantum potest uoluntas mouet. Pulmones de
nique ipsi omnium nisi medullarum mollissimi uiscerum, et ob hoc antro
pectoris communiti ad spiritum ducendum ac remittendum, uocemque e
mittendam seu modificandam, sicut folles fabrorum uel organorum flantis
respirantis loquentis clamantis cantantis seruiunt uoluntati. Omitto

quod animalibus quibusdam naturaliter inditum est· ut tegmen quo cor
pus omne uestit. Si quid in quocumque loco eius senserint abigendum ibi
tantum moueant ubi sentiunt· nec solum insidentes muscas· uerũ etiã
herentes hastas cutis tremore discutiant. Nunquid quia id non pot
homo ideo creator quibus uoluit animantibus donare non potuit. Sic
ergo et ipse homo potuit obedientiam inferiorum hre membrorum· quam
sua inobedientia perdidit. Neque enim deo difficile fuit sic illum con
dere ut eius carne etiã illud non nisi eius uoluntate moueret· qd nunc
nisi libidine non mouetur. Nam et hoim quorundam naturas nouimus
multum ceteris dispares· et ipsa raritate mirabiles non nulla ut uolunt
de corpore facientium que alii nullo modo possunt· et audita uix cre
dunt. Sunt enĩ qui et aures moueant uel singulas uel ambas simul.
S unt qui totam cesariem capite inmoto quantam capilli occupant· depo
nunt ad frontem reuocantque cum uolunt. Sunt qui eorum que uoraue
runt incredibiliter plurima et uaria paululum precordiis contrectatis·
tamquam de sacculo quod placuerit integerrimũ proferunt. Quidam uoces
auium pecorumque et aliorum quorumlibet hoim sic imitantur atque exprimunt
ut nisi uideantur discerni omnino non possint. Nonnulli ab imo sine
pedore ullo ita innumeros pro arbitrio sonitus edunt. ut ex illa etiã
parte cantare uideantur. Ipse sũ expertus sudare hoiem solere cũ uellet.
N otum est quosdam flere cum uolunt· atque ubertim lacrimas fundere.
I am illud multo est incredibilius quod plerique fratres memoria recentissimã
experti sunt. Presbiter fuit quidam restitutus noie in parrochia ca
lamensis ecclie· quando ei placebat· rogabatur autẽ ut hoc faceret ab eis qui rem
mirabilem coram scire cupiebant· ad imitatas quasi lamentantis cuius
libet hoĩs uoces ita se auferebat a sensibus· et iacebat simillimus mor
tuo· ut non solum uellicantes atque pungentes minime sentiret· sed a
liquando etiam igne ureretur admoto· sine ullo doloris sensu· nisi postmodũ
ex uulnere· non autẽ obnitendo· sed non sentiendo non mouere corpus
eo probabatur quod tamquam in defuncto nullus in illo inueniebatur anhelitus.
H ominum tamen uoces si clarius loquerentur· tamquam de longinquo se audire
referebat. Cum itaque corpus etiã nunc quibusdam licet in carne corru
ptibili hanc erumnosam ducentibus uitam· ita in plerisque motionibus
ex affectionibus extra usitatum nature modum· mirabiliter seruiat.
Quid cause est ut non credamus ante inobedientie peccatum· corruptionis
que supplicium ad propagandam prolem sine ulla libidine seruire huma
ne uoluntati humana membra potuisse. Donatus est itaque homo sibi

quia deseruit deum placendo sibi. et non obediens deo non potuit obedire. nec sibi hinc euidentior miseria qua homo uiuit ut uult. Nam si ut uellet uiueret. btm̄ se putaret. Sed nec sic tn̄ esset. si turpiter uiueret;

De uera beatitudine quam tp̄ralis uita non obtinet; Caplm̄ . xxiiii.

Quamq; si diligentius attendamus. nisi beatus non uiuit ut uult. et nullus btūs nisi iustus. Sed etiam ipse iustus nō uiuet ut uult. nisi eo puenerit ubi mori falli offendi oīno non possit. eiq; sit certum ita semp futurum. Hoc enī natura expetit. nec plene atq; perfecte beata erit nisi adepta qđ expetit. Nunc uō qs hoīm potest ut uult uiuere. qn̄ ipm̄ uiuere non est in ptāte. Viuere enī uult. mori cogit̄. Quō ergo uiuit ut uult. qui non uiuit qn̄diu uult. Qđ si mori uoluerit. quō potest ut uult uiuere. Et si ideo mori uelit non quod nolit uiuere sed ut post mortem melius uiuat. Nondum ergo ut uult uiuit. sed cum ad id qđ uult moriendo peruenerit. Verum ecce uiuat ut uult. qm̄ sibi extorsit sibiq; imperauit non uelle quod non pōt. atq; hoc uelle qđ pōt. Sicut ait Terentius qm̄ non pōt id fieri qđ uis. id uelis quod possis. Num ideo beatus est. q̄a patienter miser est. Beata quippe uita si non amat̄ non habet̄. Porro si amat̄ et hētur. ceteris omībus rebus excellentius necesse est amet̄. qm̄ ꝓpter hanc amandum est quicqđ aliud amat̄. Porro si tantū amat̄ qn̄tū amari digna est. non enī beatus est. a quo ipsa beata uita non amat̄ ut digna est. fieri non pōt ut eam qui sic amat non ęternam uelit. Tūc igit̄ beata erit. quando ęterna erit;

Quod foelicitas in paradiso uiuentium sine erubescendo appetitu gn̄andi officium credenda sit implere potuisse; Caplm̄ . xxv.

Viuebat itaq; homo in paradiso sicut uolebat et qn̄diu hoc uolebat quod deus iusserat. uiuebat fruens deo. ex quo bono erat bonus. uiuebat sine ulla egestate. ita semper uiuere hns in potestate. Cibus aderat ne esuriret. potus ne sitiret. lignum uitę ne illum senecta dissolueret. Nihil corruptionis in corpore. nec ex corpore ullas molestias ullis eius sensibus ingerebat. Nullus intrinsecus morbus. nullus ictus metuebat̄ extrinsecus. Sūma ī carne sanitas. in aīo tota tranquillitas. Sicut in paradiso nullus ęstus aut frigus. ita in eius habitatore nulla ex cupiditate uel timore accedebat bone uoluntatis offensio. Nihil omnino triste. nihil erat inaniter letum. gaudiū uerum ꝑpetuabat̄ ex deo. in quē flagrabat caritas

de corde puro et conscientia bona et fide non ficta atque inter se coniu-
gum fidele ex honesto amore societas concors mentis corporisque
uigilia et mandati sine labore custodia. Nam lassitudo fatigabat
ociosum non somnus premebat inuitum. In tanta foelicitate rerum
et felicitate hominum absit ut suspicemur non potuisse seri prolem sine
libidinis morbo. Sed eo uoluntatis nutu mouebantur illa membra quo
cetera. Ut sine ardoris illecebroso stimulo cum tranquillitate animi
et corporis nulla corruptione integritatis infunderetur gremio maritus
uxoris. Neque enim quia experientia probari non potest ideo credendum
non est quando illas corporis partes non ageret turbidus calor sed spontane-
a potestas sicut etiam opus adhiberet. Ita tunc potuisse utero coniugis
salua integritate foeminei genitalis uirile semen inmitti sicut nunc
potest eadem integritate salua ex utero uirginis fluxus menstrui cruo-
ris emitti. Eadem quippe uia posset illud inici qua hoc potest eici.

Ut enim ad pariendum non gemitus doloris sed maturitatis impulsus
foeminea uiscera relaxaret. Sic ad fetandum et ad concipiendum non
libidinis appetitus sed uoluntarius usus naturam utramque coniungeret.

De rebus loquimur nunc pudendis. Et ideo quamuis antequam eas puderet quales
les esse potuissent coniciamus ut possumus tamen necesse est ut nostra dispu-
tatio magis frenetur ea quae nos reuocat uerecundia quam eloquentia quae
parum nobis suppetit adiuuetur. Nam quod cum id quod dico nec ipsi
experti fuerunt qui experiri potuerunt quoniam preoccupante peccato ex-
ilium de paradiso ante meruerunt quam sibi in opere serendae propaginis
tranquillo arbitrio conuenirent. Quomodo nunc cum ista commemorantur
sensibus occurrit humanis nisi experientia libidinis turbide non con-
iectura placide uoluntatis. Hinc est quod impedit loquentem pudor
et si non deficiat ratio cogitantem. Uerumtamen omnipotenti deo summo
ac summe bono creatori omnium naturarum uoluntatum autem bonarum
adiutori et remuneratori malarum autem relictori et damnatori utra-
rumque ordinatori non defuit utique consilium quo certum numerum
ciuium in sua sapientia predestinatum etiam ex damnato genere humano
sue ciuitatis impleret non eos iam meritis quando quidem uniuersa massa
tamquam in uitiata radice damnata est sed gratia discernens et liberatis
non solum de se ipsis uerum etiam de non liberatis quid eis largiatur
ostendens. Non enim debita sed gratuita bonitate tunc se quisque ag-
noscit erutum malum cum ab eorum hominum consortio fit immunis
cum quibus illi iusta esset pena communis. Cur ergo non crearet deus quos

quos peccatores esse presciuit, quando quidem in eis et ex eis, et quid eorum culpa mereretur, et quid sua gratia donaretur, possit ostendere: nec sub illo creatore ac dispositore peruersa inordinatio delinquentium rectum peruerteret ordinem rerum;

De peccatoribus angelis et hominibus quorum peruersitas non perturbat prouidentiam dei; Capitulum XXVII.

Proinde peccatores et angeli et homines nihil agunt quo impediantur magna opera domini exquisita in omnes uoluntates eius quoniam qui prouidenter atque omnipotenter sua cuique distribuit non solum bonis uerum etiam malis bene uti nouit. Ac per hoc propter meritum prime male uoluntatis ita damnato atque obdurato angelo malo ut iam bonam uoluntatem ulterius non haberet bene utens deus. Cur non permitteret ut ab illo primus homo qui rectus hoc est bone uoluntatis creatus fuerat temptaretur: qui quidem sic erat institutus ut si de adiutorio dei fideret bonus homo malum angelum uinceret: Si autem creatorem atque adiutorem deum superbe sibi placendo desereret uinceretur: meritum bonum habens in adiuta diuinitus uoluntate recta, malum uero in deserente deum uoluntate peruersa. quia et ipsum fidere de adiutorio dei non quidem posset sine adiutorio dei, nec tamen illo ab his diuine gratie beneficiis sibi placendo recedere non habebat in potestate. Nam sicut in hac carne uiuere sine adiumentis alimentorum in potestate non est, Non autem in ea uiuere in potestate est, quod faciunt qui se ipsos necant: Ita bene uiuere sine adiutorio dei etiam in paradiso non erat in potestate. Erat autem in potestate male uiuere, sed beatitudine non permansura, et poena iustissima secutura. Cum igitur huius futuri casus humani deus non esset ignarus: Cur eum non sineret inuidi angeli malignitate tentari: nullo modo quidem quod uinceretur incertus, sed nihilominus prescius quod ab eius semine adiuto sua gratia, idem ipse diabolus fuerat sanctorum gloria maiore uincendus. Ita factum est ut nec deum aliquid futurorum lateret, nec presciendo quemquam peccare compelleret, et quid interesset inter propriam cuiusque presumptionem et suam tuitionem angelice et humane rationali creature consequenti experientia demonstraret. Quis enim audeat credere aut dicere ut neque angelus neque homo caderet in dei potestate non fuisse. Sed hec eorum potestati maluit non auferre atque ita et quantum mali eorum superbia, et quantum boni sua gratia ualeret ostendere:

De equalitate duarum ciuitatum terrene atq; celestis; Cap. xxvii:

Fecerunt itaq; ciuitates duas amores duo. terrenam s. amor sui usq; ad contemptum dei. Celestem uero amor dei usq; ad contemptum sui. Denique illa in se ipsa. hec in domino gloriatur; Illa enim querit ab hominibus gloriam. huic autem deus conscientie testis maxima est gloria. Illa in gloria sua exaltat caput suum: Hec dicit deo suo gloria mea et exaltans caput meum. Illi in principibus eius uel in eis quas subiugat nationibus. dominandi libido dominatur. In hac seruiunt inuicem in caritate et prepositi consulendo et subditi obtemperando. Illa in suis potentibus diligit uirtutem suam. hec dicit deo suo. Diligam te domine uirtus mea. Ideoq; in illa sapientes eius secundum hominem uiuentes aut corporis aut animi sui bona aut utriusq; sectati sunt. Aut qui potuerunt cognoscere deum non ut deum honorauerunt aut gratias egerunt sed euanuerunt in cogitationibus suis et obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes se esse sapientes i. dominante sibi superbia in sua sapientia sese extollentes stulti facti sunt et inmutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis et uolucrum et quadrupedum et serpentium. Ad huiusmodi enim simulacra adoranda uel duces populorum uel sectatores fuerunt et coluerunt atq; seruierunt creature potius quam creatori qui est benedictus in secula. In hac autem nulla est hominis sapientia nisi pietas qua recte colitur uerus deus id expectans premium in societate sanctorum non solum hominum: uerum et angelorum ut sit deus omnia in omnibus:

Incipiunt capitula libri quintidecimi Aurelii Augustini doctoris eximii episcopi Hypponensis. De ciuitate dei:

Aurelii Augustini Doctoris Eximii Hypponen. Episcopi Liber quintusdecimus De Ciuitate Dei Incipit Foeliciter :

De duobus ordinibus in diuersos fines ab initio generis humanae procurrentis : Capitulum Primum :

DE foelicitate paradisi uel de ipso paradiso et de uita ibi primorum hominum eorumque peccato et supplicio multi multa senserunt multa dixerunt multa litteris mandauerunt. Nos quoque secundum scripturas sanctas uel quod in eis legimus uel quod ex eis intelligere potuimus earum congruentes auctoritati de his rebus in superioribus libris diximus. Enucleatius autem si ista querantur multiplices atque multimodas pariunt disputationes que pluribus intexende sint uoluminibus quam hoc opus tempusque deposcat. quod non ita largum habemus ut in omnibus que possunt requirere ociosi et scrupulosi paratiores ad interrogandum quam capaciores ad intelligendum nos oporteat immorari. Arbitror tamen satis nos fecisse magnis et difficillimis questionibus de initio uel mundi uel anime uel ipsius generis humani quod in duo genera distribuimus unum eorum qui secundum hominem alterum eorum qui secundum deum uiuunt. Quas etiam mystice appellamus ciuitates duas hoc est duas ciuitates hominum quarum est una que predestinata est in eternum regnare cum deo altera in eternum supplicium subire cum diabolo. Sed iste finis est earum de quo post loquendum est. Nunc quoniam de exortu earum siue in angelis quorum numerus ignoratur a nobis siue in duobus primis hominibus satis

dictum est. Iam mihi uidetur earum aggrediendus excursus ex quo illi
duo generare ceperunt, donec homines generare cessabunt. hoc enim uniuersum
tempus siue seculum in quo cedunt morientes succeduntque nascentes
istarum duarum ciuitatum de quibus disputamus, excursus est.
Natus est igitur prior cayn ex illis duobus generis humani parentibus pertinens
ad hominum ciuitatem. Posterior Abel ad ciuitatem dei. Sicut enim in uno
homine quod dixit apostolus experimur, quia non primum quod spiritale est sed
quod animale postea spiritale. Vnde unusquisque quoniam ex damnata propagine
exoritur, primo sit necesse est ex Adam malus atque carnalis, quod si in
christum renascendo profecerit, postea erit bonus et spiritalis. Sic in uniuer
so genere humano cum primum iste due ceperunt nascendo atque mori
endo procurrere ciuitates, prior est natus ciuis huius seculi, posterius autem
isto peregrinus in seculo et pertinens ad ciuitatem dei gratia predestinatus,
gratia electus, gratia peregrinus deorsum, gratia ciuis sursum. Nam quan
tum attinet ad ipsum ex eadem massa oritur, que originaliter est tota damna
ta. Sed tamquam figulus deus. Hanc enim similitudinem non imprudenter
sed prudenter introducit apostolus. Ex eadem massa fecit aliud uas in ho
norem, aliud in contumeliam. Prius autem factum est uas in contumeli
am, postea uero alterum in honorem. Quia et in ipso uno sicut iam di
xi homine prius est reprobum unde necesse est incipiamus, et ubi non
est necesse ut remaneamus. Posterius uero probum quo proficientes ueni
amus et quo peruenientes maneamus. Proinde non quidem omnis homo
malus erit bonus. Nemo tamen erit bonus, qui non erat malus. Sed
quanto quisque citius mutatur in melius, hoc in se facit quod comprehen
dit celerius et posteriore cepit uocabulum prius. Scriptum est itaque
de cayn quod condiderit ciuitatem. Abel autem tamquam peregrinus non
condidit. Superna est enim sanctorum ciuitas, quamuis pariat ciues hic
in quibus peregrinatur, donec eius tempus adueniat cum congregatura
est omnes in suis corporibus resurgentes quando eis promissum dabitur regnum
ubi cum suo principe rege seculorum sine ullo temporis fine regnabunt.

De filiis carnis et filiis promissionis : — Capitulum . Secundum :

Vmbra sane quedam ciuitatis huius et imago prophetica ei
significande potius quam presentande seruiuit in terris quo
eam tempore demonstrari oportebat. Et dicta est ipsa ciuitas
sancta merito significantis imaginis non expresse. Sicut futura est
ueritatis de hac imagine seruiente, et de illa quam significat libera
ciuitate. Sic apostolus ad Galathas loquitur. Dicite mihi inquit sub lege

— : Volentes : —

uolentes esse. legem non audistis. scriptum est enim. Abraham duos filios
habuit. unum qui de ancilla qui secundum carnem natus est. Qui autem de
libera per repromissionem. quae sunt in alegoriam. Haec enim sunt duo
testamenta. unum quidem a monte Syna in seruitutem generans quod
est agar. Syna enim mons est in Arabia. qui coniunctus est huic que nunc
est Hierusalem. Seruit enim cum filiis suis. Quae autem sursum est hieru-
salem libera est. quae est mater nostra. Scriptum est enim. Letare sterilis
que non paris. erumpe et exclama quae non parturis. quoniam multi filii
deserte magis quam eius quae habet uirum. Nos autem fratres secundum ysaac
promissionis filii sumus. Sed sicut tunc qui secundum carnem natus fuerat,
persequebatur eum qui secundum spiritum. Ita et nunc. Sed quid dicit scriptura?
Eiice ancillam et filium eius. Non enim heres erit filius ancille cum filio libere.
Nos autem fratres non sumus ancille filii sed liberae. qua libertate xpistus
nos liberauit. Haec forma intellegendi de apostolica auctoritate descendens
locum nobis aperit quemadmodum scripturas duorum testamentorum
ueteris et noui accipere debemus. Pars enim terrene ciuitatis imago caelestis
ciuitatis effecta est. non se significando sed alteram. Et ideo seruiens.
Non enim propter se ipsam. sed propter aliam significandam est instituta. et
precedente alia significatione. et ipsa prefigurans. prefigurata est. Namque
agar ancilla Sarae eiusque filius. imago quedam huius imaginis fuit.
Et quoniam transiture erant umbre luce ueniente. ideo dixit libera Sara.
que significat liberam ciuitatem. cui rursus alio modo significande
etiam illa umbra seruiebat. Eiice ancillam et filium eius. non enim heres
erit filius ancille. cum filio meo ysaac. quod ait apostolus cum filio libere.
Inuenimus ergo in terrena ciuitate duas foeminas. unam suam presentiam
demonstrantem. alteram caelesti ciuitati significande sua presentia
seruientem. Parit autem ciues terrene ciuitatis peccato uitiata natura. Cae-
lestis uero ciuitatis ciues parit a peccato liberans gratia. Unde illa uocantur
uasa irae. ista uasa misericordiae. Significatum est hoc et in duobus
filiis Abrahe. quod unus de ancilla quae dicebatur agar. secundum carnem
natus est ysmael. Alter est autem de Sarra libera secundum repromissionem.
Natus uterque quidem de semine abrahe. Sed illum genuit demonstrans
consuetudo naturam. Illum uero dedit promissio significans gratiam.
Ibi humanus usus ostenditur. hic diuinum beneficium commendatur;

De sterilitate Sarre quam dei gratia fecundauit; Capitulum iii:

SArra quippe sterilis erat. et desperatione prolis saltem de an-
cilla sua cupiens habere quod de se ipsa non se posse cernebat.

dedit eam fetandam uiro de quo parere uoluerat nec potuerat. Exegit itaque etiam sic debitum de marito utens iure suo in utero alieno.

Natus est ergo ismael sicut nascuntur homines permixtione sexus utriusque usitata lege nature. ideo dictum est secundum hominem. Non quod ista beneficia non sint dei, aut non illa operetur deus, cuius opifex sapientia attingit sicut scriptum est, a fine usque ad finem fortiter; et disponit omnia suauiter. Sed ubi significandum fuerat dei donum, quod indebitum hominibus gratis gratia largiretur, sicut oportuit dari filium, quemadmodum nature non debebatur excursibus. Negat enim natura iam filios tali commixtioni maris et foemine, qualis poterat esse Abrahe et Sarre in illa iam etate, et mulieris accedente sterilitate, que non parere potuit. quando non etas fecunditatis, sed etatis fecunditas defuit. Quod ergo nature sic affecte fructus posteritatis non debebatur; significat quod natura generis humani peccato uitiata ac per hoc iure damnata nihil uere foelicitatis in posterum merebatur. Recte igitur significat isaac per repromissionem natus filios gratie ciues ciuitatis libere, socios pacis eterne.

Ubi sit non amor proprie ac priuate quodammodo uoluntatis, sed communi eodemque inmutabili bono gaudens, atque ex multis unum cor faciens. i. perfecte concors obedientia caritatis;

De terrene ciuitatis uel cunctatione uel pace; ~ Capitulum. iiii;

Terrena porro ciuitas que sempiterna non erit, neque enim cum extremo supplicio damnata fuerit, iam ciuitas erit. Hic habet bonum suum, cuius societate letatur, qualis esse de talibus letitia rebus potest. Et quoniam non est tale bonum, ut nullas angustias faciat amatoribus suis, ideo ciuitas ista aduersus seipsam plerumque diuiditur, litigando, bellando, atque pugnando, et aut mortiferas, aut certe mortales uictorias requirendo. Nam ex quacumque sui parte aduersus alteram sui partem bellando surrexerit; querit esse uictrix gentium, cum sit captiua uitiorum. Et siquidem cum uicerit superbius extollitur; et sic mortifera; si uero conditionem cogitans casusque communes, magisque que accidere possunt angitur, quam eis que prouenerunt rebus secundis inflatur. Tantummodo mortalis est ista uictoria. Neque enim semper dominari poterit permanendo eis quos potuerit subiugare uincendo. Non autem recte dicitur ea bona non esse, que concupiscit hec ciuitas, quoniam est et ipsa in suo humano genere melior. Concupiscit enim quandam pro rebus infimis terrenam pacem. ad eam namque desiderat peruenire bellando, quoniam si uicerit, et qui resistat

non fuerit pax erit. quam non habebant partes inuicem aduersantes. et pro rebus quas simul hre non poterant certantes. hanc pacem requirunt laboriosa bella: hanc adipiscitur quae putatur gloriosa uictoria. quando autem uincunt qui causa iustiore pugnabant, quis dubitet gratulandam esse uictoriam, et prouenisse optabilem pacem. hec bona sunt. et sine dubio dei dona sunt. Sed si neglectis melioribus, que ad supernam pertinent ciuitatem ubi erit uictoria in eterna et summa pace secura, Bona ista sic concupiscuntur: ut uel sola esse credantur uel his quae meliora creduntur amplius diligantur necesse est miseria consequatur et que inerat augeatur;

De primo terrene ciuitatis auctore fratricida, cuius impietati Romane urbis conditor germani cede responderit; Capitulum. V.

Primus itaque fuit terrene ciuitatis conditor fratricida. Nam suum fratrem ciuem ciuitatis eterne in hac terra peregrinantem inuidentia uictus occidit. Unde mirandum est quod tanto post in ea ciuitate condenda quae fuerat huius terrene ciuitatis de qua loquimur caput futura et tam multis gentibus regnatura. huic primo exemplo Et ut greci appellant archetypo quodam sui generis imago respondit. Nam et illic sicut ipsum facinus quidam poeta commemorauit illorum. Fraterno primi maduerunt sanguine muri. Condita est enim est Roma quando occisum Remum a fratre Romulo romana testatur historia. nisi quod isti terrene ciuitatis ambo ciues erant. ambo gloriam de romana rei publice institutione querebant. Sed ambo eam tantam quantam si unus esset hre non poterant. Qui enim uolebat dominando gloriari minus utique dominaretur si eius potestas uiuo consorte minueretur. Ut ergo totam dominationem hret unus ablatus est socius. et scelere creuit in peius quod innocentia minus esset et melius. Hi autem fratres Cayn et Abel non habebant inter se similem rerum terrenarum cupiditatem. nec in hoc alter alteri inuidit quod eius dominatus fieret angustior qui alterum occidit se ambo dominarentur. Abel quippe non querebat dominationem in ciuitate que condebatur a fratre. Sed inuidentia illa diabolica qua inuident bonis mali nulla alia causa. nisi quia illi boni illi mali. Nullo enim modo fit minor accedente seu permanente consorte possessio bonitatis. quam tanto latius quanto concordius indiuidua sociorum possidet caritas. Non habebit denique istam possessionem qui eam noluerit hre coem. et tanto eam reperiet ampliorem quanto amplius sibi potuerit amare consortem. Illud igitur quod inter Remum et Romulum exortum est quemadmodum aduersum se ipsa terrena ciuitas

diuidatur ostendit. Quod autem in Cayn et Abel inter duas ipsas ciuitates dei et hominum inimicitias demonstrauit. Pugnant ergo inter se mali et mali. Item pugnant inter se mali et boni. Boni uero et boni si perfecti sunt inter se pugnare non possunt. Proficientes autem nondumque perfecti ita possunt ut bonus quisque ex ea parte pugnet contra alterum qua iam contra se ipsum. Et in uno quippe homine caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem. Concupiscentia ergo spiritualis contra alterius potest pugnare carnalem. Vel concupiscentia carnalis contra alterius spiritualem sicut inter se pugnant boni et mali uel certe ipse concupiscentie carnales inter se duorum bonorum nondum utique perfectorum sicut inter se pugnant mali et boni donec eos qui curantur ad ultimam uictoriam sanitas perducat;

De languoribus quos ex pena peccati etiam ciues ciuitatis dei in huius uite peregrinatione patiuntur et a quibus deo medente sanantur; Capitulum ~ Sextum:

Languor quippe iste. i. illa inobedientia de qua in libro quartodecimo disseruimus prime inobedientie supplicium et ideo non natura sed uitium. propter quod dicit Apostolus. Proficientibus bonis ex fide in hac peregrinatione uiuentibus inuicem onera uestra portate et sic adimplebitis legem Christi. Alibi dicit. Corripite inquietos consolamini pusillanimes suscipite infirmos patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat. Item alio loco si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis. Intendens te ipsum et ne tu tempteris. Et alibi. Sol non occidat super iracundiam uestram. Et in euangelio. Si peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te et ipsum solum. Item de peccatis in quibus multorum cauetur offensio Apostolus dicit. Peccantes coram omnibus argue ut ceteri timorem habeant. Propter hoc et de uenia inuicem danda multa precipiuntur et magna cura propter tenendam pacem sine qua nemo poterit uidere deum. ubi ille terror quando iubetur o seruus decem milium talentorum reddere debita que illi fuerant relaxata. quoniam debitum denariorum centum conseruo suo non relaxauit. Qua similitudine proposita dominus Iesus adiecit et ait. Sic uobis faciet uester pater celestis si non dimiseritis unusquisque fratri suo de cordibus uestris. Hoc modo curantur ciues ciuitatis dei in hac terra peregrinantes et pacis superne patrie suspirantes. Spiritus autem sanctus operatur intrinsecus ut ualeat aliquid medicina que adhibetur extrinsecus. Alioquin et si deus ipse utens creatura sibi subdita in aliqua

specie humana · sensus alloquatur humanos · siue istos corporis siue illos quos
istis simillimos habemus in somniis. Nec interiore gratia mentem regat
atque agat. Nihil prodest homini omnis predicatio ueritatis. Facit hoc
autem deus a uasis misericordie, ire uasa discernens · dispensatione
qua ipse nouit multum occulta · sed tamen iusta. Ipso quippe ad
iuuante mirabilibus et latentibus modis cum peccatum quod habitat
in membris nostris quod potius iam pena peccati est · sicut apostolus precipit ·
Non regnat in nostro mortali corpore ad obediendum desideriis eius ·
nec ei membra uelut iniquitatis arma exhibemus · Conuertitur ad
mentem non sibi ad mala deo regente consentientem. et eam regente
tranquillius nunc habebit · postea sanitate perfecta atque inmortalitate
percepta · homo sine ullo peccato in eterna pace regnabit;

De causa et pertinacia sceleris Cayn quem nec a facinore concepto
dei sermo reuocauit : ~ Capitulum . Septimum :

Sed hoc ipsum quod sicut potuimus exposuimus cum deus locu
tus est ad Cayn · eo more quo cum primis hominibus per creaturam
subiectam uelut eorum socius forma congrua loquebatur. Quid
ei profuit? Nonne contemptum scelus in necando fratrem · etiam post
uerbum diuine admonitionis impleuit. Nam cum sacrificia decre
uisset amborum · in illius respiciens · huius despiciens quod non dubitan
dum est potuisse cognosci signo aliquo attestante uisibili · et hoc ideo
fecisset deus · quia mala erant opera huius. fratris uero bona. Contristatus
est Cayn ualde · et concidit facies eius. Sic enim scriptum est. Et dixit
dominus ad Cayn. Quare tristis factus es · et quare concidit facies tua? non
ne si recte offeras. recte autem non diuidas peccasti. quiesce · ad te enim
conuersio eius et tu dominaberis illius. In hac commonitione uel monitu
quem deus protulit ad cayn · illud quidem quod dictum est · nonne si recte
offeras · recte autem non diuidas peccasti: quia non elucet cur uel unde
sic dictum est · multos sensus peperit eius obscuritas · cum diuinarum
scripturarum quisque tractator secundum fidei regulam illud conatur exponere.
Recte quippe offertur sacrificium · cum offertur deo uero · cui uni tantummodo
sacrificandum est. Non autem recte diuiditur · dum non discernuntur
recte uel loca uel tempora uel res ipse que offeruntur · uel qui offert et cui of
fertur · uel hi quibus ad uescendum distribuitur quod oblatum est · ut di
uisionem hic discretionem intelligamus · siue cum offertur ubi non o
portet · aut quod non ibi · sed alibi oportet · siue cum id offertur quod nusquam
et numquam penitus debuit · siue cum electiora sibi eiusdem generis rerum

tenet homo. q̄ sunt ea quę offert deo. siue eius rei quę oblata ē fit
particeps profanus. aut quilibet quem fas non est fieri. In quo aūt
horum deo displicuerit Cayn facile non pōt inueniri. Sed quoniā
Ioannes aplūs cum de his frībus loqueret̄. non sicut Cayn inquit
ex maligno erat et occidit frēm suum. et cuius rei gratia occidit?
quia opa illius maligna fuert. frīs autē eius iusta. Datur intellegi
ꝓptēa deum non respexisse in munus eius. qa hoc ipso male diuide
bat dans deo aliquid suū. sibi autē se ipsum. qđ omnes faciunt qui
non dei. sed suam sectantes uoluntatem. i. non recte. sed peruerso
corde uiuentes offerunt tn̄ deo munus quo putant eum redimi.
ut eoꝝ non opituleť sanandis prauis cupiditatibus. sed explendis.
Et hoc est terrenę ꝓprium ciuitatis. deum uel deos colere. qbus adiu
uantibus regnent in uictoriis. et pace terrena non caritate cōsulen
di. sed dn̄andi cupiditate. Boni quippe ad hoc utunť mundo ut fru
antur deo. mali autē contra ut fruanť mundo. uti uolunt deo. Qui
tn̄ eum se uel res humanas curare non credunt. Sunt enī multo de
teriores qui ne hoc quidem credunt. Cognito itaq; Cayn qđ super
eius germani sacrificiū. nec super suū respexerat deus. utiq; fratrē
bonum mutatus imitari. non elatus debuit emulari. sed contrista
tus est. et concidit facies eius. Hoc pccm̄ maxīe arguit deus. tristitiā
de alterius bonitate. et hoc fratris. Hoc quippe arguendo interrogauit
dicens. quare contristatus es. et quare concidit facies tua. Quia enim
fratri inuidebat. deus uidebat. et hoc arguebat. Nam hominibus
quibus absconditum est cor alterius. posset esse ambiguū et prsus
incertum. utrū illa tristitia malignitatē suam in qua se deo displi
cuisse didicerat. an frīs doluerit bonitatem quę deo placuit cum
sacrificium eius aspexit. Sed rōem reddens cur eius oblationem
accipe noluerit ut sibi ipse potius merito q̄ ei frater īmerito displi
ceret. cum esset iniustus non recte diuidendo. hoc ē non recte ui
uendo. et indignus cuius approbareť oblatio. q̄ esset iniustior qđ
frēm iustum gratis odisset. ostendit. Non tamen eum dimittens
sine mandato sancto et bono. quiesce inqt. Ad te enī conuersio ei9.
et tu dn̄aberis illius. Numqd fratris? Absit. cuius igiť nisi peccati.
Dixerat enī peccasti. Tum enī deinde addidit quiesce. ad te enī con
uersio eius. et tu dn̄aberis illius. Pōt quidem ita intellegi. ad ipsum
hoīem conuersionem esse debere peccati. ut nulli alii. q̄m sibi sciat
tribuere debere qđ peccat. Hæc est enī salubris penitentię medicina.

et uenit petitio non incongrua. Ubi ait. Ad te enim conuersio eius non
subaudiatur erit sed sit precipientis uidelicet non predicentis modo.
Tunc enim dominabitur quisque peccato si id sibi non defendendo preposuerit
sed penitendo subiecerit. alioquin et illi seruiet dominanti si patrocinium
adhibuerit accidenti. Sed ut peccatum intelligatur concupiscentia ipsa
carnalis de qua dicit apostolus. Caro concupiscit aduersus spiritum. in cuius
carnis fructibus et inuidiam commemorat. qua utique cayn stimula-
batur et accendebatur in fratris exitium. bene subauditur erit. i. ad te enim
conuersio eius erit et tu dominaberis illius. Cum enim commota fuerit
pars ipsa carnalis quam peccatum appellat apostolus ubi dicit. Non ego
operor illud sed quod habitat in me peccatum. quam partem animi etiam
philosophi dicunt esse uitiosam non que mentem debeat trahere sed cui
mens debeat imperare eamque ab illicitis operibus ratione cohibere. Cum
ergo commota fuerit ad aliquid perperam committendum si quiescat
et obtemperet dicente apostolo. Nec exhibueritis membra uestra arma ini-
quitatis peccato. ad mentem domita et deuicta conuertitur ut sub-
dita ratio dominetur. Hoc precepit deus huic qui facibus inuidie in-
flammabatur in fratrem et quem debuerat imitari cupiebat auferri.
Quiesce inquit manus a scelere contine. non regnet peccatum in tuo
mortali corpore ad obediendum desideriis eius. nec exhibeas mem-
bra tua iniquitatis arma peccato. Ad te enim conuersio eius. dum non
adiuuatur relaxando sed quiescendo frenatur. Et tu dominaberis illius.
ut cum forinsecus non permittitur operari sed potestate mentis regentis
et beneuolentis assuescat etiam intrinsecus non moueri. Dictum
est tale aliquid in eodem diuino libro et de muliere quando post peccatum
deo interrogante atque iudicante damnationis sententias acceperunt in
serpente dyabolus et in se ipsis illa et maritus. Cum enim dixisset ei
Multiplicans multiplicabo tristitias tuas et gemitum tuum et in tristi-
tiis paries filios. deinde addidit. et ad uirum tuum conuersio tua.
et ipse tui dominabitur. Quod dictum est ad cayn de peccato uel de
uitiosa carnis concupiscentia. hoc isto loco de peccatrice foemina. ubi
intelligendum est uirum ad regendum uxorem animo carnem regenti
similem esse oportere. Propter quod dicit apostolus. Qui diligit uxorem
suam se ipsum diligit. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit.
Sananda enim sunt hec sicut nostra non sicut aliena damnanda. Sed
illud dei preceptum Cayn sicut preuaricator accepit. Inualescente
quippe inuidentie uitio fratrem insidiator occidit. Talis erat terrenę

conditor ciuitatis. Quo autem significauit et iudeos a quibus christus occisus est pastor ouium hominum quem pastor ouium pecorum prefigurat abel; quia in alegoria prophetica res est, parco nunc dicere. Et quedam hinc aduersus faustum manicheum dixisse me recolo;

Que ratio fuerit ut cayn inter principia generis humani conderet ciuitatem : — Capitulum : — Octauum :

NVnc autem defendenda mihi uidetur historia ne sit scriptura incredibilis que dicit edificatam ab uno homine ciuitatem eo tempore quo plusquam uiri quatuor uel potius tres postquam frater fratrem occidit fuisse uidentur in terra. id est primus homo pater omnium et ipse cayn et eius filius enoch ex eius nomine ipsa ciuitas nuncupata est. Sed hoc quos mouet parum considerant non omnes qui tunc esse potuerunt scriptorem sacre huius historie necesse habuisse nominare, sed eos solos quos operis suscepti ratio postulabat. Propositum quippe scriptoris illius fuit per quem spiritus sanctus illud agebat per successiones certarum generationum ex uno homine propagatarum peruenire ad abraham ac deinde ex eius semine ad populum dei in quo distincto a ceteris gentibus prefigurarentur et prenuntiarentur omnia que de ciuitate cuius eternum erit regnum et de rege eius eodemque conditore christo in spiritu preuidebantur esse futura ita ut nec de altera societate hominum taceretur quam terrenam dicimus ciuitatem. Quam tamen ei commemorandę satis esset ut ciuitas dei etiam sue aduersarie comparatione clarescat. Cum igitur scriptura diuina ubi et numerum annorum quos illi homines uixerunt commemorat: ita concludat ut dicat de illo de quo loquebatur. Et genuit filios et filias et fuerunt omnes dies illius uel illius quos uixit tot anni et mortuus est. Nunquid quia eosdem filios et filias non nominat: ideo intelligere non debemus per tam multos annos quibus tunc in seculi huius prima etate uiuebant nasci potuisse plurimos homines quorum cetibus condi possent et plurime ciuitates. Sed pertinuit ad deum quo ista inspirante conscripta sunt. has duas societates suis diuersis generationibus digerere atque distinguere ut seorsum hominum hoc est secundum hominem uiuentium seorsum autem filiorum dei id est hominum secundum deum uiuentium generationes contexerentur usque ad diluuium ubi ambarum societatum discretio concretioque narratur. Discretio quidem quod amborum separatim generationes commemorat: unius fratricide cayn alterius autem qui uocabatur Seth. Seth natus quippe fuerat et ipse de Adam pro illo quem frater occidit. Concretio autem quia bonis in deterius declinantibus tales uniuersi

facti fuerant ut diluuio delerentur excepto uno iusto cuius nomen erat
N oe et eius coniuge et tribus filiis totidemq; nuribus qui hoies octo
ex illa oim uastatione mortalium per arcam euadere meruerunt. Qd
igitur scriptum est. Et cognouit Cayn uxorem suam et concipiens ei
peperit Enoh. Non est quidem consequens ut primum istum filium
genuisse credatur. Neq; enim hoc ex eo putandum est qa dictum co
gnouisse uxorem suam quasi tunc se illi primitus concumbende mis
cuisset. Nam et de ipso patre omnium Adam non tunc solum dctm
est qn conceptus est cayn quē primogenitum uidetur habuisse. Verū
etiā posterius eadem scriptura. Cognouit inquit adam euam uxorē
suam et concepit et peperit filium et nominauit nomen illius Seth.
V nde intellegitur ita solere illam scripturam loqui. Quāuis non semp
C um in ea legit factos hoim fuisse conceptus non tn solum cum primm
sibi sexus uterq; misceṫ nec illud necessario est argumento ut primoge
nitum patri existimemus Enoch qđ eius noie illa ciuitas nuncupata ē
N on enī abre est ut pp aliquā causam cum et alios hrēt diligeret eū
pater ceteris amplius. Neq; enī et Iudas primogenitus fuit a quo Iu
dea cognoiata est et Iudei. Sed etiā si conditori ciuitatis illius iste fili?
primus est natus non ideo putandum ē tunc a pre condite ciuitati
nomen eius impositum qn natus est qa nec constitui tunc ab uno pote
rat ciuitas quae nihil est aliud qm hominum multitudo aliquo socie
tatis uinculo colligata. Sed cū illius hois familia tanta numerositate
cresceret ut hrēt iam ppli qntitatē tunc potuit utiq; fieri ut et consti
tueret et nomen primogeniti sui constitute iponeret ciuitati. Tam lon
ga quippe uita illoꝝ hoim fuit ut illic memoratoꝝ quoꝝ et anni ta
citi non sunt qui uixit minime ante diluuium ad septingentos qn
quaginta tres perueniret. Nam plures nongentos annos etiā transiert
quāuis nemo ad mille peruenerit. Quis itaq; dubitauerit per unius ho
minis etatem tantum multiplicari potuisse genus hominum ut esset
unde constitueret non una tm sed plurimę ciuitates. Quod ex hoc
coniici facillime pot quia ex uno Abraham non multo amplius qua
dringentis annis nūositas hebree gentis tanta procreata ē ut in ex
itu eiusdem ppli ex aegypto sexcenta hoim milia fuisse referantur
bellice iuuentutis ut omittamus gentem idumeorum non ptinentē
ad pplm israhel quem genuit frater eius Esau nepos ipsius abrahae
et ab eo gentes alias non tamen per Sarram uxorem procreatas;

De longa uita hominum quae fuit ante diluuium. et de ampliore

humanorum corporum forma :~ Capitulum · Nonum :·

QVam obrem nullus prudens rerū existimator dubitauerit. Cayn non solum aliquam, uerum etiā magnam potuisse condere ciuitatem, quando in tam longum tempus protendebatur uita mortalium, nisi forte infidelium quisq; ex ipsa nuīositate annoꝝ nobis ingerat questionem, qua uixisse tunc hōies scriptum est in auctoritatibus nrīs et hoc neget esse credendum. Ita quippe non credunt magnitudines corpoꝝ longe ampliores tunc fuisse qͣ nunc sunt. Vnde et nobilissimus eoꝝ poeta Virgilius de ingenti lapide quem in agrorum limite infixum uir fortis illorum tempoꝝ pugnans et rapuit et cucurrit, et intorsit, et misit. Et uix illum inquit lecti bis sex ceruice subirent. Qualia nunc hominum ꝓducit tempora tellus. Significans maiora tunc corpora producēē solere tellurem. Quanto magis igit̄ temporibus recentioribꝰ mundi, ante illud nobile diffamatumq; diluuium. Sed de corpoꝝ magnitudine plerumq; incredulos nudata per uetustatē, siue per uim fluminū uariosq; casus, sepulcra conuincunt, unde apparuerūt uel ceciderunt incredibilis magnitudinis ossa mortuoꝝ. Vidi ipse non solus sed aliquot mecum in Vticensi litore molarīs hōis dentem tam ingentem ut si in nrōꝝ dentium modulos minutatim concideretur centum nobis uideret̄ facere potuisse. Sed illum gigantis alicuius fuisse crediderim. Nam preter qđ erant oīum multoq; nrā maiora tunc corpora gigantes longe ceteris anteibant, sicut aliis deinde nrīsq; temporibus rara quidem, sed nunqͣ ferme defuerūt. que modum alioꝝ plurimum excederent. Plinius scđs doctissimꝰ homo qͣnto magis magisq; ꝑcurrit seculi excursus, minora corpora naturam ferre testatur, quod et Homerum cōmemorat sepe carmīe fuisse conquestum. Non hec uelut poetica figmenta deridens, sed in historicam fidem tanqͣ mirabilium naturalium scriptor assumes.

Verum ut dixi, antiquoꝝ magnitudines corpoꝝ inuenta plerūq; ossa, qm̄ diuturna sunt, etiā multo posterioribus seculis produnt. Annorum autē nūositas cuiusq; hominis qui tp̄ribus illis fuit, nullis nc̄ talibus documentis uenire in experimentum pōt. Nec tn̄ ideo fides sacre huius historie deroganda est. Cuius tanto īprudentius narrata non credimus, qͣnto in pleri certius prenuntiata conspicimus.

Dicit tn̄ etiā idem Plinius esse adhuc gentē ubi ducentos annos uiuitur. Si ergo humanaꝝ uitarum diuturnitates quas experti nō

summus. hodie habere credunt incognita nobis loca. Cur non habuisse credant et tempora? An uero credibile est alicubi esse quod hic non est et incredibile est aliquando fuisse quod nunc non est;

De differentia quae inter hebreos et nostros codices uidetur annorum numeri dissonare: Capitulum .x.

Quo circa et inter hebreos et nostros codices de ipso numero annorum nonnulla uidetur esse distantia quod ignoro qua ratione sit factum non tamen tanta est ut illos homines tam longeuos fuisse dissentiant. Nam ipse homo primus adam antequam gigneret filium qui est appellatus Seth. tricentos triginta uixisse annos reperitur in codicibus nostris. In hebreis autem centum .xxx. perhibetur. Sed postea quam eum genuit septingentos uixisse legitur in nostris octingentos uero in illis. Atque ita utriusque uniuersitatis summa concordat. Ac deinde per consequentes generationes antequam gignatur qui gigni commemoratur minus uixisse apud hebreos pater eius inuenitur centum annos. Sed postea quam est genitus idem ipse centum minus quam in hebreis inuenitur in nostris. atque ita hinc et inde numeri uniuersitas consonat. In sexta autem generatione nusquam utrique codices discrepant. In septima uero ubi ille qui natus est Enoch non mortuus sed quod deo placuerit translatus esse narratur eadem dissonantia est quae in superioribus quinque de centum annis antequam gigneret eum qui ibi commemoratus est filium. atque in summa similis consonantia. Vixit enim annos antequam transferretur secundum utrosque codices trecentos sexaginta quinque. Octaua generatio habet quidem nonnullam diuersitatem sed minorem ac dissimilem ceteris. Matusalem quippe quem genuit Enoch antequam gigneret eum qui in ipso ordine sequitur secundum hebreos non centum minus sed uiginti amplius uixit annos. qui rursus in nostris postea quam eum genuit reperiuntur additi. et in utrisque sibi summa uniuersi numeri occurrit. In sola nona generatione .i. in annis Lamech filii matusale patris autem Noe summa uniuersitatis discrepat sed non plurimum. Viginti etenim et quatuor annos plus uixisse in ebreis quam in nostris codicibus inuenitur. Nam ante quam gigneret filium qui uocatus est Noe sex minus habet in hebreis quam in nostris. postea uero quam eum genuit triginta amplius in eisdem quam in nostris. Vnde ex illis detractis sex restant uiginti quatuor ut dictum est;

De annis Matusale cuius etas quatuordecim annis diluuium uidetur excedere; Capitulum. xi.

PER hanc autem discrepantiam hebreorum codicum atque nostrorum
exoritur illa famosissima questio. Ubi Matusalem quattuordecim
annos uixisse post diluuium computatur, cum scriptura ex omnibus
qui in terra tunc fuerant solos octo homines in arca exitium commemoraret
euasisse diluuii, in quibus Matusala non fuit. Secundum enim
codices nostros Matusala priusquam gigneret illum quem uocauit Lamech
uixit annos centum sexaginta septem. Deinde ipse Lamech antequam
ex illo natus esset Noe uixit annos centum octoginta octo qui fi-
unt simul trecenti quinquaginta quinque. His adduntur sexcenti Noe
quoto eius anno diluuium factum est qui fiunt nongenti quin-
quaginta quinque ex quo Matusala natus est usque ad annum dilu-
uii. Omnes enim anni uite Matusale nongenti sexaginta nouem
computantur, quia cum uixisset annos centum sexaginta septem, et genuis-
set filium qui est appellatus Lamech post eum genitum uixit annos tre-
centos duos, qui omnes ut diximus quadringenti sexaginta nouem
fiunt. Unde detractis quadringentis quinquaginta quinque ab ortu
Matusale usque ad diluuium remanent quattuordecim quibus uixisse cre-
ditur post diluuium. Propter quod eum non nulli et si non in terra u-
bi omnem carnem quam uiuere in aquis natura non sinit constat
fuisse deletam cum patre suo qui translatus fuerat aliquantum fuisse at-
que ibi donec diluuium preteriret uixisse arbitrantur nolentes derogare
fidem codicibus quos in auctoritatem celebriorem suscepit ecclesia,
et credentes iudeorum potius quam istos non habere quod uerum est. Non enim
admittunt quod magis hic esse potuerit error interpretum quam in ea lin-
gua esse falsum. Unde in nostram per grecam scriptura ipsa translata est.
Sed inquiunt non esse credibile septuaginta interpretes qui uno simul
tempore unoque sensu interpretati sunt errasse potuisse aut ubi nihil eorum
interesset uoluisse mentiri. Iudeos uero dum nobis inuident quod lex
et prophete ad nos interpretando transierint mutasse quedam in codi-
cibus suis ut nostris minueretur auctoritas. Hanc opinionem uel suspicio-
nem accipiat quisque ut putauerit. Certum est enim non uixisse Matusa-
lem post diluuium sed eodem anno defunctum si uerum est quod de
numero annorum in hebreis codicibus inuenitur. De septuaginta interpre-
tibus quid mihi uideatur suo loco inserendum est cum ad ipsa tempora
quantum necessitas huius operis postulat commemoranda adiuuante do-
mino uenerimus. Presenti enim sufficit questioni secundum utrosque codices
tam longas habuisse uitas illius eui homines ut posset etate unius

qui de duobus quos solos terra tunc habuit parentibus primus est na
tus ad condendam ciuitatem multiplicari genus humanum ;

De opinione eorum qui primorum temporum homines tam longeuos
quam fuisse ascribitur non credunt : Capitulum . xii :

Neque enim ullo modo audiendi sunt qui putant aliter annos illis
temporibus computatos . i . tante breuitatis ut unus annus
noster decem illos habuisse credatur. Quapropter inquiunt cum
audierit quisque uel legerit nongentos annos quemque uixisse debet
intelligere nonaginta . Decem quippe illi anni unus est noster et decem
nostri centum illi fuerunt . Ac per hoc ut putant uiginti trium annorum
fuit quando genuit Seth . Viginti agebat et sex menses quando ex illo natus est Enoch .
quos appellat scriptura diuina ducentos et quinque annos . quoniam sicut isti
suspicantur quorum exponimus opinionem unum annum qualem nunc
habemus in decem partes illi diuidebant et easdem partes annos uo
cant . quarum una habet quadratum senarium eo quod sex diebus deus per
fecit opera sua ut in septimo requiesceret . de qua re in libro undecimo
sicut potui disputaui . Sexies autem seni qui numerus quadratum senarium
facit triginta sex dies sunt qui multiplicati decies ad ccc^os lx^ta per
ueniunt . i . duodecim menses lunares . Propter quinque dies enim reliquos
quibus annus solaris impletur et diei quadrantem propter quem quater
ductum eo anno quo bissextum uocant unus dies additur addeba
tur a ueteribus postea dies ut occurreret numerus annorum . quos dies
romani intercalares uocabant . Proinde etiam Enoch quem genuit
Seth decem et nouem agebat annos quando ex illo natus est filius eius Caynan
quos annos dicit scriptura centum nonaginta . Et deinceps per omnes
generationes in quibus hominum anni commemorantur ante diluuium nullus fe
re in nostris codicibus inuenitur qui cum esset centum annorum uel infra uel
etiam centum uiginti aut non multo amplius genuerit filium . sed mi
nima etate genuerunt centum sexaginta et quod excurrit fuisse
referuntur quia nemo inquiunt decem annorum homo potest gignere filios
qui numerus centum appellabant anni ab illis hominibus . Sed in annis sex
decim est matura pubertas et proli iam idonea procreande quos cen
tum et sexaginta annos illa tempora nuncupabant . Ut aliter annum
tunc fuisse computatum non sit incredibile adiciunt quod apud
plerosque scriptores historie reperitur egyptios annum quatuor mensium
acarnanas sex mensium . lamnios tredecim mensium . Plinius secundus
cum commemorasset relatum fuisse in litteras quendam uixisse centum

quinquaginta duos annos, alium decem amplius, alium ducentorum annorum habuisse uitam. alios trecentorum. quosdam ad quingentos. alios ad sexcentos. non nullos ad octingentos et peruenisse. Hec omnia in scythia temporum accidisse arbitratus est. Alii quippe inquit estate determinabant annum. et alterum hyeme. Alij quadripartitis temporibus. sic archades inquit quorum anni trimestres fuerunt. Adiecit etiam aliquando aegyptios quorum paruos annos quattuor mensium fuisse supra diximus. lune fine limitasse annum. Itaque apud eos inquiunt et singula milia annorum uixisse produntur. His uelut probabilibus argumentis quidam non destruentes fidem sacre huius historie, sed astruere nitentes ne sit incredibile quod tam multos uixisse referunt antiqui persuaserunt sibi: nec se suadere inprudenter existimant tam exiguum spatium temporis tunc annum uocatum, ut illi decem sint unus noster, et decem nostri centum illorum. Hoc autem esse falsissimum documento euidentissimo ostendit. quod antequam faciam non mihi tacendum uidetur que credibilior possit esse suspitio. Poterant certe hanc asseuerationem ex hebreis codicibus redarguere atque conuincere: ubi Adam non ducentorum triginta sed centum xxx annorum fuisse reperitur quando tertium genuit filium. qui anni si xiii nostri sunt, procul dubio quando primum genuit xi. uel non multo amplius annorum fuit. Quis potest hac etate generare usitata ista nobisque notissima lege nature? Sed hunc omittamus qui fortasse etiam quando creatus est potuit. Non enim eum tam paruum quam infantes nostri sunt factum esse credibile est. Seth filius eius non ducentorum quinque sicut nos legimus, sed centum quinque fuit quando genuit Enoch. ac per hoc secundum istos nondum habebat xi annos etatis. Quid dicam de Caynan eius filio qui cum apud nos centum lxx reperiatur apud hebreos lxx legitur fuisse quando genuit Malelech. quis generat homo septennis, si tunc anni lxx nuncupabantur qui septem fuerant;

In dinumeratione annorum hebreorum magis quam septuaginta interpretum sit sequenda auctoritas: Capitulum xiii.

Sed cum hec dixero continuo refertur illud iudeorum esse mendacium de quo supra satis actum est. Nam lxx interpretes laudabiliter celebratos uiros non potuisse mentiri. Vbi si queram: quid sit credibilius, iudeorum gentem tam longe lateque diffusam ut in hoc conscribendum mendacium uno concilio conspirasse potuisse. et dum aliis inuident auctoritatem, sibi abstulisse ueritatem, An septuaginta homines qui etiam ipsi iudei erant uno in loco positos quos

Rex egyptius Ptolemeus ad hoc opus asciuerat ipsam ueritatem
gentibus alienigenis inuidisse, et communicato istud fecisse concilio. Quis
non uideat quid procliuius faciliusque credatur. Sed absit ut prudens
quispiam uel iudeos cuiuslibet peruersitatis atque malitie tantum
potuisse credat ut codicibus tam multis et tam longe lateque dispersis
Vel septuaginta illos memorabiles uiros hoc de inuidenda gentibus
ueritate unum communicasse consilium. Credibilius est ergo quis dixerit
cum primum de bibliotheca ptolemei describi ista ceperunt, tunc
aliquid tale fieri potuisse in codice uno sed primitus inde descripto.
Vbi potuit quidem esse etiam scriptoris error. Sed hoc in illa questione
de uita Matusale non absurdum est suspicari, et in illo alio ubi su-
perantibus xxiiii annis summa non conuenit. In his autem in quibus
continuatur ipsius mendositatis similitudo ita ut ante genitum filium
qui ordini inscribitur alibi supersint centum anni, alibi desint, post
genitum autem ubi deerant supersint, ubi superant desint ut summa
conueniat. Et hoc in prima secunda tertia quarta quinta septima
generatione inuenitur. uidetur habere quandam si dici potest error ipse con-
stantiam nec casum redolet sed industriam. Itaque illa diuersitas
numerorum aliter se habentium in codicibus grecis et latinis aliter in
hebreis ubi non est ita de centum annis prius additis et postea de-
tractis per tot generationes continuata parilitas nec malitie iudeorum,
nec indulgentie uel prudentie septuaginta interpretum sed scri-
ptoris tribuatur errori qui de bibliotheca supradicti Regis codicem
describendum primus accepit. Nam etiam nunc ubi numeri non
faciunt intentum ad aliquid quod facile possit intelligi uel
quod appetit utiliter disci, et negligenter describuntur et neglectius
emendantur. Quis enim sibi estimet esse discendum quot milia hominum
tribus israhel singulatim habere potuerunt. quoniam prodesse aliquid non pu-
tatur, et quotus quisque hominum est cui profunditas utilitatis huius ap-
pareat. Hic uero ubi per tot contextas generationes centum anni ali-
bi adsunt alibi desunt. Et post natum qui commemorandus
fuerat filium desunt ubi adfuerunt, adsunt ubi defuerunt ut
summa concordet. nimirum cum uellet persuadere qui hoc fecit,
ideo numerosissimos annos uixisse antiquos quod eos breuissimos nun-
cupabant et hoc de maturitate pubertatis qua idonea filii gigne-
rentur conaretur ostendere atque ideo in illis centum annis decem nostros
insinuandos putaret incredulus ne homines tam diu uixisse recipe-

in fidem nolent addidit centum ubi gignendis filiis abilem non inue-
nit ætatem. Eosdemque centum post genitos filios ut congrueret sūma
detraxit. Sic quippe uoluit credibiles facere idonearum gnāde plī
conuenientias ætatum. Tamen nunc non fraudat uniuersas ætates ui-
uentium singulorum. Quod autē in sexta gnatione non fecit, hoc ipm
est qd magis mouet ideo illum fecisse cum res quas dicit postulauit
quia non fecit ubi non postulauit. Inuenit namque in eadem gnatione
apud hebreos uixisse Iared anteq̄ genuisset Enoch centū sexaginta
duobus annis qui scdm illam rōem breuium annorum fuerit anni
sedecim, et aliqd minus q̄ menses duo quę iam ætas apta ē ad gignē
dum. Et ideo addere centum annos breues ut nri xxvi fierent ne
cesse non fuit nec post natum Enoch eos detrahere quos non addide-
rat ante natum. Sic factum est ut hic nulla esset inter codices utros-
que uarietas. Sed rursus mouet cur in octaua gnatione anteq̄ de Matu-
sala nasceretur Lamech cum apud hebreos legat centum lxxxii ānī
xx minus inueniunt in codicibus nrīs ubi potius addi centū solent et
post genitum Lamech cōplendam restituunt ad summā quę in codi-
cibus utrisque non discrepat. Si enī centū lxx annos ꝑpter pubertatis ma-
turitatem xvii uolebat intelligi sicut nihil addere ita nihil detra-
here iam debebat quia inuenerat ætatem idoneam gnationis filiorum
ꝑp quā in aliis centum illos annos ubi eam non inueniebat addebat.

Hoc autē de xx annis merito putaremus casu mendositatis accidere
potuisse nisi eos sicut prius detraxerat restituere postea curaret ut sū-
mæ conueniret integritas. An forte astutius factum existimandum
est ut illa quę centum anni prius solent adici et postea detrahi oc-
cultaret industria cum et illic ubi necesse non fuerat non quidem
de centum annis uerum tñ de qn̄tulocumque nūo prius detracto post
reddito tale aliquid fieret. Sed quolibet istud accipiat siue creda-
tur esse factum siue non credatur siue postremo ita siue non ita
sit recte fieri nullo modo dubitauerim ut cum diuersum aliquid
in utrisque codicibus inuenit qn̄quidem ad fidem rerū gestarum u-
trumque uerum esse non pōt. Verū ei linguę potius credat unde esset
in aliam per interpretes facta translatio. Nam in quibusdam etiā
codicibꝰ grecis tribus et uno latino et uno etiā syro inter se consenti-
entibus inuentum ē Matusalam sex annis ante diluuium fuisse
defunctum.

De parilitate annorum qui hisdem quibus nūc
spatiis et in prioribus sæculis cucurrerunt. Capitulum. xiiii.

Nunc autem uideamus quonam modo euidenter possit ostendi
non tam breues ut illi decem unus esset noster. sed tante prolixi
tatis annos quante nunc habemus. quos utique circuitus conficit
solis. in illorum hominum uita prolixissima computatos. Sexcentesimo
nempe anno uite Noe scriptum est. factum est diluuium. Cur ergo
ibi legitur. Et aqua diluuii facta est super terram sexcentesimo anno
uite Noe secundi mensis. septima et uigesima die mensis. si annus
ille minimus quales decem faciunt unum nostrum. xxxvi habebat dies.
Tantillus quippe annus. Si aliquo more nomine accepit aut non habet
menses aut mensis est triduum ut habeat xii menses. Quo igitur hic
dictum est sexcentesimo anno secundi mensis vii et xx. mensis. nisi quia
tales quales nunc sunt. et iam tunc erant menses. Nam quo pacto
aliter uigesimo et vii. die secundi mensis diceretur ceptum esse diluuium.
Deinde postea in fine diluuii sic legitur. Et sedit arca in mense septimo.
et vii. et xx. die mensis super montes ararat. Aqua autem minuebatur
usque ad decimum mensem. In x.o autem mense prima die mensis pa
ruerunt capita montium. Si igitur tales menses erant. tales profecto
et anni erant. quales nunc habemus. Menses quippe illi triduani.
xx. et vii. dies habere non poterant. Aut si pars xxx.a tridui tunc ap
pellabatur dies ut omnia proportione minuantur. Ergo nec toto qua
triduo factum est illud tam grande diluuium quod memoratur
factum quadraginta diebus et noctibus. Quis hanc absurditatem
et uanitatem ferat. Proinde remoueatur hinc error qui coniectura
falsa ita uult astruere scripturarum nostrarum fidem ut alibi destruat.
Prorsus tantus et tunc dies fuit quantus et nunc est. quem xxiiii hore
diurno circulo nocturnoque determinant. Tantus mensis quantus et nunc
est quem luna cepta et finita concludit. Tantus annus quantus et nunc
est quem xii menses lunares additis propter cursum solarem quinque
diebus et quadrante consumant. Quanti anni sexcentesimi uite
Noe secundus erat mensis. eiusque mensis uigesimus et septimus dies quando
cepit diluuium esse. in quo dies quadraginta continuatos ingentes
pluuie memoriantur. qui dies non binas ac paulo amplius horas habe
bant. sed uicenas atque quaternas die noctuque transactas. Ac per hoc
tam magnos annos uixerunt illi antiqui usque amplius quam nongentos
quantos postea uixit habraham centum septuaginta. Et post eum
filius eius Isaac centum lxxx. Et filius eius Iacob prope centum l.ta
Et quantos interposita aliquanta etate Moyses centum xx. Et quantos

nunc etiā uiuunt hōies. lxx. uel lxxx. uel non multo amplius de
quibus dictum est, et amplius eis labor et dolor. Illa uō numeroꝝ
uarietas que inter codices hebreos inuenitur et nros, neq; de hac an
tiquoꝝ longeuitate dissentit. Et si quid ħt ita diuersum, ut uerū
esse utrunq; non possit, rerū gestarum fides ab ea lingua repetenda
est, ex qua interpretum est qd̄ hēmus. quo facultas cum uolentibꝰ
ubiq; gentiū presto sit, non tn̄ uacat quod septuaginta interpretes
in plurimis que diuersa dicē uident̄ ex hebreis codicibus emenda
re ausus est nemo. Non est enī illa diuersitas putanda mendositas.
Nec ego ullo modo putandū existimo. Sed ubi non est scripturis er
ror aliquid eodem diuino spū ubi sensus esset consentaneus uerita
ti et predicans ueritatem, non interpretantium munere, sed pro
phetantium libertate aliter dicē noluisse credendum ē. Vnde meri
to non solum hebreis, uerum etiā ipsis, cum adhibent testimonia
de scripturis uti aplica inuenit̄ autoritas. Sed hinc me oportuniorē
loco si deus adiuuerit, pmissi diligentius locutuꝝ. Nunc qd̄ instat
expediam. Non enī ambigendum est ab hōie, qui ex pmo homine
primus est natus, qn̄ tam diu uiuebant, potuisse constitui ciuitatē.
sane terrenam, non illam que dr̄ ciuitas dei, de qua ut scriberemꝰ
laborem tanti huius opis in manus suppressimus: —

An credibile sit primi seculi uiros usq; ad eam etatem qua filios
genuisse referunt̄ a concubitu continuisse: — Caplm. XV.

Placet ergo aliquis ita ne credendum est hōiem filios gn̄a
turū, nec ħntem ppositum continentie, centum et amplꝰ
uel scdm hebreos non multo minus .i. lxxx. lxx. lx. ānos
a concubendi ope uacauisse. Aut si non uacaret nihil prolis gignē
potuisse. Hec questio duobus modis soluit̄. Aut enī tanto serior fu
it ppagatione pubertas, qn̄to uite totius maior annositas. Aut qd̄
magis uideo esse credibile non hic primogeniti filii commemorati
sunt, sed quos successionis ordo poscebat ut perueniret̄ ad Noe. a
quo rursus ad Abraham uidemus esse peruentum, ac pinde usque
ad certum articulum tpris, qn̄tum oportebat signari, etiā gn̄atiōibꝰ
cōmemoratis cursum gloriosissime ciuitatis, in hoc mundo pere
grinantis et supnam gloriā requirentis. Quid enī negari non pōt
prior omnibus Cayn ex coniunctione maris et foeminae natus est.
Neq; enim illo nato dixisset Adam, quod dixisse legit̄ acquisiui ho
minem per deum, nisi illis duobus ipse fuisset homo nascendo ad

ditus primus. Hunc secutus Abel quem maior frater occidit, pre-
figurantem quandam peregrinationis ciuitatis dei quod ab impiis
et quodammodo terrigenis .i. terrenam originem diligentibus
et terrene ciuitatis terrena foelicitate gaudentibus persecutiones in-
iquas passura fuerat primus ostendit. Sed quot annorum erat adam
cum eos genuit non apparet. Exinde digeruntur omnes generationes alie
de Cayn alie de illo quem genuit Adam in eius successionem quem
frater occidit et appellauit nomen illius Seth dicens ut scriptum est.
Suscitauit mihi deus semen aliud pro Abel quem occidit cayn. Cum
itaque iste due series generationum una de Seth altera de cayn has du-
as de quibus agimus distinctis ordinibus insinuent ciuitates unam
celestem in terris peregrinantem alteram terrenam terrenis tanquam
sola sit gaudiis inhyantem uel inherentem. Nullus de progenie ca-
yn cum dinumerata sit connumerato adam usque ad octauam generationem
quot annorum fuisset expressus non est quando genuit eum qui
commemoratur post eum. Noluit enim spiritus dei in terrene ciuitatis ge-
nerationibus tempora notare ante diluuium: Sed in celestis ma-
luit tanquam essent memoria digniores. Porro autem Seth quando
natus est non quidem taciti sunt anni patris eius. Sed iam genuerat
alios et utrum solos Cayn et Abel affirmare quis audeat. Non enim
quia soli nominati propter generationum quas commemorare oportebat
ideo consequens uideri debet solos fuisse generatos ex Adam. Cum
enim silentio coopertis omnium nominibus ceterorum legatur eum genuisse
filios et filias quota fuerit ista proles eius quis presumat asserere si
culpam temeritatis euitat. Potuit quippe adam diuinitus com-
monitus dicere postea quam Seth natus est. Suscitauit enim mihi deus
semen aliud pro Abel quoniam talis erat qui impleret illius sanctitatem,
non quod ipse prior post eum temporis ordine nasceretur. Deinde quod scriptum
est. Uixit autem Seth quinque et ducentos annos uel secundum hebreos quinque
et centum annos Enos. Quis possit nisi inconsideratus asseuerare
hunc eius primogenitum fuisse. Ut admirantes merito requiramus
quomodo per tot annos immunis fuit a connubio sine ullo proposito con-
tinentie uel non genuerit coniugatus quoniam quidem et de ipso legitur.
Et genuit filios et filias. Et fuerunt omnes Seth duodecim et nongenti
anni et mortuus est. Atque ita deinceps quorum anni commemorantur
nec filios nec filias genuisse reticentur. Ac per hoc non apparet omnino,
utrum nominatus genitus ipse fuerit primo genitus. Immo uero quoniam

credibile non est patres illos etate tam longa aut inpuberes fuisse aut coniugibus caruisse uel fetibus, nec illos eorum filios, primos eis natos fuisse incredibile est. Sed cum sacre scriptor historie ad ortum uitamque Noe, cuius tempore diluuium factum fuit per successiones generationum notatis temporibus intenderet peruenire, eas utique commemorauit. Non que prime suis parentibus fuerint: sed que in propagationis ordinem uenerint. Exempli gratia quo id fiat apertius aliquid interponam. Unde nullus ambigat fieri potuisse quod dico. Euangelista Mattheus uolens generationem dominice carnis per seriem parentum uolens commendare memorie, ordiens a patre Abraham, atque David primitus ut perueniret intendens

A braham inquit genuit ysaac: Cur non dixit Ismael quem primitus genuit. Isaac autem genuit Iacob. Cur non dixit Esau qui eius primogenitus fuit: quia scilicet per illos ad David peruenire non posset. Deinde sequitur. Iacob autem genuit Iudam et fratres eius. Numquid Iudas primogenitus fuit. Iudas inquit genuit Phares et Zaram de Tamar. nec istorum geminorum aliquis fuit primogenitus Iude, sed ante illos iam tres genuerat. Hos itaque tenuit in ordine generationum per quos ad David, atque inde quo intenderat perueniret. Ex quo intelligi potest ueteres quoque homines ante diluuium non primogenitos, sed eos fuisse commemoratos, per quos ordo succedentium generationum ad Noe patriarcham duceretur. ne sere pubertatis illorum obscura et non necessaria questio nos fatiget;

D e iure coniugiorum quod dissimile a subsequentibus matronis habuerunt prima connubia :~ ~ Capitulum · XVI :

C um igitur genus humanum: post primam copulam uiri facti ex puluere et coniugis eius ex uiri latere marium feminarumque coniunctione opus haberet, ut gignendo multiplicarentur, nec essent ulli homines nisi qui ex illis duobus nati fuissent. Viri sorores suas coniuges acceperunt. Quod profecto quanto est antiquius compellente necessitate. tanto postea factum est damnabilius religione prohibente. Habita est enim ratio rectissima caritatis, ut homines quibus esset utilis atque honesta concordia, diuersarum necessitudinum uinculis necterentur.

N ec unus in uno multas haberet, sed singule spergerentur in singulos, ac sic ad socialem uitam diligentius colligendam plurime plurimos obtineret.

P ater quippe et socer duarum sunt necessitudinum nomina. Ut ergo alium quisque habeat patrem alium socerum, numerosius se caritas porrigit. Utrumque autem unus Adam esse cogebatur et filiis et filiabus suis, quando fratres sororesque connubio coniungebantur. Sic et Eua uxor eius utrique sexui filiorum

Fuit et socrus

fuit et socrus et mater. quae si duae foeminae fuissent mater altera et socrus altera copiosius se socialis dilectio colligaret. Ipsa denique iam soror quod etiam uxor fiebat duas tenebat una necessitudines quibus per singulas distributis ut altera esset soror altera uxor hominum numero socialis propinquitas augeretur. Sed hoc unde fieret non erat quando nisi fratres et sorores ex illis duobus primis nulli homines erant. Fieri ergo debuit quando potuit. ut existente copia inde ducerentur uxores quae non erant iam sorores. Et non solum illud ut fieret nulla necessitas esset uerum etiam si fieret nefas esset. Nam et si nepotes primorum hominum qui iam consobrinas poterant accipere coniuges sororibus matrimonio coniungerentur. non iam duae sed tres in homine uno necessitudines fierent quae propter caritatem numerosiore propinquitate nectendam disseminari per singulos singulae debuerunt. Esset enim unus homo filiis suis fratri scilicet sororique coniugibus et pater et socer et auunculus ita ut soror eius eisdem communibus filiis et mater et amita et soror iidemque inter se filii eorum non solum essent fratres atque coniuges uerum etiam consobrini quia et fratrum filii. Omnes autem istae necessitudines quae uni homini connectebant nouem connecterent si esset in singulis singulae ut unus homo haberet alteram sororem alteram consobrinam alterum patrem alterum auunculum alterum socerum alteram matrem alteram amitam alteram socrum. Atque ita se non in paucitate coartatum sed latius atque numerosius propinquitatibus crebris uinculum sociale diffunderet. Quod humano genere crescente et multiplicato etiam inter impios deorum multorum falsorumque cultores sic obseruari cernimus ut etiam si peruersis legibus permittunt fraterna coniugia melior tamen consuetudo ipsam malit exhorrere licentiam et cum sorores accipere in matrimonium primis humani generis temporibus omnino licuerit sic auersetur quasi numquam licere potuerit. Ad humanum enim sensum uel alliciendum uel offendendum mos ualet plurimum. qui cum in hac causa immoderationem concupiscentiae coerceat eum designari atque corrumpi merito esse nefarium iudicatur. Si enim est iniquum auiditate possidendi transgredi limitem agrorum quanto est iniquius libidine concubendi subuertere limitem morum. Experti autem sumus in connubiis consobrinarum et iam nostris temporibus propter gradum propinquitatis fraterno gradui proximum quam raro per mores fiebat quod fieri per leges licebat. quia id nec diuina prohibuit et nondum prohibuerat lex humana. Verumtamen factum etiam licitum propter uicinitatem horrebatur illiciti. Et quod fiebat cum consobrina pene cum sorore fieri uidebatur quia

No matrimonium in secundo gradu non prohibitum

et ipsi inter se, propter tam propinquam consanguinitatem fratres uocantur,
et pene germani sunt. Fuit autem antiquis patribus religiose cure
ne ipsa propinquitas se paulatim propaginum ordinibus dirimentis
longius abiret, et propinquitas esse desisteret, eam nondum lege po
sitam, rursus matrimonii uinculo colligare, et quodammodo re
uocare fugientem. Vnde iam pleno hominibus orbe terrarum non
quidem sorores ex patre uel matre, uel ex ambobus suis parentibus
natas, sed tamen amabant de suo genere ducere uxores. Verum quis dubi
tet honestius hoc tempore etiam consobrinorum prohibita esse coniugia, non
solum secundum ea que disputauimus, propter multiplicandas affinita
tes, ne habeat duas necessitudines una persona, cum due possint eas
habere, et numerus propinquitatis augeri, sed etiam quia nescio quo modo inest
humane uerecundie quiddam naturale atque laudabile, ut cui de
bet causa propinquitatis uerecundum honorem, ab ea contineat quam
uis generatricem, tamen libidinem de qua erubescere uidemus et ipsam
pudicitiam coniugalem. Copulatio igitur maris et foemine quantum
attinet ad genus mortalium quoddam seminarium est ciuitatis. Sed
terrena ciuitas generatione tantummodo, celestis autem etiam regeneratione o
pus habet, ut noxam generationis euadat. Vtrum autem aliquod fuerit,
uel si fuit, quale fuit corporale atque uisibile regenerationis signum
ante diluuium, sicut abrahe circumcisio postea est imperata, sa
cra historia tacet. Sacrificasse tamen deo etiam illos antiquissimos ho
mines non tacet, quod in duobus primis fratribus claruit, et Noe post
diluuium cum de arca fuisset egressus, de qua in precedentibus libris
iam diximus, non ob aliud demones arrogantes sibi diuinitatem
deosque se credi cupientes sibi expetere sacrificium, et gaudere huius
modi honoribus, nisi quia uerum sacrificium uero deo deberi sciunt;

De duobus ex uno genitore procreatis et duorum patribus atque principibus. Capitulum. XVII.

Cum ergo esset Adam utriusque generis pater, id est et cuius series ad
terrenam, et cuius series ad celestem pertinet ciuitatem, occiso
abel, atque in eius interfectione commendato mirabili sacramen
to, facti sunt duo patres generum singulorum, Cayn et Seth,
in quorum filiis quos commemorare oportebat, duarum istarum ciuitatum
in generatione mortalium euidentius indicia clarescere ceperant.
Cayn quippe genuit Enoch in cuius nomine condidit ciuitatem terre
nam, scilicet non peregrinantem in hoc mundo, sed in eius temporali pace

ac felicitate gaudentem . Cayn autē interpretatur possessio · Vnde dicitur
est qui natus est · siue a patre siue matre eius acquisiui hominem per
deum . Enoch uero dedicatio · hic enim dedicatur terrena ciuitas ubi
conditur : quoniam hic habet eum quem intendit et appetit finem . Por-
ro ille Seth interpretatur resurrexio · Et Enos filius eius interpretatur
homo non sicut Adam . Et ipsum enim nomen interpretatur homo · sed
commune perhibetur esse in illa lingua · i · ebrea masculo et foemine . Nam
sicut de illo scriptum est · masculum et foeminam fecit eos et benedixit
illos · et cognominauit nomen eorum Adam . Vnde non ambigitur sic
appellatam fuisse feminam · Euam proprio nomine · ut tamen Adam quod
interpretatur homo nomen esset amborum . Enos sic interpretatur homo ·
ut hoc non posse foeminam nuncupari · perite lingue illius asseue-
rent · tanquam filius resurrectionis · ubi non nubent · neque uxores du-
cent . Non enim erit ibi generatio cum illuc perduxerit regeneratio . Quare et
hoc non est cassum notandum arbitror · quod in eis generationibus que
propagantur ex illo qui est appellatus Seth · cum genuisse filios filiasque
dicatur nulla ibi genita nominatim femina expressa est . In his autem
que propagantur ex Cayn in ipso fine quo usque pertendunt nouissima
femina genita nominatur . Sic enim legitur . Matusala genuit Lamech ·
Et sumpsit sibi Lamech duas uxores · nomen uni ada · et nomen secunde
Sella · Et peperit ada Iobel · hic erat pater habitantium in taberna-
culis pecuariorum . Et nomen fratris eius Tubal · hic fuit qui ostendit
psalterium et citharam . Sella autem peperit et ipsa Tubal cayn · et erat
maleator · erarius eramenti et ferri · Soror autem Tubal cayn Noemma .
Hucusque porrecte sunt generationes ex Cayn que sunt omnes ab adam octo
annumerato ipso adam · septem · s · usque ad Lamech · qui duarum maritus
uxorum fuit . Et octaua est generatio in filiis eius · in quibus commemoratur femina .
Vbi eleganter significatum est · terrenam ciuitatem usque in sui finem
carnales habituram generationes · que marium feminarumque coniunc-
tione proueniunt . Vnde et ipse · que preter Euam nusquam reperitur ante dilu-
uium nominibus propriis exprimuntur uxores illius hominis qui nominatur
hic nouissimus pater . Sicut autem Cayn quod interpretatur possessio ter-
rene conditor ciuitatis · et filius eius in cuius nomine condita est Enoch ·
quod dedicatio interpretatur · indicat istam ciuitatem · et initium
et finem habere terrenam · ubi nihil speratur amplius · quam in hoc seculo
cerni potest . Ita Seth quod interpretatur resurrectio cum sit generationum seorsum
generatarum pater quod de filio eius sacra hic historia dicat intuendum est ;

Quid significatum sit in Abel et Seth et Enos quod appareat ad Christum et corpus eius .i. ecclesiam pertinere ;~ Caplm . xviii :

SEth inquit natus est filius et nominauit nomen eius Enos. hic sperauit inuocare nomen dni dei . Nempe clamat attestatio ueritatis. In spe igitur uiuit homo filius resurrectionis in spe uiuit quamdiu peregrinatur hic ciuitas dei quae gignitur ex fide resurrectionis dei . Ex duobus namque illis hominibus Abel quod interpretatur luctus et huius frater Seth quod interpretatur resurrectio mors xpi et uita eius ex mortuis figuratur. Ex fide gignitur hec ciuitas dei .i. homo qui sperauit inuocare nomen domini dei . Spe enim salui facti sumus ait apls . Spes autem que uidetur non est spes . Quod enim uidet quis quid sperat. Si autem non uidemus speramus per patientiam expectamus. Nam quis uacare hoc existimet ab altitudine sacramenti . Nunquid Abel non sperauit inuocare nomen domini dei . cuius sacrificium scriptura tam acceptum deo fuisse commemorat. Nunquid ipse Seth non sperauit inuocare nomen dni dei de quo dictum est. Suscitauit enim mihi deus semen aliud pro Abel. Cur ergo huic proprie tribuitur quod priorum omnium intelligitur esse commune nisi quia oportebat in eo qui de progenerationum in meliorem partem hoc est superne ciuitatis separatorum primus commemoratur exortus prefigurari hominem .i. hominum societatem : que non secundum hominem in re felicitatis terrene sed secundum deum uiuit in spe felicitatis eterne . Nec dictum est hic sperauit in dnm deum aut hic inuocauit nomen dni dei : sed sperauit inquit inuocare nomen domini dei : Quid sibi hoc uult sperauit inuocare nisi quia prophetia est exorturum populum qui secundum electionem gratie inuocauit nomen dni dei . hoc est quod per alium prophetam dictum apostolus de hoc populo intelligit ad dei gratiam pertinere . Et enim omnis inquit qui inuocauerit nomen dni saluus erit . et hoc ipsum enim quod dicitur et nominauit nomen eius Enos quod interpretatur homo . Maledictus enim omnis sicut alibi legitur qui spem suam ponit in homine . Ac per hoc nec in se ut sit ciuis alterius ciuitatis que non secundum filium cayn dedicatur hoc tempore .i. mortalis huius seculi labente transcursu sed in illa inmortalitate beatitudinis sempiterne ;

De significatione que in Enoch translatione monstratur ; Capm . xix :

IAm et ista propago cuius est pater Seth in ea generatione habet dedicationis nomen que septima est . Ex adam annumerato adam septimus ab illo natus est Enoch quod interpretatur dedicatio

Sed ipse est ille translatus · qm̄ placuit deo et in signis nūo in ordine gn̄onum quo sabbatum consecratum est, septimus s. ab Adam. ab ipso autem pre stiarum gn̄ationum que discernunt a progenie Cayn. i. a Seth sextus est quota die natus est homo et consumauit deus omnia opa sua. Sed hui⁹ enoch translatio nr̄e dedicationis est prefigurata dilatio · que quidem iam facta est in xp̄o capite nr̄o · qui sic resurrexit ut non moriat̄ ulteri⁹.

Sed etiā ipse translatus est. Restat aut̄ altera dedicatio uniuerse domus cuius ipse Christus est fundamentum · que differt̄ in finem · qn̄ erit oīm resurrectio non moriturorum amplius. Siue aut̄ domus dei dicatur siue templum dei · siue ciuitas dei id ipsum est · nec abhorret a latini eloqi consuetudine. Nam et Virgilius imperiosissimā ciuitatē domum appellat assaraci Romanos uolens intelligi · qui de assaraco p troianos originem ducunt · et domum enee eosdem ipsos qui eo duce troiani cum italiam uenissent ab eis condita est Roma. Imitatus namq; est poeta ille lr̄as sacras in quibus dicit̄ domus Iacob iam ingens populus hebreorum : —

De eo quod cayn successio in octo ab Adam generationes claudit̄. Et in posteris ab eodem patre adam. Noe dicimus inuenitur : — Capitulum · XX :

Dicet aliquis · hoc intendebat scriptor huius historie in commemorandis gn̄ationibꝰ ex Adam per filium eius Seth · ut per illa perueniret ad Noe · sub quo factum est diluuium · a quo rursus contexeret̄ ordo nascentiū · quo perueniret ad Abraham · a quo Mattheus euangelista incipit gn̄ationes quibus ad xp̄m perueniat · eternū regem ciuitatis dei. Quid intendebat in gn̄onibus ex cayn et quo eas pducere uolebat? Respondet̄ · usq; ad diluuium · quo totum illud genus terrene ciuitatis absumptum est. Sed reparatum est ex filiis Noe. Neq; enī deesse poterit illa terrena ciuitas · societasq; hominū scd̄m hoiem · de quo dominus ait · Filii seculi huius gn̄ant et gn̄antur. Ciuitatem uero dei pegrinantē in hoc seculo regn̄atio pducit ad alterum seculum · cuius filii nec gn̄ant nec gn̄ant̄. Hic ergo gn̄ari et gn̄are ciuitati utriq; cōe est · quamuis dei ciuitas hēat etiam hic multa ciuium milia · que ab ope gn̄andi se abstineant. Sed habet etiā illa ex imitatiōe quadam licet errantium. Ad eam namq; ptinent etiam qui deuiantes ab huius fide diuersas hereses condiderunt · scd̄m hoiem quippe uiuunt non scd̄m deum. Et indorum gynosophiste qui nudi perhibent̄ phari in solitudinibus indie · ciues eius sunt · et a gn̄ando se cohibent. Non est enī hoc bonum · nisi cum fit scd̄m fidem summi boni ·

qui deus est. Hoc tamen nemo fecisse ante diluuium reperitur. quamquam quidem
etiam ipse Enoch septimus ab adam qui translatus refertur esse non mor-
tuus genuit filios et filias antequam transferretur in quibus fuit Matusala.
per quem generationum memorandarum ordo transcurrit. Cur ergo tanta
paucitas successionum memoratur in generationibus ex Cayn. si eas usque
ad diluuium perduci oportebat. nec erat diuturna etas preueniens pu-
bertatem. que centum uel amplius annos uacaret a fetibus. Nam si
non intendebat autor libri huius aliquem ad quem necessario perduceret se-
riem generationum. sicut in illis que ueniunt de semine Seth intendebat
peruenire ad Noe a quo rursus ordo necessarius sequeretur. quid opus
erat pretermittere primogenitos filios ut perueniret ad Lamech. in
cuius filiis finitur illa contexio. octaua generatione scilicet ex adam septima
ex Cayn. quasi esset inde aliquid connectendum unde perueniretur
ad israheliticum populum. in quo celesti ciuitati etiam terrena hierusalem
figuram propheticam prebuit. uel ad christum secundum carnem qui est super
omnia deus benedictus in secula. superne hierusalem fabricator atque
regnator. cum tota progenies Cayn diluuio sit deleta. uideri potest
in ordine eodem generationum primogenitos fuisse commemoratos. Cur
ergo tam pauci sunt? Non enim usque ad diluuium tot esse potuerunt non
uacantibus usque ad centenariam pubertatem patribus ab officio generandi.
si non erat tunc pro portione longeuitatis illius etiam sera pubertas.
Vt enim per eque triginta annorum fuerint cum filios generare ceperunt octies
triceni. quoniam octo sunt generationes cum Adam et cum eis quos genuit La-
mech ducenti quadraginta sunt anni. Num itaque toto deinde tempore
usque ad diluuium non generauerunt? Qua tandem causa qui hec scripsit
generationes commemorare noluit que sequuntur? Nam ex Adam usque ad
diluuium computantur anni secundum codices nostros duo milia ducenti sexa-
ginta duo. secundum hebreos autem mille sexcenti quinquaginta sex. Vt ergo
istum numerum minorem credamus esse ueriorem. de mille sexcentis quin-
quaginta sex anni ducenti quadraginta detrahantur. Numquid credibi-
le est per mille quadringentos et quot excurrit annos qui restant usque
ad diluuium progeniem eam a generationibus uacare potuisse. Sed quem
ex hoc mouetur meminerit. cum quererem quomodo credendum sit an-
tiquos illos homines per tam multos annos a gignendis filiis cessare po-
tuisse. duobus modis istam solutam esse questionem. aut de sera pu-
bertate proportione tam longe uite. aut de filiis qui commemorantur
in generationibus quod non fuerint primogeniti. sed hi per quos ad eum

Tempus ab adam usque ad diluuium

quem intendebat libri poterat peruenire. Sicut ad Noe in generationibus
Seth. Proinde in generationibus Cayn si non occurrit qui deberet intendi
ad quem pretermissis primogenitis per eos qui commemorati sunt per-
uenire oportebat, sera pubertas intelligenda restauit, ut aliquanto post
centum annos puberes habilesque ad gignendum facti fuerint, ut ordo
generationum per primogenitos curreret: quamuis fieri possit, ut propter
aliquam secretiorem causam que me latet, usque ad Lamech et eius filios
generationum perueniente contextu commendaretur hec ciuitas, quam dicimus
esse terrenam. Ac deinde cessaret scriptor libri commemorare cetera
que usque ad diluuium esse potuerunt. Potest et illa esse causa, cur non
ordo generationum per primogenitos duceretur, ut necesse non sit in illis
hominibus tam seram credere pubertatem, quod si licet eadem ciuitas,
quam Cayn nomine Enoch filii condidit, longe lateque regnare potuerit
et reges habere non simul plures, sed suis etatibus singulos, quos genuisset
sibi successores quicunque regnassent. Horum primus potuit esse Cayn,
Secundus filius Enoch in cuius nomine ubi regnaret condita est ciuitas,
Tertius Gaidat quem genuit Enoch, Quartus Menia quem genuit Gaidat,
Quintus Matusale quem genuit Menia. Sextus Lamech quem genuit
matusalae, qui est septimus ab Adam per Cayn. Non autem erat con-
sequens ut primogeniti regum regnantibus succederent patribus: sed
quos regnandi meritum propter uirtutem terrene utilem ciuitati, uel
sors aliqua reperiret. Vel ille potissimum succederet patri hereditario
quoddam iure regnandi quem pre ceteris filiis dilexisset. Potuit
autem uiuente adhuc Lamech atque regnante fieri diluuium, ut ipsum
cum aliis omnibus hominibus, exceptis qui in arca fuerunt, quem perderet
inueniret. Neque mirandum est, si uaria quantitate numerositatis annorum
interposita per tam longam etatem ab Adam usque ad diluuium non
equalis numeri generationes habuit utraque progenies. Sed per Cayn septem,
per Seth autem decem. Septimus est enim ut iam dixi ab Adam La-
mech, decimus Noe. Et ideo non unus filius Lamech, sicut in ceteris
superius, sed plures commemorati sunt, quia incertum erat quis ei fu-
isset mortuo successurus, si regnandi tempus inter ipsum et diluuium
remansisset. Sed quoquomodo se habeat, siue per primogenitos, siue
per reges ex Cayn generationum ordo decurrens, illud mihi nullo pa-
cto pretereundum silentio uidetur, quod cum Lamech septimus ab Adam
fuisset inuentus, tot eius annumerati sunt filii, donec undenarius numerus
impleretur: quo signo significatur peccatum. Adduntur enim tres filii

et una filia. Uxores autem aliud possent significare, non hoc quod nunc commendandum videtur. Nunc enim de generationibus loquimur; ille vero unde sint genite tacitum est. Quoniam ergo lex denario numero predicatur, unde est memorabilis ille decalogus, profecto numerus undenarius quoniam transgreditur denarium transgressionem legis ac per hoc peccatum significat. Hinc est quod in tabernaculo testimonii quod erat in itinere populo dei velut templum ambulatorium undecim vela cicilina fieri precepta sunt. In cilicio quippe recordacio est peccatorum propter edos ad sinistram futuros, quod confitentes in cilicio prosternimur, tanquam dicentes quod in psalmo scriptum est: Et peccatum meum ante me est semper. Progenies ergo ex adam per Cayn sceleratum undenario numero finitur, quo peccatum significatur, et ipse numerus foemina clauditur, a quo sexu initium factum est peccati per quod omnes morimur. Commissum est autem ut et voluntas carnis que spiritui resisteret sequeretur. Nam et ipsa filia Lamech Noemina voluptas interpretatur. Per Seth autem ab Adam usque ad Noe denarius insinuatur legitimus numerus, cui Noe tres adiciuntur filii, unde uno lapso duo benedicuntur a patre, ut remoto reprobo et reprobatis filiis ad numerum additis etiam duodenarius numerus intimetur, qui et in patriarcharum et in apostolorum numero insignis est propter septenarii partes alteram per alteram multiplicatas. Nam ter quater vel quater terni ipsum faciunt. His ita se habentibus video considerandum et commemorandum, ita utraque progenies, que distinctis generationibus duas insinuat civitates, unam terrigenarum, alteram regeneratorum, quomodo postea sic commixta fuit atque confusa, ut universum genus humanum exceptis octo hominibus diluvio perire mereretur.

Qua ratione commemorato Enoch qui filius fuit Cayn totius generationis eius usque ad diluvium sit continuata narratio. Commemorato autem Enos qui fuit filius Seth ad conditionis humane principium sit reditum. Capitulum XXI.

Primo autem intuendum est quemadmodum cum ex Cayn generationes numerantur, commemorato ante ceteros posteros eius illo filio in cuius nomine condita est civitas, id est Enoch, contempti sunt ceteri usque ad illum finem de quo locuti sumus, usque ad illud genus atque universa propago diluvio deleretur. Cum vero filius Seth unus commemoratus fuisset Enoch, nondum usque ad diluvium additis ceteris articulus quidam interponitur et dicitur: Hic liber nativitatis hominum, qua die fecit deus Adam, ad imaginem dei fecit illum

masculum et foeminam fecit illos et benedixit illos et cognominauit
nomen eorum Adam qua die fecit illos. Quod mihi uidetur ad hoc
interpositum ut hinc rursus inciperet ab ipso Adam dinumeratio temporum
qua noluit facere qui hec scripsit in ciuitate terrena tamquam eam
deus sic commemoraret ut non computaret. Sed quare hinc reditur
ad istam recapitulationem postea quam commemoratus est filius Seth ho-
mo qui sperauit inuocare nomen domini dei, quia sic oportebat istas
duas proponere ciuitates unam per homicidam usque ad homicidam. Nam
et Lamech duabus uxoribus suis se perpetrasse homicidium confitetur
Alteram per eum qui sperauit inuocare nomen domini dei. Hoc est quippe
in hoc mundo peregrinantis ciuitatis dei totum atque summum in hac
mortalitate negocium quod per unum hominem quem sane occisi re-
surrectio genuit commendandum fuit. Homo quippe ille unus
totius superne ciuitatis est unitas nondum quidem completa sed
premissa ista prophetica prefiguratione complenda. Filius ergo Cayn
hoc est filius possessionis cuius nisi terrene habeat nomen condita est.
de his est enim de quibus cantatur in psalmo. Inuocabunt nomina eorum
in terris ipsorum. Propter quod sequitur eos quod in alio psalmo scriptum
est. Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Filius
autem Seth hoc est filius resurrectionis speret inuocare nomen domini
dei. Eam quippe societatem hominum prefigurat que dicit. Ego autem sicut
oliua fructifera in domo domini speraui misericordiam dei. Vanas autem
glorias famosi in terra nominis non requirat. Beatus est enim uir
cuius est nomen domini spes eius non respexit in uanitates et insanias
mendaces. Propositis itaque duabus ciuitatibus una in re huius seculi,
alteram in spe dei tamquam ex communi que aperta est in Adam ianua mor-
talitatis egressis ut procurrant et discurrant ad discretos proprios ac de-
bitos fines. Incipit dinumeratio temporum in qua et alie generationes adiciuntur
facta recapitulatione ex Adam, ex cuius origine damnata uelut massa
una merito etiam damnationi tradita fecit deus aliam in contume-
liam uasa ire, aliam in honorem uasa misericordie, illis reddens quod
debetur in pena, istis dans quod non debetur in gratia. ut ex ipsa etiam
comparatione uasorum ire superna ciuitas discat que peregrinatur in terris
non fidere libertate arbitrii sui, sed speret inuocare nomen domini dei. Quoniam
uoluntas in natura que facta est bona a deo bono sed mutabilis ab
immutabili quia ex nihilo et a bono potest declinare ut faciat malum,
quod fit libero arbitrio et a malo ut faciat bonum quod non fit sine di

uino adiutorio ; De lapsu filiorum dei alienigenarum amore captorum. Unde et omnes exceptis octo hominibus diluuio perire meruerunt : Capitulum . xxii :

Hoc itaque libero uoluntatis arbitrio genere humano progrediente atque crescente : facta est permixtio et iniquitate participata quedam utriusque confusio ciuitatis. quod malum a sexu femineo causam rursus inuenit. non quidem illo modo quo ab initio. Non enim cuiusquam tunc etiam fallacia seducte ille foemine persuaserunt peccatum uiris. sed ab initio quam praui moribus fuerant in terrena ciuitate. i. in terrigenarum societate. amate sunt a filiis dei. ciuibus scilicet peregrinantis in hoc seculo alterius ciuitatis propter pulchritudinem corporis. Quod bonum dei quidem bonum est. Sed propterea id largitur etiam malis. ne magnum bonum uideatur bonis. Deserto itaque bono magno. et bonorum proprio. lapsus est factus ad bonum minimum. non bonis proprium. sed bonis malisque commune. ac sic filii dei filiarum hominum amore sunt capti. atque ut eis coniugibus fruerentur in mores societatis terrigene defluxerunt deserta pietate quam in sancta societate seruabant. Sic enim corporis pulchritudo a deo quidem facta. sed temporale carnale infimum bonum. male amatur post posito deo eterno interno sempiterno bono. quemadmodum iustitia deserta. et aurum amatur ab auaris nullo peccato auri sed hominis. ita se habet omnis creatura. Cum enim bona sit. et bene amari potest et male. bene scilicet ordine custodito. male ordine perturbato. quod in laude quadam cerei uersibus dixi. Hec tua sunt. bona sunt. quia tu bonus ista creasti. Nihil in his nostrum est. nisi quod peccamus amantes. Ordine neglecto pro te. quod conditur abs te. Creator autem si ueraciter ametur. male amari non potest. Nam et amor ipse ordinate amandus est. quo bene amatur quod amandum est. ut sit in nobis uirtus qua uiuitur bene. Unde mihi uidetur quod diffinitio breuis et uera uirtutis est ordo amoris. Propter quod in sancto cantico canticorum cantat sponsa christi ciuitas dei. ordinate in me caritatem. Huius igitur caritatis hoc est dilectionis et amoris ordine perturbato. deum filii dei neglexerunt. et filias hominum dilexerunt. quibus duobus nominibus satis ciuitas utraque discernitur. Neque enim illi non erant filii hominum per naturam. sed aliud nomen ceperant habere per gratiam ;

diffinitio uirtutis

An credendum sit angelos substantie spiritualis amore speciosarum mulierum captos earundem coniugia iniisse ex quibus gigantes sunt creati : Capitulum . xxiii :

Nam et in eadem scriptura ubi dicti sunt dilexisse filias hominum filii dei. Unde illos multi putant non homines fuisse sed angelos. Quam questionem non transeuntes commemoratam in tertio huius operis libro relinquimus insolutam. Utrum possent angeli cum spiritus sint corporaliter coire cum feminis. Scriptum est enim. Qui facit angelos suos spiritus .i. eos qui natura spiritus sunt facit esse angelos suos iniungendo eis officium nuntiandi. Qui enim grece dicitur angelos quod nomen latina declinatione angelus perhibetur latina lingua nuntius interpretatur. Sed utrum eorum corpora consequenter adiunxerit dicendo et ministros suos ignem ardentem an quod caritate tanquam spiritali feruere debeant ministri eius ambiguum est. Apparuisse tamen hominibus angelos in talibus corporibus ut non solum uideri uerum etiam tangi possent eadem uerissima scriptura testatur. Et quoniam creberrima fama est multique se expertos uel ab eis qui experti essent de quorum fide dubitandum non esset audisse confirmant siluanos et faunos quos uulgo incubos uocant improbos sepe extitisse mulieribus et earum appetisse ac peregisse concubitum. Et quosdam demones quos dusios galli nuncupant assidue hanc immundiciam et temptare et efficere plures talesque asseuerant ut negare impudentia uideatur. Non hinc aliquid audeo temere definire utrum aliqui spiritus elemento aereo corporati. Nam hoc elementum etiam cum agitatur flabello sensu corporis tactuque sentitur possint hanc etiam pati libidinem ut quomodo possunt sentientibus feminis misceantur. Dei tamen angelos sanctos nullo modo illo tempore sic labi potuisse crediderim nec de his dixisse apostolum petrum. Si enim deus angelis peccantibus non pepercit sed carceribus caliginis inferni trudens tradidit in iudicio puniendos seruari. Sed potius de illis qui primum apostatantes a deo cum diabolo suo principe ceciderunt qui primum hominem per inuidiam serpentina fraude decepit. Angelos autem fuisse etiam dei homines nuncupatos eadem scriptura sancta locupletissima testis est. Nam et de Ioanne scriptum est. Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit uiam tuam ante te. Et Malachiel propheta propria quidem .i. proprie sibi impartita gratia dictus est angelus. Verum hoc mouet quosdam quod ex illis qui dicti sunt angeli dei et ex mulieribus quas amauerunt non quasi homines generis nostri sed gigantes legimus esse natos quasi uero corpora hominum modum nostrum longe excedentia quod etiam supra commemoraui non etiam nostri

temporis nata sunt. Nonne ante paucos annos cum Romane urbis quod a Gothis factum est appropinquaret excidium, Romae fuit foemina cum suo patre et sua matre quae corpore quodammodo giganteo longe ceteris preemineret ad quam uisendam mirabilis fiebat usque quaque concursus. Et hoc erat maxime admirationis quod ambo parentes eius nec saltem tam longi homines erant quam longissimos uidere consueuimus?

P otuerunt igitur gigantes nasci et priusquam filii dei qui et angeli dei dicti sunt filiabus hominum hoc est secundum hominem uiuentium miscerentur illis scilicet Seth filiabus Cayn. Nam et canonica scriptura sic loquitur in quo libro hec legimus cuius uerba ista sunt. Et factum est postquam ceperunt homines multi fieri super terram et filie nate sunt illis. Videntes autem angeli dei filias hominum quia bone erant sumpserunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant. et dixit dominus deus non permanebit spiritus meus in hominibus his in eternum propter quod caro sunt. Erunt autem dies eorum centum uiginti anni. Gigantes autem erant super terram in diebus illis.

E t post illud cum intrarent filii ad filias hominum generabant sibi illi erant gigantes a seculo nominati. Hec libri uerba diuini satis indicant iam illis diebus fuisse gigantes super terram quando filii dei acceperunt uxores filias hominum cum eas amarent bonas id est pulchras. Consuetudo quippe scripturae huius est etiam speciosos corpore bonos uocare. Sed postquam hoc factum est nati sunt gigantes. sic enim ait. Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Et post illud cum intrarent filii dei ad filias hominum ergo et ante in illis diebus et post illud. Quod autem ait generabant sibi satis ostenditur quod prius antequam sic caderent filii dei deo generabant non sibi id est non dominante libidine coeundi sed seruiente officio propagandi non familiam fastus sui sed ciues ciuitatis dei quibus annuntiarent tamquam angeli dei ut ponerent in deo spem suam. Similis illius qui natus est de Seth filius resurrectionis et sperauit inuocare nomen domini dei.

I n qua spe essent cum suis posteris coheredes eternorum bonorum sub deo patre patres filiorum. Non autem illos ita fuisse angelos dei ut homines non essent sicut quidam putant sed homines procul dubio fuisse scriptura ipsa sine ambiguitate declarat. Cum enim premissum est quod uidentes angeli dei filias hominum quia bone sunt sumpserunt sibi uxores ex omnibus quas elegerunt mox adiunctum est. Et dixit dominus deus non permanebit spiritus meus in hominibus his in eternum quod caro est. Spiritu dei quippe fuerant facti angeli dei sed declinando ad inferiora dicuntur homines nomine nature non gratie. Dicuntur et caro desertores spiritus et deserendo

deserti. Et septuaginta quidem interpretes, et angelos dei dixerūt istos
et filios dei. quod quidem non omēs hn̄t codices. Nam quidā nisi
filios dei non habent. Aquila autem quē interpretem iudei ceteris
anteponunt, non angelos dei nec filios dei, sed filios deoꝝ īterpreta
tus est. Vtrunq; autem uerum ē. Nam et filii dei erant, sub quo pre-
suoꝝ patrum etiā fratres erant, & filii deoꝝ qm̄ diis geniti erant cū
quibus et ipi dii iuxta illud psalmi. Ego dixi dii estis, et filii excelsi
om̄s. Merito enim credunt septuaginta interpretes accepisse ꝓpheti
cum sp̄m, ut si quid eius auctoritate mutarent atq; aliter q̄ erat qđ
interpretabant dicerent, neq; hoc diuinitus dictum esse dubitaretur,
q̄uis hoc in hebreo perhibeat ambiguum, ut etiā filii dei et filii deoꝝ
posset interpretari. Omittamus igit earum scripturarum fabulas, q̄
apocrife nuncupant, eo qđ earum occulta origo non claruit p̄ribus
et quibus usq; ad nos auctoritas ueracium scripturarū certissima et
notissima successione peruenit. In his autē apocrifis et si inuenitur
aliqua ueritas, tn̄ ꝓpter multa falsa nulla est canonica auctoritas,
S cripsisse quidem nulla diuina illum Enoch septimum ab Adam ne- ['non']
gare non possumus, cum hec in ep̄la canonica Iudas ap̄lus dicat. Sȝ
non frustra non sunt in eo canone scripturaꝝ qui seruabatur in
templo hebrei pp̄li succedentium diligentia sacerdotum, nisi quia
ob antiquitatem suscepte fidei iudicata sunt, nec utrum hec essent
quę ille scripsisset, poterat inueniri non talibus proferentibus qui ea
per seriem successionis reperirent rite seruasse. Vnde illa quę sub eius
nomine proferunt, et continent istas de gigantibus fabulas, q non
habuerint homines patres, recte a prudentibus iudicant, non ipsius
esse credenda sicut multa sub nominibus et alioꝝ ꝓphetarum et
recentiora sub nominibus ap̄loꝝ ab hereticis proferunt, quę om̄ia
nomine apocrifforum ab auctoritate canonica diligenti examina-
tione remota sunt. Igit scd̄m scripturas canonicas, hebreas atque
christianas, multos gigantes ante diluuium fuisse non dubium ē.
et hos fuisse ciues terrene ciuitatis hom̄. dei autem filios, qui scd̄m
carnem de Seth propagati sunt in hac societate deserta iustitia
declinasse. Nec mirandum est quod etiam de ipsis gigantes nasci
potuerunt. Neq; enī omnes gigantes, sed magis multi utiq; tunc
fuerunt, q̄ post diluuium temporibus ceteris, quos ꝓpterea creare
placuit creatori ut etiā hinc ostenderet, non solum pulchritudi
nes uerum et magnitudines et fortitudines corpoꝝ non magni

pendendas esse sapienti qui spiritalibus atque immortalibus longe melioribus et bonorum propriis non bonorum malorumque communibus beatificat bonis. Quam obrem alius propheta commendans ait. Ibi fuerunt gigantes illi nominati qui ab initio fuerunt staturosi scientes prelium. non hos elegit dominus nec viam scientie dedit illis sed interierunt quia non habuerunt sapientiam. perierunt propter inconsiderantiam.

Quomodo intelligendum sit quod de his qui diluvio perdendi erant dominus dixit erunt dies eorum centum viginti anni; Capitulum xxiiii.

QVod autem dixit deus. erunt dies eorum centum viginti anni non sic accipiendum est quasi prenuntiatum sit post hec homines centum xx annos vivendo non transgredi. cum et post diluvium etiam quingentos excessisse inveniamus. sed intelligendum est hoc dicto predixisse diluvium. Nam cum circa finem quingentorum annorum an esset Noe. i. quadringentos octoginta vite annos ageret. quos more suo scriptura quingentos vocat nomine totius maximam partem plerumque significans. sex centesimo quippe anno vite Noe secundo mense factum est diluvium. sic centum xx anni predicti sunt futuri vite hominum periturorum. quibus transactis diluvio delerentur. Nec frustra creditur sic factum esse diluvium. iam non inventis inventis in terra qui non erant digni morte defungi qua in impios vindicatum est. non quo quicquam bonis quandoque morituris tale genus mortis faciat aliquid quod eis possit obesse post mortem. Verum tamen nullus eorum diluvio mortuus est. quos de semine Seth propagatos sancta scriptura commemorat.

Sic autem divinitus diluvii causa narratur. Videns inquit dominus deus quia multiplicate sunt malitie hominum super terram. et omnis quisque cogitat in corde suo diligenter super maligna omnes. Et cogitavit deus quia fecit hominem super terram. et recogitavit. dixit deus. delebo hominem quem feci a facie terre. ab homine usque ad pecus. et a reptilibus usque ad volatilia celi. quia iratus sum quoniam feci eos;

De ira dei que incommutabilem tranquillitatem nulla inflammatione perturbat. Capitulum xxv.

IRa dei non perturbatio animi eius est. sed iudicium quo irrogatur pena peccati. Cogitatio vero eius et recogitatio mutandarum rerum est immutabilis ratio. Neque enim sicut hominem ita deum cuiusque facti sui poenitet. cuius est

de omnibus omnino rebus tam fixa sententia quam certa prescientia. Sed si non utatur scriptura talibus verbis, non se quodammodo familiarius insinuabit omni generi hominum quibus vult esse consultum, ut et perterreat superbientes, et excitet neglegentes, et exerceat querentes, et alat intelligentes. quod non faceret, si non se prius inclinaret et quodammodo descenderet ad iacentes. Quod autem etiam interitum omnium animalium terrenorum volatiliumque denuntiat, magnitudinem magne cladis effatur non animantibus rationis expertibus, tamquam et ipsi peccaverint minatur exitium.

Quod arca quam Noe iussus est facere in omnibus Christum ecclesiamque significat. Capitulum XXVI.

Iam vero quod Noe homini iusto, et sicut de illo scriptura veridice loquitur in sua generatione perfecto non utique sicut perficiendi sunt cives civitatis dei in illa inmortalitate qua coequabuntur angelis dei, sed sicut esse possunt in hac peregrinatione perfecti. Imperat deus ut arcam faciat in qua cum suis id est uxore filiis nuribus, et cum animalibus que ad illum ad illum ex dei precepto in arcam ingressa sunt liberaretur a diluvii vastitate, procul dubio figura est peregrinantis in hoc seculo civitatis dei, hoc est ecclesie que fit salva per lignum in quo pependit mediator dei et hominum homo christus iesus. Nam et mensure longitudinis et altitudinis eius significant corpus humanum in cuius veritate ad homines prenuntiatus est venturus et venit. Humani quippe corporis longitudo a vertice usque ad vestigia sexcies tantum habet quantum latitudo que est ab uno latere ad alterum latus, et decies tantum quantum altitudo cuius altitudinis mensura est in latere a dorso usque ad ventrem, velut si iacentem hominem metiaris supinum seu pronum. Sexcies tantum est longus a capite ad pedes quam latus a dextera ad sinistram vel a sinistra in dexteram, et decies quam a terra.

Unde facta est archa trecentorum cubitorum in longitudine. Et quod hostium in latere accepit, profecto illud est vulnus, quando latus crucifixi lancea perforatum est. Hanc quippe ad illum venientes ingrediuntur quia inde sacramenta manarunt quibus credentes initiantur. Et quod de lignis quadratis fieri iubetur undique stabilem vitam sanctorum significat. Quacumque enim verteris quadratum stabit. Et cetera que in eiusdem arce constructione dicuntur ecclesiasticarum signa sunt rerum.

Sed ea nunc persequi longum est. Et hoc iam fecimus in opere quod

aduersus faustum Manicheum scripsimus negantem in hebreorum libris aliquid de christo pphetatum. Et fieri quidem pot ut et nob quispiam. et alius alio loco exponat hec aptius. dum tamen ea que dicunt ad hanc de qua loquimur dei ciuitatem in hoc seculo maligno tanqm in diluuio peregrinantem omnia referant. si ab eius sensu qui ista conscripsit non uult longe aberrare qui exponit. exempli gratia. uelut si quispiam quod hic scriptum est. inferiora bicameratam et tricameratam facies eam. non qd ego in illo ope dixi uelit intelligi. quia ex omnibus gentibus ecclia congregat. Bicameratam dicam ppter duo gna hominum circumcisionem s. et preputium. Quos et aplus alio modo dicit Iudeos et grecos. Tricameratam uo. eo quod omnes gentes de tribus filiis Noe post diluuium reparate st. Sed aliud dicat aliqd. quod a fidei regula non sit alienum. Nam quoniam non solum in inferioribus mansiones hre arcam uoluit. uerum etiã in superioribus. et hec dixit bicamerata. et in supioribus superiorum. et hec appellauit tricamerata. ut ab imo sursum uersus tertia consurgeret habitatio. possint hinc intelligi. et illa tria quae commendat aplus. fides. Spes. Caritas. Possunt etiã multo conuenentius tres ille ubertates euangelice. tricena sexagena centena. ut in infimo hitet pudicitia coniugalis. supra uidualis. atq; hac superior uirginalis. et si quid aliud secdm fidem ciuitatis huius intelligi et dici potest. Hoc etiã de ceteris que hic exponenda sunt dixerim. qa et si non uno disserunt modo. ad unam tamen catholice fidei cocordiam reuocanda sunt.

De arca atq; diluuio. nec illis esse consentiendum qui solam historiam recipiunt sine allegorica significatione. Nec illis qui solas figuras defendunt repudiata historica ueritate. Caplm. xxvii.

NOn tamen quisqm putare debet aut frustra hec esse conscripta aut tm modo rerum gestarum ueritatem sine ullis allegoricis significationibus hic esse querendam aut econtrario hec omnino gesta non esse sed solas esse uerborum figuras aut quicquid illud est nequaqm ad pphetiam ecclie pertinere. Quis enim nisi mente peruersus inaniter scriptos esse contendat libros per annorum milia tanta religione et tanta ordinate successionis obseruantia custoditos aut solos res gestas illic intuendas ubi certe ut alia omittam si nũositas aĩalium cogebat arce tantam fieri magnitudinem et imunda bina et munda septena intromitti

animalia · Quid cogebat cum equalis numeri possent utraq; seruãi.
A ut uõ deus qui ꝓpter genus reparandum seruandam precepit, eo
modo illa quo instituerat restituere non ualebat. Qui uero esse
gesta, sed solas rerum significandarum figuras esse contendunt, pri-
mum opinant̃ tam magnũ fieri non potuisse diluuium, ut altis-
simos montes quindecim cubitos aque crescendo transcenderent,
ꝓpter olympii uerticem montis. supra quem perhibent̃ nubes non
posse conscendere, qꝺ tam sublimis celum sit, ut ibi non sit aer iste
crassior, ubi uenti nebule imbresq; gignunt̃. Nec attendunt omium
elementorum grauissimam terram ibi esse potuisse. An forte negant
esse terram uerticem montis? Cur igit̃ usq; ad illa celi spacia terris
exaltari licuisse, et aquis exaltari non licuisse contendunt, cum isti
mensores et pensores elementorum aquas terris perhibeant superiores
atq; leuiores? Quid itaq; rationis afferunt, quare terra grauior et
inferior locum celi tranquillioris inuaserit per uolumina tot anno-
rum et aqua leuior ac superior permissa non sit hoc facere saltem
ad tempus exiguum? Dicunt etiã non potuisse capere arce illius qn-
titatẽ animalium gñatam multa in utroq; sexu, bina de inmundis,
(qui mihi uident̃) septena de mundis qui mihi uident̃ non cõputãe
non trecenta cubita longitudinis et latitudinis quinquaginta, nec
cogitare tantum aliud esse in superioribus. Itemq; aliud tantum in
superioribus superiorum, ac per hoc ter ducta illa cubita fieri nongen-
ta et centum quinquaginta. Si autẽ cogitemus qꝺ Origenes non
ineleganter astruxit Moysen .s. hoiem dei eruditum sicut scriptum
est omni sapientia egyptiorum qui geometricam dilexerunt, geome-
trica cubita significare potuisse, ubi unum, qntum sex nr̃a ualere
asseuerant? Quis non uideat, qntum rerum capere illa potuerit ma-
gnitudo? Nam illud quod disputant tante magnitudinis arcam nõ
potuisse compingi ineptissime calumniant̃ cum sciant imensas urbes
fuisse constructas. Nec attendunt centum annos quibus arca illa ẽ
fabricata, nisi forte lapis lapidi adherere põt sola calce coniunctus,
ut murus per tot milia circumagat̃, et lignum ligno per suscudines,
epicuros, clauos, glutem bituminis non potest adherere, ut fabrice-
tur arca non curuis sed rectis lineis, longe lateq; porrecta, quã null⁹
in mare mittat conatus hoim, sed leuet unda cum uenerit naturali
ordine ponderum, magisq; diuina prouidentia q̃ humana pru-
dentia natantem gubernet ne incurrat naufragium ubicunq;. Qꝺ

autem scrupulosissime queri solet de minutissimis bestiolis non solū
quales sunt mures et stelliones, etiā quales locuste, scarabei, musce, de
niq; et pulices utrum non amplioris nūi in arca illa fuerint quā qui
est diffinitus, cum hoc imperaret deus, prius admonendi sunt quos
hec mouet sic accipiendum esse quod dictum est que serpunt super
terram ut necesse non fuerit conseruari in arca que possunt in a
quis uiuere non solum mersa sicut pisces uerum etiā sup̄natantia
sicut multe alites. Deinde cum dr̄ masculus et femina erunt, p̄fecto
intelligit̄ ad reparandum genus dici. Ac per hoc nec illa necesse fue
rat ibi esse, que possunt sine concubitu de quibusq; rebus uel rerū
corruptionibus nasci uel si fuerūt sicut in domibus esse consuete
runt sine ullo numero diffinito esse potuisse. Aut si ministrum sacra
tissimum quod agebat̄ et tante rei figura, quod etiā ueritatem facti
aliter non posset impleri, nisi ut omnia ibi certo illo nūo essent que
uiuere in aquis natura prohibente non possent. Non fuit ista cura
illius hominis uel illorum hominum, sed diuina. Non enī ea Noe ca
pta intromittit, sed uenientia et intrantia p̄mittebat. Ad hoc enim
ualet quod dictum ē. Intrabunt ad te non s. hominis actu sed dei
nutu. Ita sane ut non illic fuisse credenda sunt que sexu carent. Pre
scriptum enī atq; diffinitum est. Masculus et femina erunt. Alia sūt
quippe que de quibusq; rebus sine concubitu ita nascunt̄ ut postea
concumbant et gn̄ent sicut musce. Alia u̇o in quibus nihil sit ma
ris et femine sicut apes. Ea porro que sic hn̄t sexum ut non hēant
fetum sicut muli et mule mirum si fuerint ibi. Ac non potius parē
tes eorum ibi fuisse suffecerit equinum uidelicet atq; asininū genus.
Et si qua alia sunt que commixtione diuersi gn̄is aliqd̄ gignunt. Sed et
si hoc ad mysterium p̄tinebat ibi erant. habet enim et hoc genus ma
sculum et feminam. Solet etiam non nullos mouere gn̄a escarum,
que illic hr̄e poterant aīalia que non nisi carne uesci putant̄ utrū
preter nūm ibi fuerint sine transgressione mandati que aliorum
alendorum necessitas illic coegisset includi. An u̇o quod potius ē cre
dendum preter carnes aliqua alimenta esse potuerunt que oībus
conuenirent. Nouimus enī quā multa aīalia quibus caro cibus est,
q frugibus pomisq; uescantur et maxime fico atq; castaneis. Quid
ergo mirum si uir ille sapiens et iustus etiā diuinitus admonitus
quid cuiq; congrueret sine carnibus aptam cuiq; generi alimoniā
preparauit et condidit. Quid est autem quo uesci non cogeret fames.

Aut quid non suaue ac salubre facere posset deus? Qui etiã ut sine cibo uiuerent diuina facilitate donaret. nisi ut pascerent? etiã hoc implende figure tanti misterii conueniret. Non autẽ ad prefigurandam ecclesiam ptinere tam multiplicia rerum signa gestarum nisi fuerit contentiosus? nemo permittit opinari. Iam enim gentes ita ecclesiam impleuerint mundi q; etiam et inmundi donec certum ueniatur ad finem. Ita eius unitatis quadam compagine continentur ut ex hoc manifestissimo etiã de ceteris que obscurius aliqto dicta sunt et difficilius agnosci queunt dubitare fas non sit. Que cum ita sint. si nec inaniter ita esse conscripta putare quisqm uel etiã durius audebit nec nihil significare cum gesta sint nec sola dicta esse significatiua non facta nec aliena esse ab ecclesia significãda probabiliter dici pot sed magis credendum est sapienter esse memorie litterisq; mandata et gesta esse et significare aliqd et id ipsum aliquid ad prefigurandam ecclesiam ptinere. Iam usque ad hunc articulum perductus liber iste claudendus est ut ab aruz ciuitatum cursus terrene scdm hominem scilicet uiuentis et celestis scdm deum post diluuium et deinceps in rebus consequentibus requiratur;

Incipiunt capitula Sextidecimi libri. Augustini de ciuitate dei;

~ : Promissio : ~

Explicant Capitula ·

LIBER . SEXTVSDECIMVS . BEATI . AVGVSTINI . DE CIVITATE . DEI . INCIPIT . FOELICITER :

An post diluuium a Noe usq; ad abraham alique familie secundum deum uiuentium reperiantur : Capitulum . I .

Post diluuium procurrentis sancte uestigia ciuitatis, utrum continuata sint, an intercurrentibus impietatis interrupta temporibus, ita ut nullus hominum ueri unius dei cultor existeret, ad liquidum scripturis loquentibus inuenire difficile est. propterea quia in canonicis libris post Noe, qui cum coniuge ac tribus filiis totidemq; nuribus suis meruit per arcam a uastatione diluuij liberari non inuenimus usq; ad abraham cuiusquam pietatem euadendi diuino eloquio predicatam, nisi quod Noe duos filios Sem et Iaphet, prophetica benedictione commendat intuens et preuidens quod longe fuerat post futurum. Vnde factum est etiam illud, ut filium suum medium .i. primogenito minorem, ultimoq; maiorem qui peccauerat in patrem, non in ipso sed in filio eius suo nepote, malediceret his uerbis. Maledictus canaam puer famulus erit fratribus suis. Canaam porro natus fuerat ex cham, qui patris dormientis nec texerat, sed potius prodiderat nuditatem. Vnde etiam consecutus adiungit benedictionem duorum maximi et minimi filiorum dicens. Benedictus dominus deus Sem et erit canaam puer eius. Letificet dominus Iaphet et habitet in domibus Sem, sicut ipsa eiusdem Noe et uinee plantatio et ex eius fructu inebriatio et dormientis nudatio, et que ibi cetera facta atq; conscripta sunt, propheticis sunt grauidata sensibus et uelata tegminibus ; Quid in filiis Noe prophetice fuit prefiguratum ; .C. II.

Sed nunc rerum effectu iam in posteris consecuto quae operta fuerant satis aperta sunt. Quis enim hec intelligenter et diligenter aduertens, non agnoscat in christo. Sem quippe de cuius semine incarnatus est christus interpretatur nominatus. Quid autem nominatius christo, cuius nomen ubiq; iam flagrat, ita ut in cantico canticorum etiam ipsa precedente prophetia unguento comparetur effuso. in cuius domibus .i. ecclesiis habitat gentium latitudo. Nam Iaphet

latitudo interpretat̃. Cham calidus medius Noe filius tanq̃m se ab utro
q; discernens et inter utrumq; remanens nec in primitiis israhelitarũ
nec in plenitudine gentium. Quid significat nisi hereticorum genus
calidum non spiritu sapientie sed inpatientiæ quo solent hereticorum
feruere primordia et pacem perturbare sanctorum. Sed hec in usum
cedunt proficientium iuxta illud apli. Oportet hereses esse ut pro
bati manifesti fiant in uobis. Vnde etiam scriptum ẽ. Filius eruditus
sapiens erit imprudente aũt ministro utetur. Multa quippe ad fi
dem catolicam ptinentia dum hereticorum calida inquietudine ex
agitant̃ ut aduersus eos defendi possint et considerant̃ diligentius
et intelligunt̃ clarius et instantius predicant̃. Et ab aduersario mota
questio discendi existit occasio. quamuis non solum qui sunt apertissime
separati uerum omnes qui xpiano uocabulo gloriant̃ et perdite ui
uunt non absurde possunt medio Noe filio figurari. Passionem
quippe xpi que illius hominis nuditate significata est et annuntiat̃
profitendo et male agendo exhonorant. De talibus ergo dictum
est ex fructibus eorum cognoscetis eos. Ideo Cham in filio suo maledic
tus est tanq̃m in fructu suo. i. in opere suo. Vnde conuenienter et ipse
filius eius chanaam interpretat̃ motus eorum. Quod autem aliud q̃d
est q̃m opus eorum? Sem uero et Iaphet tanq̃ circumcisio et ppuciũ
uel sicut alio modo eos appellat apls iudei et greci sed uocati et iusti
ficati cognito quoquomodo nuditate patris qua significabat̃ passio
saluatoris sumentes uestimentum posuerunt supra dorsa sua et intra
uerunt auersi et operuerunt nuditatem pris sui nec uiderunt q̃d
reuerendo texerunt. Quod enim modo in passione xpi et quod pro nob
fctm est honoramus et iudeorum facinus auersamur. Vestimentum
significat sacramentum dorsa memoriam pteritorum. q'a passione
xpi eos iam tempore quo habitabat Iaphet in domibus Sem et malus
frater in medio eorum transacta celebrat ecclia non adhuc pspectat
futuram. Sed malus frater in filio suo hoc est in opere suo puer. i.
seruus fratrum bonorum. cum ad exercitationem patientie uel ad pro
uectum sapientie scienter utunt̃ malis boni. Sunt enim teste apostolo
qui xpm annuntiant non caste. sed siue occasione inquit siue ueri
tate annuntietur. Ipse quippe plantauit uineam de qua dicit ppha.
Vinea domini sabbaoth domus isrl' est. et bibit de uino eius siue ille
calix hic intelligat̃ de quo dicit. Potestis bibere calicem quem ego bi
biturus sum. Et patri. Si fieri pot transeat a me calix iste. quo suam

sine dubio significat passionem. siue quia uinum fructum e uineę.
hoc potius illo significatum est. quod ex ipsa uinea. hoc e ex gente israhe
litarum carnem pro nobis et sanguinem ut pati posset assumpsit. et
inebriatus est. Ibi namque nudata est. i. apparuit eius infirmitas. de qua
dicit apostolus. Et si crucifixus est ex infirmitate. Unde idem dicit. In
firmum dei fortius est hominibus. Quod uero cum dictum esset. et nuda
tus est. addidit scriptura in domo sua. eleganter ostendit. quod a sue
carnis gente. et domesticis sanguinis sui utique iudeis fuerat crucem
mortemque passurus. Hanc passionem xpi foris in sono tantum uocis re
probi annuntiant. Non enim quod annuntiant intelligunt. Probi autem
in interiore homine habent tam grande misterium. atque honorant intus in
corde infirmum et stultum dei. quia fortius et sapientius est hominibus.
H
uius rei figura est. quod Cham exiens hoc nunciauit foris. Sem uero et
Iaphet ut hoc uelarent. i. honorarent ingressi sunt. hoc e id interius
egerunt. hec scripture secreta diuine indagamus ut possumus. alius
alio magis minusue congruenter. Veruntamen fideliter certum te
nentes. non ea sine aliqua prefiguratione futurorum gesta atque conscripta.
neque nisi ad xpm et eius ecclesiam. que ciuitas dei est esse referenda. cuius
ab initio generis humani non defuit predicatio. quam per omnia uide
mus impleri. Benedictis igitur duobus filiis Noe. atque uno in medio eorum
maledicto. deinceps usque ad abraham de iustorum aliquorum qui pie
deum colerent commemoratione. silitum est per annos amplius quam
mille. Nec tamen eos defuisse crediderim. Sed si omnes commemorarentur
nimis longum fieret. et esset hec historica magis diligentia. quam prophe
tica prouidentia. Illa itaque exequitur litterarum sacrarum scriptor. uel
potius per eum dei spiritus. quibus non solum narrentur preterita. uerum
etiam prenuntientur futura. que tamen pertinent ad ciuitatem dei. quia et de
hominibus qui non sunt ciues eius quicquid dicitur. ad hoc dicitur ut illa ex
comparatione contraria uel proficiant uel emineant. Non sane autem
omnia que gesta narrantur aliquid etiam significare putanda sunt. sed
propter illa que aliquid significant. etiam ea que nihil significant. atte
xuntur. Solo enim uomere terra proscinditur. sed ut hoc fieri possit. et
cetera aratri membra sunt necessaria. Et soli nerui in citharis atque
huiusmodi uasis musicis aptantur ad cantum. sed ut aptari possint.
insunt et cetera in compagibus organorum. que non percutiuntur a canentibus.
sed ea que percussa resonant. his connectuntur. Ita in prophetica historia
dicuntur et aliqua. que nihil significant. sed quibus adhereant que

significant et quodammodo religent ;

De generationibus trium filiorum Noe ; Capitulum · iii ·

Generationes ergo filiorum Noe deinceps intuende. et quod de his dicendum uidetur attexendum est huic operi quo ciuitatis utriusque terrene scilicet et celestis per tempora procursus ostenditur. Cepta est enim commemorari a minimo filio qui uocatus est Iaphet. cuius filii octo nominati sunt. nepotes autem septem de duobus filiis eius tres ex uno quatuor ex altero. fiunt itaque omnes quindecim. Filii autem ham hoc est medii filii Noe quatuor et quinque nepotes ex uno eius filio. pronepotes duo ex nepote uno. fit eorum summa undecim. quibus enumeratis reditur tamquam ad caput et dicitur. Chus autem genuit Nembroth. hic cepit esse gigas super terram. hic uenator contra dominum deum. propter hoc dicunt. sicut Nembroth gigas uenator contra dominum. et factum est initium regni eius babylon. Rhechar Cath et Calemne in terra Semnaar. de terra illa exiuit Assur. et edificauit Niniuem. et Roboch ciuitatem Calach et Dasen inter medium Niniuen et Calech hec ciuitas magna. Iste porro Chus pater gigantis Nembroth primus nominatus est in filiis Cham. cuius quinque filii iam fuerant computati et nepotes duo. Sed istum gigantem aut post nepotes suos natos genuit aut quod est credibilius seorsum de illo propter eius eminentiam scriptura locuta est. quandoquidem et regnum eius commemoratum est cuius initium erat illa nobilissima ciuitas Babylon et que iuxta commemorate sunt siue ciuitates siue regiones. Quod uero dictum est de terra illa id est de terra Semnaar que pertinebat ad regnum Nembroth exisse Assur et edificasse Nineuem et alias quas contexuit ciuitates longe postea factum est. quod ex hac occasione perstrinxit propter nobilitatem regni assyriorum quod mirabiliter dilatauit Ninus Beli filius conditor Niniue ciuitatis magne. cuius ciuitatis nomen ex illius nomine deriuatum est ut a Nino Niniue uocaretur. Assur autem unde assyrii non fuit in filiis Cham medii filii Noe. sed in filiis Sem reperitur. qui fuit Noe maximus filius. Vnde apparet de progenie Sem exortos fuisse qui postea regnum gigantis illius obtinerent. et inde procederent atque alias conderent ciuitates quarum prima est a Nino appellata niniue. hic reditur ad alium filium Cham qui uocatur Mesraim. et commemorantur quos genuit non tamquam singuli homines sed nationes septem. Et de sexta uelut de sexto filio gens commemoratur exisse que appellatur philistiim. unde fiunt octo. Inde iterum

ad chanaam redit in quo filio maledicto est cham. Et quos genuit undecim nominant. Deinde usq; ad quos fines peruenerint commemoratis quibusdam ciuitatibus dr. ac per hoc filiis nepotibusq; computatis de progenie Cham triginta unus geniti referunt. Restat commemorare filios Sem maximi filii Noe. Ad eum quippe gradatim gnonum istarum peruenit a minimo exorta gnatio narratio.
Sed unde incipiunt commemorari filii Sem, habet quiddam obscuritatis quod expositione illustrandum est, quia et multum ad rē pertinet quā requirimus. Sic enī legit. Et Sem natus est. etiam ipsi pri omnium filio4, heber fri Iaphet maiori. ordo uerbo4 est. Et Sem natus est heber etiam ipsi. i. ipsi Sem natus est heber. qui Sem pater est omniū filio4. Sem ergo priarcham intellegi uoluit oīm qui de stirpe eius exorti sunt quos commemoraturus est siue sint filii siue nepotes, et deinceps itidem exorti. Non sane istum heber genuit Sem, sed ab illo quintus in progenito4 serie reperit. Sem quippe inter alios filios genuit arfaxat. arfaxat genuit Caynan. Caynan genuit Salan. Sala genuit Heber. Non itaq; frustra ipse pmus est nominatus in progenie ueniente de Sem. et prelatus etiam filiis cum sit quintus nepos. nisi quia uerum est quod tradit. ex illo hebreos esse cognoīatos, tanqm hebereos, cum tn̄ et alia possit esse opinio, ut ex abraham tanq̄ habraei dicti esse uideant. Sed nimirum hoc uerum est. qd ex heber heberei appelli. Ac deinde una detracta lrā hebrei. quam linguam solus isrl populus potuit obtinere. in quo dei ciuitas et in sanctis peregrinata est. et in om̄ibus sacramento adumbrata. Igit filii Sem prius sex noīant. deinde ex uno eo4 nati sunt quatuor nepotes eius. Itemq; alter filio4 Sem genuit eius nepotem. atq; ex illo itidem pronepos natus est. atq; inde abnepos. qui ē heber.
Genuit autē Heber duos filios. quo4 unum appellauit Phaleg. quod interpretat diuidens. Deinde subiungens scriptura rationemq; huius nominis reddens, in diebus inquit eius diuisa est terra. hoc autē quid sit post apparebit. Alius uero qui natus est ex Heber genuit duodecim filios. ac per hoc omnes progeniti de filiis Noe. i. quindecim de Iaphet, triginta unum de Cham. xxvii. de Sem fiunt septuaginta tres. Deinde sequit scriptura dicens. Hi filii Sem in tribub9 suis. scdm linguas suas in regionibus suis et in gentibus suis. Itemq; de om̄ibus. he inquid tribus filio4 Noe scdm gnationes eo4, secundum gentes eorū. ab his disperse sunt insule gentium sup terram post diluuium. Vn̄ colligit

septuaginta tres uel potius quod postea demonstrabitur septuaginta duas
gentes tunc fuisse inter homines. Nam et prius cum fuissent comme-
morati filii Iaphet ita conclusum est. Ex his segregate sunt insule gen-
tium. In terra sua unusquisque secundum linguam suam in tribubus suis.
et in gentibus suis. Iam uero in filiis Cham quodam loco apertius gen-
tes commemorate sunt sicut superius ostendi. Mesraim genuit eos
qui dicuntur Ludiim. et eodem modo cetere usque ad septem gentes. Et
enumeratis omnibus postea concludens. Hi filii Cham inquit in tribubus
suis secundum linguas suas in regionibus suis et in gentibus suis. Propterea
ergo multorum filii non sunt commemorati quia gentibus aliis nascen-
do accesserunt. Ipsi autem gentes facere nequiuerunt. Nam qua alia
causa cum filii Iafeth octo enumerentur ex duobus eorum tantum qui nati
sunt adiciuntur. Et cum filii Sem nominantur sex duorum tantum
posteritas attexitur. Numquid ceteri sine filiis remanserunt. Absit hoc
credere. Sed gentes propter quas commemorari digni essent non utique
fecerunt quia sicut nascebantur aliis gentibus addebantur;

De diuersitate linguarum principioque Babylonis; Capitulum IIII.

Cum ergo in suis linguis iste gentes fuisse referantur redit tamen
narrator ad illud tempus quando una lingua omnium fuit. et inde iam
exponit quid acciderit ut linguarum diuersitas nasceretur.
Et erat inquit omnis terra labium unum et uox una omnibus. Et
factum est cum mouerent ipsi ab oriente inuenerunt campum in
terra Senaar. et habitauerunt ibi. Et dixit homo proximo suo. Veni-
te faciamus lateres et coquamus illos igni. et facti sunt illis lateres in
lapidem. et bitumen erat illis lutum. Et dixerunt uenite edificemus
nobismetipsis ciuitatem et turrim cuius erit usque ad celum. et fa-
ciamus nostrum nomen antequam dispergamur in faciem omnis terre. Et
descendit dominus uidere ciuitatem et turrem quam edificauerunt
filii hominum. Et dixit dominus deus. Ecce genus unum et labi-
um unum omnium. ex hoc inchoauerunt facere. Venite et descende-
tes confundamus ibi linguam eorum ut non audiat unusquisque uocem
proximi sui. Et dispersit eos dominus inde super faciem omnis terre.
et cessauerunt edificantes ciuitatem et turrem. Propter hoc appel-
latum est nomen ciuitatis illius confusio quia ibi confudit dominus
labia omnis terre. et inde dispersit illos dominus deus super faciem omnis terre.
Ista ciuitas que appellata est confusio ipsa est Babylon. cuius mira-
bilem constructionem etiam gentium commendat historia. Babylon

quippe interpretatur confusio. Unde colligitur gigantem illum Nebroth illius fuisse conditorem quod superius breviter fuerat intimatum.

Ubi cum de illo scriptura loqueretur. ait initium regni eius fuisse babylonem. i. quae civitatum ceterarum gereret principatum. ubi esset tanquam in metropoli habitaculum regni. quamvis perfecta non fuerit usque in tantum modum quantum superba cogitabat impietas. nam nimia disponebatur altitudo quae dicta est usque in celum. sive unius turris eius. quam precipuam moliebantur inter alias. sive omnium turrium que per numerum singularem ita significate sunt ut dicitur miles et sunt milia milium. ut rana ut locusta. Sic appellata est multitudo ranarum ac locustarum in plagis quibus aegyptii percussi sunt per Moysen. Quid autem factura fuerat humana et vana presumptio. cuiuslibet et quantum libet in celum adversus deum altitudinem molis extolleret. Quando montes transcenderet universos. Quando spacium nebulosi aeris huius evaderet. Quid denique noceret deo. quantacumque vel spiritalis vel corporalis elatio. Tutam veramque in celum viam molitur humanitas sursum levans cor ad dominum. non contra dominum sicut dictus est gigas iste venator contra dominum. quod non intelligentes non nulli ambiguo greci falsi sunt. ut non interpretarentur contra dominum sed ante dominum. Enantion quippe et ante et contra significat. hoc enim verbum est in psalmo. Et ploremus ante dominum qui fecit nos.

Et hoc verbum etiam est in libro Iob. Ubi scriptum est. In furore erupisti contra dominum. Sic ergo intelligendus est gigas iste venator contra dominum.

Quid autem hic significatur hoc nomine quod est venator nisi animalium terrigenarum deceptor. oppressor. extinctor. Erigebat ergo cum suis populis turrem contra dominum. qua est impia significata superbia.

Merito autem malus punitur affectus. etiam cui non succedit effectus. Genus vero ipsum pene quale fuit. quoniam elatio imperantis in lingua est. ibi est damnata superbia ut non intelligeretur iubens homini. qui noluit intelligere ut obediret deo iubenti. Sic illa conspiratio dissoluta est cum quisque ab eo quem non intelligebat abscederet nec se nisi ei cum quo loqui poterat aggregaret. Et per linguas divise sunt gentes dispersaeque per terras sic deo placuit. qui hoc modis occultis nobisque incomprehensibilibus fecit; De descensione domini ad confundendum linguam edificantium turrim. Capitulum V.

Quod enim scriptum est. Et descendit dominus videre civitatem et turrim quam edificaverunt filii hominum. hoc est non

filii dei, sed illa societas secundum hominem uiuens, quam terrenam dicimus
ciuitatem. non loco mouetur deus qui semper est ubique totus. Sed desce-
dere dicitur cum aliquid facit in terra quod preter usitatum nature cur-
sum mirabiliter factum presentiam quodammodo eius ostendit. Nec
uidendo discit ad tempus, qui numquam potest aliquid ignorare, sed ad
tempus uidere et cognoscere dicitur quod uideri et cognosci facit. Non sic
ergo uidebatur illa ciuitas quomodo eam deus uideri fecit quando sibi quan-
tum displiceret ostendit, quamuis possit intelligi deus ad illam ciuita-
tem descendisse quia descenderunt angeli eius in quibus habitat, ut
quod adiunctum est. Et dixit dominus deus. Ecce genus unum et labium
unum omnium et cetera ac deinde additum. uenite et descendentes con-
fundamus ibi linguam eorum recapitulatio sit, demonstrans quemad-
modum factum sit quod dictum fuerat descendit dominus. Si enim iam desce-
derat, quid sibi uult, uenite et descendentes confundamus linguam eorum
quod intelligitur angelis dictum, nisi quia per angelos descendebat qui
in angelis descendentibus erat. Et bene iam ait uenite et descendentes
confundite, sed confundamus ibi linguam eorum, ostendens ita se operari
per ministros suos ut sint etiam ipsi cooperatores dei, sicut apostolus
dicit, dei enim sumus cooperarii; Qualis intelligenda sit locutio qua
deus angelis loquitur. Capitulum. VI.

Poterat et illud quando factus est homo de angelis intelligi quod
dictum est. Faciamus hominem. quia iam dixit faciam. Sed
quia sequitur ad imaginem nostram nec fas est credere ad ima-
ginem angelorum hominem factum, aut eandem esse imaginem angelo-
rum et dei, recte illic intelligitur pluralitas trinitatis. Que tamen tri-
nitas quia unus est deus etiam cum dixisset faciamus. Et fecit inquit
deus hominem ad imaginem dei non dixit fecerunt dii aut ad i-
maginem deorum. Poterat et hic eadem intelligi trinitas, tamquam pater
dixerit ad filium et spiritum sanctum. Venite et descendentes confun-
damus ibi linguam eorum. Si aliquid esset quod angelos prohiberet in-
telligi: quibus potius conuenit uenire ad deum motibus sanctis hoc
est cogitationibus piis quibus ab eis consulitur immutabilis ueritas tam-
quam lex eterna in illa eorum curia superna. Neque enim sibi ipsi sunt ueritas,
sed creatricis participes ueritatis ad illam mouentur, tamquam ad fontem
uitae, ut quod non habent ex se ipsis capiant ex ipsa. Et ideo eorum sta-
bilis est iste motus quo ueniunt qui non recedunt. Non sic loquitur
angelis deus quomodo nos loquimur inuicem nobis uel deo uel angelis

uel ipsi angeli nobis siue per illos deus nobis sed effabili suo numero, nobis autem hec indicantur nostro modo. Dei quippe sublimior ante suum factum locutio ipsius sui facti est immutabilis ratio. que non habet sonum strepentem atque transeuntem, sed in sempiterne manentem, et temporaliter operantem. hac loquitur angelis suis. Nobis autem aliter longe positis. Quando autem etiam nos aliquid talis locutionis interioribus auribus capimus, angelis propinquamus. Non itaque mihi assidue reddenda ratio est in hoc opere de locutionibus dei. Aut enim ueritas incommutabilis per se ipsam ineffabiliter loquitur rationalis creature mentibus, Aut per mutabilem creaturam loquitur, siue spiritalibus imaginibus nostro spiritui, siue corporalibus uocibus corporis sensui. Illud sane quod dictum est et nunc non deficient ex illis omnia que conata fuerint facere. non dictum est confirmando, sed tanquam interrogando sicut solet a comminantibus dici quemadmodum ait quidam Non arma expedient, totaque ex urbe sequentur. Sic ergo accipiendum est tanquam dixerit nonne omnia deficient ex illis que conati sunt facere. Sed si ita dicatur non exprimit comminantem. Verum propter tardiusculos addidimus particulam id est ne ut dicemus. Nonne quoniam uocem pronuntiantis non possumus scribere. Ex illis igitur tribus hominibus Noe filiis septuaginta tres uel potius ut ratio declaratura est septuaginta due gentes totidemque lingue per terras esse ceperunt que crescendo etiam insulas impleuerunt. Auctus est autem numerus gentium multo amplius quam linguarum. Nam et in aphrica barbaras gentes in una lingua plurimas nouimus. Et homines quidem multiplicato genere humano ad insulas inhabitandas nauigio transire potuisse quis ambigat;

An omne bestiarum genus etiam remotissime a terris insule ex eo numero acceperint qui in arca diluuii inundatione seruati sunt; Capitulum · VII ;

SEd questio est de omni genere bestiarum. que sub cura hominum non sunt. Neque sicut rane nascuntur ex terra sed sola commixtione maris et femine propagantur. Sicut lupi atque huiusmodi cetera quo post diluuium quo ea que in arca non erant cuncta deleta sunt etiam in insulis esse potuerint si reparata non sunt nisi ex his quorum genera in utroque sexu arca seruauit. Possunt quidem credi ad insulas natando transisse sed proximas. Sunt autem quedam tam longe posite a continentibus terris ut ad eas nulla uideatur natare potuisse bestiarum. Quod si homines eas captas secum adduxerunt

et eo modo non habitabant earum genera instituerunt, venandi studio fieri potuisse incredibile non est; quamvis iussu dei sive permissu etiam opera angelorum negandum non sit potuisse transferri. Si vero ex terra exorte sunt secundum originem primam quando dixit deus: producat terra animam vivam, multo clarius apparet non tam reparandorum animalium causa quam figurandarum variarum gentium propter ecclesie sacramentum in arca fuisse omnia genera, si in insulis quo transire non possent multa animalia terra produxit.

An ex progenie Adam vel filiorum Noe quedam genera monstruosa prodierunt. Capitulum VIII.

Queritur etiam utrum ex filiis Noe vel potius ex illo uno homine unde etiam ipsi extiterunt propagata esse credendum sit quedam monstruosa hominum genera que gentium narrat historia, sicut perhibent quidam habere oculum in fronte media, quibusdam plantas versas esse post crura, quibusdam utriusque sexus esse naturam et dextram mammam virilem, sinistram muliebrem, vicibusque inter se coeundo et gignere et parere. Aliis ora non esse eosque per nares tantummodo alitu vivere. Alios statura esse cubitales, quos pigmeos a cubito greci vocant. Alibi quinquennes concipere feminas et octavum vite annum non excedere. Item ferunt esse gentem ubi singula crura in pedibus habent nec poplitem flectunt, et sunt mirabilis celeritatis, quos sciopodas vocant, quod per estum in terra iacentes resupini umbra se pedum protegant. Quosdam sine cervice oculos habentes in humeris, et cetera hominum vel quasi hominum genera que in maritima platea carthaginis musivo picta sunt ex libris deprompta velut curiosioris historie. Quid dicam de cynocefalis quorum canina capita atque ipse latratus magis bestias quam homines confitetur. Sed omnia genera hominum que dicuntur esse credere non est necesse. Verum quisquis uspiam nascitur homo, id est animal rationale mortale, quamlibet nostris inusitatam sensibus gerat corporis formam seu colorem sive motum sive sonum sive qualibet parte qualibet qualibet qualitate naturam, ex illo uno protoplasto originem ducere nullus fidelium dubitaverit. Apparet tamen quid in pluribus natura obtinuerit, et quid sit ipsa raritate mirabile. Qualis autem ratio redditur de monstruosis apud nos hominum partibus, talis de monstruosis quibusdam gentibus reddi potest. Deus enim creator est omnium, qui ubi et quando creari quid oporteat vel oportuerit ipse novit, sciens universitatis pulchritudinem quarum partium vel similitudine vel diversitate contexat. Sed qui totum inspicere non potest tamquam defor-

nitate paruus offenditur, quoniam cui congruat, et quo referatur ignorat. Pluribus quam quinis digitis in manibus et pedibus nasci homines nouimus.
Et hec leuior quam ulla distantia. Sed tamen absit ut quis ita decipiatur, ut existimet in numero humanorum digitorum errasse creatorem: quamuis nesciens cur hoc fecerit. Ita etsi maior diuersitas oriatur, scit ille quid egerit, cuius opera iuste nemo comprehendit. Marcus euangelista dixit. Domine iesu christe ut qui me longe annotasti in conspectu tuo originem ducere. Apud hipponem maritum est homo, quasi lunatas habens plantas et eis tantummodo binos digitos, similes et manus. Si aliqua gens talis esset, illi curiose atque mirabili adderetur historie. Num igitur istum propter hoc negabimus ex illo uno qui prius creatus est esse propagatum. Androgynicos etiam hermafrodicos nuncupant, quamuis admodum rari sint, difficile est tamen ut temporibus desint. in quibus sic uterque sexus apparet, ut ex quo potius debeant accipere nomen, incertum sit: a meliore tamen hoc est masculo ut appellarentur loquendi consuetudo preualuit. Nam nemo umquam androgynicos aut ermafroditas nuncupauit. Ante annos aliquot nostra certe memoria in oriente duplex homo natus est, superioribus membris, inferioribus simplex. Nam duo erant capita, duo pectora, quatuor manus, uenter autem unus et pedes duo, sicut uni homini. Et tam diu uixit, ut multos ad eum uidendum fama contraheret. Quis autem omnes commemorare posset humanos fetus, longe dissimiles his ex quibus eos natos esse certissimum est. Sicut ergo hos ex illo uno homine negari non possunt originem ducere: Ita quecumque gentes, in diuersitatibus corporum ab usitato nature cursu, quam plures et pene omnes tenent, uelut exorbitasse traduntur, si diffinitione illa includuntur, ut rationalia animalia sint atque mortalia, ab eodem ipso uno primo patre omnium stirpem trahere confitendum est. Si tamen uera sunt que de illarum nationum uaritate, et tanta inter se atque nobiscum diuersitate trahuntur. Nam et Simias et circopeticos, et fingas, si nesciremus non homines esse sed bestias, possent illi historici de sua curiositate gloriantes uelut gentes aliquas hominum, nobis impunita uanitate mentiri. Sed si homines sunt de quibus illa ita mira conscripta sunt. Quid si propterea deus uoluit etiam non nullas gentes ita creare, ne in his monstris que apud nos oportet ex hominibus nasci sapientiam qua naturam fingit humanam, uelut arte cuiuspiam minus perfecti opificis, putaremus errasse: Non itaque nobis uideri debet absurdum, ut quemadmodum in singlis

quibusq; gentibus quędam monstra sunt hom̄ ita in uniuerso gn̄e humano quędam monstra sint gentium. Quapropter ut istam questionem pedetemtim cauteq; concludam aut illa quę talia de quibusdam gentibus scripta sunt omnino nulla sunt. Aut si sunt homines non sunt aut ex adam sunt si homines sunt;

An inferiorem partem terrę quę nostre habitationi contraria est antipodam habere credendum sit; Capitulum · IX :

Quod uero et antipodas esse fabulant̄ i · homines a contraria parte terrę ubi sol oritur qn̄ occidit nobis aduersa pedib; n̄ris calcare uestigia nulla ratione credendum est. Neq; ulla historie cognitione didicisse affirmant sed ratiocinando coniectant eo qđ intra conuexa cęli terra suspensa sit eundemq; locū mundus h̄eat et infimum et mediū. Et ex hoc opinant̄ alteram t̄rę partem quę infra est h̄itatione hom̄ carere non posse. Nec attēdūt etiā si figura congloba et rotunda mundus esse credat̄ siue aliqua ratione monstretur non tamen esse consequens ut etiā ex illa parte ab aquarum congerie nuda sit terra. deinde et si nuda sit neque hoc statim necesse esse ut homines h̄eat quoniam nullo modo scriptura ista mentitur quæ narratis preteritis facit fidem eo qđ eius predicta complent̄. Nimisq; absurdum ē ut dicat̄ aliquos hōies ex hac illam partem oceani īmensitate traiecta nauigare ac peruenire potuisse. Vt etiā illic ex uno primo hōie genus institueret̄ humanum. Quapropter inter illos tunc hom̄ p̄plos qui propter septuaginta duas gentes et totidem linguas colligunt̄ fuisse diuisi queramus si possumus inuenire illam in terris peregrinantem ciuitatem dei que usq; ad diluuium arcamq; perducta ē atq; in filiis Noe per eorum b̄ndictiones perseuerasse monstrat̄ maxime in maximo qui est appellatus Sem qn̄ quidem Iaphet benedictus est ut in eius fratris sui domib; habitaret;

De generatione Sem in cuius progenie tendens ad abraham ciuitatis dei origo dirigitur :— Capitulum · X :

Tenenda est igitur series gn̄ationum ab ip̄o Sem ut ipsa ostēdat post diluuium ciuitatē sicut eam series gn̄ationum ab illo qui est appellatus Seth ostendebat diluuium. Propter hoc ergo scriptura diuina cū terrenā ciuitatē in Babilone hoc est in confusione monstrasset ad p̄riarcham Sem recapitulando reuertit̄. Et ordiutur inde gn̄ationes usq; ad Abraham commemorato etiā n̄ūo annoꝝ quoto quisq; ad hāc seriem pertinentem filium genuisset,

quantoque uixisset. Ubi certe agnoscendum est quod ante promiseram, ut appareat quare sit dictum de filiis Heber nomen unius Phaleg. quia in diebus eius diuisa est terra. Quid enim aliud intelligendum est terram esse diuisam. nisi diuersitate linguarum. Omissis igitur ceteris filiis Sem ad hanc rem non pertinentibus illi connectuntur in ordine generationum per quos possit ad Abraham perueniri, sicut illi connectuntur ante diluuium per quos perueniretur ad noe per generationes que propagate sunt ex illo adam filio qui est appellatus Seth.

Sic ergo incipit generationum ista contextio, et he generationes Sem. Sem centum annorum erat cum genuit arfaxat secundo anno post diluuium, et uixit Sem postquam genuit arfaxat quingentos annos. et genuit filios et filias et mortuus est. Sic exequitur ceteros dicens, quoto quisque anno uite sue filium genuerit ad istum generationum ordinem pertinentem qui protendit ad Abraham. et quot annos postmodum uixerit. intimans eum filios filiasque genuisse. ut intelligamus unde potuerint populi accrescere. ne in paucis qui commemorantur hominibus occupati pueriliter hesitemus. Unde tanta spacia terrarum atque regnorum replere potuerint de genere Sem. maxime propter assyriorum regnum. unde ninus ille orientalium domitor usque quaque prosperorum ingenti prosperitate regnauit. Et latissimum ac fundatissimum regnum quod diuturno tempore duceretur suis posteris propagauit. Sed nos ne diutius quam opus est immoremur. non quot annos quisque in ista generationum serie uixerit. sed quoto anno uite sue genuerit filium hoc ordine memorandum. tantummodo ponimus ut et numerum annorum a transacto diluuio usque ad Abraham colligamus et propter illa in quibus nos cogit necessitas immorari breuiter alia cursimque tangamus. Secundo igitur anno post diluuium Sem genuit arfaxat. Arfaxat autem cum esset annorum centum. xxxv. genuit Sala. Porro etiam ipse Sala totidem annorum erat quando genuit Heber. Centum uero et xxxiiii. agebat annos Heber cum genuit phaleg in cuius diebus diuisa est terra. Ipse autem Phaleg uixit annos centum. xxx. et genuit Ragau. et Ragau centum triginta duorum annorum genuit Serug. et Serug. c. xxx. annorum et genuit Nachor. et Nachor. lxxix. annorum et genuit Thara. Thara autem septuaginta et genuit abram quem postea deus mutato uocabulo nominauit Abraam. Fiunt itaque anni a diluuio usque ad Abraham mille septuaginta et duo secundum uulgatam editionem, hoc est interpretum septuaginta. In hebreis autem co

duabus longe pauciores annos perhibent inueniri, de quibus rationem
aut nullam aut difficillimam reddunt. Cum ergo querimus in
illis septuaginta duabus gentibus ciuitatem dei, non possumus af-
firmare illo tempore quo erat nobis labium unum .i. loquela una,
tunc genus humanum alienatum fuisse a cultu ueri dei, ita ut in
solis istis generationibus pietas uera remaneret, que descendunt ex se-
mine Sem per Arfaxat ad abraham. Sed ab illa superbia edificande
turris usque in celum, qua impia significatur elatio, apparuit ciuitas
hoc est societas impiorum. Utrum itaque ante non fuerit, an latuerit,
an potius utraque permanserit pia scilicet in duobus filiis Noe qui benedicti
sunt eorumque posteris. Impia uero in eo qui maledictus est atque eius
progenie ubi etiam exortus est gigas uenator contra dominum, non est di-
iudicatio facilis. Fortassis enim quod profecto est credibilius et in filiis
duorum illorum iam tunc antequam Babylonia coepisset institui fuerunt
contemptores dei. Et in filiis Cham cultores dei. Utrumque tamen hominum
genus terris numquam defuisse credendum est. Siquidem et quando
dictum est. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, non est
qui faciat bonum, non est usque ad unum. In utroque psalmo ubi hec
uerba sunt et hoc legitur. Nonne cognoscent omnes qui operantur iniqui-
tatem qui deuorant populum meum ut cibum panis. Erat ergo etiam
tunc populus dei unde illud quod dictum est. non est qui faciat bonum
usque ad unum, De filiis hominum dictum est non de filiis dei. Nam
premissum est. Deus de celo prospexit super filios hominum ut uideret
si est intelligens aut requirens deum. Ac deinde illa subiecta que
omnes filios hominum .i. ad ciuitatem pertinentes que uiuit secundum
hominem non secundum deum reprobos esse demonstrent;

Quod ea primitus lingua in usu hominum fuerit, que post hebrea
ab heber nomine nuncupata est. et in cuius familia lingua re-
mansit, cum diuersitas facta esset linguarum; ~ Capitulum. XI.

Quam obrem lingua una cum esset omnium non ideo filii pe-
stilentie fuerunt. Nam et ante diluuium una erat lingua
et tamen omnes preter unam Noe iusti domum deleri dilu-
uio meruerunt. Ita quando merito elate impietatis gentes linguarum
diuersitate punite atque diuise sunt, et ciuitas impiorum confusionis
nomine accepit hoc est appellata est Babylon. Non defuit domus
heber ubi ea que antea fuit lingua remaneret. Unde sicut supra
commemoraui cum coepissent enumerari filii Sem qui singuli gentes

singulas procrearunt · primus est comendatus Heber · cum sit abnepos ipsius · hoc est ab illo quintus inueniatur exortus. Quia ergo in eius familia remansit hec lingua diuisis per alias gentes ceteris gentibus que lingua prius humano generi non inmerito creditur fuisse communis. Ideo deinceps hebrea est nuncupata. Tunc enim opus erat eam distingui ab aliis linguis nomine proprio · sicut alie quoque uocate sunt nominibus propriis

Quando autem erat una lingua · uel humana locutio uocabatur · qua sola uniuersum genus hominum loquebatur. Dixerit aliquis: Si in diebus Phaleg filii heber · diuisa est terra per linguas · id est homines qui tunc erant in terra · ex eius nomine potius debuit appellari lingua illa que fuit omnibus ante communis. Sed intelligendum est ipsum heber propterea tale nomen imposuisse filio suo · ut uocaretur Phaleg quod interpretatur diuisio · quia tunc ei natus est quando per linguas terra diuisa est. id est ipso tempore ut hoc sit dictum quod dictum est. In diebus eius diuisa est terra. Nam nisi adhuc heber uiueret quando linguarum facta est multitudo non ex eius nomine acciperet lingua eorum que apud illum potuit permanere · Et ideo credenda est ipsa fuisse prima illa communis quoniam de pena uenit illa multiplicatio mutatioque linguarum · et utique preter hanc penam esse debuit populus dei. Nec frustra lingua hec est quam tenuit abraham. Nec in omnes filios suos qui propagati per Iacob · et insignius atque eminentius in dei populum coalescentes dei testamenta et stirpem christi habere potuerunt. Nam heber ipse eandem linguam in uniuersam progeniem suam refudit · sed in eam tantum cuius generationes perducuntur ad Habraham. Quapropter · etiam si non euidenter expressum est fuisse aliquod pium genus hominum quando ab impiis Babylonia condebatur · non ad hoc ualuit hec obscuritas · ut querentis fraudaretur sed potius exerceretur intentio. Cum igitur eum legitur unam fuisse linguam primitus omnium et ante omnes filios Sem commendabatur Hebaer · quamuis ex illo quintus oriatur et hebrea uocatur lingua · quam patriarcharum et prophetarum non solum in sermonibus suis · uerum etiam in litteris sacris custodiuit auctoritas. Profecto cum queritur in diuisione linguarum ubi lingua illa remanere potuerit que fuit ante communis que sine ulla dubitatione ubi remansit · non ibi fuit illa poena que facta est mutatione linguarum.

Quid aliud occurrit · nisi quod in eius gente mansérit · a cuius nomine nomen accepit. Et hoc iustitie gentis huius · non paruum apparuisse uestigium · quod cum alie gentes plecterentur mutatione linguarum ad istam non peruenit tale supplicium. Sed adhuc illud monet quomodo

potuerunt singulas gentes facere heber et filius eius Phaleg, si una lin-
gua permansit ambobus. Et certe una est hebrea gens ex heber propaga-
ta usque ad abraham, et per eum deinceps donec magnus fieret populus
israhel. Quomodo igitur omnes filii qui commemorati sunt trium filiorum
Noe fecerunt singulas gentes. Si heber et Phaleg singulas non fecerunt?
Nimirum illud est probabilius quod gigas ille Nembroth fecerit et ipse
gentem suam. Sed propter excellentiam dominationis et corporis seorsum
eminentius nominatus est, ut maneat numerus septuaginta duarum gentium
atque linguarum. Phaleg autem propterea commemoratus est non quod
gentem fecerit. Nam eadem ipsa est eius gens hebrea eaque lingua, sed
propter tempus insigne quod in diebus eius terra divisa sit. Nec movere
nos debet quomodo potuit gigas Nembroth ad illud etatis tempus occur-
rere quo Babylon condita est. et confusio facta linguarum, atque ex hoc
divisio gentium. Non enim quia heber sextus a Noe, ille autem quartus,
ideo non potuerunt ad idem tempus convenire vivendo. Hoc enim contigit
cum plus viverent ubi pauciores sunt generationes, minus ubi plures; aut
serius nati essent, ubi pauciores; maturius ubi plures. Sane intelligen-
dum est quando terra divisa est non solum iam natos fuisse ceteros filios
filiorum Noe qui commemorantur patres gentium, sed etiam huius etatis
fuisse, ut numerosas familias haberent, que digne fuissent nominibus gen-
tium. Unde nequaquam putandum quod eo fuerint ordine geniti quo
commemorati leguntur. Alioquin duodecim filii Iectam qui erat alius
filius heber frater phaleg, quomodo potuerunt iam gentes facere, si
post Phaleg fratrem suum Iactam natus est, sicut post eum commemo-
ratus, quando quidem tempore quo natus est phaleg divisa est terra. Pro-
inde intelligendum est, priorem quidem nominatum, sed longe post fra-
trem suum Iectam fuisse natum, cuius Iectam duodecim filii tam
grandes iam familias haberent ut in linguas proprias dividi possent. Sic enim
potuit prior commemorari qui erat etate posterior, id est quemadmodum
prius commemorati sunt ex tribus filiis Noe procreati filii Iaphet
qui erat minimus eorum. Deinde filii Cham qui erat medius, postremo
filii Sem qui erat primus et maximus. Illarum autem gentium vocabula
partim manserunt, ita ut hodie quoque appareant unde fuerint derivata
Sicut ex assyrii, ex heber hebrei, partim temporis vetustate mutata sunt,
ita ut vix homines doctissimi antiquissimas historias perscrutantes,
nec omnium sed aliquarum ex istis origines gentium potuerint reperire. Nam
quod ex filio Cham qui vocabatur Mesraim egyptii perhibentur exorti.

nulla hic resonat origo uocabuli. sicut nec æthiopum qui dicuntur ad
eum filium cham pertinere qui chus appellatus est. Et si omnia con
siderentur plura mutata quam manentia nomina apparent;

De articulo temporis in abraham a quo sancte successionis nouus ordo contexitur: Capitulum. xii.

Nunc iam uideamus procursum ciuitatis dei etiam ab illo arti
culo temporis qui factus est in patre Abraham unde incipit
esse notitia eius euidentior et ubi clariora leguntur promissa
diuina que nunc in christo uidemus impleri. Sicut ergo scriptura
scriptura sancta indicante didicimus in regione caldeorum natus est
abraham que terra ad regnum assyriorum pertinebat. Apud caldeos autem
iam etiam superstitiones impie preualebant quemadmodum per ceteras
gentes. Vnde igitur thare domus erat de quo natus est abraham in qua
unius ueri dei cultus et quantum credibile est in qua sola etiam hebrea
lingua remanserat quamuis et ipsa sicut iam manifestior dei populus
in ægypto ita in Mesopotamia seruiuisse diis alienis Iesu naue nar
rante referatur ceteris ex progenie illius heber in linguas paulatim alias
et in nationes alias defluentibus. Proinde sicut per aquarum diluui
um una domus noe remanserat ad reparandum genus humanum
sic in diluuio multarum superstitionum per uniuersum mundum
una remanserat domus Thare in qua custodita est plantatio ciui
tatis dei. Denique sicut illic enumeratis supra generationibus usque ad Noe simul
cum annorum numeris et exposita diluuii causa priusquam deus inci
peret de arca fabricanda ad Noe. Dicuntur hec autem generationes Noe us
que ad abraham. Deinde similiter insignis articulus ponitur. ut di
catur he sunt generationes thare. Thara autem genuit abraham et Nachor
et Aram. Aran autem genuit Loth et mortuus est Aran coram Thara
patre suo in terra in qua natus est in regione caldeorum. et sumpserunt
sibi uxores Abraham et Nachor. nomen mulieris abraham Sarray.
Et nomen mulieris Nachor Melcha filia Aran. Iste aran pater Mel
che fuit et pater Iesche que Iescha creditur ipsa esse etiam Sarra uxor
abrahe;

Que ratio fuisse uideatur ut in transmigratione Thare qua chaldeos deserens in Mesopotamiam transiuit nulla filii eius Nachor facta sit mentio: Capitulum. xiii.

Deinde narratur quemadmodum Thara cum suis regionem reli
querit caldeorum et uenit in Mesopotamiam et habitauit
in charram. Tacetur autem de uno eius filio qui uocabatur Na-

chor tanq eum non duxerit secum. Nam ita narrat. Et sumpsit Thara abraham filium suũ et Loth filium Aram filiũ filii sui et Sarram nurum suam uxorem abraham filii sui. Et duxit illos de regione caldeorum ire in terra chanaam et uenit in Charam et habitauit ibi. Nusq hic nominatus est Nachor et uxor eius Melcha. Sed inuenimus postea cum seruũ suũ mitteret abraham ad accipiendã uxorem filio suo ysaac ita scriptum esse. Et accepit puer decem camelos de camelis domini sui et de omnibus bonis domini sui secũ et exurgens profectus est in Mesopotamiam ciuitatem Nachor. Isto et aliis sacre huius historie testimoniis ostendit etiam Nachor fr̃ abrahe exisse de regione caldeorum sedesq; constituisse in Mesopotamia ubi cum patre suo habitauerat abraham. Cum ergo eum scriptura non commemorauit quando ex gente caldea cum suis profectus est Thara et habitauit in Mesopotamia ubi non solum Abraham filius eius uerum et Sarra nurus et Loth Nepos eius commemorantur quod eos duxerit secum. Nos cur putamus nisi forte quia a paterna et fraterna pietate desciuerat et supstitioni adheserat caldeorum et postea inde siue penitendo siue persecutionem passus quod suspectus haberetur et ipse migrauit. In libro enim qui inscribitur Iudith cum quereret Holofernes hostis israhelitarum quenam illa gens esset utrum aduersus eam bellandum fuisset sic ei respondit achior dux amonitarum. Audiat dñs meus uerbum de ore pueri sui et referam tibi ueritatem de populo qui habitat iuxta montanam et non exibit mendacium de ore serui tui. Hec enim progenies populi est chaldeorum et ante habitauerunt mesopotamiam quia noluerunt sequi deos patrum suorum qui fuerant in terra caldeorum gloriosi sed declinauerunt de uia parentum suorum et adorauerunt deum celi quem cognouerunt et preceperunt eos a facie deorum suorum et fugerunt Mesopotamiam et habitauerunt ibi dies multos. Dixitq; illis deus eorum ut exirent de habitatione sua et irent in terram chanaan et illic habitauerunt et cetera que narrat Achior amanites. Unde manifestum est domum Thara persecutionem passam fuisse a chaldeis pro uera pietate qua unus et uerus ab eis colebatur deus;

De annis Thare qui in charra uite tempus impleuit. Capitulum XIIII

Defuncto autem Thara in Mesopotamia ubi uixisse perhibetur ducentos et quinq; annos iam incipiunt indicari facte ad Abraham promissiones dei.

quod ita scriptum est. Et fuerunt dies Thare in Charran quinq; et du
centi anni & mortuus est Thara in charran. Non autem sic accipien
dum est quasi hos dies uite sue qui fuerunt anni. cc^ti. quinq; ibi com
pleuerit. Alioqn nesciretur quot annos uixerit Thara, qm non legit
quoto anno uite sue in Charran uenerit. Et absurdum est existima
re in ista serie gnationum ubi diligenter comemorat quot annos qs
q; uixerit, huius solius nũm annoꝝ uite non comendatum esse me
moriae. Quod eñi quorundam quos eadem scriptura commemorat
tacent anni non in hoc ordine in quo temporum dinumeratio deces
sione gignentium et genitoꝝ successione contexit. Iste aũt ordo qui
dirigitur ad Adam usq; ad Noe et inde usq; ad Abraham sine nũo
annoꝝ uite sue neminem continet;

De tempore promissionis abrahae qua scdm preceptum dei exiuit de charra. capitulũ. XV.

QVod uero commemorata mor-te Thare patris abraham deinde legit. Et dixit dñs ad Abraham, exi de terra tua et de cognatione tua et de domo
patris tui et cetera. non qa hoc in sermone libri sequit, hoc et in rer
gestarum sequi existimandum est. Erit quippe si ita est insolubilis
questio. Post hec eñi uerba dei quae ad Abraham facta sunt scriptura
sic loquit. Et exiit abraham queadmodum ei locutus est dñs et abiit
cum eo Loth. Abraham aũt erat quinq; et LXX^ta annoꝝ cum exiit
ex Charra. Quõ potest hoc esse uerum, si post mortem patris sui exiit
de charra. Cum eñi esset Tharra septuaginta annoꝝ sicut supra inti
matum est genuit abraham, cui nũo additis septuaginta qnq; annis
quos agebat abraham quando egressus est de charra fiunt anni cen
tum quadraginta quinq;. Tot enim annoꝝ erat Tharra qñ Abraham
exiuit de illa Mesopotamie ciuitate, agebat eñi etatis sue annũ sep
tuagesimum qntum. Ac per hoc pater eius qui eum septuagesimo ãno
suo genuerat, agebat ut dictum est centesimum quadragesimum
et quintum. Non ergo inde post mortem patris. i. post. cc^os quinque
annos quibus pater eius uixit egressus est. Sed annus de illo loco per
fectionis eius, qm ipsius septuagesimus quintus erat, pcul dubio pa
tris eius qui eum septuagesimo suo anno genuerat centesimus qua
dragesimus quintus fuisse colligitur. Ac per hoc intelligendum est,
more suo scripturam reddidisse ad tempus quod iam narratio illa
transierat, sicut superius cum filios filioꝝ noe commemorasset, dixit
illos fuisse in linguis et gentibus suis. Et tamen postea quasi hoc etia

in ordine temporum sequeret᷑. Et erat inquit omnis terra labium u
num et uox una omnibus. Quō ergo secundum suas gentes et scdm
suas linguas erant, si una erat omnibus: nisi qa ad illud quod iam
transierat recapitulando est reuersa narratio? Sic ergo et hic dcm
est. Et fuerunt dies Tharre quinq; et ducenti anni. et mortuus est.
T harra in Charra. Deinde scriptura redeundo ad id quod ideo pter
miserat. ut prius de Tharra id quod inchoatum fuerat compleret.
E t dixit inquit dn̄s ad Abraham. exi de terra tua et de cognatiōe
tua et cetera. post que dei uerba subiungit᷑. Et exiuit abraham.
quē admodum locutus est illi dn̄s. et abiit cum eo Loth. Abrahā
autem erat quinq; et septuaginta annoꝝ cum exiit de charra. Tūc
itaq; factum est qn̄ pater eius centesimum quadragesimū et qntū
annum agebat ętatis. Tunc enī fuit huius septuagesimus quintus.
S oluta est autem ista questio et aliter ut septuaginta quinq; anni
abrahę qn̄ egressus est de Chrrā ex illo computarent᷑ ex quo de ig
ne Chaldeoꝝ liberatus non ex quo natus est tanq̄ tunc potius natus
habendus sit. Sed beatus Stephanus in actibus aplorum cum ista
narraret: deus inquit glorie apparuit abrahe pr̄i nostro cum esset
in Mesopotamia priusq̄m habitaret in Charram. et ait ad illum
E xi de terra tua et de cognatione tua et domo patris tui. et ueni in ter
ram quā tibi demonstrabo. Secundum hec uerba Stephani nō post
mortem patris eius locutus est abrahe. qui utiq; in Charran mortu9
est. ubi cum illo et ipse filius hītauit. sed priusq̄m habitaret in eadē
ciuitate. tamen cum esset in Mesopotamiam. Iam ergo exierat a
chaldeis quod itaq; adiungit Stephanus. Tunc abraham egressus
est de terra caldeoꝝ et habitauit in Charram non quod sit factum
postea q̄ locutus est illi deus. Neq; enī post illa dei uerba egressus est a
caldeis et habitauit in charra. Item quod sequit᷑. Et īde postq̄ mor
tus est pater eius. collocauit illum in terra hac in qua nunc uos hīta
tis et patres urī non ait postq̄m mortuus est pater eius hic eū collo
cauit. Intelligendum est igit᷑ locutum deum fuisse ad abraham cū
esset in Mesopotamia priusq̄m habitaret in Charra. sed eū in char
ram puenisse cum patre retento apud se precepto dei. et inde exisse
septuagesimo et quinto anno suo. patris autē sui centesimo quadra
gesimo et quinto anno. Collocationem uero in terra chanaan non
pfectionem de Charra post mortem patris eius fcām esse dicit. quia
iam mortuus erat pater eius qn̄do emit terram cuius ibi iam sue rei

coepit esse possessor. Quod autem in Mesopotamia constituto hoc est iam egresso de terra caldeorum dicit dominus. Exi de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui. non ut corpus inde eiceret quod iam fecerat. sed ut animum euelleret dicitur. Non enim inde exierat animo si spe redeundi et desiderio tenebatur. que spes et desiderium deo iubente et iuuante et illo obediente fuerat amputandum. Non sane incredibiliter existimatur cum postea secutus esset Nachor patrem suum, tunc Abraham preceptum domini implesse. ut cum Sarra coniuge sua et Loth filio fratris sui exiret de charra;

De ordine et qualitate promissionum dei quae ad abraham facte sunt; Capitulum XVI.

Iam considerande sunt promissiones dei facte ad Abraham. In his enim apertiora dei nostri. hoc est uera dei oracula apparere coeperunt de populo piorum. quem prophetica prenuntiauit auctoritas. Harum prima ita legitur. Et dixit dominus ad abraham exi de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui. et ueni in terram quam tibi demonstrauero. et faciam te in gentem magnam. Et benedicam te. et magnificabo nomen tuum. et eris benedictus. Et benedicam benedicentes te. Maledicentes te maledicam. Et benedicentur in te omnes tribus terre. Animaduertendum est igitur duas res promissas abrahe. unam scilicet quod terra Chanaan possessurum fuerat semen eius quod significatur ubi dictum est. uade in terram quam tibi demonstrauero et faciam te in gentem magnam. aliam uero prestantiorem non de carnali sed spirituali semine. per quod pater est non tantum unius gentis israhelite. sed omnium gentium que fidei huius uestigia consequuntur. quod promitti coepit his uerbis. Et benedicentur in te omnes tribus terre. Hanc promissionem factam arbitratur Eusebius LXXV anno etatis abrahe. tamquam mox ut facta est de Charra exierit abraham. quoniam scripture contradici non potest ubi legitur Abraham erat quinque et LXX annorum cum exiit ex charra. Sed si eo anno etatis abrahe facta est promissio iam utique in charra cum patre suo demorabatur abraham. Neque enim exire inde posset nisi prius ibi habitasset. Numquid nam ergo contradicitur Stephano dicenti Deus glorie apparuit abrahe patri nostro cum esset in Mesopotamia postquam habitaret in Charra. Sed intelligendum est quod eodem anno facta sunt omnia. Et dei promissio antequam in charra habitaret abraham. et in charra habitatio eius. et inde profectio. non solum quia Eusebius in cronicis ab anno huius promissionis computat et ostendit post quadringentos et triginta annos exitum esse de ae-

gypto quando lex data est uerū etiā quia id cōmemorat apostolus;

De tribus excellentioribus regnis gentium, quorum assyriorum iam tempore Abraham sublimis eminebat; Caplm · xvii:

PER idem tempus eminentia regna erant gentium, in qbus terrigenarum ciuitas hoc est societas hominum secundū hoīem uiuentium sub dn̄atu angelorum desertorum insignius excellebat, regna uidelicet tria Sicciniorum, egyptiorum, assyriorum. Sed assyriorum multo erat potentius atq; sublimius. Nam rex ille Ninus Beli filius excepta india uniuerse Asie p̄plos subiugauerat, Asiam nunc dico non illam partem que huius maioris asie una prouincia est, sed eam que uniuersa Asia nuncupat̄, quam quidam in altera duarum, plerīq; in tertia totius orbis parte posuerunt, ut sint omnes Asia, europa, Aphrica, quod non equali diuisione fecerunt. Nanq; ista que asia nuncupat̄ a meridie per orientem usq; ad septentrionem peruenit. Europa u͞o a septentrione usq; ad occidentem. Atq; inde Aphrica ab occidente usq; ad meridiem. Vnde uident̄ orbem dimidium due tenere europa et Aphrica, aliud u͞o dimidium sola Asia. Sed ideo ille due partes facte sunt, q͞a inter utranq; ab occeano ingredit̄ quicq͞d aquarum terras interluit, et hoc mare magnum nobis facit. Qua partes orbem diuidas orientis et occidentis, asia erit in una, in altera u͞o europa et Aphrica. Quā obrem trium regnorum que tunc p̄cellebant Sicchiniorum non erat sub assyriis quia in europa sunt. Egyptiorum autem quō eis non subiacebat, a quibus tota Asia tenebatur. solis Indis ut perhibet̄ exceptis. In assyria igit̄ preualuerat dn̄atus. Impie ciuitatis huius caput erat illa Babylon cuius terrigine ciuitatis nōmaptissimum est. id ē confusio. Ibi iam Ninus regnabat post mortem patris sui Beli qui primus ille regnauerat sexaginta quinq; annos. Filius uero eius Ninus qui defuncto p͞re successit in regno quinquaginta duos regnauit annos et habebat in regno Quadraginta tres, q͞n natus est abraham, qui erat annus circiter millesimus ducentesimus ante conditam Romam, ueluti alteram in occidente Babyloniam;

De iterato alloquio dei ad Abraham quo ei et semini eius Chanaan terra promittitur: Capitulum · xviii:

EGressus ergo Abraham de Charra septuagesimoq͞nto āno ætatis sue, centesimo autem quadragesimo et quinto patris sui, cum Loth filio fratris et Sarra coniuge, perrexit

in terram Chanaan et peruenit usque ad Sichen, ubi rursus diuinum accepit oraculum. de quo ita scriptum est. Et apparuit dominus Abrahe et dixit illi: Semini tuo dabo terram hanc. Nihil hic de illo semine promissum est in quo pater factus omnium gentium, sed de illo solo de quo pater est unius israhelitice gentis. Ab hoc enim semine terra illa possessa est;

De Sarre pudicitia in egypto per deum custodita quam Abraham non uxorem suam dixerat sed sororem; Capitulum xix.

Deinde aedificato ibi altari et inuocato deo Abraham profectus est inde et habitauit in heremo. Atque inde ire in aegyptum famis necessitate compulsus est. ubi uxorem suam dixit sororem nihil mentitus. Erat enim et hec quia propinqua erat sanguine, sicut etiam Loth eadem propinquitate, cum fratris eius esset filius frater eius est dictus. Itaque uxorem tacuit non negauit sororem, coniugis tuendam pudicitiam committens deo, et humanas insidias cauens ut homo, quoniam si periculum quantum caueri poterat non caueret magis temptaret deum quam speraret in deum. De qua re contra calumniantem Faustum Manicheum satis diximus. Denique factum est quod de domino presumpsit Abraham. Nam Pharao rex egypti qui eam sibi uxorem acceperat grauiter afflictus marito reddidit, ubi absit ut credamus alieno concubitu fuisse pollutam, quia multo est credibilius, hoc pharaonem facere afflictionibus magnis non fuisse permissum;

De successione Abrahe et Loth que illis salua caritate complacuit; Capitulum xx.

Reuerso igitur Abraham ex egypto in locum unde uenerat. Tunc Loth fratris filius ab illo in terra Sodomorum salua caritate discessit. Diuites quippe facti erant, pastoresque multos pecorum habere coeperant quibus inter se rixantibus eo modo familiarum suarum pugnacem discordiam uitauerunt. Poterat quippe hinc ut sunt humana etiam inter se ipsos aliqua rixa consurgere. Proinde hoc malum precauentis abrahe uerba ista dicta sunt ad Loth. non sit rixa inter te et me et inter pastores meos et pastores tuos quia omnes fratres nos sumus. Nonne ecce tota terra ante te est discede a me, si tu in sinistram ego in dextram, uel si tu in dextram ego in sinistram. Hinc fortassis effecta est inter homines pacifica consuetudo ut quando terrenorum aliquid partiendum est maior diuidat minor eligat:

De tertia promissione dei qua terram Chanaam Habrahe et semini eius in perpetuum pollicetur: Capitulum xxi.

CUm ergo digressi essent separatimq; habitarent Habraham et Loth necessitate sustentande familie non feditate discordie. et abraham in terra chanaan. Loth autē esset in Sodomis. oraculo tertio dixit dominus ad Abraham. respiciens oculis tuis uide a loco in quo nunc tu es ad aquilonem et Aphricam et orientem et mare quia omnem terram quam tu uides tibi dabo eam et semini tuo usq; in seculum. et faciam semen tuū tanqm harenam terre. et si potest aliquis dinumerare terre harenam et semen tuum dinumerabit. surgens perambula terram in longitudine et in latitudine quia tibi dabo eam. In hac pmissione utrum sit etiā illa qua pater factus est omnium gentium non euidenter apparet. Pōt enim uideri ad hoc pertinere. et faciam semen tuum tanqm harenam terrae. quod ea locutione dctm est quā greci uocant hyperbolem que utiq; tropica est nō ppria. quo tñ modo ut ceteris tropis uti solere scripturam nullus q eam didicit ambigit. Iste autem tropus .i. modus locutionis fit qn id quod dr̄ longe est amplius q̄ quod eo dicto significatur. Quis enim non uideat q̄ sit incōparabiliter amplior harene nūs qm potest esse hoīm omnium ab ipso adam usq; ad terminum seculi. Qnto ergo magis qm semen abrahe. non solum quod pertinet ad israheliticam gentem uerum etiā quod est et futurum est scd̄m imitationem fidei toto orbe terrarum in omnibus gentibus quod semen in comparatione multitudinis impiorum pfecto in paucis est quis et ipsi pauci faciant innumerabilem multitudinem suā que significata est scd̄m hyperbolem per harenam terre. Sane ista multitudo que promittitur habrahe non deo est innumerabilis sed hominibus deo autem nec harena terre. Proinde quia non tm̄ gens israhelitica sed uniuersum genus Abrahe ubi ē et promissio non scd̄m carnem sed scd̄m spm̄ plurium filiorum congruentius harene multitudini comparatur potest hic intelligi utriusq; rei facta promissio. Sed ideo diximus q non euidenter appareat qa et illius gentis multitudo que scd̄m carnem nata ē ex abraham nepote Iacob in tantum creuit ut pene omnes partes orbis impleuerit. et ideo potuit et ipsa per hyperbolem harene multitudini comparari quia et hec sola innumera est hominum multitudo. Terram certe illam solam significatam que significata est chanaan ambigit nemo. Sed quod dictum sit tibi dabo eam et semini tuo usq; in seculum pōt mouere non nullos si usq; in seculum intelligant in eternum. Si aūt seculum hoc loco sic accipiant quēadmodum fideliter tenemus initium futuri scli

a fine p̄ntis ordiri · nihil eos mouebit · quia et si expulsi sunt israhelite de Hierosolymis · manent tñ in aliis ciuitatibus terre Chanaan · et usq; in finem manebunt · et uniuersa terra illa cum christianis inhabitatur · etiam ipsum semen est abrahe : ~ ~ Capitulum · xxii :

De superatis ab Abraham hostibus sodomorum q̄n Loth de captiuitate eripuit · Et Melchisedech sacerdote benedictus est ;

HOc responso promissionis accepto · migrauit abraham et mansit in alio eiusdem terre loco · i · iuxta quercum Mambre que erat Ebron. Deinde ab hostibus qui Sodomis irruerant · cum quinq; Reges aduersus quatuor bellum gererent · et uictis Sodomitis · etiā Loth captus esset · liberauit eum Abraham adductis secum in prelium trecentis decem et octo uernaculis suis. Et uictoriam fecit regibus sodomoꝝ · nihilq; spoliorum auferre noluit · cum Rex cui uicerat obtulisset. Sed plane tunc benedictus est a Melchisedech · qui erat sacerdos dei excelsi · de quo in ep̄la quae inscribit̃ ad hebreos · q̄m plures Pauli ap̄li dicunt esse · quidam u̇o negant · multa et magna conscripta sunt. Ibi quippe apparuit sacrificium primum · quod nunc a christianis offertur deo toto orbe terrarum · impleturq; illud quod longe post hoc factum · per ꝓphiam dr̃ ad Christum · qui fuerat adhuc uenturus in carne. Tu es sacerdos in eternum scd̄m ordinem Melchisedech · non · s · scd̄m ordinē aaron · qui ordo fuerat auferendus in lucescentibus rebus que illis umbris prenotabant̃ ;

De uerbo domini ad Abraham quo ei ꝓmittitur scd̄m multitudinem stellarum multiplicanda cuius posteritas · quod credens iustificatus est ; ~ ~ Capitulum · xxiii :

EtiAm tunc factum est uerbum domini ad abraham in uisu · qui cum ei ꝓtectionem mercedemq; promitteret ualde multam · ille de posteritate solicitus · quēdam Elieçer uernacl̄m suum · futurum sibi dixit heredem. Continuoq; illi ꝓmissus est heres non ille uernaculus · sed qui de ipso abraham fuerat exiturus. Rursusq; semen innũabile · non sic harene terre · sed sicut stelle celi · ubi mihi magis uidetur ꝓmissa posteritas celesti felicitate sublimis. Nam q̄ntum ad multitudinem ꝑtinet · quid sunt stelle celi ad harenam terre · nisi quis et istam compationem in tantum silem esse dicat : in q̄ntum etiam stelle dinumerari non ualent · quia nec omnes uideri posse credendum est. Nam q̄ntum quisq; acutius intuet̃ · tanto plures uidet · unde et acerrime cernentibus aliquas occultas esse merito existimatur ·

Exceptis eis syderibus que in alia parte orbis a nobis remotissima oriri
et occidere perhibentur. Postremo quicumque uniuersum stellarum
numerum comprehendisse et conscripsisse iactantur sicut Aratus
uel Eudoxus uel si qui alii sunt eos libri huius contemnit auctori
tas. hic sane illa sententia ponitur cuius apostolus meminit propter
dei gratiam commendandam. Credidit abraham deo et deputatum
est illi ad iustitiam ne circumcisio gloriaretur gentesque incircumcisas
ad fidem xpi nollet admitti. hoc enim quando factum est ut credenti
abrahe deputaretur fides ad iustitiam nondum fuerat circumcisio;

De significatione sacrificii quod abraham offerre preceptus est
cum poposcisset ut de his que crediderat doceretur; Cap. xxiiii

In eodem cum loqueretur ei deus etiam hoc ait ad illum. Ego
deus qui eduxi te de regione chaldeorum ut dem tibi terram
hanc ut heres sis eius. Ubi cum interrogasset abraham secundum
quid sciret quod heres eius erit: dixit illi deus: accipe mihi iuuencam
trimam et capram trimam et arietem trimum et turturem et columbam.
Accepit autem ille hec omnia et diuisit illa media et posuit ea contra
faciem alterum alteri. aues autem non diuisit. Et descenderunt sicut
scriptum est aues supra corpora que diuisa erant. Et consedit illis
abraham. Circa solis autem occasum pauor irruit super Abraham et
ecce timor tenebrosus magnus incidit ei. et dictum est ad abraham. Sci
endo scies quia peregrinum erit semen tuum in terra non propria et
in seruitutem redigent eos quadringentis annis. gentem autem cui
seruierint iudicabo. Post hec uero exibunt huc cum suppellectili multa.
Tu autem ibis ad patres tuos cum pace nutritus in senecta bona. Quarta
uero generatione conuertent se huc. Nondum enim completa sunt pec
cata amorreorum usque ad huc. Cum autem iam sol erat ad occasum flam
ma facta est. Et ecce fornax fumabunda et lampades ignis que per
transierunt per media diuisa illa. In die illa disposuit dominus deus
testamentum ad abraham dicens semini tuo dabo terram hanc a
flumine egypti usque ad flumen magnum eufraten. Ceneos et cene
zeos et celmoneos et cetheos et pherezeos et Rafaim et amoreos et
chananeos et eueos et gergeseos et iebuseos. Hec omnia in uisu facta
diuinitus atque dicta sunt. de quibus singulis enucleate disserere lon
gum est et intentionem operis huius excedit. Quod ergo satis est no
sse debemus. Postea quam dictum credidisse Abraham deo et deputatum
illi ad iustitiam non eum in fide defecisse ut diceret dominator domine secundum

quid sciam quia heres eius ero. Terre quippe illius promissa erat he-
reditas. Non enim ait unde sciam quasi adhuc non crederet. sed ait
secundum quid sciam ut ei rei quam crediderat aliqua similitudo adhibe-
retur. qua eius modus agnosceretur. sicut non uirginis Marie diffidentia
cum ait quomodo fiet istud quod uirum non cognosco. Quod enim futurum
esset certa erat. modum quo fieret inquirebat. et hoc cum quesisset
audiuit. Denique et hic similitudo data est de animalibus iuuenca. ca-
pra et ariete. et duabus uolucribus turture et columba. ut secundum
hoc futurum sciret quod futurum non ambigeret. Siue ergo per
iuuencam significata sit plebs posita sub iugo legis. per capram ea-
dem plebs peccatrix futura. per arietem eadem plebs etiam regnatura.
que animalia propterea trima dicuntur. quia cum sint insignes arti-
culi temporum ab adam usque ad Noe. et inde usque ad Abraham. et
inde usque ad Dauid qui reprobato Saule primus in regno gentis is-
rahelite domini est uoluntate fundatus. In hoc ordine tertio qui tenditur
ex abraham usque ad Dauid tamquam tertiam etatem gerens ille populus
adoleuit. Siue aliquid aliud conuenientius ista significent. nullo
modo tamen dubitauerim spiritales in ea prefiguratos additamento
turturis et columbe. Et ideo dictum est. aues autem non diuisit.
quoniam carnales inter se diuidunt. spiritales autem nullo modo. siue a ne-
gociosis conuersationibus hominum se remoueant. sicut turtur. siue inter
illas degant. sicut columba. utraque tamen auis est simplex et innoxia sig-
nificans et in ipso israhelitico populo cui terra illa danda erat futuros
in diuiduos filios promissionis et heredes regni eterna felicitate man-
suros. Aues autem descendentes supra corpora que diuisa erant non
boni aliquid sed spiritus indicant aeris huius pastum quendam suum
de carnalium diuisione querentes. Quod autem illis consedit abraham
significat etiam inter illas carnalium diuisiones ueros usque in finem perse-
ueraturos fideles. Et circa solis occasum quod pauor irruit in abraham
et timor tenebrosus magnus. significat circa huius seculi finem ma-
gnam perturbationem ac tribulationem futuram fidelium. de qua
dicit dominus in euangelio. Erit enim tunc tribulatio magna qua-
lis non fuit ab initio. Quod uero dictum est ad Abraham. sciendo sci-
es quia peregrinum erit semen tuum in terra non propria. et in seruitu-
tem redigent eos et affligent eos quadringentis annis. de populo israel
qui fuerat in egypto seruiturus apertissime prophetatum est. non quod in
eadem seruitute sub egyptiis affligentibus quadringentos annos ille

populus fuerat peracturus· sed in ipsis quadringentis annis prenunti
atum est hoc futurum. Quemadmodum scriptum est de Thara patre
abrahe· Et fuerunt dies Thare in charra quinque et ducenti anni· non
quia ibi omnes acti sunt· sed quia ibi completi sunt. Ita et hic propterea
interpositum est. Et in seruitutem redigent eos et affligent eos quadri
gentis annis· quoniam iste numerus in eadem afflictione completus est· non quia
ibi peractus est. Quadringenti sane dicuntur anni propter numeri plenitudi
nem· quamuis aliquanto amplius sunt· siue hoc tempore computentur
quo ista promittebantur abrahe· siue ex quo natus est ysaac propter semen
abrahe de quo ista predicuntur. Computantur enim sicut superius iam
diximus ab anno septuagesimo quinto abrahe· quando ad eum facta est
promissio usque ad exitum israel ex aegypto· quadringenti et triginta an
ni quos apostolus ita meminit. Hoc autem dico inquit testamentum con
firmatum a deo post quadringentos et xxx annos facta est lex non
infirmata ad euacuandam promissionem. Iam ergo isti quadringenti
poterant nuncupari quia non sunt multo amplius. Quanto magis
cum aliquot iam ex isto numero preterissent· quando illa in uisu demonstrata
et dicta sunt abrahe· uel quando ysaac natus est centenario patri suo a prima
promissione post xxv annos· cum iam ex istis quadringentis xxx qua
dringenti et quinque remanerent· quos deus quadringentos uoluit no
minare· Et cetera que sequuntur in uerbis prenuntiantis dei. Nullus
dubitauerit ad israheliticum populum pertinere. Quod uero adiungitur·
Cum autem iam sol erat ad occasum flamma facta est· et ecce fornax fu
mabunda et lampades ignis que transierunt per media illa diuisa
significant iam in fine seculi per ignem iudicandos esse carnales.
Sicut enim afflictio ciuitatis dei· qualis ante numquam fuit· que sub antixpo
futura speratur· significatur tenebroso timore abrahe· circa solis occasum
id est propinquante iam fine seculi. Sic ad solis occasum id est ad ipsum iam fi
nem significatur isto igne dies iudicii· dirimens carnales per ignem sal
uandos et in igne damnandos. Deinde testamentum factum ad
Abraham terram chanaan proprie manifestat et nominat in ea undecim
gentes a flumine aegypti usque ad flumen magnum Eufraten· non ergo
a flumine magno aegypti hoc est Nilo· sed a paruo quod diuidit
inter egyptum et palestinam ubi est ciuitas Rinocorura :

De Agar ancilla Sarrae quam eadem Sarra abrahe uoluit
in esse concubinam : capitulum · xxv ·

Iam hinc tempora consequuntur filiorum abrahe· unius de agar ancilla· alterius de Sara

libera de quibus in libro superiore iam diximus. Quod autem attinet ad rem gestam nullo modo est inferendum de hac concubina crimen abrahe. Usus est ea quippe ad generandam prolem non ad explendam libidinem nec insultans sed potius obediens coniugi que sue sterilitatis credidit esse solacium si fecundum ancille uterum quem natura non poterat uoluntate faceret suum. Ex eo quidem iure quo dicit apostolus. Similiter et uir non habet potestatem corporis sui sed mulier utereret mulier ad pariendum ex altera quod non poterat ex se ipsa. Nulla est hic cupido lasciuie nulla nequitie turpitudo ab uxore causa prolis marito traditur a marito causa prolis accipitur. Ab utroque non culpe luxus sed nature fructus exquiritur. Denique cum ancilla grauida domine sterili superbiret et hoc Sarra suspitione muliebri uiro potius imputaret et ibi demonstrabit Abraham non se amatorem seruum sed liberum fuisse genitorem et in agar sarre coniugis pudicitiam custodisse non uoluntatem suam sed uoluntatem illius impleuisse accepisse nec petisse accessisse nec hesisse seminasse nec amasse. Ait enim. Ecce ancilla tua in manibus tuis utere ea quomodo tibi placuerit. O uirum uiriliter utentem feminis. coniuge temperanter ancilla obtemperanter nulla intemperanter.

De testificatione ad Abraham qua eidem seni de sterili Sarra filium spopondit patremque eum gentium statuit. Et promissio fidei sacramento circumcisionis obsignantur. Capitulum .xxvi.

Post hec natus ysmahel ex agar in quo putari posset impletum quod ei promissum fuerat cum sibi uernaculum suum adoptare uoluisset deo dicente non erit heres tuus hic sed qui exiet de te ille erit heres tuus. Hoc ergo promissum est ne in ancille filio putaret impletum. Iam cum esset annorum nonaginta et nouem apparuit ei dominus et dixit illi. Ego sum deus, place in conspectu meo et esto sine querela et ponam testamentum inter me et inter te. et implebo te ualde. Et procidit abraham in faciem suam et locutus est illi deus dicens. Ecce testamentum meum et eris pater multitudinis gentium et non appellabitur nomen tuum abram sed abraham erit nomen tuum quia patrem multarum gentium posui te. et augeam te ualde et ponam te in gentes et reges ex te exibunt et statuam testamentum meum inter te et inter me et inter semen tuum post te in generationes eorum in testamentum eternum ut sim tibi deus et semini tuo post te. et dabo tibi et semini tuo post te terram in qua in-

cola es omnem terram chanaan in possessionem eternam, et ero illi
deus. Et dixit dominus ad Abraham. Tu autem testamentum meum
conseruabis tu et semen tuum post te in progenies suas. Et hoc est te-
stamentum quod conseruabis inter me et inter uos et inter semen
tuum post te in generationes suas. Circumcidetur omne uestrum masculinum.
et circumcidemini carnem preputij uestri. Et erit in signum testamenti
inter me et uos. Et puer octo dierum circumcidetur uestrum omne masculi
num in generationes uestras. Vernaculus et emptitius, ab omni filio alieno
qui non est de semine tuo circumcisione circumcidetur, uernaculus do-
mus tue et emptitius. Et erit testamentum in carne uestra in testamento
eterno. Et qui non fuerit circumcisus masculus qui non circumcidetur carnem
preputij sui octauo die, interibit anima illa de generatione eius, quia testamen-
tum meum dissipauit. Et dixit deus ad Abraham. Sarray uxor tua
non appellabitur nomen eius Sarray, sed Sarra erit nomen eius, bene-
dicta autem illa, et dabo tibi ex ea filium, et benedicam illum et erit
in nationes et reges gentium ex eo erunt. Et procidit Abraham super
faciem suam et risit, et dixit in animo suo dicens. si mihi centum annos
habenti nascetur. et si Sarra annorum nonaginta pariet. Dixit autem
Abraham ad deum. Ysmahel hic uiuat in conspectu tuo. Dixit autem
deus ad Abraham. ita. Ecce Sarra uxor tua pariet tibi filium et uo
cabis nomen eius ysaac. et statuam testamentum ad illum in testa-
mentum eternum, esse illi deus et semini eius post illum. De isma-
hel autem exaudiui te. ecce benedixi eum. et amplificabo illum. et mul
tiplicabo eum ualde. duodecim gentes generabit. et dabo illum in gen-
tem magnam. Testamentum autem meum statuam ad ysaac quem
pariet tibi Sarra in tempore hoc ad annum sequentem. Hic apertiora
promissa sunt de uocatione gentium in ysaac. i. filio promissionis. quo
significatur gratia non natura. quia de senė et anu sterili promittitur
filius. Quamuis enim et naturalem procreationis excursum deus operetur.
ubi tamen euidens opus dei est. uitiata et cessante natura ibi euidentius
intelligitur gratia. Et quia hoc non per generationem, sed per regenerationem
futurum erat. ideo nunc imperata est circumcisio, quando de Sarra promissus
est filius. et quod omnes non solum filios, uerum etiam seruos uernaculos
et emptitios circumcidi iubet. et ad omnes istam gratiam pertinere testa-
tur. Quid enim aliud circumcisio significat, quam naturam exuta uetusta-
te renouatam. Et quid aliud quam xpm octauus dies qui ebdomada co-
pleta hoc est post sabbatum resurrexit. Parentum mutantur et nomina

ecce

omnia resonant nouitatem. Et in testamento uetere obumbratur nouum. Quid est enim quod dicitur testamentum uetus nisi noui occultatio? et quid est aliud quod dicitur nouum nisi ueteris reuelatio? Risus abrahe exultatio est gratulantis non irrisio diffidentis. Verba quoque eius illa. in animo suo: Si mihi centum annos habenti nascetur. et Sarra nonaginta pariet. non sunt dubitantis sed admirantis. Si quem uero mouet quod dictum est: Et dabo tibi et semini tuo post te terram in qua incola es omnem terram chanaan in possessionem eternam. quo accipiatur impletum siue adhuc expectetur implendum: cum possessio quecumque terrena eterna cuilibet genti esse non possit. sciat eternum a nostris interpretari quod greci appellant aeonion quod a seculo deriuatum est. aeonion quippe grece seculum nuncupatur. sed non sunt ausi latini hoc dicere ne longe in aliud mitterent sensum. Secularia quippe dicuntur multa que in hoc seculo sic aguntur ut breui etiam tempore transeant. aeonion quod dicitur aut non habet finem aut usque in huius seculi tenditur finem.

De masculo qui si octauo die ut fuerit circumcisus perit anima eius quia testamentum dei dissipauit. Capitulum. xxvii.

Item potest mouere quomodo intelligi debeat oporteat quod hic dictum est: masculus qui non circumcidetur carnem preputii sui octauo die interibit anima illa de genere eius quia testamentum meum dissipauit. cum hec nulla culpa sit paruuli cuius dixit animam perituram. nec ipse dissipauerit testamentum dei. sed maiores qui eum circumcidere non curarunt. nisi quia etiam paruuli non secundum sue uite proprietatem sed secundum communem generis humani originem omnes in illo uno testamentum dei dissipauerint in quo omnes peccauerunt. Multa quippe appellantur testamenta dei exceptis illis duobus uetere et nouo quod licet cuique legendo cognoscere. Testamentum autem primum quod factum est ad hominem primum profecto illud est: qua die ederitis morte moriemini. Vnde scriptum est in libro qui ecclesiasticus appellatur: omnis caro sicut uestis ueterascit. Testamentum enim a seculo est morte morieris. Cum enim lex euidentior postea data sit et dicat apostolus: Vbi autem non est lex nec preuaricatio. quo pacto in psalmo quod legitur uerum est: preuaricatores reputaui omnes peccatores terre. nisi quia omnes legis alicuius preuaricate sunt rei quo aliquo peccato tenentur obstricti? Quamobrem si et paruuli quod uera fides habet nascuntur non proprie sed originaliter peccores.

unde illis gratiam remissionis peccatorum necessariam confitemur,
profecto eo modo quo sunt peccatores etiam preuaricatores illius le
gis que in paradiso data est agnoscuntur. ut uerum sit utrumque quod
scriptum est. Et preuaricatores reputaui omnes peccatores terre. Et ubi
lex non est. nec preuaricatio. Ac per hoc quia circumcisio signum regenerationis
fuit. et non inmerito paruulum propter originale peccatum quo primum dei
dissipatum est testamentum generatio disperdet nisi regeneratio liberet.
Sic intelligenda sunt hec uerba diuina. tamquam dictum sit qui non fuit
regeneratus interibit anima illa de genere eius quia testamentum dei dis
sipauit. quando in Adam cum omnibus etiam ipse peccauit. Si enim
dixisset quia hoc testamentum meum dissipauit. non nisi de ista cir
cumcisione intelligi cogeret. Nunc uero quoniam non expressit cuius modi
testamentum dissipauerit liberum est intelligere de illo testamento
dictum cuius dissipatio pertinere posset ad paruulum. Si autem hoc
quisque non nisi de ista circumcisione dictum esse contendit. quoniam in ea
testamentum dei quoniam non est circumcisus dissipauerit paruulus. querat
locutionis modum quo non absurde possit intelligi. Ideo dissipasse
testamentum quia licet non ab illo est dissipatum. Verum sic quoque
animaduertendum est. nulla in se negligentia sua iniuste interire incir
circumcisi animam paruuli. nisi originalis obligatione peccati.

De commutatione nominum abrahe et Sarre qui cum unius ste rilitatem ob utriusque autem senectutem generare non possent munus cum fecunditas adempti sunt. Capitulum .xxviii.

Facta igitur promissione tam magna atque dilucida ad Abraham
cui euidentissime dictum est. patrem multarum gentium
posui te. et augeam te ualde. et ponam te in gentes. et reges
ex te exibunt. et dabo tibi ex Sarra filium. et benedicam illum. et erit
in nationes et reges gentium ex eo erunt. quam promissionem nunc in christo
cernimus reddi. ex illo deinceps illi coniuges non uocantur in scripturis
sicut antea uocabantur abram et Sarray. sed sicut eos nos ab initio uo
cauimus quoniam sic iam uocantur ab hominibus abraham et Sarra. Cur autem
mutatum sit nomen abrahe reddita est ratio. quia patrem inquit mul
tarum gentium posui. Hoc ergo significare intelligendum est abraham.
abram uero quod antea uocabatur interpretatur pater excelsus. De nomine autem
mutato Sarre non est reddita ratio. sed sic aiunt qui scripserunt
interpretationes nominum hebreorum que his sacris litteris continen
tur. Sarray interpretatur princeps mea. Sarra autem uirtus. Unde scriptum

est in epistola ad hebreos. Fide et ipsa Sarra uirtutem accepit ad emissionem seminis. ambo autem seniores erant sicut scriptura testatur. Sed illa etiam sterilis et cruore menstruo iam destituta propter quod iam parere non posset etiam si sterilis non fuisset. Porro si foemina ita sit prouectioris etatis, ut ei solita mulierum adhuc fluant de iuuene parere potest de seniore non potest. quamuis adhuc possit ille senior sed de adolescentula gignere sicut Abraham post mortem Sarre de Cethura potuit quia uiuidam eius inuenit etatem. hoc ergo est quod mirum commendat apostolus. et ad hoc dicit abrahe iam fuisse corpus emortuum quoniam non ex omni foemina cui adhuc esset aliquod pariendi tempus extremum generare ipse in illa etate adhuc posset. ad aliquid enim emortuum corpus intelligere debemus non ad omnia. Nam si ad omnia. Non iam senectus uiui sed cadauer est mortui. quamuis etiam sic solui soleat ista questio quod de Cethura postea genuit abraham. quia donum gignendi quod a domino accepit etiam post obitum mansit uxoris. Sed propterea mihi uidetur illa quam secuti sumus huius solutionis questio preferenda. quia centenarius quidem senex sed nostri temporis de nulla potest femina gignere. non tunc quando adhuc tam diu uiuebant. ut centum anni nondum facerent hominem decrepite senectutis :—

D e tribus uiris uel angelis in quibus ad quercum mambre apparuisse dominus Abrahe manifestatur. :— Capitulum . xxix :

ITEM deus apparuit abrahe ad quercum mambre in tribus uiris quos dubitandum non est angelos fuisse. quamuis quidam existiment unum in eis fuisse dominum christum. asserentes eum etiam ante indumentum carnis fuisse uisibilem. Est quidem diuine potestatis et inuisibilis incorporalis immutabilisque nature. sine ulla sui mutatione. etiam mortalibus aspectibus apparere. non per id quod est. sed per aliquod quod sibi subditum est. Quid autem illi subditum non est? Verum tamen si confirmant horum trium aliquem fuisse christum. quia cum tres uidisset. ad deum singulariter est locutus. Sic enim scriptum est. Ecce tres uiri stabant super eum. et uidens procucurrit in obuiam illis ab hostio tabernaculi sui. Et adorauit super terram. et dixit. Domine si inueni gratiam ante et cetera. Cur non etiam illud aduertunt duos ex eis uenisse. ut Sodomitas delerent. cum adhuc ad unum Abraham loqueretur dominum appellans et intercedens ne simul iustum cum impio in Sodomis perderet. Illos autem duos sic suscepit

Loth ut etiam ipse in colloquio cum illis suos singulariter dnos appel lauerit. Nam cum eis pluraliter dixisset. Ecce domini declinate in domum pueri uri et cetera que ibi dicunt. Postea tamen ita legitur. Et tenuerunt angeli manum eius. Et fcm est mox ut du xerunt illum foras et dixerunt. saluam fac aiam tuam ne respe xeris retro et nec steteris in tota regione. In montem saluum te fac ne qn comprehendaris. Dixit autem Loth ad illos. Oro domine quia inuenit puer tuus miam ante te et que sequunt. deinde post hec uerba singulariter illi respondet dns cum in duobus an gelis esset dicens. Ecce miratus sum faciem tua et cetera. Unde mlto est credibilius qd et abraham in tribus et Loth in duobus uiris dnm agnoscebant cui per singularem num loquebant cum eos homines esse arbitrarentur. Neq; eni aliam ob causam sic eos susceperunt ut tanqm mortalibus et humana refectione indigentibus ministraret. Sed erat pfecto aliquid quo ita excellebant. licet tanqm homines ut in esse dnm sicut esse assolet in pphetis. illi qui hospitalitatem illis ex hibebant dubitare non possent. Atq; ideo et ipsos aliquando singu lariter appellabant. Angelos aute fuisse scriptura testatur non solu; in hoc genesis libro ubi hec gesta narrantur. Verum etia in epla ad hebreos. Ubi cum hospitalis laudaret. p hanc inquit etia quidam nescientes hospicio receperunt angelos. Per illos igit tres uiros cu rursus filius ysaac de Sarra pmitteret habrahe diuinum datu est etia tale responsum ut diceret abraham erit in magna; gentem et multam et benedicent in eo oms gentes terre. Et hic duo illa bre uissime plenissimeq; promissa sunt gens israhel scdm carnem et omnes gentes scdm fidem;

De Loth a Sodomis liberato atque eisdem celesti igne consumptis. Et de Abimalech cuius concu piscentia castitati Sarre nocere non potuit. Caplm. xxx.

POst hanc pmissionem liberato de Sodomis Loth et ueni ente igneo imbre de celo tota illa regio impie ciuitatis in cinerem uersa est. Ubi stupra in masculos in tantam con suetudinem conualuerant qntam leges solent alio; factorum pre bere licentiam. Verum et hoc eo; supplicium specimen futuri iudi cij diuini fuit. Nam quo ptinet quod phibiti sunt qui liberantur ab angelis retro respicere. nisi qa non est animo redeundum ad uete rem uitam qua per gram regnatus exuit si ultimum euadere iudi cium cogitamus. Denique uxor Loth ubi respexit remansit et in sale

conuersa hominibus fidelibus prestitit condimentum quo sapiant aliquid unde illud caueatur exemplum. Inde rursus abraham fecit in Geraris apud regem ciuitatis illius Abimelech quod in egypto de coniuge fecerat, eique intacta similiter reddita est. ubi sane Abraham obiurganti regi cur tacuisset uxorem sororemque dixisset: aperiens quid timuerit. et hoc addidit: uere soror mea est. et enim de patre, sed non de matre quia de patre suo soror erat abraham de quo propinqua eius erat. Tante autem pulchritudinis fuit ut etiam in illa etate posset adamari :—

De ysaac secundum promissionem cuius nomen ex risu utriusque parentis est inditum :— Capitulum . xxxi :

Post hec natus est abrahe secundum promissionem dei de Sarra filius eius eumque nominauit ysaac quod interpretatur risus. Riserat enim pater quando ei promissus est admirans in gaudio. Riserat et mater quando per illos tres uiros iterum promissus est dubitans in gaudio quamuis exprobrante angelo quod risus ille etiam si gaudii fuit tamen plene fidei non fuit. post ab eodem angelo in fide et confirmata est. Ex hoc ergo puer nomen accepit. Nam quod risus ille non ad irridendum obprobrium, sed celebrandum gaudium pertinebat, nato ysaac et eo nomine uocato Sarra monstrauit. Ait quippe risum fecit mihi dominus quicumque enim audierit congaudebit mihi. Sed post aliquantum tempus ancilla de domo eicitur cum filio suo. Et duo secundum apostolum testamenta significantur Vetus et Nouum. ubi Sarra illa superne Hierusalem hoc est ciuitatis dei figuram gerit :—

De obedientia et fide Abrahe qua per oblationem immolandi filii probatus est ; Capitulum . xxxii :

Inter hec que omnia commemorare nimis longum est tentatur Abraham de immolando dilectissimo filio ipso ysaac. ut pie eius obedientia probaretur seculis in notitiam proferenda non deo. Neque enim omnis culpanda est tentatio quia et gratulanda est qua fit probatio. Et plerumque aliter animus humanus sibi ipsi innotescere non potest. nisi uires suas sibi non uerbo sed experimento tentatione quodammodo interrogante respondeat, ubi si dei munus agnouerit tunc pius est tunc solidatur firmitate gratie, non inflatur inanitate iactantie. Numquam sane crederet Abraham quod uictimis deus delectaretur humanis quamuis diuino intonante precepto obediendum sit non disputandum. Verumtamen abraham confestim filium cum fuisset immolaturus resurrecturum credidisse laudandus est. Dixerat namque illi deus cum de ancilla et filio eius foras eiciendis uoluntatem coniugis

nollet implere· in ysaac uocabitur tibi semen. Et certe ibi dicit ac seqt
E t filium ancille huius in magnam gentem faciam illum qa semen
tuum est. Quo ergo dictum est. In ysaac uocabitur uocabit tibi se
men· cum Ismahelem deus semen eius uocauerit. Exponens autem
apl̄s quid sit in ysaac uocabit tibi semen· i· inquit non qui filii car
nis hi filii dei sed filij pmissionis deputant in semine. ac p hoc filij
pmissionis ut sint semen abrahe: in ysaac uocant. hoc est in xp̄o uo
cante gratia congregant. hanc ergo promissionem pater pius fideli
ter tenens quia per hunc oportebat impleri· quem deus iubebat oc
cidi· non hesitauit quod sibi reddi poterat imolatus qui dari po
tuit non speratus. Sic intellectum est in epl̄a ad hebreos. et sic expo
situm est. Fide inquit pcessit abraham Isaac temptatus et unicum obtu
lit qui pmissiones suscepit· ad quem dictum est in ysaac uocabitur
tibi semen· cogitans quia ex mortuis excitare pot deus. Proinde ad
didit· pro hoc etiam eum et in similitudinem adduxit. sed cuius simili
dinem nisi illius· unde dicit apl̄s· qui pprio filio non pepercit sed p
nobis omnibus tradidit eum. ppea et ysaac sicut dn̄s crucem suā ita
sibi ligna ad uictime locum quibus fuerat imponendus ipse portauit.
P ostremo quia ysaac occidi non oportebat· postea q̄ est pater ferire pro
hibitus· quis erat ille aries quo imolato impletum est significatiuo
sanguine sacrificium. Nempe qn̄ uidit eum abraham cornibus in
frutice tenebat. Quis ergo illo significabat nisi Iesus antequā imola
ret spinis iudaicis coronatus. Sed diuina per angelum uerba potius
audiamus. Ait quippe scriptura. Extendit abraham manum suā
sumere macheram ut occideret filium suū. et uocauit illum angls
dn̄i de celo et dixit· non inicias manum tuā super puerum· neque
facias illi quicq̄ nunc enī sciui qa times deum tuum et non pepcisti
filio tuo dilecto· pp̄ter me. nunc sciui dcm̄ est nunc sciri feci. Neque
enī hoc nondum sciebat deus. Deinde ariete illo imolato pro ysaac
filio suo uocauit ut legit abraham nomen loci illius dn̄s uidit· ut di
cant hodie in monte dn̄s apparuit. Sicut dcm̄ est nunc sciui pro
eo quod ē sciri nunc feci ita hic dn̄s uidit· pro eo qd̄ est dn̄s appar
it· hoc est uideri se fecit. Et uocauit angelus dn̄i abraham secundo
de celo dicens· per memetipm̄ iuraui dicit dn̄s pp̄ter quod fecisti
uerbum hoc et non pepcisti filio tuo dilecto pp me· nisi benedicens
benedicam te· et multiplicans multiplicabo semen tuū tanq̄m stellas
celi· et tanq̄m harenam que iuxta labium maris· et hereditate pos

sidebit semen tuum ciuitates aduersariorum. et benedicentur in semine tuo omnes gentes terre. quia obaudisti uocem meam. Hoc modo est illa de uocatione gentium in semine abrahe post holocaustum quo significatus est xpistus etiam iuratione dei firmata promissio. Sepe enim promiserat, sed numquam iurauerat. Quid est autem dei ueri ueracisque iuratio nisi promissi confirmatio et infidelium quedam increpatio. Post hec Sarra mortua est. centesimo uicesimo et septimo anno uite sue, centesimo autem et trigesimo septimo uiri sui. Decem quippe annis precedebat etate. Sicut ipse quando sibi ex illa promissus est filius ait, si mihi annorum centum nascetur. Et si Sarra annorum nonaginta pariet. Tunc emit agrum abraham in quo sepeliuit uxorem. Tunc ergo secundum narrationem Stephani in terra illa collocatus est. quoniam cepit ibi esse possessor post mortem scilicet patris sui qui colligitur ante biennium fuisse defunctus;

De Rebecca nepte Nachor quam ysaac accepit uxorem :~ ~ Capitulum . xxxiii :

Deinde Rebeccam neptem Nachor patris sui. cum annorum quadraginta esset ysaac duxit uxorem centesimo scilicet et quadragesimo anno uite patris sui, triennio post mortem matris sue. Vt autem illam duceret, quando ab eius patre in Mesopotamiam seruus missus est. Quid aliud est demonstratum. cum eidem seruo dixit Abraham pone manum tuam sub femore meo, et adiurabo te per dominum deum celi et dominum terre ut non sumas uxorem filio meo ysaac a filiabus chananeorum, nisi dominum deum celi et dominum deum terre in carne que ex illo femore trahebatur fuisse uenturum. Nunquid hec parua sunt prenuntiata indicia ueritatis quam compleri uidemus in christo;

Quid intelligendum sit in eo quod abraham post mortem Sarre accepit uxorem centhuram :~ ~ Capitulum . xxxiiii :

Quid autem sibi uult quod Abraham post mortem Sarre Cethuram duxit uxorem. ubi absit ut incontinentiam suspicemur presertim in illa iam etate et illa fidei sanctitate. An an adhuc procreandi filii querebantur. cum iam deo promittente tanta multiplicatio filiorum ex ysaac per stellas celi et harenam terre fide probatissima teneretur. Sed profecto si Agar et Ismahel doctore apostolo significauerunt carnales ueteris testamenti. Cur non etiam Cethura et filii eius carnales qui se ad testamentum nouum existimant pertinere. Ambe quippe et uxores abrahe et concubine sunt appellate. Sarra uero numquam dicta est concubina. Nam et quando data est Agar abra

hec ita scriptum est. Et apprehendit Sarra uxor abraham agar egy-
ptiam ancillam suam post decem annos quibus habitauerat abra-
ham in terra chanaan et dedit eam abraham uiro suo ipsi uxorem.
De cethura autem quam post obitum Sarre accepit sic legitur. Adiciens
autem abraham sumpsit uxorem cui nomen cethura. ecce ambe di-
cuntur uxores. Ambe porro concubine fuisse reperiuntur. postea dicente
scriptura. dedit autem abraham omnem censum suum ysaac filio suo,
et filiis concubinarum suarum dedit abraham dationes, et dimisit
eos ab ysaac filio suo adhuc se uiuo ad orientem in terra orientis
chanaan. Habent ergo nonnulla munera filii concubinarum, sed
non perueniunt ad regnum promissum. nec heretici nec iudei car-
nales. quia preter ysaac nullus est heres. et non qui filii carnis hi fi-
lii dei sed promissionis reputantur in semine de quo dictum est. In ysaac
uocabitur tibi semen. Neque enim uideo cur etiam cetura post uxoris mor-
tem ducta, nisi propter hoc mysterium dicta sit concubina. Sed quisquis
hec non uult in istis sacrificationibus accipere. non calumnietur abrahe.
Quid si enim et hoc prouisum est contra hereticos futuros secundarum aduer-
sarios nuptiarum. ut in ipso patre multarum gentium post obitum con-
iugis iterum coniugari demonstraretur non esse peccatum. Et mortuus
est abraham cum esset annorum centum septuaginta. Annorum ergo sep-
tuaginta ysaac reliquit. quem centenarius genuit.

De geminis adhuc in utero Rebecce matris clausis quid iudicauerit
diuina responsio. Capitulum XXXV.

Iam ex hoc quemadmodum per posteros abrahe ciuitatis
dei procurrant tempora, uideamus. a primo igitur anno uite ysa-
ac usque ad sexagesimum quo ei nati sunt filii illud memo-
rabile est quod cum illi deum roganti ut pareret uxor eius que sterilis e-
rat concessisset dominus quod petebat atque haberet illa conceptum. ge-
stiebant gemini adhuc in utero eius inclusi. qua molestia cum angeretur
dominum interrogauit. accepitque responsum. Due gentes in utero tuo sunt.
et duo populi de uentre tuo separabuntur et populus populum superabit.
et maior seruiet minori. Quod paulus apostolus magnum uult in-
telligi gratie documentum. quia nondum illis natis, nec aliquid agentibus
boni seu mali. sine ullis bonis meritis eligitur minor maiore reprobato.
quando procul dubio quantum attinet ad originale peccatum ambo pares erant.
quantum autem ad proprium ullius eorum nullum erat. Sed nunc de hac
re dicere aliquid latius instituti operis ratio non sinit. Unde in aliis multa

iam diximus. Quod autem dictum est maior seruiet minori nemo fere nostrorum aliter intellexit quam maiorem populum iudeorum minori populo xpiano seruiturum. Et re uera quamuis in gente idumeorum que nata est de maiore, cui duo nomina erant. Nam et Esau et Edom unde idumei, hoc uideri possit impletum quia postea superanda fuerat a populo qui ortus est ex minore .i. israhelitico eique fuerat futura subiecta. Tamen in aliquid maius intentam fuisse istam prophetiam qua dictum est populus populum superabit et maior seruiet minori conuenientius creditur. Et quid est hoc nisi quod in iudeis et Christianis euidenter impletur: —

De oraculo et benedictione quam ysaac non aliter quam pater ipsius merito eiusdem ac dilectione accepit. C. xxxvi.

Accepit et ysaac tale oraculum quale aliquotiens pater eius aliquotiens acceperat. de quo oraculo sic scriptum est. Facta est autem fames super terram preter famem que prius facta est in tempore abrahe. Abiit autem ysaac ad Abimelech regem philistinorum in gerara. Apparuit autem illi dominus et dixit. Noli descendere in ægyptum. habita autem in terra quam tibi dixero et incole in terra hac et ero tecum et benedicam te. tibi et semini tuo dabo omnem terram hanc et statuam iuramentum meum quod iuraui abrahe patri tuo et multiplicabo semen tuum tamquam stellas celi. et semini tuo omnem terram hanc et benedicentur in semine tuo omnes gentes terre. pro eo quod obaudiuit Abraham pater tuus uocem meam et custodiuit precepta mea et mandata mea et iustificationes meas et legitima mea. Iste patriarcha nec uxorem habuit aliam nec aliquam concubinam. sed posteritate duorum geminorum ex uno concubitu procreatorum contentus fuit. Timuit sane etiam ipse periculum de pulchritudine coniugis cum habitaret inter alienos. fecitque quod pater ut eam sororem diceret. taceret uxorem. Erat enim ei propinqua et paterno et materno sanguine. Sed etiam ipsa ab alienis cognito quod esset uxor mansit intacta. Nec ideo tamen istum patri eius preferre debemus. quia iste nullam feminam preter unam coniugem nouerat. Erant enim paterne fidei et obedientie merita potiora in tantum ut propter illum dicat deus. huic se facere bona que facit. Benedicentur inquit in semine tuo omnes gentes terre. pro eo quod obaudiuit abraham pater tuus uocem meam et custodiuit precepta mea et mandata mea et iustificationes meas et legitima mea. Et alio rursus oraculo. Ego sum inquit deus abraham patris tui noli timere. tecum enim sum et bene-

dixi te et multiplicabo semen tuum propter abraham patrem tuum. Ut intelligamus quam caste abraham fecerit, quod hominibus impudicis et nequitie sue de scripturis sanctis patrocinia requirentibus videtur fecisse libidine. Deinde ut etiam hoc noverimus non ex bonis singulis inter se homines comparare, sed in uno quoque considereremus universa. Fieri enim potest ut habeat in vita aliquid et non in moribus, quispiam quo superat alium. Idque sit longe prestabilius quam est illud, unde ab illo superatur. Ac per hoc sano veroque iudicio cum continentia coniugio preferatur. Melior est tamen homo non solum minus laudandus, verum etiam maxime detestandus est. Constituamus ambos bonos. Etiam sic profecto melior est coniugatus fidelissimus et obedientissimus deo: quam continens minoris fidei minorisque obedientie. Si vero paria sint cetera continentem coniugato preferre quis ambigat;

De his que in esau et iacob mystice figurantur. Capitulum XXXVII.

DVo igitur ysaac filii esau et iacob pariter crescunt. Primatus maioris transfundit in minorem ex pacto et placito inter illos, eo quod lenticulam quem cibum minor paraverat, maior immoderatius concupiuit, eoque pretio primogenita sua fratri iuratione interposita vendidit. Ubi discimus in vescendo non cibi genere, sed aviditate immodesta quemque culpandum. Senescit ysaac eiusque oculis per senectam visus aufertur, vult benedicere filium maiorem, et pro illo nesciens benedicit minorem, pro fratre maiore qui erat pilosus se paternis manibus supponentem, edinis sibi pelliculis coaptatis, velut aliena peccata portantem. Iste dolus iacob ne putaretur fraudulentus dolus et non in eo magne rei misterium quereretur, superius predixit scriptura. Et erat Esau sciens venari agrestis, iacob autem homo simplex, habitans domum. Hoc nostri quidam interpretati sunt sine dolo. Sive autem sine dolo, sive simplex, sive potius sine fictione dicatur quod est grece aplastos, quis est in ista percipienda benedictione dolus hominis sine dolo: quis est dolus simplicis: que fictio non mentiendi: nisi profundum misterium veritatis. Ipsa autem benedictio qualis est: Ecce inquit odor filii mei, tamquam odor pleni agri quem benedixit dominus, et det tibi deus de rore celi, et de ubertate terre, et multitudinem frumenti et vini. et serviant tibi gentes et adorent te principes, et fies dominus fratris tui. et adorabunt te filii patris tui. Qui maledixerit te maledictus. et qui benedixerit te benedictus. Benedictio igitur iacob predicatio christi est. In omnibus gentibus hoc fit. hoc agitur. lex et propheta est ysaac. Etiam per

os iudeorum xpus ab illa benedicitur · uelut ab illa nesciente · quia et ipsa
etiã nescitur · odore nominis christi · sicut ager mundus impletur.
Eius est benedictio de rore celi · hoc est de uerbo4 pluuia diuinorum ·
et de ubertate terre · hoc est congregatione pplorum · eiusq; multitu·
do · multitudo frumenti et uini · hoc est multitudo quã colligit fru
mentum et uinum in sacramento corporis eius et sanguinis · ei serui
unt gentes · ipm adorant principes · Ipse est dñs fratris sui · qa pplus
eius dñatur iudeis · Ipsum adorant filii patris eius · hoc est filii abra
he scdm fidem · quia et ipse est filius abrahe scdm carnem · Ipsum
qui maledixit maledictus · et qui benedixerit benedictus · Cristus
in qm noster · etiã ex ore iudeo4 · qũuis errantium · sed tñ legem ppha
sq; cantantium benedicitur · i · ueraciter dr · et alius benedici putatur.
Ecce benedictione promissa Repente maior uenit · expauit ysaac ·
et alium se pro alio benedixisse cognoscit · miratur · et quisnam ille
sit percontatr · nec tñ se deceptum esse conquerit · uno confestim re
uelato sibi intus in corde magno sacramento · deuitat indignationẽ ·
confirmat benedictionem · Quis ergo inquit uenatus est mihi uena
tionem · et intulit mihi · et manducaui ab omnibus antequãm tu ueires ·
et benedixi eum et benedictus sit · Quis non hic maledictionem po
tius expectaret irati · si hec non superna inspiratione · sed terreno moẽ
gererentr · Orei gestas · sed pphetice gestas in terra · sed celitus per hoies ·
sed diuinitus · si excutiantr singula tantis fecunda misteriis multa
sunt implenda uolumina · Sed huic opi modus moderate iponen
dus nos in alia festinare compellit : ~

De missione Iacob in Mesopotamiam ad accipiendum uxorem et
de uisione quam in itinere somniauit · et de quatuor feminis ip
sius cum unam petisset uxorem : ~ Capitulum · xxxviii :

Mittitur Iacob in Mesopotamiam ut ibi ducat uxorem · Pa
tris mittentis hec uerba sunt · Non accipies uxorem de filia
bus chananeo4 · surgens fuge in mesopotamiam in domum
Bathuel patris matris tue · deus autem meus benedicat te · et augeat te ·
et multiplicet te · et eris in congregationes gentium · et det tibi bene
dictiones Abraham pris tui · tibi et semini tuo post te · et heres fias tre
incolatus tui · quã dedit deus Abraham · hic iam intelligimus segre
gatum semen Iacob ab alio semine ysaac · quod fcm est per Esau ·
Quando enĩ dictum est in ysaac uocabitur tibi semen · ptinens utiq;
semen ad ciuitatem dei sepatum est · Inde aliud semen abrahae ·

quod erat in ancille filio, et quod futurum erat in filiis Cethure. Sed
adhuc erat ambiguum de duobus geminis filiis ysaac, ad utrunq;
an ad unum eorum illa benedictio pertineret. Et si ad unum, quisnam
esset illorum. quod nunc declaratum est, cum prophetice a patre bene
dicitur Iacob, et dicitur ei. Et eris in congregatione gentium. et det ti
bi benedictionem Abraham patris tui. Pergens itaq; in mesopota
miam Iacob in somnis accepit oraculum de quo sic scriptum est.
Et exiuit iacob a puteo iurationis et profectus est in Charram. et de
uenit in locum et dormiuit ibi. Occiderat enim sol et sumpsit ex lam
pidibus loci et posuit ad caput suum, et dormiuit in loco illo. Et
somniauit. Et ecce scala stabilita super terram cuius caput pertinge
bat ad celum. et angeli dei ascendebant et descendebant per illam,
et dominus incumbebat super illam. Et dixit. ego sum deus abraham pa
tris tui. et deus isaac. noli timere. terram in qua tu dormis super eam
tibi dabo et semini tuo, et erit semen tuum sicut harena terre. et dila
tabitur supra mare et in aphricum et in aquilonem et ad orientem.
et benedicentur in te omnes tribus terre. et in semine tuo. et ecce ego sum
tecum custodiens te in omni uia recta quacunq; ibis. et reducam
te in terram hanc. quia non te derelinquam donec faciam omnia que
cunq; locutus sum. Et surrexit iacob de somno suo. Et dixit quia do
minus est in loco hoc. ego autem nesciebam. et timuit. Et dixit. quam
terribilis locus hic. non est hoc nisi domus dei. et hec porta est celi.
Et surrexit iacob. et sumpsit lapidem quem supposuit ibi sub caput
suum et statuit illum in titulum. et superfundit oleum in cacumen
eius. Et uocauit iacob nomen loci illius domus dei. Hec ad prophe
tiam pertinent, nec more idolatrie lapidem perfudit iacob oleo, ue
lut illum faciens deum. neq; adorauit illum lapidem, uel ei sacri
ficauit. Sed quoniam Christi nomen a crismate est, id est ab unctione, profecto
figuratum est hic aliquid quod ad magnum pertineat sacramentum.
Scalam uero ipsam intelligitur ipse saluator nobis in memoriam reuoca
re in euangelio. ubi cum dixisset de nathanaele, ecce uere israhelita in
quo dolus non est. quia israhel uiderat istam uisionem. Ipse etenim
Iacob eodem loco. ait amen amen dico uobis, uidebitis celum apertum
et angelos dei ascendentes et descendentes super filium hominis. Per
rexit ergo iacob in Mesopotamiam ut inde acciperet uxorem. Vnde
autem illi accideret quatuor habere feminas de quibus duodecim fi
lios et unam filiam procreauit, cum earum nullam concupisset illicite,

indicat scriptura divina. Ad unam quippe accipiendam venerat
sed cum illi altera pro altera supposita fuisset, nec ipsam dimisit, qua
nesciens usus fuerat in nocte, ne ludibrio eam videretur habuisse.
Et eo tempore quoniam multiplicande posteritatis causa plures uxores lex
nulla prohibebat, accepit etiam illam, cui uni iam futuri coniugii
fidem fecerat. Que cum esset sterilis ancillam suam de qua filios
ipsa susciperet, marito dedit, quod etiam maior soror eius, quamvis
peperisset imitata quoniam multiplicare prolem cupiebat, effecit. Nullam
Iacob legitur petisse preter unam, nec usus pluribus nisi gignende
officio, coniugali iure servato, ut neque hoc faceret nisi uxores eius
id fieri flagitassent, que corporis viri sui habebant legitimam po-
testatem. Genuit ergo duodecim filios et unam filiam ex quattuor
mulieribus: Que ratio fecerit ut etiam israhel cognominaretur.

Deinde ingressus est in aegyptum. Capitulum XXXIX.
per filium suum Ioseph qui venditus ab invidentibus fra-
tribus eo perductus est, atque ibidem sublimatus. Iacob autem
etiam israhel sicut paulo ante dixi vocabatur. quod nomen magis po-
pulus ex illo procreatus obtinuit. Hoc autem nomen illi ab angelo im-
positum est, qui cum illo fuerat in itinere de Mesopotamia redeunte
luctatus, typum christi evidentissime gerens. Nam quod ei prevaluit
Iacob utique volenti ut misterium figuraret, significat passionem christi.
ubi visi sunt ei prevalere iudei. Et tamen benedictionem ab eodem
angelo quem superaverat impetravit: et sic huius nominis imposi-
tio fuit. Interpretatur autem israhel videns deum, quod erat in fine
premium sanctorum omnium. Tetigit porro illi angelus veluti prevalenti
latitudinem femoris, eumque isto modo claudum reddidit. Erat ita-
que unus atque idem Iacob et benedictus et claudus, benedictus in eis
qui in christum ex eodem populo crediderunt, atque in infidelibus clau-
dus. Nam femoris latitudo generis latitudo est. Plures quippe sunt
in ea stirpe de quibus prophetice dictum est. Et claudicaverunt a
semitis suis; Quomodo cum septuaginta quinque animabus ae-
gyptum narretur ingressus, cum plerique ex his qui commemoran-
tur tempore posteriore sint geniti: Capitulum. XL.

Ingressi itaque referuntur in egyptum simul cum Iacob ipso
septuaginta quinque homines annumerato ipso filiis suis.
In quo numero due tantum femine commemorantur, una filia
neptis altera. Sed res diligenter considerata non indicat quod tantus

numerus fuerit in progenie Iacob die uel anno quo ingressus est e
gyptum. Commemorati sunt quippe pronepotes Ioseph, qui nullo
modo iam tunc esse potuerunt, quoniam tunc centum triginta
annorum erat Iacob, filius uero eius Ioseph xxxix. Quem cum accepis
se sororem trigesimo anno, uel amplius, constet uxorem, quomodo potuit
per nouem annos habere pronepotes de filiis, quos ex eadem uxore
suscepit? Cum igitur nec filios haberent Ephrem et Manasse filii Ioseph,
sed eos pueros infra quam nouennes Iacob egyptum ingressus inuenerit;
quo pacto non solum filii, sed etiam nepotes in illis septuaginta quinque
numerantur qui tunc egyptum ingressi sunt cum Iacob? Nam com
memoratur ibi Machir filius Manasse nepos Ioseph, et eiusdem Ma
chir filius, id est Galaad nepos Manassem pronepos Ioseph. Ibi est et quem
genuit Ephren alter filius Ioseph, id est Alaan nepos Ioseph et filius ipsius
id est Aleedem nepos Ephren pronepos Ioseph. Qui nullo modo esse potu
erunt quando Iacob in egyptum uenit, et filios Ioseph nepotes suos, auos
istorum minores quam nouem annorum pueros inuenit. Sed nimirum
introitus Iacob in egyptum, quando in septuaginta quinque hominibus
scriptura commemorat, non unus dies uel unus annus, sed totum illud
est tempus quamdiu uixit Ioseph, per quem factum est ut intrarent. Nam
de ipso Ioseph eadem scriptura sic loquitur. Et habitauit Ioseph in egypto
et ipse et fratres eius et omnis cohabitatio patris eius et uixit annos cen
tum decem, et uidit Ioseph Ephren filios usque in tertiam generationem.

Ipse est ille pronepos eius ab Ephrem tertius. Generationem quippe tertiam
dicit filium nepotem pronepotem. Deinde sequitur. Et filii Machir
filii Manasse, pronepos Ioseph. Sed pluraliter appellati sunt, sicut scri
ptura consueuit que unam quoque filiam Iacob filias nuncupauit.

Sicut in latine lingue consuetudine liberi dicuntur pluraliter filii et
si non sit uno amplius. Cum ergo ipsius Ioseph predicetur felicitas quia
potuit uidere pronepotes nullo modo putandi sunt iam fuisse trige
simo nono anno proaui sui Ioseph, quando ad eum in ægyptum Iacob pater
eius aduenit. Illud autem est quod fallit minus ista diligenter intu
entes quoniam scriptum est. Hec autem nomina filiorum israhel qui intra
uerunt in egyptum simul cum Iacob patre suo. Hoc enim dictum est quia
simul cum illo computantur septuaginta quinque, non quia iam simul
erant omnes quando egyptum ingressus est ipse. Sed ut dixi totum tempus
habetur eius ingressus quo uixit Ioseph, per quem uidetur ingressus.

De benedictione quam in Iudam filium suum promisit. Capitulum. xli.

IGitur ppl'm christianum in quo dei ciuitas peregrinat' in terris
si carnem christi in abrahe semine requiramus remotis con
cubinarum filiis occurrit ysaac. Si in semine ysaac romoto
esau qui est etiã edom occurrit Iacob qui est israhel. In semine ipsius
israhel remotis ceteris occurrit Iudas quia de tribu Iuda ortus est
christus. ac per hoc cum in egypto moriturus israhel filios suos bene
diceret quemadmodum Iudam ꝓphetice benedixit audiamus. Iuda
inquit te laudabunt fratres tui manus tue super dorsum inimico
rum tuoꝝ adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Iuda ex ger
minatione fili mi ascendisti recumbens dormisti ut leo et ut catulus
leonis quis suscitabit eum. non deficiet princeps ex Iuda et dux de
femoribus eius donec ueniant que reposita sunt ei. Et ipse erit expe
ctatio gentium alligans ad uitem ppl'm suum et cilicio pullum
asine sue. lauabit in uino stolam suam et in sanguine uue amictũ
suum. fului oculi eius a uino et dentes candidiores lacte. Exposui
hec aduersus Manicheum faustum disputans et satis esse arbitror.
q̃ntum ueritas ꝓphetie huius elucet ubi et mors christi p̄dicata est.
uerbo dormitionis et non necessitas sed potestas in morte leonis nõie.
quam potestatem in euangelio ipse predicat dicens. potestatem hẽo
ponendi aĩam meam et potestatem habeo iteꝝ sumendi eam. Sic leo
fremuit sic quod dixit impleuit. Ad eam nanq; ptinet potestatem
quod de resurrectione eius adiunctum est. Quis suscitauit eum? hoc
est quia nullus hoĩm nisi se ipse. Qui etiã de corpore suo dixit. Sol
uite templum hoc et in triduo resuscitabo illud. Ipm̃ autem genus
mortis hoc est sublimitas crucis in uno uerbo intelligit' quod ait as
cendisti. Quod ergo addidit recumbens dormisti euangelista expo
nit ubi dicit et inclinato capite emisit spm̃. aut certe sepultura
eius agnoscit' in qua recubuit dormiens et unde illum nullus ho
minum sicut ꝓphete aliquos uel sicut ipse alios suscitauit sed sic
a somno ipse surrexit. Stola porro eius quã lauat in uino .i. mun
dat a peccatis in sanguine suo cui' sanguinis sacramentum bapti
zati sciunt unde et adiungit et in sanguine uue amictum suum.
Quid est nisi ecclesia? Et fului oculi a uino spiritales eius inebriati po
culo eius de quo canit psalmus. Et calix tuus inebrians q̃ preclarus
est. Et dentes eius lacte candidiores quod potant apud apl'm paruuli
uerba s. nutrientia nondum idonei solido cibo. Ipse igit' est in quo
reposita erant ꝓmissa Iude que donec uenirent nunq̃ principes hoc

est reges israhel ab illa stirpe defuerunt. Et ipse erit expectatio gentium · quod clarius est uidendo quam exponendo :

De filiis Ioseph quos Iacob prophetica manuum suarum cancellatione benedixit : Capitulum · xlii :

Sicut ante duo ysaac filii · et esau et iacob figuram prebuerunt duorum populorum in iudeis et christianis · quamuis quod ad carnis propaginem pertinet · nec iudei uenerunt de semine esau · sed idumei · nec christiane gentes de iacob · sed potius iudei. Ad hoc enim tantum figura ualuit · quod dictum est · maior seruiet minori. Ita factum est etiam in duobus filiis ioseph. Nam maior gessit typum iudeorum · christianorum autem minor. quos cum benediceret iacob · manum dexteram posuit super minorem quem habebat ad sinistram · sinistram autem super maiorem · quem habebat ad dextram · graue uisum est patri eorum · et admonuit patrem uelut corrigens eius errorem · et quisnam eorum esset maior ostendens. At ille mutare manus noluit · sed dixit scio fili scio · et hic erit in populum · et hic exaltabitur. Sed frater eius iunior maior illo erit · et semen eius erit in multitudinem gentium. Etiam hic duo illa promissa demonstrant. Nam ille in populum · iste in multitudinem gentium. Quid euidentius quam his duabus promissionibus contineri populum israhelitarum orbemque terrarum in semine abrahe · illum secundum carnem · istum secundum fidem ;

De Moyse et temporibus eius : Capitulum · xliii :

Defuncto iacob defuncto etiam ioseph · per reliquos centum quadraginta quatuor annos donec exiret de terra egypti in modum incredibilem illa gens creuit · etiam attrita persecutionibus · ut quodam tempore nati masculi necarentur · cum mirantes egyptios nimia populi illius incrementa terrerent. Tunc Moyses subtractus furto trucidatoribus paruulorum · ad domum regiam ingentia per eum deo preparante peruenit · nutritusque et adoptatus a filia pharaonis · quod nomen in egypto omnium regum fuit · in tantum peruenit uirum · ut ipse illam gentem mirabiliter multiplicatam ex durissimo et grauissimo quod ibi ferebat iugo seruitutis extraheret · immo per eum deus qui hoc promiserat abrahe. Prius quippe exinde fugiens eo quod cum israhelitam defenderet · egyptium occiderat · et territus fuerat · postea diuinitus missus · in potestate spiritus dei · superauit pharaonis resistentis magos. Tunc per eum egyptiis illate sunt decem memorabiles plage · cum dimittere populum dei nollent · aqua in san-

guinem uersa . Rana . Scinifes . Cynomia . mors pecorum . ulcera . gran
do . Locusta . tenebre . mors primogenitorum . Ad extremum israhelitas
quos plagis tot tantisq; perfracti tandem aliquando dimiserant egyptii
in mari rubro dum persequuntur extincti sunt . Illis quippe abeuntib;
diuisum mare uiam fecit . hos autem insequentes in se rediens unda
submersit . deinde per annos quadraginta duce Moyse dei pplis in
deserto actus est . qn̄do tabernaculum testimonij nuncupatum ē,
ubi deus sacrificiis futura prenuntiantib; colebatur . s. cum etiam
data fuisset lex in monte multum terribiliter . Attestabatur eni euiden
tissima mirabilibus signis uocibusq; diuinitas quod fcm̄ est . Mox
ut exitū est de egypto, et in deserto populus esse cepit . quinquage
simo die post celebratum pasca per ouis immolationem . qui usq;
adeo typus xpi est . prenuntians eum per uictima passionis de hoc
mundo transiturum ad pr̄em . Pasca quippe hebrea lingua trāsitus
interpretatur, ut cum iam reuelaretur testamentum nouum postea
q̄ pasca nostrum immolatus est xpus . quinquagesimo die ueniret de
celo spiritus sanctus, qui dictus est in euangelio digitus dei . ut recor
dationem nrām in pmi pfigurati meoriam reuocaret . quia et le
gis ille tabule digito dei scripte referuntur . :—

De temporibus Iesu naue iudicum et Regum israhel primi Saul .
alterius Dauid sacramento excellentioris et merito : C . xliii :

Defuncto Moyse . pplm rexit Iesus Naue . et in terram pmis
sionis introduxit . eamq; populo diuisit . Ab his duobus mi
rabilibus ducib; . bella etiā prosperrime ac mirabiliter gesta
sunt deo contestante . non tam pp̄ter merita hebrei ppli, q̄m pp̄ter pec
cata earum que debellabantur gentiū . illas eis prouenisse uictorias . Post
istos duces iudices fuerunt in terra pmissionis ppl'o collocato . ut inci
peret interim reddi abrahe prima pmissio de gente una . i . hebrea et
terra chanaan . non dum de omnibus gentib; et toto orbe terrarū . qđ
christi aduentus in carne . et non ueteris legis obseruationes, sed euan
gelii fides fuerat impletura . cuius rei prefiguratio facta est . q; non
Moyses qui legem ppl'o acceperat in monte Syna . sed Iesus cui etiā nomē
deo precipiente mutatum fuerat ut iesus uocaretur . pplm in terrā pro
missionis induxit . Temporib; autē iudicum sic se habebant et pccā
et misericordia dei alternauerunt, pspera et aduersa bellorum . Inde
uentum ē ad Regum tpra . quorum primus regnauit . Saul . cui repro
bato et bellica strage prostrato eiusq; stirpe reiecta ne inde Reges ori

rentur. Dauid successit in regnum. Cuius maxime christus dictus ē
filius. in quo articulus quidam fuus est. et exordium quodammodo iu-
uentutis ppli dei. cuius gnis quedam uelut adolescentia ducebatur
ab ipso Abraham. usq; ad hunc Dauid. Neq; eni frustra Matheus euā-
gelista sic gnātiones commemorauit. ut hoc primum interuallum
quatuordecim gnōnibus commendaret. Abraham scilicet usq; ad
Dauid. ab adolescentia quippe incipit homo posse gnare. Propterea gene-
rationum ex Abraham sumpsit exordium. qui et pater gentium con-
stitutus est. cum mutatum nomen accepit. Ante hunc ergo uelut
pueritia fuit huius gnis ppli dei. a Noe usq; ad ipm Abraham. Et i-
deo prima lingua inuenta est. i. hebrea. a pueritia nanq; homo inci-
pit loqui post infantiam. que hinc appellata est. quod fari non potest.
quam pfecto etatem primam demergit obliuio. Quotus eni quisq;
est qui suam recordetur infantiam. Quā obrem in isto pcursu ciui-
tatis dei. sicut superior unam eandem primā. Ita duas etates. scdām
et tertiā. liber iste contineat. in qua tertia pp̄ter uaccam trimam et
capram trimā. et arietem trimū. et impositum est legis iugum. &
apparuit habundantia peccatorum. et regni terreni surrexit exordiū.
ubi non defuerunt spūales. quorum in turture et columba figuratū
est sacramentum.

Incipiunt capitula Decimiseptimi libri Beati Augustini epi. de ciuitate dei.

De uario utriusque regni hebreorum statu donec ambo populi in captiuitate diuerso tempore ducerentur, uocato postea iuda in regnum suum, quod nouissime in Romanorum transiit potestatem. C. xxiiii.

De prophetis qui uel apud iudeos postremi fuerunt uel quos circa tempus natiuitatis xpi eis angelica prodit historia. C. xxv.

AVRELII. AVGVSTINI. DOCTORIS. EXIMII. HYPPONEN. EPI. DE CIVITATE. DEI. LIBER. DECIMVSSEPTIMVS. INCIPIT.

Quo tempore prophete esse ceperunt et quomodo per ea que gesta sunt de christo et membris eius prenuntiata conspiciuntur impleta. C. i.

PRomissiones dei que facte ad Abraham cuius semini et gentem israheliticam secundum carnem et omnes gentes deberi secundum fidem deo pollicente didicimus quemadmodum compleantur per ordinem temporum procurrens dei ciuitas indicauit. Quoniam ergo superioris libri usque ad regnum Dauid factus est finis. Nunc ab eodem regno quantum suscepto operi sufficere uidetur cetera que sequuntur attingimus. Hoc itaque tempus ex quo sanctus Samuhel prophetare coepit et deinceps donec populus israhel captiuus in Babyloniam duceretur atque inde secundum sancti Ieremie prophetiam post LXXV. annos reuersis israhelitis dei domus instauraretur totum tempus est prophetarum. Quamuis enim et ipsum Noe in cuius diebus uniuersa diluuio terra deleta est et alios supra et infra usque ad hoc tempus quo reges in dei populo esse ceperunt propter quedam per eos futura siue quoquomodo significata siue predicta que pertinent ad ciuitatem dei regnumque celorum non inmerito possumus appellare prophetas presertim quia non nullos eorum expressius legimus nuncupatos sicut Abraham sicut Moysen. Tamen dies prophetarum precipue maximeque hi dicti sunt ex quo cepit prophetare

Samuel qui et Saulem prius et eo reprobato ipsum David deo precipiente
unxit in regem de cuius ceteri stirpe procederent quousque illos succe
dere sic oporteret. Que igitur a prophetis sint predicta de christo cum moriendo
decedentibus et nascendo succedentibus suis membris civitas dei per
ista curreret tempora si omnia velim commemorare in immensum pergitur.
Primum quia ipsa scriptura que per ordinem reges eorumque facta et eventa
digerens videtur tamquam historica diligentia rebus gestis occupata esse
narrandis si adiuvante dei spiritu considerata tractentur vel magis vel
certe non minus prenuntiandis futuris quam preteritis enuntiandis in
venietur intenta et hoc perscrutando indagare ac disserendo monstra
re quam sit operosum atque prolixum et quam multis sit indignum voluminibus
quis ignorat qui hec vel mediocriter cogitat. Deinde quia ea ipsa que
ad prophetiam non ambigitur pertinere ita sunt multa de christo regnoque
celorum que civitas dei est ut ad hoc aperiendum maior sit disputatio
necessaria quam huius operis modus flagitat. Proinde ita si potuero stilo
moderabor meo ut huic operi in dei voluntate peragendo nec ea que
super sunt dicam nec ea que satis sunt pretermittam : ~

De duplici promissione duplici populo facta altera ad implenda
altera iam completa : ~ ~ Capitulum . Secundum .

IN precedenti libro diximus ab initio ad Abraham promissionum
dei duas res fuisse promissas una scilicet quod terra chanaan possessurum
fuerat semen eius quod significat ubi dictum est. Vade in terram
quam tibi demonstravero et faciam te in gentem magnam. Aliam vero
longe prestantiorem non de carnali sed de spirituali semine per quod pa
ter est non unius gentis scilicet israhelitice sed omnium gentium que fidei
eius vestigia consequuntur quod promitti coepit his verbis. Et benedi
centur in te omnes tribus terre. Et deinceps aliis multis admodum
testimoniis hec duo promissa esse monstrabimus. Erat igitur in terra pro
missionis semen abrahe id est populus israhel secundum carnem atque ibi non so
lum tenendo ac possidendo civitates adversariorum verum etiam reges
habendo regnare iam ceperant. Impletis de ipso populo promissionibus dei
magna iam ex parte non solum que tribus illis patribus abraham et
ysaac et iacob et quecumque alie temporibus eorum etiam que per ipsum
Moysen per quem populus idem servitute egyptia liberatus est et per
quem cuncta preterita revelata sunt temporibus eius cum populum
per heremum duceret facte fuerant. Neque autem per insignem ducem
Iesum nave per quem populus ille in promissionis inductus est terram

expugnatisque gentibus eam duodecim tribubus quibus deus iusserat diuisit et mortuus est. Neque post illum toto tempore iudicum impleta fuerat promissio dei de terra chanaan a quodam flumine egypti usque ad flumen magnum eufraten. Nec tamen adhuc prophetabatur futurum. sed expectabatur implendum. Impletum est autem per David et eius filium Salomonem cuius regnum tanto quantum promissum fuerat spatio dilatatum est. Vniuersos quippe illos subdiderunt tributariosque fecerunt. Sic igitur in terra promissionis hoc est in terra chanaan sub regibus semen abrahe fuerat constitutum. ut nihil superesset quo terrena dei promissio compleretur nisi ut in eadem terra quantum ad prosperitatem attinet temporalem per posteritatis successionem inconcusso statu usque ad mortalis huius seculi terminum gens permaneret hebrea si domini dei sui legibus obediret. Sed quoniam deus nouerat hoc eam non esse facturam, usus est eius etiam temporalibus penis ad exercendos in ea paucos fideles suos et admonendos qui postea futuri erant in omnibus gentibus quos eos admoneri oportebat in quibus alteram promissionem reuelato nouo testamento per incarnationem christi fuerat impleturus. Quocirca sicut oracula illa diuina ab Abraham. Isaac et Iacob et quecumque alia signa uel dicta prophetica in sacris litteris precedentibus facta sunt. Ita etiam cetere ab illo regum tempore prophetie partim pertinent ad gentem carnis habrahe partim uero ad illud semen eius in quo benedicuntur omnes gentes coheredes christi per testamentum nouum ad possidendam uitam eternam regnumque celorum. Partim ergo ad ancillam que in seruitutem generat. id est terrenam hierusalem que seruit cum filiis suis. Partim uero ad liberam ciuitatem dei. id est ueram hierusalem eternam in celis cuius filii homines secundum deum uiuentes peregrinantur in terris. Sed sunt in eis quedam que ad utramque pertinere intelliguntur ad ancillam proprie ad liberam figurate.

Quomodo ad triplicem sensum referri oporteat tripartita eloquia prophetarum. Capitulum III.

Tripartita itaque reperiuntur eloquia prophetarum. Siquidem alia sunt ad terrenam hierusalem spectantia aliqua ad celestem non nulla ad utramque exemplis uideo probandum esse quod dico. Missus est Nathan propheta qui regem David argueret de peccato graui et ei que consecutura sunt mala futura prediceret. Hec atque huiusmodi siue publice id est pro salute uel utilitate populi siue priuatim cum pro suis quisque rebus diuina promererentur eloquia quibus

pro usu tpalis uite futuri aliquid nosceret ad terrenam ciuitatem
pertinuisse quis ambigat? Ubi autē legitur. Ecce dies ueniunt di
cit dns. consumabo domui israhel et domui iuda testamentum
nouum. et scdm testamentum quod disposui patribus eorum in
die qua apprehendi manum eorum ut educerem eos de terra egy
pti. qm ipsi non pmanserunt in testamento meo. et ego neglexi eos
dicit dns. quia hoc est testamentum quod constituu domui israhel.
post dies illos dicit dns. dabo leges meas in mentem eorum. et super
corda eorum scribam eas. et uidebo eos. et ero illis in deum. et ipsi e
runt mihi in plebem. Hierusalem sine dubio superna pphetatur.
cuius deus ipse premium est. eumq; hrē atq; ipsius esse. summum
ibi est atq; totum bonum. Ad utranq; uēo pertinet hoc ipm quod
hierlm dicit dei ciuitas et in ea pphetat futura domus dei. eaq; pphe
tia uidetur impleri. cum Salomon rex edificat illud nobilissimū
templum. Haec enī et in terrena hierusalem scdm historiam con
tigerunt. et celestis hierlm figure fuerunt. Quod genus pphetie ex
utroq; ueluti compactum atq; commixtum in libris ueteribus ca
nonicis. quibus rerum gestarum narrationes continent. ualet plu
rimum. multumq; exercuit et exercet ingenia scrutantium litas
sacras. ut quod historice pdictum completumq; legit in semine
abrahe secundum carnem. quid implendum allegorice significet
inquirat. in tantum ut quibusdam uisum sit nihil esse in eisdem
libris. uel prenuntiatum et effectum. quamuis non prenuntiatum.
quod non insinuet aliquid ad supernam ciuitatem dei. eiusq; fi
lios in hac uita uita pegrinos figurata significatione referendū.
Sed si hoc ita est iam bipartita non tripartita erunt eloqa pphetarum.
uel potius illarū scripturarū omnium que ueteris instrumenti ap
pellatione censent. Nihil enim erit illic quod ad hierusalem ter
renam tm ptineat. si quid qd ibi de illa uel pp illam dicit. atq;
completur significat aliquid. quod etiā ad hierlm celestem alle
gorica pfiguratione referat. Sed erunt sola duo gnā unum qd
ad hierusalem liberam. alterum quod ad utranq; pertineat. Mi
hi autem sicut multum uident errare. qui nullas res gestas in eo
gnē litterarum. aliquid aliud preter id quod eo modo geste sunt
significare arbitrant. Ita multum audere qui prorsus ibi omnia
significationibus allegoricis inuoluta esse contendunt. Ideo tripar
tita non bipartita esse dixi. hoc enī existimo non tm culpans eos

qui potuerunt illic de quacumque re gesta sensum intelligentie spiritualis
exculpere reseruata dumtaxat primitus historie ueritate. Ceterum
que ita dicuntur ut rebus humanitus seu diuinitus gestis siue geren
dis conuenire non possunt, quis fidelis dubitet non esse inaniter
dicta? Quis ea non ad intelligentiam spiritualem reuocet si possit, aut
ab eo qui potest reuocanda esse fateatur?

De prefigurata commutatione israhelitici regni et sacerdocii. Et de his que anna mater Samuelis personam gerens ecclesie prophetauit. Capitulum Quartum.

Procursus igitur ciuitatis dei ubi peruenit ad Regum tempora
quando Dauid Saule reprobato ita regnum primus obtinuit
ut eius deinde ceteri posteri in terrena hierusalem diuturna suc
cessione regnarent, dedit figuram res gestas significans atque
prenuntians. Quod non est pretereundum silentio de rerum mutatione
futurarum, quod attinet ad duo testamenta uetus et nouum, ubi
sacerdotium regnumque mutatum est per sacerdotem eundemque regem
nouum ac sempiternum qui est Christus Iesus. Nam et Heli sacerdo
te reprobato substitutus est in dei ministerium Samuel simul officio
functus sacerdotis et iudicis. Et Saule abiecto rex Dauid fundatus est
in regno qui hoc quod dico significauerunt. Mater quoque ipsa Samu
elis Anna que prius fuit sterilis et posteriore fecunditate letata est,
prophetare aliud non uidetur cum gratulationem suam domino fudit exul
tans quando eundem puerum natum et ablactatum deo reddidit eadem
pietate qua uouerat. Dicit enim Confirmatum est cor meum in domino
exaltatum est cornu meum in deo meo. Dilatatum est super inimicos
meos os meum. Letata sum in salutari tuo quoniam non est sanctus sicut do
minus. et non est iustus sicut deus noster non est sanctus preter te.
Nolite gloriari nolite loqui excelsa neque procedat magniloquium
de ore uestro quoniam deus scientiarum dominus et deus preparans adinuentiones suas.
Arcum potentium fecit infirmum et infirmi precincti sunt uirtute.
Pleni panibus minorati sunt et esurientes transierunt terram. Quia ste
rilis peperit septem et multa in filiis minorata est. Dominus mortificat
et uiuificat deducit ad inferos et reducit. Dominus pauperem facit et
ditat humiliat et exaltat. Suscitat a terra pauperem et de stercore
erigens inopem. Ut collocet eum cum potentibus populi et sedem glorie
et hereditatem dans eis dans uotum uouenti. Et benedixit annos
iusti quoniam non in uirtute potens est uir. Dominus infirmum faciens aduer-

sarium suum dominus sanctus. Non glorietur prudens in prudentia su
a et non glorietur diues in diuitijs suis. Sed in hoc glorietur qui glo
riatur intelligere et scire dominum et facere iudicium et iustitiam in
medio terre. Dominus ascendit in celos et tonuit. Ipse iudicabit extre
ma terre quia iustus est et dat uirtutem regibus nostris et exaltabit
cornu christi sui. Ita ne uerum uerbum hoc unius putabitur esse mu
liercule de nato sibi filio gratulantis tantum ne mens hominum a luce
ueritatis auersa est ut non sentiat supragredi modum foemine huius
dicta que fudit. Porro qui rebus ipsis quae iam ceperunt et iam in
hac terrena peregrinatione compleri conuenienter mouetur non in
tendit et aspicit et cognoscit per hanc mulierem cuius etiam nomen
id est Anna gratia eius interpretatur ipsam religionem cristianam ipsam
ciuitatem dei cuius rex est et conditor Christus. Ipsam postremo
dei gratiam prophetico spiritu sic locutam a qua superbi alienantur ut
cadant qua humiles implentur ut surgant. Quod maxime hymnus
iste personuit. nisi forte quisque dicturus est non ista prophetasse
mulierem sed deum tantummodo propter filium quem precata impetrauit
exultanti predicatione laudasse. Quid ergo sibi uult quod ait. Arcum
potentium fecit infirmum et infirmi precincti sunt uirtute. pleni
panibus minorati sunt et esurientes transierunt terram. quia sterilis pe
perit septem et multa in filiis minorata est. Numquid septem ipsa pe
pererat quamuis sterilis fuit. Unicum habebat quando ista dicebat sed nec
postea septem peperit siue sex quibus septimus esset ipse Samuhel. Sed
tres mares et duas foeminas. Deinde in illo populo cum adhuc nemo
regnaret quod in extremo posuit dat uirtutem regibus nostris et exal
tabit cornu christi sui. Unde dicebat si non prophetabat. Dicat ergo ecclesia
christi ciuitas regis magni gratia plena prole fecunda. Dicat quod tanto ante
de se prophetatum per os huius pie matris agnoscit. Confirmatum est
cor meum in domino exaltatum est cornu meum in deo meo. Vere con
firmatum est est cornu uere exaltatum quia non in se sed in domino deo
suo. Dilatatum est super inimicos meos os meum quia et in angustijs
pressurarum sermo dei non est alligatus. Letata sum inquit in salutari tuo.
christus est iste iesus quem Symeon sicut in euangelio legitur senex amplectens
paruum agnoscens magnum. Nunc dimittis inquit domine seruum tuum
in pace quoniam uiderunt oculi mei salutare tuum. Dicat itaque ecclesia. Le
tata sum in salutari tuo quoniam non est sanctus sicut dominus et non est iustus sic
deus noster tamquam sanctus et sanctificans iustus et iustificans. Non est

sanctus preter te quia nemo fit abs te. Denique sequitur. Nolite glori
ari et nolite loqui excelsa. neque exeat magniloquium de ore uestro
quoniam deus scientiarum dominus est. Ipse uos fecit et ubi nemo scit quoniam qui
putat se aliquid esse cum nihil sit seipsum seducit. Hec dicuntur aduer
sariis ciuitatis dei ad babyloniam pertinentibus de sua uirtute pre
sumentibus in se non in domino gloriantibus. Ex quibus sunt etiam carnales is
rahelite terrene hierusalem ciues terrigene, qui ut dicit apostolus. Ignorantes
dei iustitiam id est quam dat homini deus qui solus est iustus atque iustifi
cans et suam uolentes constituere id est uelut a se sibi paratam non ab
illo impartitam iustitie dei non sunt subiecti utique quia superbi
de suo putantes non de dei posse placere se deo qui est deus scientiarum.
Atque ideo et arbiter conscientiarum ibi uidens cogitationes hominum quoniam
uane sunt. Et preparans inquit adinuentiones suas. quas adinuentio
nes putamus nisi ut superbi cadant et humiles surgant. Has quippe
adinuentiones exequitur dicens. Arcus potentium infirmatus est et
infirmi precincti sunt uirtute. Infirmatus est arcus id est intentio eorum
qui tam potentes sibi uidentur ut sine dei dono atque adiutorio humana
sufficientia diuina possint implere mandata. Et precinguntur uirtute
quorum interna uox est. Miserere mei domine quoniam infirmus sum. Pleni pa
nibus inquit minorati sunt et esurientes transierunt terram. Qui sunt
intelligendi pleni panibus nisi idem ipsi quasi potentes id est israhelite
quibus credita sunt eloquia dei. Sed in eo populo ancille filii mino
rati sunt. Quo uerbo minus quidem latino bene tamen expressum est quod
ex maioribus minores facti sunt quia et in ipsis panibus id est diuinis elo
quiis que israhelite soli tunc ex omnibus gentibus acceperunt terrena
sapiunt. Gentibus autem quibus lex illa non erat data postea quam per nouum
testamentum ad eloquia illa uenerunt multum esuriendo terram
transierunt quia in eis non terrena sed celestia sapuerunt. Et hoc ue
lut quereretur causa cur factum sit. Quia sterilis inquit peperit septem
et multa in filiis minorata est. Hic totum quod prophetabatur eluxit agnoscentibus
numerum septenarium quo est uniuerse ecclesie significata
perfectio. Propter quod et Ioannes apostolus ad septem scribit ecclesias
eo modo se ostendens ad unius plenitudinem scribere. Et in prouerbiis
Salomonis hoc antea prefigurans. Sapientia edificat sibi domum et
suffulsit columnas septem. Sterilis enim erat in omnibus gentibus dei
ciuitas antequam fetus que cernimus oriretur. Cernimus etiam que multa
in filiis erat nunc infirmatam hierusalem terrenam quoniam quicumque filii

libere in ea erant: uirtus eius erant. Nunc uero ibi quam littera est et ipsa
non est amissa uirtute infirmata est. Dominus mortificat et uiuificat.
mortificat illam quae multa erat in filiis et uiuificauit hanc sterilem
quae peperit septem, quamuis commodius possit intelligi eosdem uiui-
ficare quos uiuificauerat, id enim uelut repetunt addendo. deducit
ad inferos et reducit. Quibus enim dicit apostolus. Si mortui estis cum christo
que sursum sunt querite ubi christus est in dexteram dei sedens. Sa-
lubriter utique mortificantur a domino quibus adiungit: que sursum sunt
sapite non que super terram, ut ipsi sint illi qui esurientes transierunt
terram. Mortui enim estis inquit. Ecce quomodo salubriter mortificat deus.
Deinde sequitur. Et uita nostra abscondita est cum christo in deo. Ecce quomodo
eosdem ipsos uiuificat deus. Sed numquid eosdem deduxit ad in-
feros et reduxit? Hoc utrumque sine controuersia fidelium in illo potius
uidemus impletum capite scilicet nostro cum quo uitam nostram in deo
apostolus dixit absconditam. nam pro proprio filio non pepercit sed pro
nobis omnibus tradidit eum. Isto modo utique mortificauit eum.
Et quia resuscitauit a mortuis eundem rursus uiuificauit. Et quia
in prophetia uox eius agnoscitur: non derelinques animam meam in infer-
no: eundem deduxit ad inferos et reduxit. Dominus enim pauperes facit
et ditat. Nam quid hoc sit ut faciamus quod sequitur audiamus.
humiliat et exaltat. utique superbos humiliat humiles exaltat. quod
enim alibi legitur: deus resistit superbis, humilibus autem dat gratiam.
Hoc totum habet sermo huius cuius nomen interpretatur gratia eius.
Iam uero quod adiungitur. Suscitat a terra pauperem. de nullo melius
quam de illo intelligo qui propter nos pauper factus est cum diues esset. ut
eius paupertate sicut paulo ante dictum est ditaremur. Ipsum enim
de terra suscitauit tam cito ut caro eius non uideret corruptionem.
Nec illud ab illo alienabo quod additum est. Et de stercore erigit ino-
pem. Inops quippe id est qui pauper. stercus uero unde erectus est rectis-
sime intelliguntur persecutores iudei in quorum numero cum se dixisset
apostolus ecclesiam persecutum. Que mihi inquit fuerunt lucra haec
propter christum damna esse duxi. nec solum detrimenta uerum etiam
stercora existimaui esse ut christum lucrifacerem. De terra ergo susci-
tatus est ille supra omnes diuites pauper. Et de illo stercore erectus est
supra omnes opulentos ille inops. ut sedeat cum principibus populi
quibus ait. Sedebitis super duodecim sedes et sedem glorie here-
ditatem dans eis. Dixerant enim potentes illi. Ecce nos dimisimus

omnia et secuti sumus te. Hoc uotum potentissime uouerant. Sed
unde hoc eis nisi ab illo de quo hic continuo dictum est. Dans uotum
uouenti. Alioquin ex illis essent potentibus quorum infirmatus est
arcus. Dans inquit uotum uouenti. Non enim domino quisquam quicquam
rectum uoueret. nisi ab illo acciperet quod uoueret. sequitur et bene
dixit annos iusti. ut cum illo scilicet sine fine uiuat. cui dictum est et anni
tui non deficient. Ibi enim stant anni. Hic autem transeunt, immo pereunt,
antequam ueniant. et enim non sunt. cum autem uenerint non erunt quia
cum suo fine uenerunt. Horum autem duorum id est dans uotum uouenti
Et benedixit annos iusti, unum est quod facimus alterum quod su
mimus. Sed hoc alterum deo largitore non sumitur. nisi cum ipso
adiutore primum illud efficiatur. quia non in uirtute potens est uir.
Dominus infirmum faciet aduersarium eius. illum scilicet qui homini uouenti
inuidet et resistit ne ualeat implere quod uouit. Potest ex ambi
guo greco intellegi et aduersarium suum. Cum enim dominus possidere
nos ceperit, profecto aduersarius qui non fuerat ipsius fit. et uin
citur a nobis sed non uiribus nostris. quia non in uirtute potens est uir.
Dominus ergo infirmum faciet aduersarium suum dominus sanctus ut uincatur
a sanctis quos dominus sanctus sanctorum effecit sanctos. Ac per hoc. Non
glorietur prudens in prudentia sua et non glorietur potens in sua poten
tia et non glorietur diues in diuitiis suis. Sed in hoc glorietur qui glori
atur intellegere et scire dominum et facere iudicium et iustitiam in me
dio terre. Nam parua ex parte intellegit et scit dominum qui intellegit
et scit etiam hec a domino sibi dari ut intellegat et sciat dominum. Quid enim
habes ait apostolus quod non accepisti. Si autem et accepisti quid gloriaris,
quasi non acceperis id est quasi a te ipso tibi sit unde glorieris. Facit autem
iudicium et iustitiam qui recte uiuit. Recte autem uiuit qui obtemperat
precipienti deo. et finis precepti id est ad quod refertur preceptum cari
tas est de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. Porro ista
caritas sicut Iohannes apostolus testatur ex deo est. facere igitur iudicium
et iustitiam ex deo est. Sed quid est in medio terre. Neque enim debent
facere iudicium et iustitiam qui habitant in extremis terre. Quis
hoc dixit. Cur hoc additum est in medio terre. quod si non adde
retur et tantummodo diceret facere iudicium et iustitiam magis hoc pre
ceptum ad utrosque homines pertineret et mediterraneos et maritimos.
Sed ne quisquam putaret post finem uite que in hoc agitur corpore su
peresse tempus iudicium iustitiamque faciendi quam dum esset in

carne non fecit et sic diuinum euadi posse iudicium. in medio terre
mihi uidetur dictum. cum quisque uiuit in corpore. In hac quippe
uita suam terram quisque terram circumfert. quam moriente homine
recipit terra communis resurgenti utique reddituram. Proinde in medio terre
i. cum anima nostra isto terreno clauditur corpore faciendum est iudici
um atque iustitiam. quod nobis prosit in posterum quando recipiet quisque
secundum ea que per corpus gessit. siue bonum siue malum. Per corpus
quippe ibi dixit apostolus per tempus quo uixit in corpore. Neque enim
si quis magna mente atque impia cogitatione blasphemet neque id
ullis membris corporis operetur. ideo non erit reus. quia id non motu
corporis gessit. quando hoc per illud tempus gesserit. quo gessit et corpus.
Isto modo congruenter intelligi potest etiam illud quod in psalmo le
gitur. Deus autem rex noster ante secula operatus est salutem in medio
terre. ut dominus ihesus accipiatur deus noster qui est ante secula quia per
ipsum facta sunt secula. operatus est salutem nostram in medio terre.
cum uerbum caro factum est. et terreno habitauit in corpore. Deinde
posteaquam prophetatum est in his uerbis anne. quomodo gloriari de
beat qui gloriatur. non in se utique sed in domino. propter retributionem
que in die iudicii futura est. Dominus ascendit inquit in celos et tonuit.
ipse iudicabit extrema terre. quia iustus. Prorsus ordinem tenuit
confessionis fidelium. Ascendit enim in celum dominus christus et in
de uenturus est ad uiuos et mortuos iudicandos. Nam quis ascen
dit sicut dicit apostolus ad inferiores partes terre. Qui descendit ipse
est et qui ascendit super omnes celos ut adimpleret omnia. Per
nubes ergo suas tonuit quas sancto spiritu cum ascendisset im
pleuit. de quibus ancille hierusalem hoc est ingrate uinee comminatus
est apud Isayam prophetam ne pluant super eam imbrem. Sicut
autem dictum est. Ipse iudicabit extrema terre. ac si diceretur
etiam extrema terre. Non enim alias partes non iudicabit qui omnes
homines procul dubio iudicabit. Sed melius intelliguntur extrema
terre extrema hominis. quoniam non iudicabuntur que in melius uel
in deterius medio tempore commutantur. sed in quibus extremis inuen
tus fuerit qui iudicabitur. propter quod dictum est. Qui perseuerauerit
usque in finem hic saluus erit. Qui ergo perseueranter facit iudicium
et iustitiam in medio terre non damnabitur cum iudicabuntur extre
ma terre. Et dat inquit uirtutem regibus nostris ut non eos iudican
do condemnet. dat eis uirtutem qua carnem sicut reges regnant.

Et in illo

et in illo mundum quem propter eos fudit uincant sanguinem. Et exal-
tabit cornu xpi sui. Quomodo exaltauit xpus cornu christi sui de
quo enim supra dictum est. Dominus ascendit in celos et intellectus est dominus
ipse. sicut hic dicit exaltauit cornu xpi sui. An cornu exaltauit
uniuscuiusque fidelis sui sicut ista in principio huius hymni ait. Ex
altatum est cornu meum in deo meo. Omnes quippe unctos eius chris
mate recte christos possumus dicere. quod tamen totum cum suo capite
unus est xpus. Hoc anna prophetauit Samuelis mater sancti uiri
multumque laudati. in quo quidem tunc figurata est mutatio ueteris
sacerdotii et nunc impleta. quando infirmata est que multa erat
in filiis ut nouum haberet in xpo sacerdotium sterilis que peperit septem:

De his que ad Heli sacerdotem homo dei prophetice locutus est signans
sacerdotium quod secundum aaron institutum fuerat auferendum;

Sed hoc euidentius ad ipsum Heli ¶ Capitulum V
sacerdotem missus loquitur homo dei cuius quidem nomen tacetur.
sed intelligitur officio ministerioque suo sine dubitatione propheta
ic enim scriptum est. Et uenit homo dei ad heli et dixit. hec dicit
dominus. Reuelatus sum ad domum patris tui cum essent in terra egypti
serui in domo Pharaonis. Et elegi domum patris tui ex omnibus sce-
ptris israhel mihi sacerdotio fungi. ut ascenderet ad altare meum et
incenderent incensum et portaret ephot. Et dedi domui patris tui omnia
que sunt ignis filiorum israhel in escam. Et ut quid respexisti in incensum
meum et in sacrificium meum inpudenti oculo et glorificasti filios tu-
os super me benedicere primitias omnis sacrificii in israhel in conspectu
meo: Propter hoc hec dicit dominus deus israhel dixi domus tua et domus
patris tui transibunt coram me usque in eternum. Et nunc dicit dominus
nequaquam sed glorificantes me glorificabo. Et qui spernit me spernetur.
Ecce dies ueniunt et exterminabo semen tuum et semen domus patris
tui et non erit tibi senior in domo mea omnibus diebus. Et uirum exter-
minabo tibi ab altari meo ut deficiant oculi eius et defluat anima
eius. Et omnis qui superfuerit domus tue decidet in gladio uirorum.
Et hoc tibi signum quod ueniet super duos filios tuos hos ophni et et
phinees una die morientur ambo. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem.
qui omnia que in corde meo et que in anima mea sunt faciat. Et
edificabo ei domum fidelem et transibit coram xpo meo omnibus diebus.
Et erit qui superfuerit in domo tua ueniet adorare cum obolo argenti
dicens. Iacta me in unam partem sacerdotii tui manducare panem.

Non est ut dicatur ista prophetia ubi sacerdotii ueteris tanta manifestati
one prenuntiata mutatio est in Samuele fuisse completa. Quamquam
enim non esset de alia tribu Samuel quam que constituta fuerat a domino
ut seruiret altari tamen non erat de filiis aaron cuius progenies fuerat
deputata unde fierent sacerdotes. Et per hoc in ea quoque re gesta ea
dem mutatio que per xpm iesum futura fuerat adumbrata est. et ad
uetus testamentum proprie figurate non pertinebat ad nouum prophetia
facti etiam ipsa non uerbi id est facto significans quod uerbo ad heli sa
cerdotem dictum est per prophetiam. Nam fuerunt postea sacerdotes
ex genere aaron sicut Sadoch et Abiathar regnante Dauid. et alii de
inceps antequam tempus ueniret quo ista que de sacerdotio mutando
tanto ante dicta sunt effici per xpm oportebat. Quis autem nunc fi
deli oculo hec intuens non esse completa quando quidem nullum taber
naculum nullum templum nullum altare nullum sacrificium et
ideo nullus sacerdos remansit iudeis quibus ut de semine aaron or
dinaretur in dei fuerat lege mandatum. quod et hic commemoratum
est illo dicente propheta. Hec dicit dominus deus israhel dixi domus tua et
domus patris tui transibunt coram me in eternum. Et nunc dicit do
minus nequaquam sed glorificantes me glorificabo. et qui me spernit
spernetur. Quod enim nominat domum patris eius non eum de
proximo patre dicere sed de illo aaron qui primus sacerdos est institutus
de cuius progenie ceteri sequerentur superiora demonstrant. Ubi ait
Reuelatus sum ad domum patris tui cum essent in terra aegypti serui
in domo Pharaonis. et elegi domum patris tui ex omnibus sceptris
israhel mihi sacerdotio fungi. Quis patrum fuit huius in illa aegyp
tia seruitute. Unde cum liberati essent electus est ad sacerdotium
nisi aaron? De huius ergo stirpe isto loco dixit futurum fuisse ut non
essent ulterius sacerdotes quod uidemus impletum. Uigilet fides
presto sunt res cernuntur tenentur et uidere nolentium oculis inge
runtur. Ecce inquit dies ueniunt. Et exterminabo semen tuum et
semen domus patris tui et non erit tibi senior in domo mea omnibus
diebus ex uirum exterminabo tibi ab altari meo ut deficiant oculi
eius et defluat anima eius. Ecce dies qui prenuntiati sunt iam ue
nerunt. nullus sacerdos est secundum ordinem Aaron. Et quicumque ex
eius genere est homo cum uidet sacrificium xpianorum toto orbe pol
lere sibi autem honorem illum magnum esse subtractum deficiunt
oculi eius et defluit anima eius tabem erroris. Proprie autem ad huius

domum heli cui hec dicebantur quod sequitur pertinet · Et omnis qui super
fuerit in domo tua decidet in gladio uirorum · Et hoc tibi signum quod
ueniet super duos filios tuos Hofni et Finees die uno morientur ambo ·
Hoc ergo signum factum est mutandi sacerdotii de domo huius quo
significatum est mutandum sacerdotium domus aaron · Mors
quippe filiorum huius significauit mortem non hominum sed sacerdotii
de filiis aaron · quod autem sequitur ad illum iam pertinet sacerdotem
cuius figuram gessit huic succedendo Samuel · Proinde quae
sequuntur de christo iesu noui testamenti uero sacerdote dicuntur ·
Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem · qui omnia que sunt in corde
meo et que in anima mea faciat · Et edificabo ei domum fidelem ·
Ipsa est eterna et superna hierusalem · et transibit inquit coram christo
meo omnibus diebus · Transibit dixit conuersabitur · sicut superius
dixerat de domo aaron · dixi domus tua et domus patris tui transi-
bunt coram me in eternum · Quod autem ait · coram christo meo transibit
de ipsa domo utique intelligendum est · non de illo sacerdote qui est christus
et ipse mediator atque saluator · Domus ergo eius coram illo transibit ·
Potest et transibit intelligi de morte ad uitam · omnibus diebus quibus
peragitur usque in finem seculi huius mortalitas · Quod autem ait · qui
omnia que in corde meo et que in anima mea faciat · Non arbitre-
mur habere animam deo cum sit conditor anime · Sed ita hoc de deo
tropice non proprie dicitur · sicut manus et pes et alia corporis membra ·
Et ne secundum hoc credatur homo in carnis huius effigie factus ad ima-
ginem dei · adduntur et alie quas utique non habet homo · Et dicitur deo
sub umbra alarum tuarum protege me · ut intelligant homines de
illa ineffabili natura non propriis sed translatis rerum uocabulis ista
dici · Quod uero adiungit · Et erit qui superauerit in domo tua ueniet
adorare · non proprie de domo dictum huius seculi · sed illius aaron · de
qua usque ad aduentum christi homines remanserunt · de quo generis
etiam nunc usque non desunt · Nam de illa domo Heli iam dictum
erat · Et omnis qui superauerit domus tue · decidet in gladio uiro-
rum · Quomodo ergo hic uere dici potuit · Et erit qui superauerit
in domo tua · ueniet adorarare ei · si illud est uerum · quod ultore
gladio nemo inde supererit · nisi quia illos intelligi uoluit · qui
pertinent ad stirpem · sed illius totius sacerdotii secundum ordinem
aaron · Ergo si de illis est predestinatis reliquiis · de quibus alius propheta
dixit · et reliquie salue fient · Unde et apostolus sic ergo inquit et in hoc

tempore reliquie per electionem gratie salue facte sunt, quia de tali
bus reliquiis bene intelligitur esse de quo dictum est, qui superauerit in
domo tua, profecto credit christum, sicut temporibus apostolorum ex ipsa
gente plurimi crediderunt. Neque nunc desunt qui licet rarissi
me tamen credant. Et impletur in eo quod hic iste homo dei continue
secutus adiunxit. Veniet adorare ei obolo argenti. Cui adorare,
nisi summo illi sacerdoti qui et deus est. Neque enim in illo sacerdo
tio secundum ordinem aaron ad hoc ueniebant homines ad templum
uel ad altare dei ut sacerdotem adorarent. Quid est autem quod ait obo
lo argenti nisi breuitate uerbi fidei de quo commemorat apostolus
dictum. Verbum consumans et breuians faciet dominus super terram.
Argentum autem pro eloquio poni psalmus est testis ubi canitur. Eloquia
casta argentum igne examinatum. Quid ergo dicit iste qui uenit
sacrificare adorare sacerdoti dei et sacerdoti deo. Iacta me in par
tem sacerdotii tui manducare panem. Nolo in patrum meorum
collocari honorem qui nullus est. Iacta me in partem sacerdotii tui.
Elegi enim abiectus esse in domo dei qualecumque et quantulumcumque me
brum esse cupio sacerdotii tui. Sacerdotium quippe ipsam ple
bem dicit, cuius plebis ille sacerdos est mediator dei et hominum
homo christus iesus. Cui plebi dicit apostolus Petrus, plebs sancta re
gale sacerdotium. Quamuis nonnulli sacrificii tui sint interpretati,
non sacerdotii quod nihilominus eundem significat populum
christianum. Vnde dicit apostolus Paulus. Vnus panis unum corpus
multi sumus. Quod ergo addit manducare panem, etiam ipsum sacer
dotii genus eleganter expressit, de quo dicit sacerdos ipse, panis
quem ego dedero caro mea est pro seculi uita. Ipsum est sacerdotium
non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech. Qui
legit intelligat. Breuis itaque est ista confessio et salubriter humilis
qua dicitur. Iacta me in partem sacerdotii tui manducare panem.
Ipse est obolus argenti quia breue est et eloquium domini est habitantis
in corde credentis. Quia enim dixerat superius dedisse se cibos domui
aaron de uictimis ueteris testamenti ubi ait. Dedi domui patris
tui omnia que sunt ignis filiorum israhel in escam. Hec quippe fue
rant sacrificia iudeorum, ideo hic dixit manducare panem, quod est in
nouo testamento sacrificium christianorum.

De iudicato sacerdotio et regno que cum in eternum dicantur statuta
non permanent ut alia intelligantur correspondere. Capitulum VI.

Cum igitur hec tanta tunc altitudine prenuntiata sint: tanta
nunc magnifestatione clarescant. Non frustra tn̄ moueri qs
piam potest ac dicere: quō confidimus uenire omnia quæ
libris illis uentura predicta sunt. si hoc ipm̄ quod ibi diuinitus dcm̄
est domus tua et domus patris tui transibunt coram me in eternum
effectum hr̄e non potuit. Qm̄ uidemus illud sacerdotiū fuisse mutatū
et quod illi domui pmissum est nec sperari aliqn̄ complendum: qa
illud quod ei reprobato mutatoq; succedit. hoc potius predicatur æ
ternum. Hoc qui dicit nondum intelligit aut non recolit. et ipsum
scdm ordinem aaron sacerdotiū tanquā umbram futuri eterni sa
cerdotij constitutum. Ac per hoc qn̄ eternitas ei promissa est non
ipsi umbre ac figure. sed ei quod per ipsam adumbratur figuraba
turq; promissum est. Sed ne putaret ipsa umbra esse mansura ideo
etiā mutatio eius debuit pphetari. Regnū quoq; isto modo et Saulis
ipsius qui certe reprobatus atq; reiectus est futuri regni erat umbra ī
eternitate mansuri. Oleum quippe illud quo unctus est et ab eo chris
mate christus est dictus mystice accipiendum et magnum sacmentū
intelligendum ē. qd̄ in eo tantum ueneratus est ipse Dauid ut percusso
corde pauitauit qn̄ in tenebroso occultatus antro. quo et Saul urgente
intrauerat necessitate nature exiguam particulam uestis eius retror
sum latenter abscidit ut hr̄et unde monstraret quō ei pepercerit cum
posset occidere atq; ita suspitionem de aīo eius qua semen Dauid
putans inimicum suum uehementer persequebat' auferret. Neque
ita reus esset tanti sacramenti in Saule uiolati. qa uel etiā indumen
tum eius sic extimuit. Ita enī scriptum ē. Et percussit cor Dauid super
eum qui abstulit pinnulam clamydis eius. Viri autē qui cum illo e
rant ut Saulem in manus suas traditum interimeret suadebant. Nō
mihi inqt contingat a dn̄o si fecero hoc uerbum dn̄o meo xp̄o dn̄i
inferre manum meam sup eum quia xp̄us dn̄i est hic. Huic ergo um
bre futuri non pp̄ter ipsam sed pp̄ter illud quod prefigurabat tanta
ueneratio exhibebatur. Vnde et illud quod ait Sauli Samuhel qm̄
non seruasti mandatum meū quod mandauit tibi dn̄s. queadmodū
parauerat dn̄s regnum tuū usq; in eternū sup isrl' et nunc regnū tuū
non stabit tibi et queret dn̄s sibi hoiem scdm cor suum et mandabit
ei dn̄s esse in principem sup pplm suū qa non custodisti que mādauit
tibi dn̄s. Non sic accipiendum ē ac si ipsum Saulem deus in eternum
pparauerit regnaturum et hoc postea noluerit seruare peccanti. Neq;

enim peccaturum esse nesciebat. Sed preparauerat regnum eius in quo figura esset regni eterni. Ideo addidit. Et nunc regnum tuum non stabit tibi. Stetit ergo et stabit quod in illo significatum est. sed non huic stabit quia non in eternum ipse fuerat regnaturus, nec progenies eius ut saltem per posteros alterum alteri succedentes uideretur impleri quod dictum est in eternum. Et queret inquit dominus sibi hominem siue Dauid siue se ipsum mediatorem significans testamenti noui, qui figurabatur in chrismate et quo unctus est ipse Dauid et progenies eius. Non autem quasi nesciat ubi sit ita sibi hominem deus querit. Sed per hominem more hominum loquitur quia et sic loquendo nos querit. Non solum enim deo patri uerum ipsi quoque unigenito eius qui uenit querere quod perierat usque adeo iam eramus noti ut in ipso essemus electi ante constitutionem mundi. Queret sibi ergo dixit. suum habebit. Unde in latina lingua hoc uerbum accipit prepositionem et adquirit dicitur quod satis apertum est quid significet. quamquam et sine additamento prepositionis querere intelligatur adquirere. ex quo lucra uocantur et questus.

De disruptione regni israhelitici qua prefiguratur perpetua diuisio israhelis spiritualis ab israhelis carnalis. Capitulum VII.

Rursum peccauit Saul per inobedientiam. Et rursus Samuhel in uerbo domini ait illi. Quia spreuisti uerbum domini spreuit te dominus ut non sis rex super israhel. Et rursus pro eodem peccato cum illud confiteretur et ueniam precaretur rogaretque Samuhelem ut reuerteretur cum illo ad placandum deum. Non reuertar inquit tecum, quia spreuisti uerbum domini et spernet te dominus ne sis rex super israhel. Et conuertit Samuhel faciem suam ut abiret. Et tenuit Saul pinnulam diploidis eius et dirupit eam. Et dixit ad eum Samuhel. Dirupit dominus regnum ab israhel de manu tua hodie et dabit proximo tuo bono super te. Et diuidetur israhel in duo et non conuertetur neque penitebit eum, quoniam non est sicut homo ut peniteat eum. Ipse minatur et non permanet. Iste cui dicitur spernet te dominus ne sis rex super israhel et dirupit dominus regnum ab israhel de manu tua hodie. Quadraginta regnauit annos super israhel tanto scilicet spatio temporis quanto et ipse Dauid. Et audiuit hoc primo tempore regni sui ut intelligamus ideo dictum quia nullus de stirpe eius fuerat regnaturus. Et respiciamus ad stirpem Dauid unde exortus est secundum carnem mediator dei et hominum homo christus iesus. Non autem habet scriptura

quod in plerisque latinis codicibus legitur. Dirupit dominus regnum israhel de manu tua. Sed sicut a nobis positum est inuentum in grecis. Dirupit dominus regnum ab israhel de manu tua. ut hoc intellegatur de manu tua quod est ab israhel. ipsi ergo israhel personam figurate gerebat homo iste. qui populi regnum fuerat amissurus. xpo iesu domino nostro per nouum testamentum non carnaliter sed spiritaliter regnaturo. de quo cum dicitur. Et dabit proximo tuo ad carnis cognationem id refertur. Ex israhel enim xpus secundum carnem. unde et Saul. Quod uero additur bono super te. potest quidem intellegi meliori te. Nam et quidam sic sunt interpretati. Sed melius sic accipitur bono super te. ut quia ille bonus est. ideo sit super te. Iuxta illud aliud propheticum. donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis. et in quibus est et israhel. cui suo persecutori regnum abstulit xpus. quamuis fuerit illic et israhel in quo dolus non erat. quoddam quasi frumentum illarum palearum. Nam utique inde erant apostoli. inde tot martyres. quorum prior Stephanus. inde tot ecclesie quas apostolus Paulus commemorat in conuersione eius magnificantes deum. De qua re non dubito intellegendum esse quod sequitur. Et diuidetur israhel in duo. in israhel scilicet inimicum xpo. et in israhel adherentem xpo. in israhel ad ancillam. et in israhel ad liberam pertinentem. Nam ista duo genera primo simul erant. uelut cum Abraham adhuc adhereret ancille. donec sterilis per xpi gratiam fecundata clamaret. Eice ancillam et filium eius. Propter peccatum quidem Salomonis regnante filio eius Roboam. scimus Israhel in duo esse diuisum. atque ita perseuerasse habentibus singulis partibus reges suos. donec illa gens tota a caldeis esset ingenti uastatione subuersa atque translata. Sed hoc quid ad Saulem. cum si tale aliquid comminandum esset. ipsi Dauid fuerit comminandum. cuius erat filius Salomon. Postremo nunc inter se gens hebrea diuisa non est. sed differenter in eiusdem erroris societate dispersa per terras. Diuisio uero illa quam deus super persona Saulis illius regni et populi figuram gerentis eidem regno populoque minatus est eterna atque inmutabilis significata est. per hoc quod adiunctum est. Et non conuertetur neque penitebit eum. quoniam non est sicut homo ut peniteat eum. Homo uero minatur et non permanet non autem deus. qui non penitet sicut homo. Ubi enim legitur quod peniteat eum. mutatio rerum significatur inmutabili prescientia manente diuina. Ubi ergo non penitere dicitur

non mutare intelligitur. Prorsus insolubilem uidemus per hec uerba
prolatam diuinitus fuisse sententiam, de ista diuisione ppli israhel
et omnino ppetuam. Quicumq; enī ad xp̄m transierunt, uel transibt.
inde non erant, inde, scdm dei presciam, non scdm gnūs humani unā
eandemq; naturā. Prorsus quicumq; ex israhelitis adherentes xp̄o per-
seuerant in illo, numq̄ erunt cum eis israhelitis, qui eius inimici usque
in finem uite huius esse psistunt. sed in diuisione que hic pnuntiata
est, ppetuo permanebunt. Nihil enī pdest testamentum uetus, de
monte Syna in seruitutem gnāns, nisi testimonium phibet testa^to^
nouo. Alioqn q̄m diu legit̄ Moyses, uelamen sup corda eoꝝ positū
est. Cum autē inde quisq; transierit ad xp̄m aufertur uelamen.
Transeuntium quippe intentio ipsa mutatur de uetere ad nouum.
ut non iam quisq; intendat accipe carnalem, sed spūalem felicita-
tem. Propter quod ipse magnus ppheta Samuhel anteq̄ unxisset re-
gem regem Saul, qm̄ exclamauit ad dn̄m pro israhel, et exaudiuit
eum. Et cum offerret holocaustum, accedentibus alienigenis ad pu-
gnam contra pplm dei, tonuit dn̄s super eos et confusi sunt, et offen-
derunt coram isrl̄ atq; supati sunt. Assumpsit lapidem unum et sta-
tuit illum inter Massephat nouam et ueterem et uocauit nomen ei⁹
Abenezer quod est latine lapis adiutoris, et dixit usq; ad huc adiu-
uit nos dominus. Massephat interpretat̄ intentio. lapis ille adiuto-
ris medietas est saluatoris, per quē transeundum est, A Massephat
uetere ad nouam. i. ab intentione qua expectabatur in carnali reg-
no btītudo falsa carnalis, ad intentionem qua per nouum testame-
tum expectatur in regno celoꝝ btītudo uerissima spūalis, qua q̄m
nihil est melius, hucusq; nos adiuuat deus:

De promissionibus ad Dauid in filio eius, que nullatenus in Salomōe
sed plenissime inueniuntur in christo: Capitulum. viii;

IAm nunc uideo esse demonstrandum, qd ipsi Dauid qui
Sauli successit in regnū cui⁹ mutatione finalis illa mutatio
figurata est, pp̄ter qd diuinitus cuncta dicta, cuncta conscri-
pta sunt deus pmisit, quod ad rem quā agimus ptinet. Cum Regi
Dauid multa psp̄era prouenissent, cogitauit deo facere domum tem-
plum illud s. excellentissime diffamatum, quod a rege Salomone
filio eius postea fabricatum est. Hoc eo cogitante, factum ē uerbum
est uerbum dei ad Nathan pphām qd perferret ad regē. Ubi cum
dixisset deus, q non ab ipso Dauid sibi edificaret̄ domus, neq; per

tantum tempus se mandasse cuiquam in populo suo uti sibi fieret domus cedrina. Et nunc inquit haec dices seruo meo Dauid. Haec dicit dominus omnipotens. Accepi te de ouili ouium ut esses in ducem super populum meum israel. et eram tecum in omnibus in quibus ingrediebaris. et exterminaui omnes inimicos tuos a facie tua. Et feci te nominatum secundum nomen magnorum qui sunt super terram. Et ponam locum populo meo israel. et plantabo illum et habitabit seorsum. et non sollicitus erit ultra. et non apponet filius iniquitatis humiliare eum. sicut ab initio. a diebus quibus constitui iudices super populum meum israel. et requiem tibi dabo ab omnibus inimicis tuis. Et nuntiauit tibi dominus. quoniam domum aedificabis ipsi. et erit cum repleti fuerint dies tui. et dormies cum patribus tuis. et suscitabo semen tuum post te. qui erit de uentre tuo. et preparabo regnum eius. Hic edificabit domum nomini meo. et dirigam domum illius usque in aeternum. Ego ero illi in patrem. et ille erit mihi in filium. Et si uenerit iniquitas eius redarguam illum in uirga uirorum. et in tactibus filiorum hominum. Misericordiam autem meam non amoueam ab eo sicut amoui a quibus amoui a facie mea. Et fidelis erit domus eius. et regnum eius usque in aeternum coram me. Et thronus eius erit erectus usque in aeternum. Hanc tam grandem promissionem qui putat in Salomone fuisse completam multum errat. Attendit ergo quod dictum est edificabit mihi domum. quoniam Salomon templum illud nobile struxit. Et non attendit fidelis erit domus eius et regnum eius usque in aeternum coram me. Attendat ergo et aspiciat Salomonis domum plenam mulieribus alienigenis colentibus deos falsos. et ipsum ab eis regem aliquando sapientem in eandem idolatriam seductum atque deiectum. Et non audeat existimare deum uel hoc promisisse mendaciter. uel talem Salomonem domumque eius futuram non potuisse prescire. Non hinc autem deberemus ambigere si non in Christo domino nostro qui factus est ex semine Dauid secundum carnem. iam uideremus ista compleri. ne inane atque inaniter hic alium aliquem requiramus sicut carnales iudei. Nam et ipsi usque adeo filium quem loco isto regi Dauid promissum legunt. intellegunt non fuisse Salomonem. ut eo qui promissus est tanta iam manifestatione declarato adhuc mirabili cecitate alium sperare se dicant.

Facta est quidem non nulla imago rei future et in Salomone in eo quod templum edificauit. et pacem habuit nomen suum. Salomon quippe pacificus est latine. et in exordio regni sui mirabiliter

laudabilis fuit. Sed eadem sua persona per umbram futuri prenun-
tiabat etiam ipse christum dominum non exhibebat. Unde quedam de
illo ita scripta sunt, quasi de illo iam predicta sint, dum scriptura
sancta etiam rebus gestis prophans quodammodo in eo figuram de-
liniat futurorum. Nam preter libros divine historie, ubi regnasse
narratur, psalmus etiam septuagesimus primus titulo nominis eius
inscriptus est, in quo tam multa dicuntur que omnino ei conveni-
re non possunt. Domino autem christo aptissima perspicuitate conve-
niunt ut evidenter appareat quod in illo figura qualiscumque adum-
brata sit. in isto autem ipsa veritas presentata. Notum est enim quibus
terminis regnum conclusum fuerat Salomonis. Et tamen in psalmo le-
gitur ut alia taceam. dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine
usque ad terminos orbis terre, quod in christo videmus impleri. A flu-
mine quippe dominandi sumpsit exordium ubi baptizatus a iohanne
eo demonstrante cepit agnosci a discipulis qui eum non solum
magistrum verum etiam dominum appellarunt. Nec ob aliud viven-
te adhuc patre suo David regnare Salomon cepit, quod nulli re-
gum illorum contigit. nisi ut hinc quoque satis eluceat non esse ipsum
quem prophetia ista presignat. que ad eius patrem loquitur dicens. Et erit.

Cum repleti fuerint dies tui, et dormies cum patribus tuis. Suscitabo
semen tuum post te qui erit de ventre tuo, et preparabo regnum illius.

Quo ergo propter id quod sequitur hic edificabit mihi domum. iste Sa-
lomon putabitur prophetatus, et non potius propter id quod precedit. Cum
repleti fuerint dies tui et dormies cum patribus tuis suscitabo seme
tuum post te. alius pacificus intelligitur esse promissus qui non ante
sicut iste sed post mortem David prenuntiatus est suscitandus.

Quamlibet enim longo interposito tempore iesus christus venerit, procul dubio
post mortem david cui sic est promissus venit qui non ante sicut iste sed
post mortem eius eum venire oportebat. qui edificaret domum deo,
non de lignis et lapidibus sed de hominibus quales illum edificare
gaudemus. Huic enim domui dicit apostolus, hoc est fidelibus christi.

Templum enim dei sanctum est quod estis vos:

Quod similis in psalmo octuagesimooctavo sit prophetia de christo his que
in regnorum libris Nathan prophetante premuntur; Capitulum · IX ·

Propter quod et in psalmo octogesimooctavo cui est ti-
tulus. Intellectus ipsi ethan. commemorantur promissiones
dei facte regi David. Et istis que in libro est regnorum sunt

posita quedam ibi similia dicunt' sicut est. Iuraui Dauid seruo meo
usq; in eternum pparabo semen tuum. et iterum. Tunc locutus es
filiis tuis et dixisti. Posui adiutorium super potentem et exaltaui
electum de plebe mea. Inueni Dauid seruum meū. oleo scō meo
unxi eum. manus enī mea auxiliabit' ei. et brachium meum cō
fortabit eum. non proficiet inimicus in eo. et filius iniquitatis
non apponet nocere ei. Et concidam inimicos eius et eos q oderūt
eum fugabo. Et ueritas mea et misericordia mea cum ipso. et in
nomine meo exaltabit' cornu. Et ponam in mari manum eius. et
in fluminibus dexteram eius. Ipse inuocabit me. pater meus es tu.
deus meus et susceptor salutis mee. Et ego primogenitum ponā illū
excelsum apud reges terre. In eternum seruabo ei miam meam. et
testamentum meum fidele ipsi. et ponam in seculum seculi semen
eius et tronum eius sicut dies celi. Quæ omnia de dnō ihesu intel
ligunt' qui recte intelligunt' sub nomine dauid pp̄ter formā serui
quam de semine Dauid idem mediator assumpsit de uirgine. Cō
tinuo etiā dr̄ de peccatis filiorum eius tale aliquid quale in regnorum
libro positum est. et quasi de Salomone procliuius accipit'. Ibi nan
q; hoc est in libro regnorum. Et si uenerit inquit iniquitas eius. redarguā
illum in uirga uirorum et in tactibus filiorum hoim. miam autem
meam non amoueam ab eo. tactibus significans plagas correctionis.
Unde illud est. Ne tetigeritis xpōs meos. quod quid est aliud. quam ne
leseritis. In psalmo uero cum ageret tamquam de Dauid. ut quidam eius
modi etiam ibi diceret. Si dereliquerint inquit filii eius legē meā.
et in iuditiis meis non ambulauerint. Si iustificationes meas pphana
uerint. et mandata mea non custodierint. uisitabo in uirga iniqui
tates eorum. et in flagellis delicta eorum. miam autē meam non dispgam
ab eo. Non dixit ab eis. cum loqueret' de filiis eius. non de ipso. sed dixit
ab eo. Quod bene intellectum tantundem ualet. Non enī xpī ipsius quod
est caput ecclie possent inueniri ulla peccata. que opus esset hūanis
correctionibus seruata mia diuinitus coherceri. sed in eius corpore
ac membris quod populus eius est. Ideo in libro regnorum iniqtas
eius dr̄. In psalmo autem filiorum eius. ut intelligamus de ipso dici.
qd' ammodo de corpore eius dr̄. Propter qd' etiam ipse de celo. cum
corpus eius qd' sunt fideles eius Saulus persequeret'. Saule inquit
Saule. quid me psequeris. Deinde in consequentibus psalmus. ne
q; nocebo inquit in ueritate mea. neq; pphanabo testamentum meū.

et que procedunt de labiis meis non reprobabo. Samel iuraui in sco meo si Dauid mentiar. Solet enim sic loqui scriptura. Quod autē non mentiatur adiungit et dicit. Semen eius in eternum manet. et sedes eius sicut sol in conspectu meo. et sicut luna pfecta in eternum et testis in celo fidelis :—

Qm̄ diuisa acta sunt in regno terrene hierusalem ab his que promiserat deus ut intelligeretur promissionis ueritas ad alterius regis et regni gloriam pertinere :— Capitulum — Decimum :—

POst hec tante promissionis ualidissima firmamenta ne putarent̄ in Salomone completa tanq̄ id speraret̄ nec inuenіretur. Tu u̇o inquit repulisti et ad nihilum deduxisti domine. Hoc quippe factum est de regno Salomonis in posteris eius usq; ad euersionem ipsius terrene hierl̄m que regni eiusdez sedes fuit. Et maxime illius templi labem quod fuerat a Salomōe constructum. Sed ne ob hoc putaretur deus contra sua pmissa fecisse continue subiecit. distulisti xpm̄ tuum. Non ergo est ille Salomon sed nec ipse Dauid si dilatatus est xpus dn̄i. Cum enī xpi eius dicerent̄ omnes reges mystico illo chrismate consecrati non solum a rege Dauid et deinceps sed ab illo etiā Saule qui populo eidem rex primus est unctus. Ipse quippe Dauid eum xpm̄ dn̄i appellat erat tamen unus christus uerus cuius ille figuram pphetica unctione gestabant. Qui scdm̄ opinionem hoim̄ qui eum putabant in Dauid uel in Salomone intelligendum differebat̄ in longum scdm̄ autem dispositionem dei uenturus suo tempore parabatur. Interea dum ille differt̄ quid factum sit de regno terrene hierl̄m ubi sperabat̄ utiq; regnaturus secutus iste psalmus adiunxit atq; ait. Euertisti testamentum serui tui pphanasti in terra sanctitatem eius. Destruxisti omnes macerias eius posuisti munitiones eius formidinem. Diripuerunt eum om̄s transeuntes uiam factus est opprobrium uicinis suis. Exaltasti dexteram inimicoꝝ eius auertisti adiutorium gladii eius et non es opitulatus ei in bello. Dissoluisti eum ab emundatione sedem eius in terra collisisti. Minuisti dies sedis eius pfudisti eum confusione. Hec oīa uenerunt super ancillam hierusalem in qua regnauerūt etiā non nulli filii libere regnum illud tenentes in dispositione temporaria. Regnum autez celestis hierl̄m cui⁹ erant filii in uera fide hn̄tes et in uero christo sperantes quō autem ista uenerunt sup illud regnū. index ē rex

gestarum, si legatur historia : Caplm · xi ·

De substantia populi dei que per susceptionem carnis in christo est, qui solus eruendi aiam suam ab inferis habuit ptatem :

Post hec autem pphetata ad precandum deum ppha couertitur. Sed et ipsa pcatio est. Usq; quo dne auertis in finem. subaudit faciem tua sicut alibi dicit. Nam ideo qdam codices non hnt auertis, sed auerteris. qnq possit intelligi auertis misericordiam tuam qua pmisisti Dauid. Qd autem dixit in fine quid est nisi usq; in finem. qui finis intelligendus est ultimum tps qn in christum iesum etia gens illa est creditura, ante que finem illa fieri oportebat que supius erumnosa defleuit. Propter quae et hic sequit. Exardescit sicut ignis ira tua memento que e mea substantia. Nihil hic melius q ipse ipse iesus intelligit substantia ppli eius ex quo natura est carnis eius. Non eni uane inquit constituisti omnes filios hoim. Nisi eni esset unus filius hominis, substantia israhel per quem filii hois liberantur multi filii hominum uane utiq; constituti essent omnes filii hoim. Nunc uo omnis quidem humana natura per pccm primi hois in uanitatem de ueritate collapsa est. Propter quod dicit alius psalmus. Homo uanitati similis factus est, dies eius uelut umbra pretereunt. Sed non uane constituit oms filios hoim quia et multos a uanitate liberat per mediatorem iesum, et quos liberandos non presciuit ad utilitate liberandorum et comparationem duarum inter se contrario ciuitatum, non utiq; uane in totius rationalis creature pulcherrima atq; iustissima ordinatione constituit. Deinde sequitur. Quis est homo qui uiuit et non uidebit mortem : Eruet aiam suam de manu inferi. Quis est iste nisi substantia israhel illa ex semine dauid xpus iesus, de quo dicit apls. Quod surgens a mortuis iam non moritur. et mors ei ultra non dnabitur. Sic eni uiuet et non uidebit mortem. Ut tn mortuus fuit, sed aiam suam eruerit de manu inferi. quo ppter quorundam soluenda inferna picula descenderat. Eruerit autem potestate illa de qua in euan dicit. Potestatem hbeo ponendi aiam meam et potestatem habeo iterum sumendi eam : Capm · xii ·

Ad quorum psona pertinere intelligenda sit flagitatio pmissorum de qbus in psalmo dicit ubi sunt misericordie dei antique :

Sed cetera psalmi huius que ita se hnt. ubi sunt misericordie tue antique dne. quas iurasti Dauid in ueritate tua. Memento

dn̄e obprobrij seruorum tuorum . quod continue in sinu meo multarum gentium quod exprobrauerunt commutationē xp̄i tui . Utrum ex persona dicta sint illorum israhelitarum qui desiderabant reddi sibi promissionem que facta est ad Dauid . an potius ex christianorum qui non secūdum carnem sed secūdum spiritum sunt israhelite merito queri pōt . Dicta sunt quippe ista uel scripta tp̄re quo fuit ethan . de cuius nomine titulum iste psalmus accepit . et idem tp̄us dauid fuit .

A c per hoc non diceret ubi sunt miserationes tue antique dn̄e . quas iurasti dauid in ueritate tua . nisi personā eorum in se prophetia trasfiguraret qui longe postea futuri erant . quibus hoc tempus esset antiquum qn̄ regi Dauid ista promissa sunt . Pōt autē intellegi . multas gentes qn̄ christianos persequebantur exprobrasse illis passionem xp̄i quā scriptura comutationem uocat . qm̄ moriendo inmortalis est factus . Pōt et commutatio xp̄i secūdum hoc accipi exprobrata israhelitis . quia cum eorum speraret futurus factus est gentium . Et hoc eis nunc exprobrant multe gentes . que crediderunt in eum per testamentum nouum . illis in uetustate remanentibus .

E t ideo dicatur . Memento dn̄e obprobrij seruorum tuorum . quia nō eos obliuiscente . sed potius miserante dn̄o . et ipsi post hoc obprobrium credituri sunt . Sed ille quē prius posui conuenientior sensus m uidetur . Inimicis enī xp̄i quibus exprobratur quod eos ad gentes transiens reliquerit christus incongrue uox ista coaptatur . Memento dn̄e obprobrij seruorum tuorum . Non enī serui dei nuncupandi sunt tales iudei . Sed eis uerba ista cōpetunt . qui cum graues humilitates psecutionum pro xp̄i nomine paterentur . recordari potuerant excelsum regnum . semini dauid fuisse promissum . et eius desiderio dicē non desperando . sed petendo querendo pulsando . ubi sunt miserationes tue antique dn̄e quas iurasti dauid in ueritate tua . Memento obprobrij seruorum tuorum quod cōtinui in sinu meo multarum gentium . hoc ē interioribus meis patienter tuli . qd̄ exprobrauerunt inimici tui dn̄e . quod exprobrauerunt cōmutationē xp̄i tui . non eam putantes cōmutationem . sed consumptionē . Quid est aūt memento dn̄e . nisi ut miserearis et pro tolerata patienter humilitate mea reddas celsitudinem . quam iurasti dauid in ueritate tua . Si aūt iudeis assignemus hec uerba . illi serui dei talia dicere potuerunt . qui expugnata terrena hierlm̄ . anteq̄ iesus xp̄us humanitus nasceretur in captiuita

tem ducti sunt intelligentes commutationem xpi qua scilicet non per eum terrena carnalisque felicitas qualis paucis annis regis Salomonis apparuit sed celestis ac spiritalis esset fideliter expetenda. Quam tunc ignorans infidelitas gentium cum dei populum exultabat atque insultabat esse captiuum. Quid aliud quam xpi commutationem sed scientibus nesciens exprobrabat. Et ideo quod sequitur ubi psalmus iste concludit benedictio in eternum fiat fiat uniuerso populo dei ad celestem hierusalem pertinenti siue in illis qui latebant in testamento uetere antequam reuelaretur nouum siue in his qui iam in testamento nouo reuelato manifeste pertinere cernuntur ad xpm satis congruit. Benedictio quippe domini in semine dauid non ad aliquod tempus qualis diebus Salomonis apparuit sed in eternum speranda est in qua certissima spe dicitur fiat fiat. Illius enim spei est confirmatio uerbi huius iteratio. Hoc ergo intelligens dauid ait in secundo regnorum libro unde ad istum psalmum digressi sumus. Et locutus es pro domo serui tui in longinquum. Ideo autem post paululum ait. Nunc incipe et benedic domum serui tui usque in eternum et cetera. quia tunc geniturus erat filium ex quo progenies eius duceret ad xpm per quem futura erat domus eius eterna eademque domus dei. domus enim dauid propter genus dauid. Domus enim dei eadem ipsa propter templum dei de hominibus factum non lapidibus ubi habitet in eternum populus cum deo. Ita ut deus sit implens populum suum et populus plenus suo deo cum deus erit omnia in omnibus. Ipse in pace premium qui uirtus in bello. Ideo cum in uerbis Nathan dictum sit. Et nuntiabit tibi dominus quoniam edificabis domum ipsi. postea dictum est in uerbis dauid quoniam tu domine omnipotens deus israel reuelasti aurem serui tui dicens domum edificabo tibi.

Hanc enim domum et nos edificamus bene uiuendo et deus ut bene uiuamus opitulando. Quia nisi dominus edificauerit domum in uanum laborant edificantes eam. Cuius domus cum uenerit ultima dedicatio tunc fiet illud quod hic per Nathan locutus est deus dicens. Et ponam locum populo meo israel et plantabo illum et inhabitabit seorsum et non sollicitus erit ultra et non apponet filius iniquitatis humiliare eum sicut ab initio a diebus quibus constitui iudices super populum meum israhel.

An promisse pacis ueritas illis temporibus possit adscribi quae sub Salomone fuerunt. Capitulum xiiii.

HOC tam magnum bonum quisquis in hoc seculo et in hac terra sperat insipienter sapit. An quisquam putabit in pace regni

Salomonis id esse completum. Pacem quippe illam scriptura in umbra futuri excellenti predicatione commendat. Sed huic suspitioni uigilanter occursum est. cum postea quam dictum est. Non apponet filius iniquitatis humiliare eum continuo subiectum. Sic ab initio a diebus quibus constitui iudices super populum meum israel. Iudices namque priusquam reges ibi esse coepissent. super illum populum fuerant constituti. ex quo terram promissionis accepit. Et utique humiliabat eum filius iniquitatis. hoc est hostis alienigena per illa interualla temporum quibus leguntur paces cum bellis alternasse. Et inueniuntur illic pacis tempora prolixiora quam Salomon habuit. qui quadraginta regnauit annos. Nam sub iudice qui est appellatus Aod octoginta anni pacis fuerunt. Absit ergo ut Salomonis tempora in hac promissione predicta esse credantur. Multo minus itaque cuiuslibet regis alterius. Non enim quisquam eorum in tanta quanta ille pace regnauit. Nec umquam omino gens illa regnum tenuit ut solicita non fuerit ne ab hostibus subderetur. quia in tanta mutabilitate rerum humanarum. nulli aliquando populo concessa est tanta securitas. ut huic uite hostiles non formidaret incursus. Locus ergo iste qui promittitur tam pacate ac secure habitationis eternus est æternusque debetur. in matre hierusalem libera. ubi erit ueraciter populus israhel. Hoc enim nomen interpretatur uidens deum cuius premii desiderio. pia per fidem uita in hac erumnosa peregrinatione ducenda est :~

De studio Dauid dispositione psalmorum. Capitulum. xiiii :

PRocurrente igitur per tempora ciuitate dei. primo in umbra futuri in terrena scilicet hierusalem regnauit Dauid. Erat autem Dauid uir in canticis eruditus. qui armoniam musicam non uulgari uoluptati sed fideli uoluntate dilexerit. eaque deo suo qui uerus est deus. mystica regi magno figuratione seruierit. Diuersorum enim sonorum rationabilis moderatusque concentus. concordi uarietate compactam bene ordinate ciuitatis insinuat unitatem.

Denique omnis fere prophetia eius in psalmis est. quos centum quinquaginta liber continet. quem psalmorum uocamus. in quibus nonnulli uolunt eos solos factos esse a dauid qui eius nomine inscripti sunt. Sunt autem qui putant non ab eo factos nisi qui prenotantur ipsius dauid. Qui uero habent in titulis ipsi dauid ab aliis factos. persone ipsius fuisse coaptatos. Que opinio uoce euangelica saluatoris ipsius refutatur ubi ait. quod ipse dauid in spiritu christum dixerit esse deum suum qui psalmus

centesimus nonus sic incipit. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et certe idem psalmus non habet in titulo ipsius dauid, sed ipsi dauid sicut plurimi. Mihi autem credibilius uidentur existimare qui omnes illos centum quinquaginta psalmos eius operi tribuunt, eumque aliquos prenotasse etiam nominibus aliorum, aliquid quod ad rem pertineat figurantibus. Ceteros autem nullius hominis nomen in titulis habere uoluisse, sicut ei uarietatis huius dispositionem quam latebrosam non tamen inanem dominus inspirauit. Nec moueri debet ad hoc non credendum quod nonnullorum nomina prophetarum qui longe post dauid regis tempora fuerunt, quibusdam psalmis in eo libro leguntur inscripta. et que ibi dicuntur uelut ab eis dici uidentur. Neque enim non potuit propheticus spiritus prophetanti regi dauid. hec etiam futurorum prophetarum nomina reuelare, ut aliquid quod eorum persone conueniret prophetice cantaret. Sic rex Iosias exorturus et regnaturus post annos amplius quam trecentos cuidam prophete qui etiam facta eius futura predixit, cum suo nomine reuelatus est:

An omnia que in psalmis de xpo et ecclesia prophetantur ad contextu huius operis coaptanda sint: Capitulum XV.

Nunc expectari a me uideo ut hoc loco libri huius aperiam, quid in psalmis dauid de domino ihesu xpo uel eius ecclesia prophetauerit. Ego autem ut hoc non ita faciam sicut uidetur ipsa expectatio postulare, quamuis iam in uno fecerim, copia quam inopia magis impedior. Omnia enim ponere uitande prolixitatis causa prohibeor. Vereor autem ne cum aliqua elegero multis qui ea nouerunt uidear magis necessaria preterisse. Deinde quia testimonium quod profertur de contextione totius psalmi debet habere suffragium, ut certe nihil sit quod ei refragetur, si non omnia suffragantur; ne more centonum ad rem quam uolumus tamquam uersiculos decerpere uideamus, uelut de grandi carmine quod non de illa re, sed de alia longe diuersa reperiatur esse conscriptum. Hoc autem in quocumque psalmo ut possit ostendi exponendus est totus, quod quanti operis sit et aliorum et nostra uolumina in quibus hoc fecerunt satis indicant. Legat ergo illa qui uoluerit et potuerit, et inueniet quot et quanta rex dauid idemque propheta de christo et eius ecclesia prophetauerit, de rege scilicet et ciuitate quam condidit.

De his que in quadragesimo quarto psalmo ad xpm et ecclesiam pertinentia aut aperte dicuntur aut tropice: Capitulum XVI.

Quamlibet eni de quacunq; re, ꝓprie sint atq; manifeste ꝓpheti-
ce locutiones necesse est ut eis etiã tropice misceantur que maxime
ꝓpter tardiores ingerunt doctoribus laboriosum disputandi
exponendiq; negocium. Quedam tñ xpm et ecclesiam ipsa prima
facie mox ut dicuntur ostendunt. et si ex ocio restant exponenda que
in eis minus intelliguntur. quale illud est in eodem psalmorum libro
E ructauit cor meũ uerbum bonũ dico ego opa mea regi. Lingua mea
calamus scribe uelociter scribentis. Speciosus forma pre filiis hoim.
diffusa est gratia in labiis tuis. ꝓpterea benedixit te deus in eternum.
A ccingere gladio tuo circa femur tuum potentissime. Specie tua
et pulcritudine tua intende prospe procede et regna. Propter ueri-
tatem et mansuetudinem et iustitiam. et deducet te mirabiliter de-
xtera tua. Sagitte tue acute ppli sub te cadent in corda inimicorum
regis. Sedes tua deus in secula sclorum. uirga directionis uirga re-
gni tui. Dilexisti iustitiã et odio habuisti iniquitatem. Propterea
unxit te deus deus tuus oleo exultationis pre participibus tuis. Myr-
rha et gutta et casia a uestimentis tuis a domibus eburneis ex quibus
te delectauerunt filie regum in honore tuo. Quis non hic xpm
quẽ predicamus. et in quem credimus. quilibet sit tardus agnoscat.
cum audiat deum cuius sedes est in scla seculorum. et unctum a deo
utiq; sicut ungit deus non uisibili, sed spũali atq; intelligibili chri-
smate. Quis eni tam tardus est in hac religione uel tam surdus adúer-
sus eius famam longe lateq; diffusam. ut xpm a chrismate hoc
ẽ ab unctione appellatum esse non nouit. Agnito autẽ rege christo
iam cetera que hic tropice dicta sunt. quõ sit speciosus forma
pre filiis hoim. quadam tanto magis amanda atq; miranda qnto
minus corporea pulchritudine. quis gladius eius. que sagitte. et
cetera isto modo non ꝓprie. sed tropice posita. iam subditus ei qui
regnat ꝓpter ueritatem et mansuetudinem et iustitiam inquirat
ex ocio. Deinde aspiciat eius ecclãm tanto uiro suo spãli connu-
bio et diuino amore coniunctam. de qua dicitur in his que sequuntur
A stitit regina a dextris tuis in uestitu de aurato circũ amicta uari-
etate. Audi filia et uide et inclina aurem tuã. et obliuiscere po-
pulum tuũ et domum patris tui. Qm concupiuit rex spẽm tuam
quia ipse est deus tuus. Et adorabunt te filie tyri. in muneribus
uultum tuum deprecabuntur diuites plebis. Omis gloria eius filie
regis intrinsecus in fimbreis aureis circũ amicta uarietate. Affe-

rentur regi uirgines post eam · proxime eius afferent͠ tibi · Afferent͠ cum leticia et exultatione · adducent͠ in templum regis. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii · constitues eos principes super omnem terrā · Meores erunt nominis tui in omni ḡnatione et ḡnatione · Proptēa ppli confite buntur tibi in eternum et in seculum seculi · Non opinor quenq̄m ita desipe · ut hic aliquā mulierculam predicari credant · atq; descri bi coniugem · uidelicet illius cui dctm̄ est · Sedes tua deus in secula seculoꝝ · uirga directionis uirga regni tui · Dilexisti iustitiā et odisti iniquitatem · Propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis pre participib; tuis · id est · Christum utiq; pre xpianis · Hi sunt enim participes eius · ex quoꝝ in omnibus gentibus unitate atq; concordia fit ista regina · sicut in alio psalmo de illa dr̄ · ciuitas regis magni ·
Ista est syon spūaliter · quod nomen latine interpretatum speculatio est · speculatur enī futuri speculi magnū bonum · quoniam illuc dirigit͠ eius intentio · Ipsa est et hierusalem eodem modo spūaliter ·
Vnde multa iam diximus · eius inimica ē ciuitas diaboli Babylon q̄ confusio interpretat͠ · ex qua tn̄ babylone regina ista in omnibus gen tibus regnatione liberat͠ · et a pessimo rege ad optimum regem · i · a diabolo transit ad xpm̄ · Propter quod ei dr̄ · obliuiscere populum tuum et domum patris tui · Cuius ciuitatis impie portio sunt et is rahelite sola carne non fide · inimici etiā ipsi magni huius regis eī q; regine · Ad ipsos ueniens et ab eis xpus occisus · magis alioꝝ factus est · quos non uidit in carne · Vnde p̄ cuiusdam psalmi pphetiam di cit ipse rex noster · Erues me de contradictionib; populi · constitues me in capite gentiū · pplus quem non cognoui seruiuit mihi · Popu lus ergo iste gentium · quem non cognouit xpus p̄ntia corporali · in quē tamen christum sibi annuntiatum credit · ut merito de illo di ceret͠ · In obauditu auris obaudiuit mihi · q̄a fides ex auditu est ·
Iste inq̄m populus additus ueris et carne et fide israhelitis · ciuitas est dei · que ipm̄ quoq; scdm̄ carnem peperit xpm̄ · q̄n in solis illis israhelitis fuit · Inde quippe erat uirgo Maria · in qua carnem xps ut homo esset assumpsit · De qua ciuitate psalmus alius ait · Mater syon et homo factus est in ea · et ipse fundauit eam altissimus · Quis est altissimus nisi deus · Ac per hoc xpus deus · anteq̄ in illa ciuitate per Mariam fieret homo · ipse in patriarchis et pphetis fundauit eā ·
Cum igit͠ huic regine ciuitati dei · tanto ante dictum sit p̄ pphiam · qđ iam uidemus impletum · pro patrib; tuis nati sunt tibi filii · con -

stitues eos principes super omnem terram. ex filiis quippe eius per omnem terram sunt ꝑpositi et patres eius. cum confiteantur ei ipsi concurrentes ad eam confessionem laudis eterne in seculum seculi. Procul dubio quicqd hic tropicis locutionibꝰ sub obscure dictum ē quoquomodo intelligatur. debet his rebus manifestissimis conuenire.

De his que ad sacerdotium christi in psalmo centesimo nono. et de his que in uigesimo primo ad passionem ipsius spectant; Capm. xvii.

Sicut etiam in illo psalmo ubi sacerdos christus quemadmodum hic rex apertissime predicatur. Dixit dn̄s dn̄o meo sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Sedere xp̄m ad dextrā patris creditur non uidetur. Eius etiā inimicos poni sub pedibus eius nondum apparet. id igitur apparebit in fine. etiā hoc nunc creditur. post uidebitur. Verum quod sequitur. Virgam uirtutis tue emittet dn̄s ex syon. et dn̄are in medio inimicorum tuorum. Ita clarum est. ut non solum infideliter sed etiā impudenter negetur. Et ipsi quippe fatentur inimici ex syon missam fuisse legem christi. quod euangelium nos uocamus. et eam uirgam uirgam uirtutis eius agnoscimus. Dominari uero eum in medio inimicorum suorum. i. ipsi inter quos dn̄atur dentibꝰ frendendo et tabescendo et nihil aduersus eum ualendo testantur. Deinde quod paulo post dicit. Iurauit dn̄s et non penitebit eum. quibus uerbis īmutabile futurum esse significat. quod adiungitur. tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. ex eo q̄ iam nusquam est sacerdotium et sacrificium secundum ordinem Aaron. et ubiq; offertur sub sacerdote xp̄o. quod ꝑtulit Melchisedech qn̄ benedixit Habraham. Quis ambigere ꝑmittitur de quo ista dicantur. Ad hec itaq; manifesta referuntur que paulo obscurius in eodem psalmo posita sunt. qn̄ recte intelliguntur. quod iam nos popularibꝰ sermonibus fecimus. Sicut in illo ubi humilitatem passionis sue per ꝑphetiam christus eloquitur dicens. Foderunt manꝰ meas et pedes meos. dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi uero considerauerunt et conspexerunt me. Quibus utiq; uerbis in cruce corpus significant extentum manibus pedibusq; confixis. et clauorum transuerberatione confossis. eoq; modo spectaculum considerantibus et conspicientibus prebuisse. Addens etiā diuiserunt sibi uestimenta mea et super uestem meam miserunt sortem. Que prophetia quemadmodum impleta sit. euangelica narrat historia. Tunc profecto et alia recte intelliguntur. que ibi minus aperte dc̄a sunt cum

Congruunt

congruunt his que tanta manifestatione claruerunt · presertim quia et
illa quae non transacta credimus · sed pn̄tia contuemur · sicut in eodē
psalmo leguntur tanto ante predicta · Ita nunc exhibita iam toto or
be cernunt᷑ · Ibi enī paulo post dr̄ · Commemorabunt᷑ et conuertentur
ad dn̄m uniuersi fines terre · Et adorabunt in conspectu eius uniuerse
pr̄ie gentium · qm̄ domini est regnum · et ipse dn̄abitur gentium ;

D e psalmo tertio et quadragesimo & quintodecimo et sexagesimo
septimo in quibus mors et resurrectio domini prophetantur ;

DE resurrectione quoq; eius nequaq̄m ¶ Capitulum · xviii :
psalmorum oracula tacuerunt · Nam quid est aliud · quod in
psalmo tertio ex persona eius canit᷑ · Ego dormiui et somnū
cepi et resurrexi qm̄ dn̄s suscipiet me · An forte quisq̄m ita desipit ·
ut credat uelut aliquid magnum nobis indicare uoluisse pphām
qd̄ dormierit et exurrexerit · nisi somnus iste mors esset · et euigila
tio resurrectio · quā de xp̄o sic oportuit pphetari · Et et in quadragesīō
multo manifestius id ostendit᷑ · ubi ex persona eiusdem mediatoris mo
re solito tanq̄ preterita narrant᷑ · que futura pphant᷑ · qm̄ que uentura
erant iam in predestinatione et pn̄tia dei uelut facta erant · qa certa
erant · Inimici inquit mei dixerunt mala mihi · qn̄ morietur et pi
bit nomen eius · Et si ingrediebat᷑ ut uideret uana locutus ē · Cor eius
congregabit iniquitatem sibi · Egrediebant᷑ foras · et loquebant᷑ simul
in unum · Aduersum me susurrabant omīs inimici mei · aduersum me
cogitabant mala mihi · Verbum iniquū disposuerunt aduersus me ·

N unqd qui dormit non adiiciet ut resurgat · Hic certe iam posita st̄
uerba hec · ut nihil aliud dixisse intelligat᷑ q̄ si dicet̄ · Nunquid qui
morit᷑ non adiiciet ut reuiuiscat · Superiora quippe demonstrant
mortem ipsius cogitasse et disposuisse inimicos eius · et hoc actum ēē
per eum qui ingrediebat᷑ ut uideret et egrediebat᷑ ut pderet · Cui aūt
hic non occurrat ex discipulis eius factus traditor Iudas · Quia ergo
facturi erant qd̄ moliebant᷑ · i · occisuri erant eum · ostendens illos uana
malitia frustra occisuros resurrecturum · sic adiecit hunc uersum
uelut dicet̄ · Quid agitis uani · quod urm̄ scelus erit · meus somnus
erit · Nunqd qui dormit non adiiciet ut resurgat · Et tamen eos
tam magnum nefas non impune facturos consequentibus indicat
uersibus dicens · Etenī homo pacis mee in quē speraui qui edebat panes
meos ampliauit sup me calcaneum · hoc est conculcauit me · Tu aūt
inquit dn̄e miserere mei et resuscita me · et reddam illis · Quis hoc

iam neget qui iudeos post passionem resurrectionemque xpisti de sedibus suis bellica strage et excidio funditus eradicatos uidet. Occisus enim ab eis resurrexit. et reddidit eis interim temporariam disciplinam. excepto quod non correctis seruat quando uiuos et mortuos iudicabit. Nam dominus ipse iesus istum ipsum traditorem suum per panem porrectum ostendens apostolis. hunc et uersum psalmi huius commemorauit. et in se dixit impletum. Qui edebat panes meos ampliauit super me calcaneum.

Quod autem ait in quem speraui. non congruit capiti sed corpori. Neque nesciebat eum ipse saluator de quo ante iam dixerat. Vnus ex uobis dyabolus est. Sed solet in se membrorum suorum transferre personam et sibi tribuere quod esset illorum. quia caput et corpus unus est xpistus.

Vnde illud est in euangelio. Esuriui et non dedisti mihi manducare. quod exponens ait. Quando uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis.

Se itaque dixit sperasse quod tunc sperauerant de iuda discipuli eius quando est connumeratus apostolis. Iudei autem quem xpistum sperant moriturum esse non sperant. ideo quem lex et prophete annuntiauerunt nostrum esse non putant. Sed nescio quem suum quem sibi alienum a mortis passione confingunt. Ideo mirabili uanitate atque cecitate uerba que posuimus non mortem et resurrectionem sed somnum et uigilationem significasse contendunt. Sed clamat eis etiam psalmus quintus decimus

Propter hoc iocundatum est cor meum et exultauit lingua mea. insuper et caro mea requiescet in spe. quoniam non derelinques animam meam in inferno nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Quis in ea spe diceret requieuisse carnem suam ut non derelicta anima sua in inferno. sed cito ad carnem redeunte reuiuisceret nec corrumperetur sicut cadauera corrumpi solent nisi qui tertio die resurrexit. Quod utique dicere non possunt de propheta et rege dauid. Clamat et sexagesimus septimus Deus noster deus saluos faciendi et domini exitus mortis. Quid apertius diceretur. Deus enim saluos faciendi dominus est iesus quod interpretatur saluator siue salutaris. Nam ratio nominis huius hec reddita est quando prius ex uirgine nasceretur dictum est. Et uocabis nomen eius iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. in quorum peccatorum remissionem quando sanguis eius effusus est. non utique oportuit eum de hac uita exitus alios habere quam mortis. Ideo cum dixisset deus noster deus saluos faciendi continuo subiunctum est. et domini exitus mortis. Vt ostenderetur moriendo saluos esse futuros. Sed minorando dictum est domini tamquam diceret. Talis est ista uita mortalium ut nec ipse

dominus aliter ab illa exiret nisi per mortem :~

De psalmo sexagesimo septimo in quo iudeorum pertinax infide litas declaratur :~ Capitulum . xix :~

Sed ut iudei tam manifestis huius prophetie testimoniis etiam rebus
ad effectum tam clarum certumque perductis omnino cedant. /non
Profecto in eis illud impletur quod in eo psalmo qui hunc
sequitur scriptum est. Cum enim illic ex persona Christi que ad eius passionem
pertinent prophetice diceretur, commemoratum est quod in evangelio pa
tuit. Dederunt in escam meam fel. et in siti mea potum mihi de
derunt acetum. Et uelut post tale conuiuium epulasque sibi huius
modi exhibitas mox intulit. Fiat mensa eorum coram ipsis in musci
pulam et in retributionem et in scandalum. Obscurentur oculi eorum
ne uideant et dorsum eorum semper incurua et cetera. que non
optando sunt dicta sed optandi specie prophetando predicta. Quid
ergo mirum si hec manifesta non uident? Quid mirum si celestia
non suscipiunt qui ut in terrena sint proni dorsum eorum semper
incuruum est? his enim uerbis translatis a corpore uitia significantur
animorum. Ista de psalmis hoc est de prophetia regis Dauid satis di
cta sint ut aliquis modus sit. Ignoscent autem qui hec legunt et cuncta
illa nouerunt. et de his que fortasse firmiora me pretermisisse uel in
telligunt uel existimant non querant :~

De regno ac merito Dauid :~ Capitulum . xx :~

Regnauit ergo Dauid in terrena hierusalem diuino multum
testimonio predicatus quia et delicta eius tanta pietate supe
rata sunt per saluberrimam penitendi humilitatem ut pro
sus inter eos sit de quibus ipse ait. Beati quorum remisse sunt ini
quitates et quorum tecta sunt peccata :~

De filio ipsius Salomone prophetia quae ad Christum pertinens inuenitur uel in eis libris qui ipsius scriptis copulantur uel in eis quos ipsius esse non dubium est :~ Capitulum . xxi :~

Post hunc regnauit eidem populo uniuerso Salomon eius filius,
qui ut supra dictum est patre suo coepit uiuente regnare. hic
bonis initiis malos exitus habuit. Quippe secunde res que sapi
entium animos fatigant, magis huic offuerunt quam profuit ipsa sa
pientia. et nunc deinceps memorabilis et tunc longe lateque lauda
ta. Prophetasse etiam ipse reperitur in suis libris qui tres recepti sunt
in auctoritate canonica. prouerbia. ecclesiastes. canticum canticorum.

Alii vero duo quorum unus sapientia alter ecclesiasticus dicitur propter eloquii nonnullam similitudinem ut Salomonis dicantur obtinuit consuetudo. Non autem esse ipsius non dubitant doctiores. Eos tamen in auctoritatem maxime occidentalis antiquitus recepit ecclesia. Quorum in uno qui appellatur salomonis passio christi apertissime prophetatur. Impii quippe interfectores eius commemorantur dicentes. Circumueniamus iustum quoniam insuauis est nobis et contrarius est operibus nostris et improperat nobis peccata legis et infamat in nos peccata disciplinae nostrae.

Promittit se scientiam dei habere et filium dei se nominat. factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum. grauis est nobis etiam ad uidendum quoniam dissimilis aliis uita illius et immutatae uiae eius. Tanquam nugaces estimati sumus ab illo. et abstinet se a uiis nostris quasi ab inmunditiis. prefert nouissima iustorum et gloriatur patrem deum se habere. Videamus ergo si sermones illius ueri sunt. et temptemus ea que uentura sunt illi. et sciemus que erunt nouissima illius. Si enim est iustus filius dei. suscipiet illum et liberabit illum de manibus contrariorum. Contumelia et tormento interrogemus illum ut sciamus reuerentiam illius et probemus patientiam ipsius. Morte turpissima condemnemus eum. Erit enim ei respectus ex sermonibus illius. Hoc cogitauerunt et errauerunt. Excecauit enim illos malitia ipsorum. In Ecclesiastico autem fides gentium futura predicitur isto modo. Miserere nostri dominator deus omnium et mitte timorem tuum super omnes gentes. Extende manum tuam super gentes alienas et uideant potentiam tuam. Sicut coram illis sanctificatus es in nobis. ita coram nobis magnificeris in illis et agnoscant te secundum quod et nos agnoscimus te. quia non est deus preter te domine.

Hanc optandi et precandi speciem prophetiam per ihesum christum uidemus impletam. Sed aduersus contradictores non tanta firmitate proferuntur que scripta non sunt in canone iudeorum. In tribus uero illis quos Salomonis esse constat et iudei canonicos habent ut ostendatur ad christum et ecclesiam pertinere quod in eis eiusmodi reperitur operosa disputatio necessaria est. que nos ultra quam oportet si nunc adhibetur extendit. Tamen quod in Prouerbiis legitur uiros impios dicere. Abscondamus in terra uirum iustum iniuste. absorbeamus uero eum tanquam infernus uiuentem. et auferamus eius memoriam de terra. possessionem eius preciosam apprehendamus. Non ita obscurum est ut de christo et possessione eius ecclesia sine laboriosa expositione non possit intelligi. Tale quippe aliquid et dominus ipse ihesus per euangelicam parabolam ostendit dixisse ma

los colonos. hic est heres. uenite occidamus eum et nra erit hereditas. Itē
q; illud in eodem libro quod iam ante pstrinximus cum ageremus de
sterili que peperit septem non nisi de xpo et eccla mox ut fuit pnun
tiatum consueuit intellegi ab eis qui xpm sapientiam dei esse nouerūt.
Sapientia edificauit sibi domum et suffulsit columnas septem. Im
molauit suas uictimas. Miscuit in cratere uinum suū. et parauit me
sam suam. Misit seruos suos conuocans cum excellenti predicatione
ad craterem dicens. Qui est insipiens diuertat ad me. Et inopibus
sensu dixit. Venite manducate de meis panibus et bibite uinum qd
miscui uobis. Hic certe agnoscimus dei sapientiā hoc est uerbum pri
coeternum in utero uirginali domum sibi edificasse corpus huanum
et huic tanqm capiti membra eccliam subiunxisse. Martyrum uicti
mas immolasse. ubi apparet etiā sacerdotium scdm ordinem melchi
sedech. insipientes et inopes sensu uocasse. quia sic dicit apls infir
ma huius elegit ut confunderet fortia. Quibus tamen infirmis quod
sequit dicit. Delinquite insipientiam ut uiuatis. et querite pruden
tiam ut habeatis uitam. Participem aut fieri mense illius ipm est in
cipere hre uitam. Nam et in alio libro qui uocat ecclesiastes ubi ait. nō
est bonum homini nisi qd manducabit et bibet. qd credibilius dicē
intellegit q quod ad participationem mense huius pertinet. quam
sacerdos ipse mediator testamenti noui exhibet scdm ordinem mel
chisedech de corpore et sanguine suo. Id enī sacrificium successit oi
bus illis sacrifitijs ueteris testamenti que immolabant in umbra futi
Propter qd etiam uocem illam in psalmo trigesimo et nono eiusdem
mediatoris per pphiam loquentis agnoscimus sacrificiū et oblationē
noluisti. corpus autē perfecisti mihi. quia pro illis omnibus sacficijs
et oblationibus corpus eius offertur. et ministrantibus participat. Nam
istum ecclstem in hac sententia manducandi et bibendi quā sepe repe
tit plurimumq; cōmendat non sape carnales epulas uoluptatis satis
illud ostendit ut ait. Melius est ire in domū luctus q ire in domum
potus. et paulo post. Cor inqt sapientium in domo luctus et cor insi
pientium in domo epularum. Sed illud magis cōmemorandum ex
istimo de hoc libro quod ptinet ad ciuitates duas unam dyaboli al
teram xpi et earum reges dyabolum et christum. Ve tibi terra inqt
cuius rex adolescens est et principes tui mane commedunt. Beata tu
terra cuius rex tuus filius ingenuorum et principes tui in tpr comedūt
in fortitudine. et non in confusione. Adolescentem dixit dyabolum.

propter et stultitiam et superbiam et temeritatem et petulantiam, ceteraque uitia que huic ętati assolent abundare. xpm autem filium ingenuorum sanctorum scilicet patriarcharum pertinentium ad liberam ciuitatem, ex quibus est in carne progenitus. Principes illius ciuitatis mane manducantes id est ante horam congruam, qui non expectant oportunam que uera est in futuro seculo felicitatem, festinanter beari huius seculi celeritate cupientes. Principes autem ciuitatis xpi tempus non fallacis beatitudinis patienter expectant. Hoc ait in fortitudine et non in confusione, quia non eos fallit spes de qua dicit apostolus. Spes autem non confundit. dicit et psalmus. Et enim qui te expectant non confundentur.

Iam enim canticum canticorum, spiritalis quedam sanctarum est uoluptas mentium in coniugio illius regis et regine ciuitatis, quod est christus et ecclesia. Sed hec uoluptas allegoricis tegminibus inuoluta est ut desideretur ardentius, uideaturque iocundius, et appareat sponsus, cui dicitur in eodem cantico. Equitas dilexit te. et sponsa que ibi audit, caritas in delitiis tuis. Tam cite multa transimus cura huius operis terminandi :

De Regibus post Salomonem siue in Iuda siue in Israhel : Capitulum xxii :

Ceteri post Salomonem reges hebreorum uix inueniuntur per aliqua enigmata dictorum suorum rerumue gestarum, quod ad xpm et ecclesiam pertineat prophetasse, siue in Iuda siue in Israhel. Sic enim appellate sunt illius populi partes ex quo propter Salomonis offensam, tempore filii eius Roboan qui patri successit in regnum, deo uindicante diuisus est.

Proinde tribus decem quas accepit Ieroboam seruus Salomonis, rex eis in Samariam constitutus, proprie uocabantur israhel. quamuis hoc uniuersi populi illius nomen esset. Duabus uero tribubus. Iude. scilicet et Beniamin que propter Dauid ne penitus regnum stirpis eius fuisset eradicatum, remanserant subiacentes ciuitati hierusalem. Iude nomen fuit, quia ipsa erat tribus unde dauid. Beniamin uero tribus altera ad idem regnum sicut dixi permanens erat. unde fuit Saul rex ante dauid. Sed simul iste due tribus ut dictum est Iuda uocabantur. et hoc nomine discernebantur ab israhel quod appellabantur proprie decem tribus habentes suum regem.

Nam tribus leui quoniam sacerdotalis erat dei non regum seruitio mancipata. tertia decima numerabatur. Ioseph quippe unus ex duodecim filiis israhel non unam sicut ceteri singulas, sed duas tribus fecit. Effrem et

Manassen. Verum tamen tribus leui ad regnum hierosolymitanum pertinebat.

Diuiso igitur populo primus regnauit in hierusalem Roboan rex Iuda filius

Salomonis. et in Samariam Ieroboan rex isrl' seruus Salomonis. Et cum uoluisset Roboan tamquam tyrannidem diuise illius partis bello psequi prohibitus est ppls pugnare cum fratribus suis, dicente deo per prophetam hoc fecisse. Unde apparuit nullum in ea re uel regis isrl' uel populi fuisse pccm, sed uoluntatem dei uindicantis impletam, qua cognita pars utraque inter se pacata conquieuit. Non enim religionis, sed regni fuerat facta diuisio :—

De Ieroboan qui impietate idolatrie subditum sibi ppłm pphanauit in quo tamen non destitit et pphetas inspirare et multos sub idolatrie crimine custodire :— Capitulum. xxiii.

Rerum rex israhel Ieroboan mente peruersa non credens deo quem ueracem promisso sibi regno datoque pbauerat timuit, ne ueniendo ad templum dei qd erat in Hierlm quo scdm diuinam legem sacrificandi causa uniuerse illi genti ueniendum fuit, seduceretur ab eo ppls et stirpi dauid tamquam regio semini redderet. Et instituit idolatriam in regno suo et populum secum simulacrorum cultu obstrictum nefanda impietate decepit. Nec tamen omnino cessauit deus non solum illum regem uerum etiam successores eius et impietatis imitatores ppłmque ipm arguere per pphetas. Nam ibi extiterunt et magni illi insignesque pphete qui etiam mirabilia multa fecerunt. Helyas et Helyseus discipulus eius. Ibi enim dicenti helye, dne pphetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, et ego relictus sum solus et querunt animam meam responsum est, illic esse septem milia uirorum qui non curuauerunt genu Baal :—

De uario utriusque regni hebreorum statu donec ambo populi in captiuitatem diuerso tempore ducerentur. uocato postea Iuda in regnum suum, quod nouissime in Romanorum transiit potestatem :— Capitulum. xxiiii.

Itemque in regno Iuda ptinente ad hierusalem etiam regum succedentium tpribus non defuerunt pphete sicut deo placebat eos mittere, uel ad pnuntiandum quod opus erat uel ad corripienda peccata, precipiendamque iustitiam. Nam et illic et si longe minus quam in israhel tamen extiterunt reges qui suis impietatibus deum grauiter offenderent et moderatis flagellis cum populo simul plecterentur. Piorum autem sane regum merita ibi non parua laudantur. In israhel autem reges et si alios magis alios minus omnes tamen reprobos legimus. Utraque igitur pars sicut iubebat diuina pudentia uel sinebat uariis et erigebatur psperitatibus.

et aduersitatibus premebatur. Et sic affligebatur non solum exterius uerum
& inter se ciuilibus bellis ut certis existentibus causis misericordia dei
uel ira patesceret donec eius indignatione crescente uniuersa gens
illa a chaldeis debellantibus non solum subuerteretur in sedibus suis
sed etiam ex maxima sui parte transferetur in terras assyriorum. prius
illa pars que uocabatur israel in tribubus decem. Postea uero iuda euersa
hierusalem et templo illo nobilissimo. In quibus terris per annos septuaginta
captiuum egit ocium. post quos inde dimissa templum quod euer-
sum fuerat instaurauit. Et quamuis plurimi ex eis in alienigenarum
degerent terris non habuit tamen deinceps duas regni partes et duos
diuersos in singulis partibus reges. Sed in hierusalem princeps eorum erat
unus. Atque ad dei templum quod ibi erat omnes undique ubicunque essent
et undecunque possent per cetera tempora ueniebant. Sed nec tunc
eis hostes ex aliis gentibus expugnatoresque defuerunt. Nam etiam ro-
manorum iam tributarios eos christus inuenit:

De prophetis qui uel apud iudeos postremi fuerunt uel quos circa
tempus natiuitatis xpi eis angelica prodit historia; Capitulum. XXV.

TOto autem illo tempore ex quo redierunt de Babylonia post
Malachiam Aggeum et Zachariam qui tunc prophetarunt
et Esdram non habuerunt prophetas usque ad Saluatoris aduen-
tum nisi alium Zachariam patrem Iohannis et Elizabeth eius ux-
orem xpi natiuitate iam proxima et eo iam nato Symeon senem
et Annam uiduam iamque grandeuam et ipsum Ipsum Iohannem
nouissimum iuuenis iam iuuenem xpm non quidem futurum
predixit sed tamen incognitum prophetica cognitione monstrauit. Propter
quod ipse dominus ait. Lex et prophete usque ad Iohannem. Sed istorum quoque
prophetatio ex euangelio nobis nota est ubi et ipsa uirgo mater domini
ante Iohannem prophetasse inuenitur. Sed hanc istorum prophetiam iudei re-
probi non accipiunt. Acceperunt autem qui ex eis innumerabiles euan-
gelio crediderunt. Tunc enim est uere israhel diuisus in duo diuisione
illa que per Samuelem prophetam. Sauli regi est inmutabilis pronuntiata.
Malachiam uero Aggeum et Zachariam et Esdram et iudei reprobi
in auctoritatem canonicam receptos nouissimos habent. Sunt enim et
scripta eorum sicut aliorum qui in magna multitudine prophetarum
per pauci scripserunt que auctoritatem canonis obtinent de quorum
predictis que ad xpm ecclesiamque eius pertinent non nulla mihi in
hoc opere uideo esse ponenda quod commodius fiet adiuuante domino

sequenti libro ne hunc tam prolixum ulterius oneremus : ~

Capitula libri Decimioctaui . Aurelii Augustini doctoris eximii Hypponen episcopi De Ciuitate dei : ~ Primum sequitur &c.

DECIMUS OCTAVUS . BEATI AVGVSTINI . EPISCOPI . DE CIVITATE DEI . LIBER . INCIPIT .

De his quae usque ad tempora saluatoris decem et septem uolumini
bus disputata sunt : Capitulum . Primum

De ciuitatum duarum quarum dei una huius
seculi est altera in qua nunc est quantum ad ho
minum genus pertinet et ista peregrina exor
tu et procursu et debitis finibus me scripturum
esse promisi. Cum prius inimicos ciuitatis dei
qui conditori eius Christo deos suos preferunt
et liuore sibi perniciosissimo atrociter inuident
christianis · quantum me adiuuaret eius gratia
refellissem · quod uoluminibus decem prioribus feci. De hac uero mea
quam modo commemoraui tripartita promissione decimum sequentibus
quatuor libris ambarum est digestus exortus. Deinde processus ab
homine primo usque ad diluuium libro uno qui est huius operis
quintusdecimus. Atque inde usque ad Abraham rursus ambe sicut in
temporibus ita et in nostris litteris cucurrerunt. Sed a patre Abraham us
que ad regum tempus israhelitarum ubi sextum decimum uolumen ab
soluimus. Et inde usque ad ipsius in carne saluatoris aduentum quous
que septimus decimus liber tenditur sola uidetur in meo stilo cucurisse
dei ciuitas cum in hoc seculo non sola cucurrerit sed ambe utique in genere

humano sicut ab initio simul suo procursu tempora uariauerint. Verum
hoc feci ut prius ex quo apertiores dei promissiones esse ceperunt usque
ad eius ex uirgine natiuitatem in quo fuerant que promittebantur
implenda sine interpellatione a contrario alterius ciuitatis ista
que dei est procurrens distinctius appareret: quamuis usque ad reuelationem
testamenti noui non in lumine sed in umbra cucurrerit.
Nunc ergo quod intermiseram uideo esse faciendum ut ex Abrahe temporibus
quo etiam illa cucurrerit quantum satis uidebitur attingam ut
ambe inter se possint consideratione legentium comparari : —

De terrene ciuitatis regibus atque temporibus quibus ab exortu Abrahe tempora supputata sunt : — Capitulum . II .

Societas igitur usquequaque mortalium diffusa per terras et in
locorum quantis diuersitatibus unius tamen eiusdemque nature
quadam communione deuicta utilitates et cupiditates
suas quibusque sectantibus dum id quod appetitur aut nemini aut non
omnibus sufficit quia non est id ipsum aduersus se ipsam plerumque
diuiditur et pars partem que preualet opprimit. Victrici enim uicta
succumbit dominationi scilicet uel etiam libertati qualemcumque pacem preferens
ad salutem ut magne fuerunt admirationi qui perire quam seruire
maluerunt. Nam in omnibus fere gentibus quodammodo uox natura
ture personuit ut subiugari uictoribus mallent quibus contigit
uinci quam bellica omnifaria uastatione deleri. Hinc factum est ut
non sine dei prouidentia in cuius potestate est ut quisque bello sub
iugetur aut subiuget quidam essent regnis prediti quidam regnantibus
subditi. Sed inter plurima regna terrarum in qua terrene
utilitatis est diuisa societas quam ciuitatem mundi huius uniuersali
uocabulo nuncupamus duo regna cernimus longe ceteris prouenisse
clariora assyriorum primum deinde romanorum ut temporibus ita
locis inter se ordinata atque distincta. Nam quo illud prius hoc
posterius eo modo illud in oriente hoc in occidente resurrexit deinde
in illius fine huius initium confestim fuit regna cetera ceterosque
reges uelut appendices istorum dixerim. Ninus ergo iam secundus
rex assyriorum erat qui patri suo Belo successerat regni illius
primo regi quando in terra caldeorum natus est Abraham. Erat etiam
tempore illo regnum Sicyoniorum admodum paruum. A quo ille undecumque
doctissimus Marcus Varro scribens de gente populi romani uelut an
tiquo tempore exorsus est. Ab his enim Sicyoniorum regibus ad Athenienses

ses peruenit · a quibus ad latinos inde ad romanos · Sed ante conditam
romam in comparatione regni assyriorum per exigua ista memorantur.
Quamuis athenienses in grecia plurimum claruisse fateatur, et Salustius
romanus historicus, plus tamen fama quam re ipsa · Nam loquens de illis
atheniensium rebus inquit, res geste sicuti existumo satis ample ma
gnificeque fuere · uerum aliquanto minores tamen quam fama feruntur. Sed quia
prouenere ibi scriptorum magna ingenia, per terrarum orbem athe
niensium facta pro maxumis celebrantur, ita eorum qui fecere uirtus
tanta habetur, quantum eam uerbis potuere extollere · Accedit huic
ciuitati non parua etiam ex litteris et philosophis gloria, quod ibi potissimum
talia studia uiguerunt · Nam quantum attinet ad imperium, nullum
maius primis temporibus quam assyriorum fuit, nec tam longe lateque
diffusum · Quippe ubi Ninus rex Beli filius · uniuersam Asiam que
totius orbis ad numerum partium tertia dicitur, ad magnitudinem uero
dimidia repperitur, usque ad libye fines subegisse traditur · Solis quippe
indis in partibus orientis non dominabatur · quos tamen eo defuncto · Semi
ramis uxor eius est aggressa bellando · ita factum est · ut quicumque in
illis terris populi siue reges erant · assyriorum regno dicioni que parerent ·
et quicquid imperaretur efficerent · Abraham igitur in eo regno apud
caldeos · Nini temporibus natus est · Sed quoniam res grece multo sunt
nobis quam assyrie notiores et per grecos ad latinos ac deinde ad ro
manos qui etiam ipsi latini sunt, temporum seriem deduxerunt qui
gentem populi romani in originis eius antiquitate rimati sunt ·
Ob hoc debemus ubi opus est assyrios memorare reges ut appareat
quemadmodum Babylonia · quasi prima roma cum peregrina in
hoc mundo dei ciuitate procurrat · Res autem quas propter compara
tionem ciuitatis utriusque terrene scilicet et celestis · huic operi oportet
inserere · magis ex grecis et latinis ubi et ipsa Roma quasi secunda Ba
bylonia est · debemus assumere · Quando ergo natus est Abraham se
cundi reges erant apud assyrios Ninus apud Sycionios Europs · Pri
mi autem illic Belus · hic Egialeus fuerunt · Cum uero egresso Abraham
de Babylonia promisit ei deus ex illo magnam futuram gentem,
et in eius semine omnium gentium benedictionem, assyrii quartum
regem habebant · Sycionii quintum · Apud illos enim regnabat filius
Nini post matrem Semiramidem que ab illo interfecta perhibetur ·
ausa filium mater incestare concubitu · Hanc putant nonnulli con
didisse Babylonem · quam quidem potuit instaurare · Quando autem

uel quomodo condita fuerit in sexto decimo libro diximus. Filium porro Nini et Semiramidis qui matri successit in regnum quidam etiam ipsum Ninum quidam uero deriuato a matris uocabulo Ninam uocant. Sycioniorum autem regnum tunc tenebat Theeion quo regnante usque adeo ibi mitia et leta tempora fuerunt ut eum defunctum uelut deum colerent sacrificando et ludos celebrando quos ei primitus institutos ferunt.

Quibus regnantibus apud Assyrios atque Sycionios Abrahe centenario Ysaac sexagenario. Capitulum tertium.

Huius temporis etiam Isaac ex promissione dei natus est centenario patri filius Abrahe de Sarra coniuge que sterilis et anus iam spem prolis amiserat. Tunc et Assyriis quintus erat rex Arrius. Ipsi uero Ysaac sexagenario nati sunt Esau et Iacob quos ei Rebecca uxor peperit auo eorum Abraham adhuc uiuente centum septuaginta etatis annos agente qui expletis centum septuaginta quinque defunctus est regnantibus apud Assyrios Xerse illo antiquiore qui etiam Baleus uocabatur, et apud Sycionios Turiacho quem quidam Turimachum scribunt septimis regibus. Regnum autem Argiuorum simul cum Abrahe nepotibus ortum est. Ibi primus regnauit Inachus. Sane quod pretereundum non fuit etiam apud sepulchrum septimi sui regis Turiachi sacrificare Sycionios solere Varro refert. Regnantibus porro octauis regibus Armamitre Assyriorum Sycioniorum Leucippo et primo Argiuorum Inacho deus locutus est ad Isaac atque ipsi quoque eadem que patri eius duo illa promisit, semini scilicet eius terram Chanaam et in eius semine benedictionem cunctarum gentium. Hec ipsa promissa sunt filio eius nepoti Abrahe qui est appellatus primo Iacob post Israhel cum iam Belocus rex nonus Assyrie et Phoroneus Inachi filius secundus regnaret Argiuis Leucippo adhuc apud Sycionios permanente. His temporibus grecia sub Phoroneo argolico rege legum et iudiciorum quibusdam clarior facta est institutis. Phegous tamen frater huius Phoronei iunior cum esset mortuus ad eius sepulchrum templum est constitutum in quo coleretur ut deus et ei boues immolarentur. Credo honore eum tanto ideo dignum putarunt quia in regni sui parte. Pater quippe loca ambobus distribuerat in quibus eo uiuente regnarent. iste sacella constituerat ad colendos deos et docuerat obseruare tempora per menses atque annos quid eorum quatenus metirentur atque numerarent. Hec in eo noua mirantes

rudes adhuc homines morte vita deum esse factum sive opinati sunt sive voluerunt. Ista et Io filia Inachi fuisse perhibetur, que postea Isis appellata ut magna dea culta est in egypto. Quamvis alii scribant eam ex Ethiopia in egyptum venisse reginam, et quod late iusteque imperaverit, eisque multa commoda et litteras instituerit, hunc honorem illi habitum esse divinum, postea quam ibi mortua est. et tantum honorem ut capitali crimine reus fieret si quis eam fuisse hominem diceret :—

De temporibus Iacob et filii eius Ioseph :— Capitulum . IIII .

Regnantibus assyriorum decimo rege Baleo et Sycioniorum nono Messapo qui et Cephisos a quibusdam traditur si tamen duorum nominum homo unus fuit, Ac non potius alterum pro altero putaverant fuisse hominem qui in suis posuerunt scriptis alterum nomen, cum rex argivorum tertius Apis esset. Mortuus est Ysaac annorum centum octoginta. et reliquit geminos suos annorum centum et xx. Quorum minor Iacob, pertinens ad civitatem dei de qua scribimus, maiore utique reprobato habebat duodecim filios. Quorum illum qui vocabatur Ioseph mercatoribus in egyptum transeuntibus fratres adhuc Ysaac avo eorum vivente vendiderant. Stetit autem ante Pharaonem Ioseph quando ex humilitate quam pertulit sublimatus est. Et cum xxx. esset annorum quoniam somnia regis divine interpretatus prenuntiavit septem ubertatis annos futuros, quorum abundantiam prepollentem consequentes alii septem steriles essent consumpturi. Et ob hoc eum rex prefecerat egypto de carcere liberatum quo eum coniecerat integritas castitatis, quam fortiter servans male amanti domine et male credulo domino mentiture, veste etiam derelicta de manibus attrahentis aufugiens non consensit ad stuprum. Secundo autem anno septem annorum sterilium Iacob in egyptum cum suis omnibus venit ad filium annos agens centum et triginta, sicut interroganti regi ipse respondit, cum Ioseph ageret xxxix. ad triginta scilicet quos agebat quando a rege honoratus est additis septem ubertatis et duobus famis :—

De Api rege argivorum quem Egyptii Serapim nominatum divino honore coluerunt :— Capitulum . V .

His temporibus rex argivorum Apis navibus transvectus in egyptum cum ibi mortuus fuisset, factus est Serapis omnium maximus egyptiorum deus. Nominis autem huius cur non Apis et post mortem, Sed Serapis appellatus sit, facillimam rationem Varro reddit.

Quia enī arca in qua mortuus ponit̄ quod om̄s iam sarcofagū uocat̄ Soron dicit̄ graece. et ibi eum uenerari sepultum coeperant. p̄usq; templum eius esset extinctum. uelut soron et apis Sorapis primo deinde una littera ut fieri assolet comutata. Serapis dictus est. Et constitutum est etiā de illo ut quisquis eum hoīem fuisse dixisset capitalem penderet penam. Et qm̄ fere in omnibus templis ubi colebant̄ Isis et Serapis erat etiā simulacrum quod digito labiis impresso admonere uideret̄ ut silentium fieret. hoc significare idem Varro existimat ut hoīes eos fuisse taceret̄. Ille autem bos quē mirabili uanitate decepta egyptus in eius honorem delitiis affluentibus alebat qm̄ eum sine sarcofago uiuum uenerabant̄ apis non Serapis uocabat̄ quo boue mortuo qm̄ querebat̄ et repiebat̄ uitulus coloris eiusdem. hoc est albis quibusdam maculis similiter insignitus. mirum quiddā et diuinitus sibi procuratum esse credebant. Non enī magnum erat demonibus ad eos decipiendos fantasiam talis tauri quē sola cerneret ostentare uacce concipienti atq; pregnanti. Vnde libido matris attraheret quod in eius fetu iam corporaliter appareret. Sicut iacob de uirgis uariatis ut oues uariate et capre uarie nascerent̄ effecit. Qđ enim homines coloribꝰ et corporibus ueris. hoc demones figuris fictis facillime possunt animalibus concipientibus exhibere.

Quo regnante apud argiuos quo ue apud assyrios iacob in ægypto sit mortuus. Capitulum VI.

Apis ergo rex non ægyptiorum sed argiuorum mortuus est in egypto. Huic filius argus successit in regnū ex cuius noīe et argi et ex hoc argiui appellati sunt. Supioribus autem regibus nondum uel locus uel gens hēbat hoc nomen. Hoc regnāte apud argiuos apud uero Sycionios erato. Apud assyrios ūo manente Baleo mortuus est Iacob in egypto annorum centum quadraginta septem. Cum moriturus filios suos et nepotes ex Ioseph bn̄dixisset Christumq; apertissime p̄phetasset dicens. In benedictione Iude nō deficiet princeps ex Iuda. et dux de femoribus eius donec ueniant que reposita sunt ei. et ipse erit expectatio gentium. Regnante argo uix cepit uti frugibus grecia et hr̄e segetes in agricultura delatis aliunde seminibus. Argus quoq; post obitum deus haberi cepit. templo et sacrificiis honoratus. qui honor eo regnante ante illum delatus est homini priuato et fulminato cuidam momogyro eo qđ

prius ad aratrum boues iunxerit :— Quo regum tpre Ioseph in ægypto defunctus est :— capitulum. — vii.

REgnantibus assyriorum duodecimo Mamitho · et undecimo Sycioniorum plemmo · et Argis adhuc manente argo mortuus est Ioseph in egypto · annorum centum decem · post cuius mortem populus dei mirabiliter crescens · mansit in egypto centum quadraginta quinq; annos · tranquille prius · donec morerent͠ qbus Ioseph notus fuit. Deinde quia inuidebatur incrementis eius · erantq; suspecta · quousq; inde liberaret͠ persecutionibus · inter q̃s tamen diuinitus fecundata multiplicatione crescebat · et laboribus premebatur intollerabilis seruitutis. In assyria ũo et grecia per idem tps regna eadem permanebant :— Quorum regum etate Moyses natus sit · et quorum deorum hisdem temporibus sit orta religio :—

CVm ergo regnaret assyriis quartus ¶ Capitulum · viii. decimus Farus · et sycioniis duodecimus Orthopolis · et Criasus quintus argiuis · natus est in ægypto Moyses · p quem populus dei de seruitute egyptia liberatus est · in qua eum ad desiderandum sui creatoris auxilium sic exerceri oportebat. Regnantibus memoratis regibus · fuisse a quibusdam credit͠ Prometheus quem ppterea ferunt de luto formasse homines · quia optimus sapientie doctor fuisse phibeat͠. Nec tamen ostendit͠ qui eius tprib' fuerũt sapientes. Frater eius Athlas magnus fuisse astrologus dicit͠ · unde occasionem fabula inuenit · ut eum celum portare cõfingeret · quãuis mons eius nomine nuncupet͠ · cuius altitudine potius celi portio in opinione ʒ uulgi uenisse uideat͠. Multa quoq; alia ex illis in grecia temporibus confingi fabulosa ceperunt. Sed usq; ad cecropem regem Atheniensium · quo regnante eadem ciuitas etiam tale nomen accepit · et quo regnante · deus per Moysen eduxit ex egypto pplm suum · relati sunt in deorum nũm aliqui mortui · ceca ac uana consuetudine ac superstitione grecorum · in quib' Criasi regis coniunx Melantomice · et Forbas filius eorum qui post patre͠ rex argiuoꝝ sextus fuit. Et septimi regis Triope filius Iasus · et rex nonus Stenelas siue Steneleus uel Stenelus uarie quippe in diuersis auctoritatibus inuenit͠. His temporibus etiã Mercurius etiã fuisse phibetur nepos Athlantis ex Maia filia · q uulgatiores etiã littere personant · multarum aũt artium pitus claruit · quas et hominibus tradidit · quo merito eum post mortem deum esse uoluerunt ·

siue etiam credi. Posterior fuisse Hercules creditur ad ea tamen tempora pertinens argiuorum; quamuis non nulli eum Mercurio praeferant tempore, quos falli existimo. Sed quolibet tempore nati sunt, constat inter historicos graues, qui haec antiqua litteris mandauerunt, ambos homines fuisse, et quod mortalibus ad istam uitam commodius ducendam beneficia multa contulerunt, honores ab eis meruisse diuinos. Minerua uero longe his antiquior. Nam Ogygi temporibus ad lacum qui Tritonis dicitur uirginali apparuisse fertur etate. Vnde et Tritonia nuncupata est, multorum sane operum inuentrix, et tanto procliuius dea credita, quanto minus origo eius innotuit. Quod enim de capite Iouis nata canitur, poeticis potius fabulis non historiae rebusque gestis est applicandum. Quamquam Ogygius ipse quando fuit, cuius temporibus et diluuium magnum factum est, non illud maximum in quo nulli homines euaserunt, nisi qui in arca esse potuerunt, quod gentium nec greca nec latina nouit historia, sed tamen maius quam postea tempore Deucalionis fuit, inter scriptores historiae non conuenit. Nam Varro inde exorsus est librum, cuius mentionem supra feci, et nihil sibi ex quo perueniat ad res romanas proponit antiquius quam Ogygi diluuium, hoc est Ogygi factum temporibus. Nostri autem qui cronicam scripserunt, primus Eusebius, post Hieronymus, qui utique praecedentes aliquos historicos in hac opinione secuti sunt, post annos amplius quam trecentos iam secundo argiuorum Phoroneo rege regnante Ogygi fuisse diluuium commemorant. Sed quolibet tempore fuit, iam tamen Minerua tamquam dea colebatur regnante Atheniensibus Cecrope. Sub quo rege etiam ipsam uel instauratam ferunt uel conditam ciuitatem.

Quando Atheniensium sit ciuitas condita et quam causam nominis huius Varro perhibeat. Capitulum IX

Nam ut Athenae uocarentur, quod certe nomen a Minerua est, quae grece Athena dicitur, hanc causam Varro indicat. Cum apparuisset illic repente oliuae arbor et alio loco aqua erupisset, regem prodigia ista mouerunt, et misit ad Apollinem Delphicum sciscitatum quid intellegendum esset quidue faciendum. Ille respondit quod olea Mineruam significaret, unda Neptunum, et quod esset in ciuium potestate ex cuius nomine potius duorum deorum, quorum signa illa essent, ciuitas uocaretur. Isto Cecrops oraculo accepto ciues omnes utriusque sexus. Mos enim tunc in eisdem locis erat ut etiam feminae publicis consultationibus interessent, ad ferendum suffragium con-

uocauit. Consulta igitur multitudine mares pro Neptuno, femine pro
Minerua dixerunt. Tunc Neptunus iratus marinis fluctibus exestuantibus terras atheniensium populatus est, quoniam spargere latius quaslibet aquas difficile demonibus non est. Cuius ut iracundia placaretur tripli ci supplicio dicit idem autor ab atheniensibus affectas esse mulieres.
Vt nulla amplius ferret suffragia ut nullus nascentium maternum nomen accipet. Vt ne quis eas athenas uocaret. Ita illa ciuitas mater aut nutrix liberalium doctrinarum, et tot tantorumque philosophorum qua nihil habuit grecia clarius atque nobilius. ludificantibus demonibus de lite deorum suorum maris et femine, et de uictoria per feminas feminae
Athenas nomen accepit. Et a uicto lesa ipsam uictricis uictoriam punire compulsa est. plus aquas Neptuni quam Minerue arma formidans. Nam in mulieribus que sic punite sunt, et Minerua que uicerat nec affuit suffragatricibus suis ut suffragiorum deinceps perdita potestate et alienatis filiis a nominibus matrum athenas saltim uocari liceret. Et eius dee mereri uocabulum quod uiri deuictrice fecerant ferendo suffragium. Que et quanta hinc dici possent, nisi sermo ad alia properaret;

Quid Varro tardat de nuncupatione Ariopagi et de diluuio Deucalionis. Capitulum Decimum

Et tamen Marcus Varro non uult fabulosis aduersus deos fidem adhibere figmentis ne de maiestatis eorum dignitate indignum aliquid sentiat. Et ideo nec Areopagon ubi cum atheniensibus Paulus apostolus disputauit. ex quo loco Areopagite appellati sunt curiales urbis eiusdem uult inde accepisse nomen quod Mars qui grece Ares dicitur cum homicidii crimine reus fieret iudicantibus duodecim diis in eo pago sex sententiis absolutus est, quia ibi paris numeri sententie fuissent preponi absolutio damnationi solebat. Sed contra istam que multo amplius est celebrata opinionem aliam quandam de obscurarum notitia litterarum causam nominis eius conatur astruere. Ne areopagon athenienses de nomine martis et pagi quasi martis pagum nominasse credatur in iniuriam uidelicet numinum a quibus litigia uel iudicia existimat aliena. non minus hoc quod de Marte dicitur falsum esse asseuerans quam illud quod de tribus deabus Iunone scilicet et Minerua et
Venere que pro malo aureo adipiscendo apud iudicem paridem de pulchritudinis excellentia certasse narrantur. Et ad placandos ludis deos qui delectantur seu falsis istis criminibus suis inter theatricos plausus cantantur atque saltantur. Hæc Varro non credit ne deorum nature seu

moribus credat incongrua. Et tamen non fabulosam sed historicam ra
tionem de athenarum uocabulo reddens, tantam neptuni et Mineruę
litem suis litteris inserit de cuius nomine potius illa ciuitas uocaretur.
ut cum prodigiorum ostentatione contenderent inter eos iudicare nec a
pollo consultus auderet, sed deorum iurgium finiendum, sicut memo
ratarum trium dearum ad Paridem Iuppiter. Ita et iste ad homines mit
teret. ubi uinceret Mineruą suffragiis, et in pęna suarum suffragatricum
uinceret. que in aduersariis suis uiris obtinere athenas potuit, et amicas
suas foeminas habere non potuit. His temporibus ut Varro scripsit regnante
athenis Danao successore Cecropis, ut autem nostri Eusebius et Hieronymus
adhuc eodem Cecrope permanente diluuium fuit. quod appellatum
est deucallionis. eo quod ipse regnabat in earum terrarum partibus ubi
maxime factum est. Hoc autem diluuium nequaquam ad ægyptum atque ad
eius intima peruenit :~ Quo tempore Moyses populum dei de æ
gypto eduxerit et Iesu naue qui eidem successit quorum regum ętate
sit mortuus :~ Capitulum XI :

Duxit ergo Moyses ex egypto populum dei nouissimo tempore Ce
cropis atheniensium regis cum apud assyrios regnaret Ascades.
apud Sicyonios Maratus. apud arguios Triopas. Educto autem
populo in monte syna diuinitus acceptam tradidit legem, quod uetus
dicitur testamentum quia promissiones terrenas habet. et per iesum cristum
futurum fuerat testamentum nouum quo regnum celorum promitteretur.
Hunc enim ordinem seruari oportebat, sicut in uno quoque homine qui in de
um proficit id agitur quod ait apostolus ut non sit prius quod spiritale est, sed quod
carnale postea spiritale. Quoniam sicut dicit et uerum est. Primus homo de
terra terrenus, secundus homo de cęlo cęlestis. Rexit autem populum Moyses
per annos quadraginta in deserto, et mortuus est annorum centum et XX.
cum christum etiam prophetasset per figuras obseruationum carnalium in
tabernaculo et sacerdocio, et sacrificiis aliis, atque mysticis plurimisque
mandatis. Moysi successit Iesu naue, et in terram promissionis induc
tum populum collocauit. ex auctoritate diuina debellatis gentibus a quibus
eadem loca tenebantur. Qui cum populum rexisset post mortem mo
ysi uiginti et septem annis, etiam ipse defunctus est regnante apud as
syrios octauodecimo Aminta, apud Sicyonios sextodecimo Corace, a
pud arguios decimo Danao, apud athenienses quarto Ericthonio :~

De sacris falsorum deorum quę reges grecię illis temporibus instituerunt. quæ
ab exitu israel de egypto usque ad obitum iesu naue dinumerantur; C. XII :

PER hec tempora .i. ab exitu israhel ex ægypto usq; ad mortem ihu
naue per quem pplus idem terram promissionis accepit. sacra
sunt instituta diis falsis a regibus grecie. que memoriā diluuij
et ab eo liberati oīs hoīum uiteq; tunc erumnose, modo ad alta modo
ad plana migrantium solenni celebritate reuocarunt. Nam et lup
corum per sacram uiam ascensum atq; descensum sic interpretant̃,
ut ab eis significari dicant homines qui ꝓpter aque inundationem sū
ma montium petiuerunt. et rursus eadem conuientes ad ima redierūt.
His temporibus Dionysium qui etiā liber pater dictus est. et post mortē
deus hītus uitem ferunt ostendisse in attica terra hospiti suo. Tunc
appollini delphico instituti sunt ludi musici ut placaret̃ ira eius, qa
putabant afflictas esse sterilitate grǽcie regiones quia non defenderīt
templum eius quod rex Danaus cum easdem terras bello inuasisset in
cendit. Hos autem ludos ut instituerent oraculo sunt admoniti. In a
thica uero rex Ericthonius ei ludos primus instituit. nec ei tantum, sed
etiā Minerue. ubi primum uictoribus oleum ponebat̃, qꝑ eius fructus
inuentricem Mineruam sicut uini liberum tradunt. Per eos annos a re
ge Xantho cretensium cuius apud alios aliud nomen inuenimus, ra
pta ꝑhibetur europa. et inde geniti Radamantus Sarpedon et Minos
qđ magis ex eadem muliere filios Iouis esse uulgatum est. Sed talium
deorum cultores, illud quod de rege cretensium diximus historice
ueritati. hoc quod de Ioue poete cantant theatra concrepant populi
celebrant uanitati deputant fabularum ut essent unde ludi fierent
placandis numinibus etiam falsis eorum criminibus. His temporibꝰ
Hercules in syria clarus hēbatur. Sed nimirum alius non ille de quo
supra locuti sumus. Secretiore quippe historia plures fuisse dicunt̃
et liberi patres et hercules. Hunc sane herculem cuius ingentia duo
decim facta nūantur, inter que ãntei Affri necem non commemo
rant, qm̄ ea res ad alterum herculem ꝑtinet in oethea monte a se
ipso incensum ꝓdunt suis litteris, cum ea uirtute qua multa sube
gerat Morbum tamen quo languebat sustinere non posset. Illo tē
pore uel rex uel potius tyrannus Busyris suis diis suos hospites imo
labat quem filium perhibent fuisse Neptuni ex matre Libia filia
Epafi. Verum non credat̃ hoc stuprum perpetrasse Neptunus ne dij
accusent̃. sed poetis et theatris ista tribuant̃ ut sit unde placentur.
Ericthonii regis atheniensium, cuiꝰ nouissimis annis Iesus naue mor
tuus reperitur. Vulcanus et Minerua parentes fuisse dicunt̃. Sed qm̄

Mineruam uirginem uolunt in amborum contentione. Vulcanum cõmotum effudisse aiunt semen in terram. Atq; inde homini nato ob eam causam tale inditum nomen. greca eñi lingua eric cõtentio. ethon terra ē ex quibus duobo compositis uocabulum ē erictbonius.

Verum qđ fatendum est refellunt et a diis repellunt ista doctiores q hanc opinionem fabulosam hinc exortam ferunt. quia in templo Wlcani et Minerue quod ambo unum hebant athenis expositus inuentus ē puer dracone inuolutus. qui eum significauit magnũ futurum. et ꝓp cõmune templum cum essent parentes eius ignoti uulcani et minerue dcm̃ esse filium. Nominis tamen eius originem fabula illa potius q̃m ista designat historia. Sed quid ad nos: hoc in ueracibus libris homines instruat religiosos. Illud in fallacibus ludis demones delectet impuros. quos tamen illi religiosi tanq̃ deos colunt. Et cum de illis hec negant. ab omni eos crimine purgare non possunt. q̃m ludos eis poscentibus exhibent. ubi turpiter aguntur. que uelut sapienter negantur. Et his falsis ac turpibus dii placantur.

Vbi et si fabula cantat crimen numinum falsum. delectari tamen falso crimine crimen est uerum.

Quarum fabularum figmenta sint orta eo tp̃r quo hebreis iudices preesse ceperunt. Capitulum. xiii.

Post mortem iesunaue populus dei iudices habuit. quibus temporibus alternauerunt apud eos et humilitates laborum ꝑ eorum peccatis. et prosperitates consolationum ꝓpter miserationem dei. His temporibus fabule ficte sunt de Triptolomo ꝙ iubente Cerere unguibus portatus alitibus indigentibus terris frumenta uolando contulerit. De Minotauro qđ bestia fuit inclusa labirintho quo cum intrassent hoĩes in extricabili errore inde exire non poterant. De centauris quod equorũ hoĩumq; fuerit natura coniuncta. De cerbero ꝙ sit triceps inferorum canis. De frixo et helle eius sorore ꝙ uecti ariete uolauerit. De gorgone quod fuerit crinita serpentibus et aspicientes conuertebat in lapides. De bellero-fõnte ꝙ equo pennis uolante sit uectus qui equus pagasus dictus est. De amphione ꝙ cithare suauitate lapides mulserit et attraxerit. De fabro dedalo et eius Icaro filio qđ sibi coaptatis pennis uolauerint. De Edippo quod monstrum quoddam que spinga dicebatur humana facie quadrupes soluta que ab illa ꝓponi solet uelut insolubili questione suo precipitio perire cõpulerit.

De antheo quẽ necauit hercules ꝙ filius terre fuit ꝓpter qđ cadens

in terram fortior soleret assurgere. Et si qua forte alia pretermisi. Hæ
fabule bellum adusq; troianum ubi secundum librum Marcus Varro de
populi romani gente finiuit ex occasione historiarum quæ res uera-
citer gestas continent. Ita sunt ingeniis hominum ficte ut non sint
obprobriis numinum affixe. Porro autem quicunq; finxerunt a Ioue
ad stuprum raptum pulcherrimum puerum Ganimedem. Quod nefas
rex Tantalus fecit. Et Ioui fabula tribuit. uel danhnis per imbrem
aureum appetisse concubitum. ubi intelligitur pudicitia mulieris auro
fuisse corrupta. Que illis temporibus uel facta uel ficta sunt. aut facta
ab aliis et ficta de Ioue. dici non potest quantum mali de hominum presumpse-
rint cordibus quod possent ista patienter ferre mendacia. que tamen et
libenter amplexi sunt. Qui utiq; deuotius Iouem colunt. tanto eos qui
hæc de illo dicere ausi sunt seuerius punire debuerunt. Nunc uero
non solum eis qui ista finxerunt irati non sunt. sed ut talia figmenta
etiam in theatris agerent ipsos deos potius iratos habere timuerunt. His
temporibus Latona Apollinem peperit. non illum cuius oracula solere con-
suli superius loquebamur. sed illum qui cum Hercule seruiuit Amme-
to. qui tamen sic est deus creditus ut plurimi ac pene omnes unum eun-
demq; Appollinem fuisse opinentur. Tunc et liber pater bellauit in India
qui multas habuit in exercitu feminas que bacche appellate sunt. non
tam uirtute nobiles quam furore. Et aliqui sane et uictum scribunt istum
liberum et uinctum. non nulli et occisum in pugna a Perseo. nec ubi
fuerit sepultus tacent. Et tamen eius uelut dei nomine per immundos de-
mones bacchanalia sacra. uel potius sacrilegia sunt instituta. de quo-
rum rabiosa turpitudine post tam multos annos sic senatus erubuit
ut in urbe Roma esse prohiberet. Per ea tempora Perseus et uxor eius
Andromeda posteaquam sunt mortui. sic eos in celum receptos esse cre-
diderunt. ut imagines eorum stellis designare. eorumq; appellare nominibus
non erubescerent non timerent:

De theologis poetis: Capitulum xiiii:

Per idem temporis interuallum extiterant poete qui et theologi
dicerentur. quoniam de diis carmina faciebant. sed talibus diis qui
licet magni homines tamen homines fuerunt. aut mundi huius
quem uerus deus fecit elementa sunt. aut in principatibus et potestatibus
pro uoluntate creatoris et suis meritis ordinati. Et si quid de uno uero
deo inter multa uana et falsa cecinerunt. tamen colendo cum illo alios
qui dii non sunt eisq; exhibendo famulatum qui uni tantum debetur

deo non ei utiq; rite seruierunt nec a fabuloso deorum suorum dedecore
etiam ipsi se abstinere potuerunt. Orpheus. Museus. Linus. Verum isti
theologi deos coluerunt non pro diis culti sunt. quamuis Orpheum nescio
quo inferni sacris uel potius sacrilegiis preficere solebat ciuitas impiorum.
Vxor autem regis Adamantis quae uocabatur Io et eius filius Melicerte
spontaneo in mari perierunt. Et opinione hominum in deos relati
sunt. sicut alii homines eorum temporum Castor et Pollux. Illa sane
Melicertis matrem Leucothean graeci Matatam latini uocauerunt u
triq; tamen putantes deam :~

De occasu regni argiuorum quo tempore apud laurentes Picus Satur
ni filius regnum patris primus acceperit :~ Capitulum . XV.

PEr ea tempora regnum finitum est argiuorum translatum ad Mi
cenas. Vnde fuit Agamenon. et exortum est regnum lauren
tum. ubi Saturni filius Picus regnum primus accepit. iudicante
apud hebreos femina Debbora. Sed per illam dei spiritus id agebat.
Nam etiam prophetissa erat. cuius prophetia minus aperta est. quam ut possimus
eam sine diuturna expositione de christo demonstrare prolatam. Iam
ergo regnabant laurentes ubiq; in Italia. ex quibus euidentior ducitur
origo romana post grecos. Et tamen adhuc regnum Assyriorum perma
nebat. ubi erat rex uigesimus et tertius Lampares cum primus lau
rentum Picus esse cepisset. De huius Pici patre Saturno uiderint quid
sentiant talium deorum cultores qui negant hominem fuisse. de quo et
alii scripserunt quod ante Picum filium suum in Italia ipse regnauerit.
Et Virgilius notioribus litteris dicit. Is genus indocile et dispersum mon
tibus altis. Composuit legesq; dedit. latiumq; uocari Maluit his quoniam
latuisset tutus in oris. Aurea quae perhibent illo sub rege fuere Secula.
Sed hec poetica opinentur esse figmenta. et pici patrem Stercem potius
fuisse asseuerent. a quo peritissimo agricola inuentum fuit ut fimo
animalium agri fecundarentur. quod ab eius nomine stercus est dictum. Hunc
quidam sterculium uocatum ferunt. Qualibet autem ex causa Saturnum
appellare uoluerint. certe tamen hunc Stercen siue Sterculium merito a
griculture fecerunt deum. Picum quoq; similiter eius filium in talium
deorum numerum receperunt. quem preclarum augurem et belligeratorem
fuisse ferunt. Picus Faunum genuit laurentium regem. Sed etiam iste
deus illis uel est uel fuit :~

De Diomede post Troiae excidium in deos relato cuius socii traditi
sunt in uolucres esse conuersi :~ Capitulum ~ XVI.

Post ante troianum bellum diuinos honores mortuis hominibus detulerunt. Troia uero euersa et excidio illo usquequaque cantato puerisque notissimo quod et magnitudine sui et scriptorum excellentibus linguis insignitum diffamatum atque uulgatum est gestumque regnante iam latino fauni filio ex quo latinorum regnum dici cepit. Laurentumque cessauit. Greci uictores deletam troiam relinquentes et ad propria remeantes diuersis et horrendis cladibus dilacerati atque contriti sunt. Et tamen etiam ex eis deorum suorum numerum auxerunt. Nam et Dyomedem fecerunt deum. quem pena diuinitus irrogata perhibent ad suos non reuertisse eiusque socios in uolucres fuisse conuersos. non fabuloso poeticoque mendacio sed historie attestatione confirmant. quibus nec deus ut putant factus humanam reuocare naturam uel ipse potuit. uel certe a ioue suo rege tamquam celicola nouitius impetrauit. Quem etiam templum eius esse aiunt in insula dyomedea non longe a monte gargano et hoc templum circumuolare atque incolere has alites tam mirabili obsequio ut aqua impleant et aspergant. et eo si greci uenerint uel grecorum stirpe progenati non solum quietas esse uerum et insuper adulare. Si autem alienigenas uiderint subuolare ad capita tamquam grauibus ictibus ut etiam perimant uulnerare. Nam duris et grandibus rostris satis ad hec prelia perhibentur armate.

De incredibilibus hominum commutationibus quas Varro tradidit.

Hoc Varro ut astruat commemorat ¶ Capitulum . XVIII.

alia eque minus incredibilia de illa maga famosissima circe. que socios quoque Vlyxis mutauit in bestias. Et de arcadibus qui sorte ducti transnatabant quoddam stagnum atque ibi conuertebantur in lupos et cum similibus feris per illius regionis deserta uiuebant. Si autem carne non uescerentur humana rursus post nouem annos eodem renouato stagno reformabantur in homines. Denique nominatim etiam expressit quendam demenetum gustasse de sacrificio quod arcades immolato puero deo suo linceo facere solerent et in lupum fuisse mutatum et anno decimo in figuram propriam restitutum pugilatu sese exercuisse et olympiaco uicisse certamine. Nec idem propter aliud arbitratur historicus in arcadia tale nomen affictum pani linceo et ioui linceo nisi propter hanc in lupos hominum mutationem quia eam nisi ui diuina fieri non putarent. Lupus enim grece lycos dicitur unde lycei non apparet inflexum. Romanos autem Lupercos ex illorum misteriorum ueluti semine dicit exortos. Sed de illa tanta ludificatione demo

nium nos quid dicamus qui hec legent fortassis expectant. Et quid
dicemus nisi de medio babylonis esse fugiendum? quod preceptum
pheticum ita spũaliter intelligitur ut de huius seculi ciuitate que
profecto et angelorum et hoĩm societas impiorum est fidei passibus
que per dilectionem opatur in deum unum proficiendo fugiamus.
Quanto quippe in hec ima potestatem demonum maiorem uidemus
tanto tenacius mediatori est inherendum per quem de imis ad sũ
ma conscendimus. Si enĩ dixerimus ea non esse credenda non desunt
etiam nunc qui eiusmodi quedam certissima audisse uel etiã expertos
se esse asseuerant. Nam et nos cum essemus in italia audiebamus talia
de quadam regione illarum partium ubi stabularias mulieres ĩbutas
his malis artibus in caseo dare solere dicebant quibus uellent seu pos
sent uiatoribus unde in iumenta illico uerterent et necessaria que
q; portarent post que defuncta opera iterum redirent nec tñ in eis
mentem fieri bestialem sed rationalem humanamq; seruari. Sicut
Apuleius in libris quos asini aurei titulo inscripsit sibi ipsi accidisse
ut accepto ueneno humano animo permanente asinus fieret aut
indicauit aut finxit: — Quid credendum de transformatioĩ
bus que arte demonum hominibus uident accidere: Capitulum xviii

Hec autem falsa sunt uel tam inusitata ut merito non credan
tur. Firmissime tñ credendũ ẽ omnipotentem deum posse
omnia facẽ que uoluit siue in uĩdicando siue prestando
Nec demones aliqd operari scd̃m nature sue potentiam quia et ipse an
gelica creatura est licet proprio uitio sit maligna nisi quod ille per
miserit cuius iudicia occulta sunt multa iniusta nulla. Nec sane
demones naturas creant si aliquid tale faciunt de qualibus factis
ista uertitur questio sed specietenus que a uero deo sunt creata
cõmutant ut uideant esse quod non sunt. Non itaq; solum aĩm
sed nec corpus quidem ulla ratione crediderim demonum arte uel
ptate in membra uel liniamenta bestialia ueraciter posse conuerti.
Sed phantasticum hominis quod etiã cogitando siue somniando per
rerum innũabilia gnã uariat et cum corpus non sit corporum tñ
similes mira celeritate formas capit sopitis aut oppressis corporeis ho
minis sensibus ad aliorum sensum. Nescio quo ineffabili modo figurã
corporea posse pduci ita ut corpora ipsa hoĩm alicubi iaceant ui
uentia tamen sed multo grauius atq; uehementius q̃ somno suis sen
sibus obseratis. Phantasticum aũt illud ueluti corporatum in alicuius

animalis effigie appareat sensibus alienis · talisque etiam sibi esse homo ui
deatur · sicut talis sibi uideri possit in somnis · et portare onera quae
onera si uera sunt corpora · portantur a demonibus · ut illudatur hominibus,
partim uera onerum corpora · partim iumentorum falsa cernentibus.
Nam quidam nomine prestantius patri suo contigisse indicabat · ut
uenenum illud per caseum in domo sua sumeret · et iaceret in lecto suo
quasi dormiens · qui tamen nullo modo poterat excitari · Post aliquot autem
dies eum uelut euigilasse dicebat · et quasi somnia narrasse que pas
sus est · caballum se scilicet factum annonam inter alia iumenta baiulasse
militibus · que dicitur retica · quoniam ad retias deportatur · quod ita
ut narrauit factum fuisse compertum est · que tamen ei sua somnia
uidebantur. Indicauit et alius se domi sue per noctem antequam requi
esceret · uidisse ad se uenientem philosophum quendam sibi notissimum · si
bique exposuisse non nulla platonica · que antea rogatus exponere no
luisset · et cum ab eodem philosopho quesitum fuisset · cur in domo eius fece
rit · quod in domo sua petenti negauerat · non feci inquit · sed me
fecisse somniaui. Ac per hoc alteri per imaginem phantasticam exhi
bitum est uigilanti · quod alter uidit in somnis. Haec ad nos non quali
betcuiusque quibus credere putaremus indignum · sed eis referentibus per
uenerunt · quos nobis non existimaremus fuisse mentitos. Proinde quod
homines dicuntur mandatumque est litteris · a diis uel potius demonibus
arcades in lupos solere conuerti · et quod carminibus circes socios muta
uit Vlyxis · secundum istum modum mihi uidetur fieri potuisse · que dixi
si tamen factum est. Dyomedias autem uolucres quando quidem genus
earum per successionem propaginis durare perhibetur · non mutatis ho
minibus factas · sed subtractis credo fuisse suppositas · Sicut cerua pro
Iphigenia regis Agamenonis filia. Neque enim demonibus iudicio dei
permissis huiusmodi prestigie difficiles esse potuerunt. Sed quia illa
uirgo postea uiua reperta est · suppositam pro illa esse ceruam facile
cognitum est · Socii uero dyomedis quia nusquam subito comparuerunt
et postea nullo loco apparuerunt · perdentibus eos ultoribus angelis ma
lis · in eas aues que pro illis sunt occulte ex aliis locis ubi est hoc genus
ad ea loca perducte ac repente supposite · creduntur esse conuersi. Quod
autem diomedis templo aquam rostris afferunt et aspergunt · et quod blan
diuntur grecigenis atque alienigenas persequuntur · mirandum non est
fieri demonum instinctu · quorum interest persuadere deum factum esse dyo
medem ad decipiendos homines. Vt falsos deos cum ueri dei iniuria

multos colant et hominibus mortuis qui nec cum uiuerent uere uixerunt templis altaribus sacrificiis sacerdotibus que omnia cum recta sunt non nisi uni deo uiuo et uero debentur inseruiant :

Quod eo tempore Eneas in Italiam uenerit quo Lapdon iudex presidebat hebreis : — Capitulum . XIX :

Eo tempore post captam troiam atque deletam . Eneas cum uiginti nauibus quibus portabantur reliquie troianorum in Italiam uenit regnante ibi Latino et apud athenienses Menestheo apud sicyonios Polyphide . apud assyrios autem Tautane . apud hebreos autem iudex Lapdon fuit . Mortuo autem Latino regnauit Eneas tribus annis eisdem in supradictis locis manentibus regibus nisi quod sicyoniorum iam pelagus erat et hebreorum Sanson . qui cum mirabiliter fortis esset putatus est Hercules . Sed Eneam quoniam quando mortuus non comparuit deum sibi fecerunt latini . Sabini etiam regem suum primum Sancum siue ut aliqui appellant Sanctum retulerunt in deos . Per idem tempus Codrus rex atheniensium Peloponensibus eiusdem hostibus ciuitatis se interficiendum ignotius obiecit . et factus est hoc modo deus . quia eum predicant patriam liberasse . Responsum enim acceperant Peloponenses tunc demum se superaturos si eorum regem non occidissent . Fefellit ergo eos habitu paupertatis apparendo et in suam necem per iurgium prouocando . Vnde ait Virgilius . et iurgia codri . et ergo hunc athenienses tamquam deum sacrificiorum honore coluerunt . Quarto latinorum rege Siluio Enee filio non de Creusa de qua fuit Ascanius qui tertius ibi regnauit . sed de Lauinia Latini filia que post humum Eneas dicitur habuisse . assyriorum autem uicesimo et nono Oneo et Melanto athemensium sextodecimo . Iudice autem hebreorum Heli sacerdote . Regnum sicyoniorum consumptum est quod per annos nongentos quinquaginta et nouem traditur fuisse porrectum :

De successione ordinis regni apud israhelitas post iudices : — Capitulum XX :

Mox eisdem per loca memorata regnantibus israhelitarum regnum finito tempore iudicum a Saule sumpsit exordium quo tempore fuit propheta Samuel . Ab illo igitur tempore hi reges latinorum esse ceperunt quos cognominabant siluios ab eo quippe qui filius Enee primus dictus est Siluius ceteris subsecutus et propria nomina imponebantur . et hoc non defuit cognomen . sicut longe postea Cesares cognominati sunt qui successerunt Cesari Augusto . Reprobato autem Saule ne quisquam ex eius stirpe regnaret eoque defuncto Dauid

successit in regnum post annos ab Saulis imperio quadraginta. Tunc atheniensis habere deinde reges post Codri interitum destiterunt, et magistratus habere ceperunt administrande rei publice. Post Dauid qui etiam ipse quadraginta regnauit annos filius eius Salomon rex israhelitarum fuit, qui templum illud nobilissimum condidit. cuius tempore apud latinos condita est alba. ex quo deinceps non latinorum, sed albanorum reges appellari in eodem tamen latio ceperunt. Salomoni successit filius eius Roboan, sub quo in duo regna populus ille diuisus est. et singule partes suos singulos reges habere coeperant;

De regibus Latii quorum primus Eneas et duodecimus Auentinus dii facti sunt: Capitulum. xxi.

Latium post Eneam quem deum fecerunt undecim reges habuit, quorum nullus deus factus est. Auentinus autem qui duodecimo loco Eneam sequitur, cum esset prostratus in bello et sepultus in monte qui etiam nunc eius nomine nuncupatur, deorum talium quales sibi faciebant numero est additus. Alii sane noluerunt eum in prelio scribere occisum, sed non apparuisse dixerunt. nec ex eius uocabulo appellatum montem, sed ex aduentu auium dictum Auentinum. Post hunc non est deus factus in latio nisi Romulus conditor Rome. inter autem istum et illum reges repperiuntur duo, quorum primus est ut eum uirgiliano uersu loquar. Proximus ille procas troiane gloria gentis. cuius tempore quia iam quodammodo Roma parturiebatur illud omnium regnorum maximum assyrium finem tante diuturnitatis accepit. Ad medos quippe translatum est post annos ferme mille trecentos quinque ut etiam Beli qui Ninum genuit et illic paruo contentus imperio primus rex fuit tempora computentur.

Procas autem regnauit ante Amulium. Porro amulius fratris sui Numitoris filiam Ream nomine quae etiam Ilia uocabatur Romuli matrem Vestalem uirginem fecerat. quam nolunt de Marte geminos concepisse. isto modo stuprum eius honorantes uel excusantes et adhibentes argumentum quod infantes expositos lupa nutrierit. Hoc enim genus bestie ad martem existimant pertinere. ut uidelicet ideo lupa credatur admouisse ubera paruulis. quia filios domini sui martis agnouit. Quamuis non desint qui dicant cum expositi uagientes iacerent, Nescio a qua primum meretrice fuisse collectos et primas eius suxisse mamillas. Meretrices autem lupas uocabant. unde etiam nunc turpia loca earum lupanaria nuncupantur.

Et eos postea ad faustulum peruenisse pastorem · atque ab eius acca u-
xore nutritos · Quamquam si ad arguendum hominem regem qui eos in
aquam proici crudeliter iusserat · eis infantibus per quos tanta ciui-
tas condenda fuerat de aqua diuinitus liberatis per lactantem feram
deus uoluit subuenire · quid mirum est ? Amulio successit in regnum
latiale frater eius Numitor auus Romuli · cuius Numitoris primo
anno condita est Roma · Ac per hoc cum suo deinceps · i · Romulo
nepote regnauit : ·

Quod eo tempore Roma sit condita quo regnum assyriorum intercidit · et quo Ezechias regnauit in Iudea :

Ne multis morer · condita est ciuitas ¶ Capitulum · xxii ·
Roma uelut altera Babylon et uelut prioris filia Babylonis
per quam deo placuit orbem debellare terrarum · et in unam
societatem rei publice legumque perductum longe lateque pacare · E-
rant enim iam populi ualidi et fortes et armis gentes exercitate · que
non facile cederent · et quas opus esset ingentibus periculis et uasta-
tione rerum non parua atque horrendo labore superari · Nunc quando
regnum assyriorum totam Asiam subiugauit · licet bellando sit factum
non tamen multum asperis et difficilibus bellis quia rudes adhuc ad
resistendum gentes erant nec tamen multe nec magne · Siquidem post
illud maximum atque uniuersale iudicium · cum in arca Noe octo
soli homines euaserunt anni non multo amplius quam mille transierant
quando Ninus asiam totam excepta India subiugauit · Roma uero
tot gentes orientis et occidentis quas imperio romano subditas cer-
nimus non ea celeritate ac facilitate perdomuit · quoniam paulatim
crescendo robustas eas et bellicosas quaqua uersum dilatabatur ·
inuenit · Tempore igitur quo Roma condita est populus israhel habebat
in terra promissionis annos septingentos decem et octo · ex quibus
uiginti septem pertinent ad Iesum naue · deinde ad tempus iudicum
trecenti xxix · Et ex quo autem reges ibi esse coeperant anni erant
trecenti sexaginta duo et rex erat tunc in Iuda cuius nomen erat
Achaz uel sicut alii computant qui ei successit Ezechias quem qui-
dem constat optimum et piissimum regem Romuli regnasse temporibus ·
In ea uero hebrei populi parte que appellatur israhel regnare ceperat
Osee : ·

De Sibylla erithea que inter alias sibyllas cognoscitur de Christo euidentia multa cecinisse ; Capitulum · xxiii :

Eodem tempore nonnulli Sibyllam eritheam uaticinatam
ferunt · Sibyllas autem Varro prodit plures fuisse non unam ·

H aec sane erithea sibylla quaedam de Christo manifesta conscripsit,
quod etiã nos prius in latina lingua uersibus male latinis et non stan
tibus legimus per nescio cuius cuius interpretis imperitiam sicut post
cognouimus. Nam uir clarissimus Flaccianus qui etiã proconsul fu
it homo facille facundiae multaeq; doctrinae cum de christo colloquere
mur grecum nobis codicem ptulit carmina esse dicens Erithee sibylle.
ubi ostendit quodam loco in capitibus uersuum ordinem litterarum
ita se hñtem ut hec in eo uerba legerent. Iesus Christos theu uios soter.
quod est latine. Iesus christus dei filius saluator. Hi autem uersus
quorũ primae lrae istum sensum quẽ diximus reddunt sicut eos qui
dam latinis et non stantibus uersibus est inpretatus hoc continent :

I udicii signum tellus sudore madescet.
E celo rex adueniet per secula futurus.
S cilicet in carne presens ut iudicet orbem.
V nde deum cernent incredulus atq; fidelis.
C elsum cum sanctis eui iam termino in ipso.
S ic animae cum carne aderunt quas iudicat ipse.
C um iacet incultus densis in uepribus orbis.
R eicient simulacra uiri cunctam quoq; gazam.
E xuret terras ignis pontumq; polumq;.
I nquirens tetri portas effringet auerni.
S anctorum sed enĩ cunctae lux libera carni
T radet, sontes eternaq; flamma cremabit
O ccultos actus retegens tunc quisq; loquetur.
S ecreta atq; deus reserabit pectora luci.
T unc erit et luctus stridebunt dentibus omñs.
E ripitur solis iubar et chorus interit astris.
S oluetur celum lunaris splendor obibit.
D eiciet colles ualles extollet ab imo.
N on erit in rebus hoĩm sublime uel altum.
I am equant campis montes et cerula ponti.
O mnia cessabunt tellus confracta peribit.
S ic pariter fontes torrentur fluminaq; igni.
S ed tuba tum sonitum tristem dimittet ab alto.
O rbe gemens facinus miserum uariosq; labores.
T artareumq; chaos monstrabit terra dehiscens.
E t coram hic reges sistentur ad unum.

Recedet e celo ignisq; et sulphuris amnis .
In his latinis uersibus de greco ut cumq; translatis ibi non potuit ille sen
sus peurrere qui fit cum littere que sunt in eorum capitibus conne
ctuntur · ubi y littera in greco posita est quia non potuerunt latina uerba
inueniri que ab eadem littera inciperent et sententie conuenirent . Hi
aut sunt uersus tres quintus et octauus decimus et nonus decimus . De
niq; si litteras que sunt in capitibus omnium uersuum connectentes horu
trium que scripte sunt non legamus sed pro eis y litteram tamquam in
eisdem locis ipsa sit posita recordemur exprimitur in quinq; uerbis iesus
christus dei filius saluator . Sed cum grece hoc dicitur non latine et sunt
uersus uiginti septem qui numerus quadratum ternarium solidum
reddit . Tria enim ter ducta sunt nouem si ter ducantur ut ex alto in altum
figura consurgat ad uiginti et septem perueniunt . Horum aut greco
rum quinq; uerborum que sunt iesus christus theu ysos soter quod
est latine iesus christus dei filius saluator si primas litteras iungas erit
ιχθυς · eo quod in huius mortalitatis abisso uelut in aquarum profunditate ui
uus hoc est sine peccato esse potuerit . Hec aut Sibylla siue erithea
siue ut quidam magis credunt cymea ita nihil habet in toto carmine
suo cuius exigua ista particula est quod ad deorum falsorum siue facto
rum cultum pertineat . Quinimmo ita et contra eos et contra cultores
eorum loquitur ut in eorum numero deputanda uideatur qui pertinet ad ciuita
tem dei . Inserit etiam Lactantius operi suo quedam de christo uaticinia Si
bylle quamuis non exprimat cuius . Sed que ipse singulatim posuit ego
arbitratus sum coniuncta esse ponenda tamquam unum sit prolixum
que ille plura commemorauit et breuia :
In manus inquit infidelium postea ueniet .
Dabunt aut deo alapas manibus incestis .
Et inpurato ore expuent uenenatos sputos .
Dabit uero ad uerbera simpliciter sanctum dorsum .
Et colaphos accipiens tacebit .
Ne quis agnoscat quod uerbum uel unde uenit .
Vt inferis loquatur et corona spinea coronetur .
Ad cibum aut fel et ad sitim acetum dederunt .
In hospitalitatis hanc monstrabunt mensam .
Ipsa enim insipiens gens tuum deum non intellexisti
Ludentem mortalium mentibus sed spinis coronasti .
Et horridum fel miscuisti . Et templi uero uelum scindetur .

Et in medio die nox erit tenebrosa nimis tribus horis.
Et morte morietur tribus diebus somno suscepto.
Et tunc ab inferis regressus ad lucem ueniet primus.
Resurrectionis principio reuocatus ostenso.
Ista Lactantius carptim per interualla disputationis sue sicut ea
poscere uidebantur que probare intenderat adhibuit testimonia
Sibyllina que nos nihil interponentes sed in unam seriem connexam
ponentes solis capitibus si tamen scriptores ea seruare non neglegunt di
stinguenda curauimus. Non nulli sane Erithream Sibyllam non
Romuli sed belli troiani tempore fuisse scripserunt:

Quod regnante regnante Romulo septem sapientes claruerunt quo tempore decem tribus que israhel dicebantur in captiuitate a caldeis ducte sunt. Idemque Romulus mortuus diuino honore donatus est;

Eodem Romulo regnante Thales — Capitulum. xxiiii.
milesius fuisse perhibetur unus ex septem sapientibus qui post
theologos poetas in quibus Orpheus maxime omnium nobilita
tus est sophi appellati sunt quod est latine sapientes. Per idem tempus
decem tribus que in diuisione populi uocate sunt israhel debellate
a caldeis et in eas terras captiue ducte sunt remanentibus in iudea
terra duabus illis tribubus que nomine Iude uocabantur sedemque re
gni habebat Hierusalem. Mortuum Romulum cum et ipse non compa
ruisset in deos quod et uulgo notissimum est retulere romani quod
usque adeo fieri iam desierat nec postea nisi adulando non errando
factum est temporibus cesarum ut Cicero magnis Romuli laudibus
tribuat quod non rudibus et indoctis temporibus quando facile homines
fallebantur sed iam expolitis et eruditis meruerit hos honores. Quam
uis nondum efferbuerat ac pullulauerat philosophorum subtilis et acuta
loquacitas. Sed etiam si posteriora tempora deos homines mortuos non
instituerunt tamen ab antiquis institutos colere ut deos et deos habere
non destiterunt. Quin etiam simulacris que ueteres non habebant au
xerunt uane atque impie superstitionis illecebram id efficientibus in
mundis in eorum corde demonibus per fallacia quoque oracula de
cipientibus ut fabulosa etiam crimina deorum que iam urbaniore seculo
non fingebantur per ludos tamen in eorundem falsorum numinum
obsequium agerentur. Regnauit deinde Numa post Romulum
qui cum illam ciuitatem putauerit deorum profecto falsorum numerosi
tate muniendam in eadem turba referri mortuus ipse non meruit

tanquam ita putatus sit celum multitudine numinum constipasse ut locum ibi repperire non possit. Hoc regnante Rome et apud hebreos initio regni Manasse a quo impio rege propheta Isayas perhibetur occisus Samiam fuisse Sibyllam referunt. Capitulum XXV.

Qui philosophi enituerint regnante apud romanos Tarquinio prisco apud hebreos Sedechia cum hierusalem capta est templumque subuersum:

Regnante uero apud hebreos Sedechia et apud romanos Tarquinio prisco qui successerat Ancho martio ductus est captiuus in Babyloniam populus iudeorum euersa hierusalem et templo illo a Salomone constructo. Increpantes enim eos prophete de iniquitatibus et impietatibus suis. hec eis uentura predixerant maxime Ieremias qui etiam numerum diffiniunt annorum. Eo tempore Pythacus mitileneus alius de septem sapientibus fuisse perhibetur. Et quinque ceteros qui usque septem numerentur. Thaleti quem supra commorauimus et huic pythaco addunt eo tempore fuisse scribit Eusebius quo captiuus dei populus in Babylonia tenebatur. Hi sunt autem Salon atheniensis. Chilon lacedemonius. Periandus corinthius. Cleubulus lidius. Bias prieneus. Omnes hi septem appellati sapientes post poetas theologos claruerunt quia genere uite quodam laudabilis prestabant hominibus ceteris et morum non nulla precepta sententiarum breuitate complexi sunt. Nihil autem monimentorum quod ad litteras attinet posteris relinquerunt nisi quod Salon quasdam leges atheniensibus dedisse perhibetur. Thales uero phisicus fuit et suorum dogmatum libros reliquit et captiuitatis iudaice tempore Anaximander et Anaximenes et Xenophanes phisici claruerunt. Tunc et Pytagoras ex quo ceperunt appellari philosophi.

Quod eo tempore quo impletus septuaginta annis iudeorum est resoluta captiuitas romani quoque a dominatu regio liberati: capitulum XXVI.

Per idem tempus Cyrrhus rex Persarum qui etiam caldeis et assyriis imperabat relaxata aliquanta captiuitate iudeorum quinquaginta milia hominum ex eis ad instaurandum templum regredi fecit. a quibus tantum prima cepta fundamina et altare constructum est. Incursantibus autem hostibus nequaquam progredi edificando ualuerunt. Dilatumque opus est usque ad Darium. Per idem tempus etiam illa sunt gesta que conscripta sunt in libro Iudith: quem sane in canone scripturarum iudei non recepisse dicuntur. Sub Dario ergo rege persarum impletis septuaginta annis quos Ieremias propheta pre

dixerat reddita est iudeis soluta captiuitate libertas regnante romanorum septimo rege Tarquinio. quo expulso et ipsi a regum suorum dominatione liberi esse ceperunt. Usque ad hoc tempus prophetas habuit populus israhel qui cum multi fuerint paucorum apud iudeos et apud nos canonica scripta retinentur. de quibus me aliqua positurum esse promisi in hoc libro cum clauderem superiorem quod iam uideo faciendum. Tempora igitur eorum ut possumus aduertere in anteriora paululum recurramus:

De temporibus prophetarum quorum oracula habentur in libris in quibus tunc de euocatione gentium multa cecinerunt quando romanum regnum incepit assyriumque defecit: Capitulum xxvii.

IN capite libri Osee prophete qui primus in duodecim ponitur ita scriptum est. Verbum domini quod factum quod factum ad Osee in diebus Ozie et Ioathan et Acham et Ezechie regum Iuda. Amos quoque diebus regis Ozie prophetasse se scribit. Addidit etiam Ieroboam regem israel qui per eosdem dies fuit. Necnon Isayas filius Amos. siue supradicti prophete. siue quod magis perhibetur alterius qui non propheta eodem nomine uocabatur. eosdem reges quatuor quos posuit Osee in capite libri sui ponit quorum diebus se prophetasse preloquitur. Micheas etiam eadem sue prophetie commemorat tempora post dies Ozie. Nam tres qui sequuntur reges nominat. quos et Osee nominauit. Ioatham et Acham et Ezechiam. Hi sunt quos eodem tempore simul prophetasse ex eorum litteris inuenitur. His adiungitur Ionas eodem Ozia rege regnante. et Iohel cum iam regnaret Ioatham qui successit Ozie. Sed istorum prophetarum duorum tempora in cronicis non in eorum libris potuimus inuenire. quoniam de suis diebus tacent. Tendunt autem hi dies a rege latinorum Proca siue superiore auentino usque ad regem Romulum iam romanum. uel etiam usque ad regni primordia successoris eius Nume pompilii. Ezechias quippe rex Iuda eousque regnauit. Ac per hoc per ea tempora isti uelut fontes prophetie pariter eruperunt. quando regnum defecit assyrium cepitque romanum. ut scilicet quemadmodum regni assyriorum primo tempore extitit Abraham cui promissiones apertissime fierent in eius semine benedictionis omnium gentium. ita occidentalis Babylonis exordio qua fuerat christus imperante uenturus. in quo implerentur illa promissa. oracula prophetarum non solum loquentium in tante rei future testimonium soluerentur. Cum enim prophete nunquam fere defuissent populo israhel ex quo ibi reges esse ceperunt in usum tantummodo eorum fuere non gentium. Quando autem scriptura manifestius

prophetica condebatur quae gentibus quandoque prodesset tunc oportebat incipere quando condebatur hec ciuitas quae gentibus imperaret :

De his quae ad euangelium Christi pertinent quem Osee et Amos prophetauerunt : Capitulum : XXVIII

Osee igitur propheta quanto profundius quidem loquitur tanto operosius penetratur. Sed aliquid inde sumendum est et hic ex nostra promissione ponendum. Et erit inquit in loco quo dictum est eis non populus meus uos uocabuntur et ipsi filii dei uiui. Hoc quippe testimonium propheticum de uocatione populi gentium qui prius non pertinebat ad deum etiam apostoli intellexerunt. Et quia ipse quoque populus gentium spiritaliter est in filiis abrahe ac per hoc recte dicitur israhel propterea sequitur et dicit. Et congregabuntur filii iuda et filii israhel in id ipsum et ponent principatum suum et ascendent a terra. Hoc si adhuc uelimus exponere eloquii prophetici obtundetur sapor. Recolatur tamen lapis ille angularis et duo parietes unus ex iudeis alter ex gentibus ille nomine filiorum iuda iste nomine filiorum israhel eidem uni principatui suo in id ipsum innitentes et ascendentes agnoscantur a terra. Istos autem carnaliter israhelitas qui nunc nolunt credere in ipsum postea credituros id est filios eorum. Nam utique isti in suum locum moriendo transibunt idem propheta testatur dicens. Quoniam diebus multis sedebunt filii israhel sine rege sine principe sine sacrificio sine altari sacerdocio sine manifestationibus. Quis non uideat nunc sic esse iudeos? Sed quid adiungit audiamus. Et postea inquit reuertentur filii israhel et inquirent dominum deum suum et Dauid regem suum et stupescent in domino et in bonis ipsius in nouissimis diebus. Nihil est ista prophetia manifestius cum Dauid regis nomine significatus intelligitur christus quia factus est sicut dicit apostolus ex semine dauid secundum carnem. Prenuntiauit ista prophetia etiam tertio die Christi resurrectionem futuram sicut etiam prophetica altitudine prenuntiari oportebat ubi ait. Sanabit nos post biduum in die tertio resurgemus. Secundum hoc enim nobis dicit apostolus. Si resurrexistis cum Christo quae sursum sunt querite. Amos quoque de rebus talibus sic prophetat prepara inquit te ut inuoces deum tuum israhel quia ecce ego firmans tonitruum et creans spiritum et annuntians in hominibus christum suum. Et alio loco. In illa die inquit resuscitabo tabernaculum Dauid quod excidit et reedificabo ea sicut dies seculi ita ut exquirant me residui hominum et omnes gentes in quibus inuocatum est nomen meum. Super eos dicit dominus faciens haec :

Que ab ysaia de christo et ecclesia sunt predicta ; Caplm xxix : ~

Ysaias propheta non est in libro duodecim prophetarum qui propterea
dicuntur minores quia sermones eorum sunt breues in eorum compa
ratione qui maiores ideo uocantur quia prolixa uolumina con
diderunt · ex quibus est hic ysaias · quem propter eadem prophetie tempora
subiungo supradictis duobus · Ysaias ergo inter illa que arguit ini
qua · et iusta precepit · et peccatori populo mala futura predixit ·
Etiam de christo et aecclesia hoc est de rege et ea quam condidit ciuitate ·
multa plura quam ceteri prophetauit · ita ut a quibusdam euangelista quam
propheta potius diceretur · Sed propter modum operis terminandi · unum de mul
tis hoc loco ponam · Ex persona quippe dei patris loquens · Ecce inquit ·
intelligit puer meus et exaltabitur et glorificabitur ualde · Quemadmo
dum stupescent super te multi · ita gloria priuabitur ab hominibus species
tua et gloria tua ab hominibus · Ita mirabuntur gentes super eum · et con
tinebunt reges os suum · quoniam quibus non est nuntiatum de illo uide
bunt · et qui non audierunt intelligent · Domine quis credidit auditui no
stro · et brachium domini cui reuelatum est · Annuntiauimus coram illo ·
ut infans ut radix in terra sitienti · Non est species illi neque gloria · Et ui
dimus eum · et non habebat speciem neque decorem · sed species eius sine ho
nore deficiens pre omnibus hominibus · homo in plaga positus · et sciens
ferre iniquitatem · quoniam auersa est facies eius · inhonoratus est · nec ma
gni estimatus est · hic peccata nostra portat · et pro nobis dolet · Et nos
existimauimus illum esse in dolore · et in plaga · et in afflictione · Ipse
autem uulneratus est propter iniquitates nostras · et infirmatus est propter peccata
nostra · Eruditio pacis nostre in eo · liuore eius nos sanati sumus · omnes ut
oues errauimus · homo a uia sua errauit · et dominus tradidit illum
pro peccatis nostris · et ipse propter quod afflictus est non aperuit os · Ut
ouis ad immolandum ductus est · Et ut agnus ante eum qui se ton
deret sine uoce · sic non aperuit os suum · In humilitate iudicium
eius sublatum est · Generationem eius quis enarrabit · Quoniam tolletur
de terra uita eius · ab iniquitatibus populi mei ductus ad mortem · Et
dabo malignos pro sepultura eius et diuites pro morte eius · quoniam ini
quitatem non fecit · nec dolum in ore suo · Et dominus uult purgare eum
de plaga · Si dederitis pro peccato animam uestram · uidebitis semen lon
geuum · Et dominus uult auferre a dolore animam eius · ostendere illi lucem
et formare intellectum · iustificare iustum bene seruientem pluribus ·
Et peccata eorum in se ipse portauit · Propterea ipse hereditabit plures

et fortium diuidet spolia · propter quod tradita est ad mortem aĩa eius.
et inter iniquos estimatus est . Et ipse peccata multorum portauit . et ꝓp
peccata eorum traditus est . Hec de christo . Iam uero de ecclesia qđ
sequitur audiamus . Letare inquit sterilis que non paris . Erumpe et
clama que non parturis · qm̄ multi filii deserte magis q̄ eius que habet
uirum . Dilata loca tabernaculi tui et caularum tuarũ palas fige noli
parcere · prolonga funiculos tuos et palos tuos conforta . Ad huc in de
xteram et sinistram partem extende et semen tuũ hereditabit gentes
et ciuitates desertas inhabitabis . Ne timeas qm̄ confusa es . Neque
reuerearis quia exprobata es · qm̄ confusionem eternã obliuisceris et
obprobrii uiduitatis tue non eris memor · qm̄ dñs faciens te · dominus
sabaoth nomen ei . Et qui eruit te ipse israhel uniuerse terre uocabitur
et cetera · Verum ista satis et in eis sunt exponenda non nulla · Sed suffi-
cere arbitror que ita sunt aperta · ut et̃ inimici intelligere cogantur
inuiti :~ Que Micheas et Ionas et Iohel nouo testamento con-
gruentia prophetauerunt :~ Capitulum :~ XXX :

MIcheas ꝓpheta christum in figura ponẽs magni cuiusdam mon-
tis hec loquitur . Erit in nouissimis diebus manifestus mons do-
mus dñi paratus super uerticem montium et exaltabitur sup
colles et festinabunt ad eum plebes . Et ibunt gentes multe . et dicent .
Venite ascendamus in montem dñi · et in domum dei Iacob . et ondet
nobis uiam suam · et ibimus in semitis eius · quia ex syon procedet lex
et uerbum dñi ex hierlm . et iudicabit inter plebes multas et redar-
guet gentes potentes usq; in loginquum · Predicens iste ꝓpheta et locũ
in quo natus est Christus . Et tu inquit Bethelem domus effrata mi-
nima es ut sis in milibus iuda · Ex te mihi prodiet dux ut sit in prin-
cipem israhel · et gressus eius ab initio · et ex diebus eternitatis · ꝓpterea
dabit eos usq; ad tempus quo parturiens pariet . Et residui fratres eius
conuertentur ad filios israhel · et stabit et uidebit · et pascet gregẽ suũ
in uirtute dñi et in honorem nõis dñi dei sui erunt · qm̄ magnifi-
cabitur dñs usq; ad summum terre . Ionas autẽ ꝓpheta non tam ser-
mone xp̄m q̄ sua quadam passione ꝓphetauit · ꝑfecto apertius q̄ si
eius mortem et resurrectionem uoce clamaret . Vt quid enĩ exceptus
est uentre beluino et die tertio redditus · nisi ut significaret xp̄m de
ꝓfundo inferni die tertio rediturum . Iohel etiã que ꝓphetat in l̃tis
uerbis compellit exponi · ut que ptinẽt ad christum et ecclesiam
dilucescant . Vnum tñ quod etiã apl̃i commemorauerũt · qñdo in

congregatos credentes spiritus sanctus sicut a xpo promissus fuerat de
super uenit · non pretermittam . Et erit inquit post hec . effundam de
spiritu meo super omnem carnem et pphetabunt filii urI · et filie urE
et seniores urI somnia somniabunt · et iuuenes urI uisa uidebunt .
Et quidem in seruos et ancillas meas in illis diebus effundam de spu
meo :~ Que in Abdia in Naum et Abacuc de salute mundi in
xpo prenuntiata repperiuntur ~ : · Caplm : ~ xxxi :

TRES pphete de minoribus Abdias . Naum . Abacuc . nec tpra
sua dicunt ipsi nec in cronicis Eusebij et Hieronymi qn pphetauerint inuenit . Abdias enI positus est quidem ab eis cum Michea . sed non eo loco ubi notantur tpra quando Micheam pphetasse ex eius litteris constat . quod errore negligenter scribentium labores alienos existimo contigisse . Duos uero alios commemoratos in codicibus cronicorum quos habuimus non potuimus inuenire . Tamen qa in canone continentur nec ipsi oportet pretereant a nobis . Abdias qntum ad scripturam eius attinet omnium breuissimus pphetarum · aduersus idumeam loquit gentem s. Esau ex duobus geminis filiis ysaac nepotibus abrahe maioris illius reprobati . Porro si idumeam · modo locutionis quo intelligit a parte totum · accipiamus positam esse pro gentibus · possumus de xpo agnoscere qd ait inter cetera . In monte aut syon erit salus et erit sanctum . Et paulo post in fine ipsius pphetie . Et ascendent inquit resaluati ex monte Syon . i . ex iudea credentes in xpm qui precipue cognoscunt apli · ascenderunt · ut defenderent montem Esau . Quo modo defenderent nisi per euangelii pdicationem saluos faciendos eos qui crediderunt ut reuerterent de potestate tenebrarum et transferent in regnum dei . Quod consequenter expressit addendo . Et erit dno regnum . Mons enI syon iudeam significat · ubi futura pdicta est salus et sanctum . quod est christus iesus . Mons uero Esau ydumea est · per quam significata est eccla gentium · quam defenderunt sicut exposui resaluati ex monte syon ut esset dno regnum . Hoc obscurum erat anteqm fieret . Sed factum quis non fidelis agnoscat . Naum uero ppheta · immo per illum deus . Exterminabo inquit sculptilia et conflatilia · ponam sepulturam tuam · qa ueloces super montes pedes euangelizantis et annuntiantis pacem . Celebra iuda dies festos · redde uota tua quia non adicient ultra ut transeant in uetustatem . Consummatum est ablatum est · ascendit qui insufflat in faciem tuam · eripiens te ex tribulatione qui ascenderit ab inferis ·

~ :· Et insufflauerit : ~

et insufflauerit in faciem iude. hoc est iudeorum discipulorum spm
sanctum recolat, qui meminit euangelium. Ad nouum eni testam-
tum pertinent quorum dies festi ita spualiter innouantur ut in uetu-
state transire non possint. Porro per euangelium exterminata sculp-
tilia et conflatilia .i. idola deorum falsorum et obliuioni tanquam
sepulture tradita iam uidemus. Et hanc etiam in hac re pphetiam
completam esse cognoscimus. Abacuc de quo alio q̄ de christi ad-
uentu qui uenturus fuerat intelligitur dicere. Et respondit dns ad
me et dixit. Et orietur in fine et non in uacuum. Si tardauerit su-
stine eum quia ueniens ueniet et non morabitur. De ppheta q
in oratione abacuc et cantico continetur: Capitulum. xxxii:

IN oratione autem sua cum cantico cui nisi xpo dicit. Dne
audiui auditum tuum. et timui. Dne consideraui opa tua
et expaui. Quid eni hoc est. nisi precognite noue ac repentine
salutis hominum ineffabilis admiratio. In medio duorum aialium
cognosceris. Quid est eni ut in medio duorum testamentorum, aut
in medio duorum latronum, aut in medio Moysi et Helie, cum illo in
monte sermocinantium. Dum ppinquant anni cognosceris. In adue-
tum temporis ostenderis, nec exponendum est. In eo dum turbata
fuerit anima mea in ira misericordie memor eris. Quid est, nisi quod
iudeos in se transfigurauit, quorum gentis fuit: qui cum magna ira
turbati crucifigerent christum, ille misericordie memor, dixit pa-
ter ignosce illis qui nesciunt quid faciunt. Deus de thaman ueniet.
et sanctus de monte umbroso et condenso. Quod hic dictum e de
thaman ueniet, alii interpretati sunt. Ab austro affrico, per quod
significatur meridies .i. feruor caritatis et splendor ueritatis. Mon-
tem uero umbrosum atq; condempsum quamuis multis modis possit
intelligi libentius acceperim scripturarum altitudinem diuinarum
quibus pphetatus est xpus. Multa ibi quippe umbrosa atq; conden-
sa sunt: que mentem querentis exerceant. Inde aut uenit, cum ibi
eum qui intelligit inuenit. Operuit celos uirtus eius et laudis eius
plena est terra. Quid est nisi quod etia in psalmo dicitur. Exaltare su-
per celos deus et super omnem terram gloria tua. Splendor eius ut
lumen erit. Quid est nisi q fama eius credentes illuminauit. Cor-
nua in manibus eius sunt. Quid est. nisi tropheum crucis. Et posuit
caritatem firmam fortitudinis sue, nec exponendum e. Ante faci-
em eius ibit uerbum et prodiet in campum post pedes eius. Quid est

nisi et anteq̄m huc ueniret prenuntiatus est et postea q̄ hinc reuersus
est annuntiatus est. Stetit et terra commota est. Quid est nisi stetit
ad subueniendum et terra cōmota est ad credendum. Respexit et
tabuerunt gentes. hoc est misertus est. et fecit populos penitentes. Con
stricti sunt montes uiolentia. hoc ē uim facientibus miraculis. elato
rum ē contrita superbia. Defluxerunt colles eternales. hoc est hu̅ilita
ti sunt ad tempus ut erigerent in eternum. Ingressus eternos eius pro
laboribus uidi. hoc est non sine mercede eternitatis laborem carita
tis aspexi. Tabernacula ethyopum expauescent. et tabernacula terre
M adian. hoc est gentes repente perterrite nuntio mirabiliū tuoꝝ. etiā
que non sunt in iure romano erunt in populo xp̄iano. Nunquid
in fluminibus iratus es dn̄e. aut in fluminibus furor tuus. aut ī mari
impetus tuus. hoc ideo dc̄m est. quia non uenit tunc ut iudicet mun
dum. sed ut saluetur mundus per ip̄m. Qui ascendes super equos tuos
et equitatio tua salus. hoc est euangeliste tui portabunt te qui regūt
a te et euangelium tuū. salus est eis qui credunt in te. Intendes intendes
arcum tuum super sceptra dicit dn̄s. hoc est communicabis iudiciū tuū
etiam regibus terre. fluminibus scindes terra. hoc est influentibus ser
monibus predicantium te accendent ad confitendum ho̅im corda.
quibus est dictum scindite corda ur̄a et non uestimenta. quid est ui
debunt te et dolebunt populi. nisi ut lugendo sint beati. Quid est
dispergens aquas in cessu. an ambulando in eis qui te usq; quaq; an
nuntiant. hac atq; hac disperges fluenta doctrine. Quid est dedit
abyssus uocem suam. an p̄funditas cordis humani quid ei uideret
expressit. altitudo phantasie sue. tanq̄m uersus superioris ē exposi
tio altitudo est enī abyssus. Quod aūt ait phantasie sue. subaudien
dum est uocem dedit. hoc est quod diximus quid ei uideret ei ex
pressit. phantasia quippe uisio est. quā non tenuit non operuit. sed
confitendo eructauit. Eleuatus sol et luna stetit in ordine suo. hoc
est ascendit xp̄us in celum. et ordinata ē eccl̄ia sub rege suo. In luce
iacula tua ibunt. hoc est non in occultum sed in manifestum tua uer
ba mittent. In fulgore choruscationis armoꝝ tuorum. subaudien
dum est. iacula tua ibunt. Dixerat enī suis. que dico uobis in tenebris
dicite in lumine. In cōminatione minorabis terram .i. comminando
humiliabis homines. Et in furore deiicies gentes. qa eos qui se exaltāt
uindicando collides. Existi in salutem p̄p̄li tui. ut saluos facias xp̄os
tuos. Misisti in capita inimicorum mortem. nihil horum ē exponen

dum. Excitasti uincula usq; ad colum et bona hic possunt intelligi uin-
cula sapientię ut nunciantur pedes in compedes eius et collum in tor-
ques eius. Precidisti in stupore mentis subaudimus uincula. Excita-
uit enim bona precidit mala de quibus ei dr̄. Dirupisti uincula mea
et hoc in stupore mentis .i. mirabiliter. Capita potentium mouebunt
in ea in ea scilicet animi rōe. Arripient rursus suos sic edens paup
absconse. Potentes enim quidam iudeorum ueniebant ad dnm̄ f(a)c(t)a
eius et uerba mirati et surientes panem doctrine manducabant ab-
sconse ꝓpter metum iudeoꝝ sicut eos prodidit euangelium. Et in-
misisti in mare equos tuos turbantes aquas multas, quę nihil sunt a-
liud q̄ populi multi. Non enim alii timore conuerterent alii furore
persequerent nisi omnes turbarent. Obseruaui et expectaui uent
meus a uoce orationis labiorum meoꝝ et introiuit tremor ī ossa
mea et subtus me turbata est habitudo mea. Intendit in ea quę
dicebat et ipsa sua est oratione perterritus quia ꝓphetice effunde-
bat et in qua futura cernebat. Turbatus enim populus multus uidit
īminentes ecclie tribulationes continuoq; se membrorum eius
agnouit atq; ait. Requiescant in die tribulationis tanq̄m ad eos
qui sunt spe gaudentes in tribulatione patientes. Ut ascendam in-
quit ad populum pegrinationis meę. Redeus utiq; a populo mali-
gno carnalis cognationis sue non peregrinante in hac terra nec su-
pernam patriam requirentem. Q(uonia)m ficus inquit non afferet fructus
et non erunt natiuitates in uineis. Mentietur opus oliue et campi
non facient escam, deferunt ab esca oues et non supersunt in p(re)sepib(us)
boues. Vidit eam gentem quę xp̄m fuerat occisura, ubertatem co-
piarum sp(irit)ualium perdituram quas per terrenam fecunditatem
more ꝓphetico figurauit. Et q(ui)a iram dei talem ꝓpterea passa est
illa gens quia ignorans dei iustitiam suam uoluit construere iste
continuo. Ego autem inq(ui)t in dn̄o exultabo gaudebo in deo salutari
meo. dn̄s deus meus uirtus mea statuit pedes meos in consumatio-
nem super excelsa īponet me ut uincam in cantico illo s(cilicet) cantico
de quo filia quedam dicunt in psalmo. Statuit supra petram pedes
meos et direxit gressus meos et misit in os meū canticum nouum
hymnum deo nr̄o. Ipse ergo uincit in cantico dn̄i qui placet in
eius laude non sua ut qui gloriat(ur) in dn̄o gloriet(ur). Melius autem m(ihi)
uidentur quidam codices h(abe)re gaudebo in dn̄o iesu meo q(uonia)m hi
qui uolentes id latine pone(re) nomen ip(su)m non posuerunt quod e(st) nobis

amicitius et dulcius nominare :~ De christo et uocatione gentium que Ieremias et Sophonias prophetico spiritu sunt locuti . Cap. xxxiiii.

IEremias propheta de maioribus est. sicut ysaias non de minoribus sicut ceteri de quorum scriptis non nulla iam posui. Prophetauit autem regnante Iosia in hierusalem. Et apud romanos anchomartio iam propinquante captiuitate iudeorum. Tetendit autem prophetiam usque ad quintum mensem captiuitatis sicut in eius litteris inuenimus. Sophonias autem unus de minoribus adiungitur ei. Nam et ipse in diebus Iosie prophetasse se dicit. sed quousque non dicit. Prophetauit ergo Ieremias non solum anchomartii uerum etiam Tarquinii prisci temporibus quem romani habuerunt quintum regem. Ipse enim quando illa captiuitas facta est regnare ceperat. Prophetans ergo de christo Ieremias. Spiritus inquit oris nostri christus dominus captus est in peccatis nostris. sic breuiter ostendens et dominum nostrum christum et passum esse pro nobis. Item in alio loco. hic deus meus inquit et non extimabitur alius ad illum qui inuenit omnem uiam; et dedit eam Iacob puero suo et israhel dilecto suo. post hec in terris uisus est et cum hominibus conuersatus est. Hoc testimonium quidam non Ieremie sed scribe eius attribuunt qui uocatur Baruch. Sed Ieremie celebratius habetur.

Rursus idem propheta de ipso. Ecce inquit dies ueniunt ait dominus. et suscitabo Dauid germen iustum et regnabit rex et sapiens erit. et faciet iudicium et iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur iuda confidenter. et hoc est nomen quod uocabunt eum dominus iustus noster.

De uocatione etiam gentium que futura fuerat et eam nunc impletam cernimus sic locutus est. Domine deus meus et refugium meum in die malorum ad te gentes uenient ab extremo terre et dicent. Vere mendatia coluerunt patres nostri et non est illis utilitas. Quia uero non erant eum agnituri iudei a quibus eum et occidi oportebat. Sic idem propheta significat. graue cor per omnia. Et homo est et quis agnoscet eum. Huius est etiam illud quod in libro septimodecimo posui de testamento nouo. cuius est mediator christus. Ipse quippe Ieremias ait. Ecce dies ueniunt dicit dominus et consummabo super domum Iacob testamentum nouum et cetera que ibi leguntur. Sophonie autem prophete qui cum Ieremia prophetabat hec predicta de christo interim ponam. Expecta me dicit dominus in die resurrectionis mee in futurum. quia iudicium meum ut congregem gentes et colligam regna. Et iterum. Horribilis inquit dominus super eos et exterminabit omnes deos terre. et adorabit eum uir

de loco suo omnes insule gentium. Et paulo post. Tunc inqt transuer
tam in populos linguam et progenies eius, ut inuocent om̄es nomen
dn̄i et seruiant ei subiugo uno a finibus fluminum ethyopie affe
rens hostias mihi. In illo die confunderis ex omnibus adinuentionib;
tuis quas impie egisti in me quia tunc auferam abs te prauitate iniu
rie tue. etiam non adicies ut magnificeris super montem scm̄ meum.
Et subrelinquam in te pplm mansuetum et humilem et uerebunt a
nomine dn̄i qui reliqui fuerint isrl. He sunt reliquie de quibus
alibi pphetat. quod aplus etiā commemorat. Si fuerit nūs filiorū
israhel sicut harena maris reliquie salue fient. He quippe in xpm
illius gentis reliquie crediderunt :~ De pphetia Danielis et
Ezechielis quae in christum ecclamq; concordat. Cap. xxxiiii.

IN ipsa porro babylonie captiuitate prius pphetarunt Dani
el et Ezechiel alii duo ex pphetis maioribus. quorum Daniel
etiā tpus quo uenturus fuerat xpus atq; passurus nūo diffini
uit annorū. quod longum est computando monstrare. et ab aliis facti
tatum est ante nos. De ptate uero eius et ecclia sic locutus est. Videbā
inquit in uisione noctis. Et ecce cum nubibus celi filius hoīs ueniens
et usq; ad uetustum dierum peruenit. et in conspectu eius platus
est. et ipsi datus est principatus et honor et regnum et om̄s populi
tribus lingue ipsi seruient. Postea eius potestas ppetua que non trāsibit
et regnum eius non corrumpet. Ezechiel quoq; more pphetico p dauid
xpm significans quia carnem de Dauid semine assumpsit. pter quā
formam serui qua factus est homo etiā seruus dei dr. idem dei filius
sic pphetando pnuntiat ex persona dei patris. Et suscitabo inqt sup
pectora mea pastorem unum qui pascat ea seruū meum dauid
et ipse pascet ea et ipse in pastorem. Ego dn̄s ero eis in deum et seruus
meus dauid princeps in medio eorum. Ego dn̄s locutus sum. Et alio
loco. Et rex inquit unus erit omnibus imperans et non erunt ultra
due gentes nec diuidentur amplius in duo regna neq; polluentur ultra
in idolis suis et abhominationibus suis in quibus peccauerunt et mū
dabo eos et erunt mihi pplus et ego ero eis deus. Et seruus meus da
uid rex super super eos et pastor unus erit om̄ eorum :~

De trium prophetarum uaticinio. i. Aggei Zacharie et Malachie. Capitulum. xxxv.

REstant tres minores pphete qui
prophetarunt in fine captiuitatis Aggeus Zacharias Mala
chias. Quorum Aggeus xpm et ecclesiam hac apertius breuitate

prophetat. Hec dicit dn̄s exercituum. Adhuc unum modicum est
et ego cōmouebo celum et terram et mare et aridam et mouebo
omnes gentes et ueniet desideratus cunctis gentibus. Hec ꝓphetia
partim completa iam cernit̄. partim sperat̄ in fine complenda. Mo
uit enim celum angelorum et syderum testimonio qn̄ incarnatus
est xp̄s. Mouit terram ingenti miraculo de ipso uirginis partu.
Mouit mare et aridam cum et in insulis et in toto orbe Christus an-
nuntiatur. Ita moueri omnes gentes uidimus ad fidem. Iam uero
quod sequit̄ et ueniet desideratus cunctis gentibus, de nouissimo
eius eius expectat̄ aduentu. Vt en̄i esset desideratus expectantibus,
prius oportuit eum dilectum esse credentibus. Zacharias de xp̄o
et ecc̄lia. Exulta inquit ualde filia syon. Iubila filia hierusalem.
Ecce rex tuus uenit iustus et saluator. ipse pauper et ascendens sup
asinum et super pullum filium asine et potestas eius a mari usq;
ad mare et a fluminib' usq; ad fines terre. hoc qn̄ fc̄m sit ut dn̄s xp̄s
in itinere iumento huius gn̄is uteret̄ in euangelio legitur, ubi et hec
ꝓphetia commemoratur ex pte qn̄tum illo loco sufficere uisum est.
Alio loco ad ipsum xp̄m in spiritu ꝓphetię loquens de remissione pec
catoꝝ per eius sanguinem. Tu quoq; inquit in sanguine testamēti
emisisti uinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Quid per hunc
lacum uelit intelligi possunt diuersa sentiri etiā scd̄m rectam
fidem. Mihi autem uidet̄ in eo nil significari melius nisi humane
miserie profunditatem siccam quodammodo et sterilem ubi non
sunt fluenta iustitię sed iniquitatis lutum. De hoc quippe etiam
in psalmo dicit̄. Et eduxit me de lacu miserie et de luto limi. Ma
lachias ꝓphetans ecc̄liam per xp̄m ꝓpagandam iudeis apertissime
dicit ex persona dei. Non est mihi uoluntas in uobis. et munus nō
suscipiam de manu ur̄a. ab ortu en̄i solis usq; ad occasum magnū
est nomen meum in gentibus. et in omni loco sacrificabitur. et offe
retur nomini meo oblatio munda. quia magnum nomen meum
in gentibus dicit dn̄s. Hoc sacrificium per sacerdotium christi scd̄m
ordinem melchisedech cum in omni loco a solis ortu usq; ad occa-
sum deo iam uideamus offerri. Sacrificium aūt iudeoꝝ quibus
dc̄m est non est mihi uoluntas in uobis. nec accipiam munus de
manibus ur̄is cessasse negare non possint. Quid expectant alium
christum cum hoc quod ꝓphetatum legunt et impletum uident
impleri non potuerit nisi per ipsum. Dicit en̄i paulo post de ipso

ex persona dei. Testamentum meum erat cum ipso uitę et pacis, et
dedi ei ut timore timeret me et a facie nominis mei reuereretur. Lex ue-
ritatis erat in ore ipsius, in pace dirigens ambulabit mecum, et mul-
tos conuertet ab iniquitate quoniam labia sacerdotis custodient sciām
et legem acquirent in ore eius quoniam angelus dn̄i omnipotentis ē.
N ec mirandum est quia omnipotentis angelus dictus est Iesus.
S icut enī seruus propter personam serui in qua uenit ad homines
sicut angelus propter euangelium quod nuntiauit hominibus. Nam
si greca ista interpretemur et euangelium bona nuntiatio est, et
angelus nuntius. De ipso quippe iterum dicit. Ecce mitto angelum meū
et preparabit uiam ante faciem meā et subito ueniet in templū sctm
dn̄s quem uos queritis et angelus testamenti quē uos uultis. Ecce
uenit dicit dn̄s omnipotens. Et quis sustinebit diem introitus eius.
aut quis resistet in aspectum eius. Hoc loco et primum et secundū
xp̄i prenuntiauit aduentum primum scilicet de quo ait. Et subito ueniet
in templum suū id est in carnem suā de qua dixit in euangelio. Solui-
te templum hoc et triduo resuscitabo illud. Secundum uero ubi ait.
E cce uenit dicit dn̄s omnipotens. Et quis sustinebit diem introitus
eius aut quis resistet in aspectum eius. Quod autem dixit dn̄s quem uos
queritis et angelus testamenti quē uos uultis significauit utique
etiā iudeos secundum scripturas xp̄m legunt querere et uelle. Sed mul-
ti eorum quē quesierunt et uoluerunt uenisse non agnouerunt ex-
cecati in cordibus suis precedentibus meritis suis. Quod sane hic
nominat testamentum uel supra ubi ait. Testamentum meū erat
cum illo uel hic ubi eum dixit angelum testamenti, nouū procul-
dubio testamentum debemus accipe, ubi sempiterna non uetus u-
bi temporalia sunt promissa, que pro magno habentes plurimi infirmi et
deo uero talium rerū mercede seruientes quando uident impios abū-
dare turbantur. Propterea idem propheta ut noui testamenti eternam
beatitudinem quę non dabitur nisi bonis distingueret a ueteris
terrena felicitate que plerumque datur et malis. Ingrauastis inquit
super me uerba uestra dicit dn̄s et dixistis in quo detraximus de te.
D ixistis uanus est omnis qui seruit deo. et quid plus. quia custodi-
uimus obseruationes eius. Et quia ambulauimus supplicantes ante
faciem dn̄i omnipotentis. et nunc nos beatificamus alienos et ree-
dificantur omnes qui faciunt iniquia aduersati sunt deo et salui
facti sunt. Hec obloquuti sunt qui timebant dn̄m unusquisque ad

proximum suum. et animaduertit dn̄s et audiuit et scripsit librum
memorie in conspectu suo eis qui timent dn̄m. et reuerent̄ nomen
eius. Isto libro significatum est testamentum nouū. Deniq; quod
sequit̄ audiamus. Et erunt mihi dicit dn̄s omnipotens. in die quā
ego facio in adquisitionem. et eligam eos. sicut elegit homo filiū
suum seruientem sibi. Et conuertimini et uidebitis inter iustum
et inter seruientem deo. et non seruientē. Qm̄ ecce dies uenit ar-
dens sicut clibanus et concremabit eos. Et erunt om̄s alienigene.
Et omnes facientes iniquitatē stipula. et incendet illos dies. qui ad
ueniet dicit dn̄s omnipotens. Et non relinquetur eoꝝ radix. neq;
sarmentum. Et orietur uobis timentibus nomen meum. sol iusti-
tie. et sanitas in pennis eius. Et exibitis et exultabitis. sicut uituli ex
uinculis resoluti. Et conculcabitis iniquos. et erunt cinis sub pedibꝰ
uīris. in die in quo ego facio dicit dn̄s omnipotens. Hic est qui dicit̄
dies iudicij. de quo suo loco si deus uoluerit loquemur uberius :~

De esdra et machabeorum libris :~ Capitulum . XXXVI :

Post hos tres ꝓphetas. Aggeum. Zachariam. Malachiam. ꝑ
idem tempus liberationis templi ex Babylonica seruitute
scripsit etiā esdras qui magis rerum gestarum scriptor est
hitus qm̄ ꝓpheta. sicuti est et liber qui appellatur Hester. cuius res
gesta in laude dei non longe ab his temporibus inuenit̄. nisi forte
Esdras in eo xp̄m ꝓphetasse intelligendus est. quod inter quosdam
iuuenes orta questione qui amplius ualeret in rebus. cum reges unꝰ
dixisset. alter uinum. tertius mulieres. que plerumq; regibus impe-
rarent. idem tamen tertius ueritatem super omnia demonstrauit ēē
uictricem. Consulto autē euangelio xp̄m esse cognoscimus ueritatem.
Ab hoc tp̄re apud iudeos restituto templo. non reges sed principes fue
runt. usq; ad aristobolum. quoꝝ supputatio temporū non scripturis
sanctis que appellant̄ canonice. sed in aliis inuenit̄. in quibus sunt et
Machabeorum libri. quos non iudei. sed ecclesia pro canonicis habet
ꝓpter quorundam martyrū passiones uehementes. atq; mirabiles. q
ante q̄ christus uenisset in carne usq; ad mortem pro dei lege certarit.
et mala grauissima atq; horribilia pretulerunt :~

Quod ꝓphetiae auctoritas omni origine gentilis ph̄ie inueniat̄ anti
quior :~ Capl̄m . XXXVII :~

Tempore igit̄ ꝓphetarum n̄roꝝ
quoꝝ iam scripta ad notitiam fere om̄ gentium ꝑuenerūt.
Et multo magis post eos fuerunt philosophi gentium. qui

hoc etiam nomine uocarentur. quod cepit a samio Pythagora. qui eo
tempore quo iudeorum est soluta captiuitas cepit excellere atque
agnosci. Multo magis ergo ceteri philosophi post prophetas reperiuntur fuisse.
Nam ipse socrates atheniensis magister omnium qui tunc maxime claru-
erunt. tenens in ea parte que moralis uel actiua dicitur principatum.
post esdram in cronicis inuenitur. non multo post etiam Plato natus est.
qui longe ceteros Socratis discipulos anteiret. quibus si addamus etiam
superiores septem scilicet sapientes. ac deinde phisicos qui Thaleti successe-
runt in perscrutanda rerum natura studium eius imitati anaximan-
drum scilicet et anaximenem et Anaxagoram aliosque nonnullos antequam Py-
thagoras philosophum primus se profiteretur. Nec illi prophetas nostros
uniuersos temporis antiquitate precedunt. quando quidem tales
post quem ceteri fuerunt regnante quidem romulo eminuisse credatur.
quando de fontibus israhel in eis litteris que toto orbe manarent propheticum
flumen erupit. Soli igitur theologi poete Orpheus. Linus. Museus. et siquis
alius apud grecos fuit. his prophetis hebreis quorum scripta in auctoritate
habemus annis reperiuntur priores. Sed nec ipsi uerum theologum nostrum
Moysen qui unum uerum deum ueraciter predicauit. cuius nunc scripta
in auctoritatis canone prima sunt tempore preuenerunt. Ac per hoc quantum
ad grecos attinet in qua lingua littere huius seculi maxime feruerunt
nihil habent unde sapientiam suam iactent. quo religione nostra ubi ue-
ra sapientia est si non superior saltem uideatur antiquior. Verum quod
fatendum est. Non quidem in grecia. sed in barbaris gentibus sicut ae-
gypto iam fuerat ante Moysen non nulla doctrina. que illorum sapientia
diceretur. Alioquin non scriptum esset in libris sanctis. Moysen erudi-
tum fuisse omni sapientia egyptiorum. Non utique sapientiam prophetarum nostrorum.
Tunc utique quando ibi natus et a filia Pharaonis adoptatus atque nu-
tritus etiam liberaliter educatus est. Sed nec sapientia egyptiorum sapientiam
prophetarum nostrorum tempore antecedere potuit. quando quidem et abraham
propheta fuit. Quid autem sapientie potuit esse in egypto antequam eis Isis
quam mortuam tamquam magnam deam colendo putarunt litteras trade-
ret. Isis porro Inachi filia fuisse proditur. qui primus regnare cepit
argiuis. quando abrahe iam nepotes reperiuntur exorti :—

Quod quedam sanctorum scripta ecclesiasticus canon propter nimiam non recipit
uetustatem ne per occasionem eorum falsa ueris inserentur :—

Iam uero longe antiquiora repetam. Capitulum. XXXVIII.
Et ante illud grande diluuium noster erat utique Noe patriarcha.

quem prophetam quoque non inmerito dixerim. Siquidem ipsa arca quam fecit et in qua cum suis euasit, prophetia nostrorum temporum fuit. Quid Enoch septimus ab Adam nonne etiam in canonica epistola apostoli Iude prophetasse predicatur? quorum scripta et apud iudeos et apud nos ut in auctoritate non essent, nimia fecit antiquitas, propter quam uidebantur habenda esse suspecta nec proferrentur falsa pro ueris. Nam et proferuntur quedam que ipsorum esse dicuntur ab eis qui pro suo sensu passim quod uolunt credunt. Sed ea castitas canonis non recepit.

Non quod eorum hominum qui deo placuerunt reprobetur auctoritas, sed quod ista esse non credantur istorum. Nec mirum debet uideri quod suspecta habentur que sub tante antiquitatis nomine proferuntur, quandoquidem ipsa historia regum iuda et regum israhel que res gestas continet de quibus eidem scripture canonice credimus commemorantur plurima que ibi non explicantur, et in libris dicuntur aliis inueniri quos prophete scripserunt. Et alia ubi eorum quoque prophetarum nomina non tacentur, nec tamen inueniuntur in canone, que recepit populus dei. Cuius rei fateor causa me latet, nisi quod existimo et ipsos quibus ea que in auctoritate religionis esse deberent, sanctus utique spiritus reuelabat,

Alia sicut homines historica, alia sicut prophetas inspiratione diuina scribere potuisse. Atque hec ita fuisse distincta, ut illa tamquam ipsis, ista uero tamquam deo per ipsos loquenti uiderentur esse tribuenda, ac si illa pertinerent ad ubertatem cognitionis, hec ad religionis auctoritatem, in qua auctoritate custoditur canon. preter quem iam si qua etiam sub nomine uerorum prophetarum scripta feruntur, nec ad ipsam copiam scientie ualent, quoniam utrum eorum sint quorum esse dicuntur incertum est. et ob hoc eis non habetur fides, maxime his in quibus etiam contra fidem librorum canonicorum quedam leguntur, propter quod ea prorsus non esse apparet illorum.

De hebraicis litteris quae numquam in sue lingue proprietate non fuerant. Capitulum xxxix.

NON itaque credendum est quod nonnulli arbitrantur hebream tantum linguam per illum qui uocabatur heber unde hebreorum uocabulum est fuisse seruatam, atque inde peruenisse ad Abraam. Hebreas autem litteras a lege cepisse que data est per Moysen, sed potius per illam successionem patrum memoratam linguam cum suis litteris custoditam. Denique Moyses in populo dei constituit qui docendis litteris preessent, priusquam diuine legis ullas litteras nossent. hos appellat scriptura ΓΡΑΜΑΤωϹΙϹΑΓΟΓωϹ quia latine dici

possunt litterarum inductores uel introductores quodammodo in corda discentiũ uel in eos potius ipsos quos docent. Nulla igit̃ gens de antiquitate sue sapie sup patriarchas et pphetas nros qbus diuina inerat sapia nulla se uanitate iactauerit. qn nec egyptus inuenit. que solet falso et inaniter de suarum doctrinaruʒ antiquitate gl̃iari. qualiscũq; sapia patriarcharum nroꝝ tpr̃e preuenisse sapiam. Neq; eã quisq; dicere audebit mirabilium disciplinarum eos peritissimos fuisse anteqm litteras noscent. i. anteq; Isis eo uenisset. eosq; ibi docuisset. Ipsa porro eoꝝ memorabilis doctrina que appellata est sapia. qd erat nisi maxime astronomia. Et si quid aliud talium disciplinarum magis ad exercenda ingenia. q̃ ad illuminandas uera sapia mentes solet ualere. Nam quod attinet ad phiam que se docere pfitet̃ aliquid unde fiant homines beati. circa tpra mercurii. queʒ Trismegistum uocauerunt. in illis terris eiusmodi studia claruerunt. longe quidem ante sapientes uel phos grecie. sed tñ post Abraham et ysaac et Iacob et Ioseph. nimirum etiã post ipsum Moysen. Eo tpr̃e quippe quo Moyses natus est. fuisse reperit̃ Athlas ille magnus astrologus pmethei frater maternus auus mercurii maioris. cuius nepos fuit Trismegistus iste Mercurius.

De egyptiorum mendacissima uanitate que antiquitati scientie sue centum milia ascribit annorum et cetera. Capitulum. xl.

Frustra itaq; uanissima psumptiõe garriunt quidam dicentes ex quo egyptus rõem syderum cõprehendit amplius qm centum annoꝝ milia nũari. In quibꝯ enim libris istum nũm collegerunt. qui non multo ante annorũ duo milia litteras magistra Iside didicerunt. Non enĩ paruus auctor est in historia Varro. qui hoc prodidit. quod a litterarum etiã diuinarũ ueritate non dissonat. Cum enĩ ab ipso primo hoĩe qui est appellatus Adam nondum sex annoꝝ milia compleant̃. quomodo non isti ridendi potius qm refellendi sunt. qui de spatio temporum tam diuersa et huic exploratę ueritati tam contraria persuadere conant̃. Cui enĩ melius narranti pterita credimus. q̃ qui etiã futura pdixit. que pñtia iam uidemus. Nam et ipsa historicoꝝ inter se dissonantia copiaʒ nobis prebet. ut ei potius credere debeamus qui diuine q̃ tenemus non repugnat historie. Porro aut̃ ciues impie ciuitatis diffusi usq; quaq; per terras. cum legunt doctissimos homines. quorum nullius contemnenda uideat̃ auctoritas. inter se de rebus gestis et ab etatis nre memoria remotissimis discrepantes. cui potius credere debeant

non inueniunt. Nos uero in nostre religionis historia fulti auctoritate
diuina quicquid ei resistit non dubitamus esse falsissimum. Quolibet se habeant cetera in secularibus litteris que seu uera seu falsa sint nihil momenti afferunt quo recte beateque uiuamus.

De philosophicarum opinionum dissensibus et canonicarum apud ecclesiam concordia scripturarum. Capitulum LXI.

Ut autem iam cognitionem omittamus historie ipsi philosophi a quibus ad ista progressi sumus qui non uidentur laborasse in studiis suis nisi ut inuenirent quo uiuendum esset accommodate ad beatitudinem capessendam. Cur dissenserunt et a magistris discipuli et inter se condiscipuli nisi quia ut homines humanis sensibus et humanis rationibus ista quesierunt. Ubi quamuis esse potuerit et studium gloriandi quo quisque alio sapientior et cautior uideri cupit nec sententie quodammodo additus aliene sed sui dogmatis et opinionis inuentor. Tamen ut nonnullos uel etiam plurimos eorum fuisse concedam quos a suis doctoribus uel discendi sociis amor ueritatis abrupit ut pro ea certarent quam ueritatem putarent siue illa esset siue non esset quid agit aut quo uel qua ut ad beatitudinem perueniatur humana se porrigit infelicitas si diuina non inducit auctoritas. Denique auctores nostri in quibus non frustra sacrarum litterarum figitur et terminatur canon absit ut inter se aliqua ratione dissentiant. Unde non inmerito cum illa scriberent eis deum uel per eos locutum non pauci in scolis atque gymnasiis litigiosis disputationibus garruli sed in agris atque urbibus cum doctis et indoctis tot tantique populi crediderunt. Ipsi sane pauci esse debuerunt ne multitudine uilesceret quod religione carum esse oporteret. Nec tamen ita pauci ut eorum non sit miranda consensio. Neque enim in multitudine philosophorum qui labore etiam litterario monumenta suorum dogmatum reliquerunt facile quis inuenerit inter quos cuncta que sensere conueniant quod ostendere hoc opere longum est. Quis autem secte cuiuslibet auctor sic est in hac demonicola ciuitate approbatus ut ceteri improbarentur qui diuersa et aduersa senserunt. Nonne apud athenas epycurei clarebant asserentes res humanas ad deorum curam non pertinere. Et stoici qui contraria sentientes eas regi atque muniri diis adiutoribus et tutoribus disputabant. Unde miror cur anaxagoras reus factus sit quia solem dixerit lapidem ardentem negans utique deum. Cum in eadem ciuitate gloria floruerit epycurus uixeritque securus non solum solem uel ullum syderum deum esse non credens sed nec iouem nec

ullum deorum omnino in mundo habitare contendens ad quem preces
hominum supplicationesque perueniant. Nonne ibi Aristippus in
uoluptate corporis summum bonum ponens. Antistenes uirtute
animi potius hominem fieri beatum asseuerans duo philosophi nobiles, et
ambo socratici in tam diuersis atque inter se contrariis finibus uite
summam locantes quorum etiam ille fugiendam, iste administrandam
sapienti dicebat esse rem publicam, ad suam suam quisque sectam
sectandam discipulos congregabat. Nempe palam in conspicua et
notissima porticu in gymnasiis in ortulis et locis publicis ac priuatis
cateruatim pro sua quisque opinione certabant, alii asserentes unum
alii innumerabiles mundos. ipsum autem unum, alii ortum esse, alii
uero initium non habere, alii interiturum alii semper futurum, alii mente
diuina alii fortuito et casibus agi. Alii mortales esse animas alii immorta-
les. Et qui immortales, alii reuolui in bestias, alii nequaquam. qui uero
mortales alii mox interire post corpus, alii uiuere etiam postea uel pau-
lulum uel diutius non tamen semper. Alii in corpore constituentes finem
boni alii in animo alii in utroque, alii extrinsecus posita etiam bona ad
animum et corpus addentes alii sensus corporis semper, alii non semper alii
numquam putant esse credendum. Has et alias pene innumerabiles dissen-
tiones philosophorum quis umquam populus quis senatus, que potestas uel dignitas
publica impie ciuitatis diiudicandas ac alias probandas ac recipien-
das alias reprobandas repudiandasque curauit. Ac non passim sine ullo
iudicio confuseque habuit in gremio suo tot controuersias hominum
dissidentium: non de agris et domibus uel quacumque pecuniaria ratione
sed de his rebus quibus aut misere uiuitur aut beate. Ubi et si aliqua
uera dicebantur eadem licentia dicebantur et falsa prorsus ut non frustra
talis ciuitas mysticum uocabulum Babylonis acciperet. Babylon inter-
pretatur quippe confusio, quod nos iam dixisse meminimus. Nec inter-
est diaboli regis eius, quam contrariis inter se rixentur erroribus quos merito
multe uarieque impietatis pariter possidet. At uero gens illa illa ciuitas
illa res publica, illi israhelite quibus credita sunt eloquia dei, nullo
modo pseudoprophetas cum ueris prophetis parilitate licentie confunderent
Sed concordes inter se atque nullo modo dissentientes sacrarum litterarum
ueraces ab eis cognoscebantur et tenebantur auctores sapientie. ipsi sa-
pientes ipsi theologi ipsi prophete, ipsi doctores probitatis atque pietatis.
Quicumque secundum illos sapuit et uixit, non secundum hominem sed secundum
deum qui per eos locutus est sapuit et uixit. Ibi si prohibitum est

sacrilegium deus phibuit si dictum est. Honora prem tuum et mrem tuam. deus iussit si dictum est. Non mechaberis. non homicidium facies. non furaberis. et cetera huiusmodi. Non hec ora humana. sed diuina fuderunt. Quicqd phi quidam inter falsa que opinati sunt. uerum uidere potuerunt. et laboriosis disputationibus persuadere moliti sunt. quod mundum istum deus fecerit. eumque ipse puidentissimus administret. de honestate uirtutum. de amore patrie. de fide amicitie. de bonis opibus atque omnibus ad mores probos ptinentibus rebus. quamuis nescientes ad quem finem et quonam modo essent ista omnia referenda. ppheticis hoc e diuinis uocibus. quamuis per homines illa ciuitate pplo commendata sunt. non argumentationum concertationibus inculcata. ut non hois ingenium. sed dei eloquium contemnere formidaret. qui illa cognosceret.

Qua dispensatione puidentie dei scripture sacre ueteris sacramenti. ex hebreo in grecum eloquium translate sunt. ut uniuersis gentibus innotescerent. Caplm. xlii.

HAS litteras sacras etiam unus Ptolomeorum regum egypti nosse studuit et hre. Nam post alexandri Macedonis qui et magnus cognominatus est. mirificentissimam minimeque diuturnam potentiam qua uniuersam asiam. immo pene totum orbem. partim ui et armis. partim terrore subegerat. qui inter cetera orientis regna etiam iudeam ingressus obtinuit. eo mortuo comites eius cum regnum illud amplissimum non pacifice inter se possessuri diuisissent. uel potius dissipassent bellis omnia. Ptolomeos reges hre cepit egyptus. Quorum primus Lagi filius multos ex Iudea captiuos in egyptum transtulit. Huic autem succedens alius Ptolomeus qui est appellatus Philadelphus. oes quos ille adduxerat subiugatos. liberos redire permisit. insuper et dona regia in templum dei misit. petiuitque ab Eleazaro tunc pontifice. dari sibi scripturas quas profecto audierat fama predicante diuinas. Et ideo concupiuerat hre in bibliotheca quam nobilissimam fecerat. Has ei cum idem pontifex misisset hebreas. post ille etiam interpretes postulauit. Et dati sunt septuaginta duo de singulis duodecim tribubus Seni homines lingue utriusque doctissimi. hebree s. atque grece. quorum interpretatio ut septuaginta uocaretur iam obtinuit consuetudo. Traditur sane tam mirabile ad stupendum planeque diuinum in eorum uerbis fuisse consensum. ut cum ad hoc opus separatim singuli sederent. Ita enim eorum fidem Ptolomeo placuit explorare. in nullo uerbo qd idem significaret et tantum ualeret. uel in uerborum ordine. alter ab

altero discreparet. sed tamquam unus esset interpres. ita quod omnes interpre-
tati sunt unum erat. quoniam re vera spiritus erat unus in omnibus. Et ideo tam
mirabile dei munus acceperant ut illarum scripturarum non tamquam
humanarum, sed sicut erant tamquam divinarum, etiam isto modo com-
mendaretur auctoritas crediturus quandoque gentibus profutura quod iam
videmus effectum :—

Quid intelligendum sit de ninivetarum excidio cuius denuntiatio in hebreo quadraginta dierum spatio traditur in septuaginta autem tridui brevitate concluditur : Capitulum . xliii :—

Nam cum fuerint et alii interpretes qui ex hebrea lingua in gre-
cam sacra illa eloquia transtulerunt sicut aquila. Symachus.
Theodotion. sicut etiam illa interpretatio cuius auctor non apparet.
et ob hoc sine nomine interpretis quinta editio nuncupatur. Hanc tamen
que septuaginta est. tamquam sola esset sic recepit ecclesia. eaque utuntur
greci populi christiani. quorum plerique utrum alia sit aliqua ignorant.
Ex hac septuaginta interpretatione etiam in latinam linguam interpreta-
tum est quod ecclesie latine tenent. Quamvis non defuerit temporibus nostris
presbiter Hieronymus homo doctissimus. et omnium trium linguarum
peritus qui non ex greco sed ex hebreo in latinum eloquium easdem
scripturas converterit. Sed eius tam litteratum laborem quamvis
iudei fateantur esse veracem. septuaginta vero interpretes in multis er-
rasse contendant. tamen ecclesie christi tot hominum auctoritati ab Eleazaro tunc
pontifice ad hoc tantum opus electorum neminem iudicant preferendum. quia
et si non in eis unus apparuisset spiritus sine dubitatione divinus sed inter
se verba interpretationis sue septuaginta docti more hominum contulissent
ut quod placuisset omnibus hoc maneret. Nullus eis unus interpres
debuit anteponi. Cum vero tantum in eis signum divinitatis apparuit
profecto quisquis alius illarum scripturarum ex hebrea in qualibet alia
linguam interpres est verax aut congruit illis septuaginta interpretibus
aut si non congruere videtur altitudo prophetica ibi esse credenda est. Spiritus
enim qui in prophetis erat quando illa dixerunt. Idem ipse erat in septuaginta
viris quando illa interpretati sunt. Qui profecto auctoritate divina et
aliud dicere potuit tamquam propheta ille utrumque dixisset. quia utrumque
idem spiritus diceret. et hoc ipsum aliter, ut si non eadem verba, idem tamen sen-
sus bene intelligentibus dilucesceret. et aliquid pretermittere et aliquid
addere. ut etiam hinc ostenderetur non humanam fuisse in illo corpore
servitutem quam verbis debebat interpres. sed divinam potius volun-
tatem que mentem replebat et regebat interpretis. Nonnulli autem

codices grecos interpretationis septuaginta ex hebreis codicibus emendan
dos putarunt. Nec tamen ausi sunt detrahere quod hebrei non habe-
bant et septuaginta posuerunt. Sed tantummodo addiderunt que in he-
breis inuenta apud septuaginta non erant, eaque signis quibusdam in
stellarum modum factis ad capita eorundem uersuum notauerunt
que signa asteriscos uocant. Illa uero que non habent hebrei, habent autem
septuaginta, similiter ad capita uersuum iacentibus uirgulis sicut
scribuntur untie signauerunt. Et multi codices has notas habentes usque
quaque diffusi sunt et latini. Que autem non pretermissa uel addita,
sed aliter dicta sunt, siue alium sensum faciunt etiam ipsum non ab
horrentem, siue alio modo eundem sensum explicare monstrentur:
nisi utrisque codicibus inspectis nequeunt reperiri. Si ergo ut oportet
nihil aliud intueamur in scripturis illis nisi quid per homines dixerit
dixerit dei spiritus quicquid est in hebreis codicibus et non est apud in
terpretes septuaginta, noluit ea per istos sed per illos prophetas dei spiritus
dicere. Quicquid uero est apud septuaginta in hebreis autem codicibus
non est per istos ea maluit quam per illos idem spiritus dicere, sic ostendens
utrosque fuisse prophetas. Isto enim modo alia per Isayam alia per Ieremiam
a
lia per alium aliumque prophetam, ut aliter eadem per hunc ac per illum
dixit ut uoluit. Quicquid porro apud utrosque inuenitur per utrosque
dicere uoluit unus atque idem spiritus, sed ita ut illi precederent propheta
do isti sequerentur prophetice illis interpretando quia sicut in illis uera
et concordantia dicentibus fuit: sic et in istis non secum conferentibus
et tamquam in ore uno cuncta interpretantibus, idem spiritus unus apparuit
S
ed ait aliquis quomodo sciam quid Ionas propheta dixerit nineuitis, utrum
triduum et Niniue euertetur: an quadraginta dies? Quis enim non uideat
non potuisse utrumque tunc dici a propheta qui missus fuit terrere com
minatione imminentis exitii ciuitatem. Cui si tertio die fuit futurus
interitus, non utique quadragesimo die, si autem quadragesimo die, non
utique tertio. Si ergo a me queritur: quid horum Ionas dixerit, hoc puto
potius quod legitur in hebreo quadraginta dies et Niniue euertetur.
S
eptuaginta quippe interpretati aliud dicere potuerunt quod tamen ad rem
pertineret et in unum eundemque sensum quamuis sub altera significa
tione concurreret admoneretque lectorem, utraque auctoritate non spre
ta sese attollere ad ea requirenda propter que significanda historia
ipsa ab eis conscripta est. Gesta quippe sunt illa in Niniue ciuitate:
sed aliquid significauerunt quod modum illius ciuitatis excedat: sicut

gestum est quod ipse propheta in uentre ceti triduo fuit. et tamen alium si
gnificauit in profundo inferni triduo futurum qui dominus est omnium
prophetarum. Quapropter si per illam ciuitatem recte accipitur ecclesia
gentium prophetice figurata euersa scilicet per penitentiam ut qualis fu
erat iam non esset, Hoc quoniam per christum factum est in ecclesia gentium
cuius illa Niniue figuram gerebat siue per quadraginta dies siue
per triduum idem ipse significatus est christus. per quadraginta scilicet
quia tot dies peregit cum discipulis suis post resurrectionem et ascen
dit in celum. per triduum uero quia die tertio resurrexit. tanquam
lectorem nihil aliud quam historie rerum gestarum inherere cupientem
de somno excitauerint septuaginta interpretes. idemque prophetae.
ad perscrutandam altitudinem prophetie, et quodammodo dixerint
in quadraginta diebus ipsum quere in quo et triduum poteris inue
nire. illud in ascensione. hoc in eius resurrectione reperies. propter quod
utroque numero significari conuenientissime potuit. quorum unum per
onam prophetam, alterum per septuaginta interpretum prophetiam tamen
unus atque idem spiritus dixit. Longitudinem fugio ut non hec per multa
demonstrem, in quibus ad hebrea ueritate septuaginta interpretes
et discrepare et bene intellecti inueniuntur esse concordes. Vnde etiam
ego pro meo modulo uestigia sequens apostolorum quia ipsi ex utrisque id est ex
hebreis et septuaginta testimonia prophetica posuerunt utraque aucto
ritate utendum putaui quoniam utraque una atque diuina est. Sed iam
que restant ut possumus exequamur :~

Quod post instaurationem templi prophetas habere iudei destiterint. Et ex
inde usque ad natiuitatem christi continuis aduersitatibus sint afflic
ti ut probaretur alterius templi edificationem propheticis uocibus
fuisse promissam : Capitulum. xliiii :

Postea quam gens iudea cepit non habere prophetas procul dubio de
terior facta est eo scilicet tempore quo se sperabat instaurato templo
post captiuitatem que fuit in babylonia futuram esse me
liorem. Sic quippe intelligebat populus ille carnalis quod prenun
tiatum est per Aggeum prophetam dicentem. Magna erit gloria do
mus istius nouissime plusquam prime quod de nouo testamento di
ctum esse paulo superius demonstraui. Vbi ait aperte christum
promittens. Et mouebo omnes gentes. et ueniet desideratus cunctis gen
tibus. Quo loco septuaginta interpretes alium sensum magis corpori
quam capiti hoc est magis ecclesie quam christo conuenientem prophetica auctoritate

dixerunt . Venient que electa sunt domini de cunctis gentibus . i . homines
de quibus ipse Iesus in euangelio . Multi inquit uocati pauci uero electi .
Talibus enim electis gentium domus edificatur dei per testamentum nouum
lapidibus uiuis longe gloriosior quam templum illud fuit quod a rege
Salomone constructum est et post captiuitatem instauratum . Propter
hoc ergo nec prophetas ex illo tempore habuit illa gens . sed multis cladi-
bus afflicta est ab alienigenis regibus ipsisque romanis . ne hanc aggei
prophetiam in illa restauratione templi opinaretur impletam . Non
multo post enim adueniente Alexandro subiugata est . quando et si nulla
est facta uastatio quoniam non sunt ei ausi resistere . Et ideo pacatum eum
facillime subditi receperunt . Non erat tamen gloria tanta domus
illius quanta fuit in suorum regum libera potestate . Hostias sane alexan-
der immolauit in dei templo non ad eius cultum uera pietate
conuersus . sed impia uanitate cum diis eum falsis colendum putans .
Deinde Ptolomeus Lagi filius quod supra commemoraui post Alexandri
mortem captiuos inde in egyptum transtulit . quos eius successor Pto-
lomeus phyladelphus beniuolentissime inde dimisit . per quem factum
est quod paulo ante narraui ut septuaginta interpretum scripturas
haberemus . Deinde contriti sunt bellis que in machabeorum libris
explicantur . Post hec capti a rege alexandrie Ptolomeo qui est appellatus
Epiphanes . Inde ab Antiocho rege assyrie multis et grauissimis malis
ad idola colenda compulsi . Templumque repletum sacrilegis supersti-
tionibus gentium quod tamen dux eorum strenuissimus Iudas qui et
Machabeus dictus est antiochi ducibus pulsis ab omni illa idolatrie
contaminatione mundauit . Non autem multo post Alchimus quidam
per ambitionem cum a genere sacerdotali esset alienus quod nephas erat
pontifex factus est . Hinc iam post annos ferme quinquaginta in quibus
eis tamen pax non fuit quamuis aliqua et prospere gesserint . primus
apud eos Aristobolus assumpto diademate et rex et pontifex factus
est . Antea quippe ex quo de Babylonie captiuitate reuersi sunt .
templumque instauratum est non reges sed duces uel principes habu-
erunt . quamuis et qui rex est possit dici princeps principatu imperandi .
et dux eo quod sit ductor exercitus . Sed non continuo quicumque
principes uel iudices sunt etiam reges dici possunt . quod iste Aristobo-
lus fuit . Cui successit alexander etiam ipse rex et pontifex qui crude-
liter in suos regnasse traditur . Post hunc uxor eius Alexandria regina
iudeorum fuit . ex cuius tempore deinceps mala secuta sunt eos grauiora

Filii quippe huius alexandre Aristobolus et Hircanus inter se de imperio
dimicantes uires aduersus israheliticam gentem prouocauere romanas.
Hircanus namque ab eis contra fratrem poposcit auxilium. Tunc iam Ro-
ma subiugauerat Aphricam, subiugauerat greciam. Lateque etiam
aliis orbis partibus imperans, tamquam se ipsam non ualens ferre sua
se quodammodo magnitudine fregerat. Peruenerat quippe ad sedi-
tiones domesticas graues atque inde ad bella socialia moxque ciuilia. Tan-
tumque se comminuerat et attriuerat ut ei mutandus rei publice status
quo regeretur regibus immineret. Pompeius ergo populi romani preclaris-
simus princeps Iudeam cum exercitu ingressus ciuitatem capit, templum
reserat non deuotione supplicis, sed iure uictoris. Et ad sancta sanctorum
quo nisi summum sacerdotem non licebat intrare, ut non uenerator
sed ut prophanator accedit. Confirmatoque hircani pontificatu et sub-
iugate genti imposito custode Antipatro quos tunc procuratores uoca-
bant, uinctum secum Aristobolum ducit. Ex illo die Iudei et tributa-
rii romanorum esse ceperunt. Postea Cassius etiam templum expoliauit.
Deinde post paucos annos etiam Herodem alienigenam regem habere meru-
erunt, quo regnante natus est Christus. Iam enim uenerat plenitudo tem-
poris significata prophetico spiritu per os patriarche Iacob ubi ait: Non defi-
ciet princeps ex iuda, neque dux de femoribus eius, donec ueniat cui
repositum est, et ipse erit expectatio gentium. Non enim defuit iude-
orum princeps ex iudeis usque ad herodem quem primum acceperunt ali-
enigenam regem. Tempus enim iam erat ut ueniret ille cui repositum
erat quod nouo promissum est testamento ut ipse esset expectatio
gentium. Fieri autem non posset ut expectarent eum gentes uenturum,
sicut eum cernimus expectari ut ueniat ad faciendum iudicium in
claritate potentie, nisi prius in eum crederent cum uenit ad patien-
dum iudicium humilitate patientie.

De ortu Saluatoris nostri quod uerbum caro factum est, et dispersiones iudeorum per omnes gentes sicut fuerat prophetatum. Capitulum xlv.

Regnante ergo Herode in iudea, apud Romanos autem mutato
rei publice statu, imperante Cesare augusto et per eum orbe
pacato natus est christus secundum precedentem prophetiam in
bethleem iude, homo manifestus ex homine uirgine, deus occultus
ex deo patre. Sic enim propheta predixerat: Ecce uirgo concipiet in u-
tero et pariet filium et uocabunt nomen eius emanuel, quod interpre-
tatum est nobiscum deus. Qui ut in se commendaret deum miracula

iusta fecit · ex quibus quędam que quantum ad deum predicandum satis uisum est scriptura euangelica continet · quorum primum est quod tam mirabiliter natus est · Ultimum autem quod cum resuscitato a mortuis corpore ascendit in cęlum . Iudei autem qui eum occiderunt et in eum credere noluerunt quia oportebat eum mori et resurgere uastati infelicius a romanis funditusque a regno suo ubi iam eis alienigene dominabantur eradicati dispersique per terras quoniam quidem ubique non desunt per scripturas suas testimonio nobis sunt prophetias nos non finxisse de christo quas plurimi eorum considerantes et ante passionem et maxime post eius resurrectionem crediderunt in eum de quibus predictum est. Si fuerit numerus filiorum israhel sicut harenę maris reliquię salue fient ceteri uero excecati sunt de quibus predictum est. Fiat mensa eorum in laqueum et in retributionem et scandalum . Obscurentur oculi eorum ne uideant et dorsum eorum semper incurua . Proinde cum scripturis nostris non credunt complentur in eis sue quas ceci legunt . Nisi forte quis dixerit illas prophetias christianos finxisse de christo que Sibyllę nomine proferuntur uel aliorum si que sunt qui non pertinent ad populum iudeorum . Nobis quidem illę sufficiunt que de nostrorum inimicorum codicibus proferuntur quos agnoscimus propter hoc testimonium quod nobis inuiti perhibent eosdem codices habendo atque seruando per omnes gentes etiam ipsos esse dispersos quaqua uersum christi ecclesia dilatatur . Nam prophetia in psalmis quos legunt etiam de hac re premissa est ubi scriptum est . Deus meus misericordia tua preueniet me . Deus meus demonstrauit mihi in inimicis meis ne occideris eos . Ne quando obliuiscantur legem tuam · disperge eos in uirtute tua . Demonstrauit deus ecclesię in eius inimicis iudeis gratiam misericordię suę · quoniam sicut dicit apostolus delictum illorum salus gentibus . Et ideo non eos occidit . i . non in eis perdidit quod sunt iudei quamuis a romanis fuerint deuicti et oppressi ne obliti legem dei et ad hoc de quo agimus testimonium nil ualerent . Ideo parum fuit ut diceret ne occideris eos ne quando obliuiscantur legem tuam · nisi adderet etiam disperge illos . quoniam si cum isto testimonio scripturarum in sua tantummodo terra non ubique essent · profecto ecclesia que ubique est eos prophetiarum que de christo premissa sunt testes in omnibus gentibus habere non posset : ~

An ante tempora christi aliqui fuerint extra israheliticum genus qui ad celestis ciuitatis consortium pertinerent : Capitulum . xlvi :

Quapropter quisquis alienigena id est non israhel progenitus nec ab illo populo in canone sacrarum

~ : Litterarum : ~

litterarum receptus legit aliquid prophetasse de xpo si in notitiam nram
uenit aut uenerit ad cumulum a nobis commemorari pot. non quo
necessarius sit si desit. sed quia non incongrue credit fuisse et in alis
gentibus homines quibus hoc mysterium reuelatum est. Et qui hoc
etiã predicere inpulsi sunt siue participes eiusdem grę fuerint siue
expertes. sed per malos angelos docti sunt quos etiã presentem xpm
quem iudei non cognoscebant scimus fuisse confessos. Nec ipsos
iudeos existimo audere contendere neminez ptinuisse ad deũ pter
israhelitas. ex quo ppago israhel esse cepit. reprobato eius fre maiore.
Populus enim re uera qui proprie dei populus diceret nullus alius fuit.
homines autem quosdam non terrena sed celesti societate ad ueros
israhelitas superne ciues patrię ptinentes etiã in aliis gentibus fuisse
negare non possunt. qui si negant facillime conuincunt de sancto
et mirabili uiro iob qui nec indigena. pselitus i. aduena ppli isral
fuit sed ex gente idumea genus ducens ibi ortus ibidem mortuus
est. qui diuino sic laudat eloquio ut qd ad iustitiam pietatemq;
attinet nullus ei homo suorum temporum coequet. Quę tempora eius
quamuis non inueniamus in cronicis colligimus tamen ex libro eius
quę pro sui merito israhelitę in auctoritatem canonicam receperunt.
tertia generatione posteriorem fuisse quã israhel. Diuinitus autem prouisum
fuisse non dubito ut ex hoc uno sciremus etiã per alias gentes esse po
tuisse qui scdm deum uixerunt eiq; placuerunt ptinentes ad spualem hie
rusalem. quod nemini concessum credendum est. nisi cui diuinitus
reuelatus est unus mediator dei et hominum homo christus iesus qui
uenturus in carne sic antiquis sanctis prenuntiabat quemadmodum
nobis uenisse nuntiatus est. Ut una eademq; fides omnes in dei ci
uitatem dei domum dei templum pdestinatos perducat ad deũ.
Sed quęcumq; aliorum prophetię de dei per iesum christum gra pferuntur.
possunt putari a xpianis esse confictę. Ideo nihil est firmius ad co
uincendos quoslibet alienos si de hac re contenderint. nrosq; fouen
dos si recte sapuerint qm ut diuina predicata de xpo ea proferant
quę in iudeorum codicibus scripta sunt. quibus auulsis de sedibus
propriis et pp hoc testimonium toto orbe dispersis christi usquequaq;
creuit ecclesia :

De prophetia Aggei qua dixit maiorem futuram gloriam do
mus dei quam primo fuisset non in reędificatione templi. sed in
ecclesiam christi esse completam : Capitulum . xlvii :

Sed domus dei maioris est glorie. q̄ fuerat illa prima lignis &
lapidibus ceterisq; preciosis rebus metallisq; constructa. Nō
itaq; aggei ꝓphetia in templi illius instauratione cōpleta est.
Ex quo enim est instauratum nunq̄m ostendit habuisse tantam gl̄iam
q̄ntam habuit tp̄re Salomonis. immo potius ostendit primum ces
sasse ꝓphie fuisse domus illius gloriam diminutam. deinde ipsius
gentis cladibus tantis usq; ad ultimum excidiū. quod fc̄m est a ro
manis sicut ea que sunt commēorata testant. Hec autem domus ad
nouum pertinens testamentum. tanto utiq; maioris est glorie. q̄nto
meliores sunt lapides uiui. quibus credentibus renouatisq; cōstruit.
Sed ideo per instaurationem templi illius significata est. quia ipsa re
nouatio illius edificii significat eloquio ꝓphetico alterū testamentū
quod appellatur nouum. Quod ergo deus dixit per memoratum pro
phetam. Et dabo pacem in loco isto per significantem locum. ille qui
eo significat intelligendus est ut quia loco illo instaurata significata
est eccl̄ia. que fuerat edificanda per xp̄m nihil accipiat qd̄ dictum
est dabo pacem in loco isto. nisi dabo pacem in loco quē significat lo
cus iste. q̄m omnia significantia uident quodammō earum rerum quas
significant sustinere personas. sicut dc̄m est ab ap̄lo. petra erat christus.
quoniam petra illa de qua hoc dc̄m est. significabat utiq; xp̄m. Maior
est itaq; gloria domus huius noui testamenti. q̄m domus prioris ue
teris testamenti. Et tunc apparebit maior cum dedicabitur. tunc enī
ueniet desideratus cunctis gentibus. sic legit in aggeo. Nam p̄mus
eius aduentus nondum erat desideratus omnibus gentibus. Non enī
quē deberent desiderare sciebant in quē non crediderant. Tunc enim
scd̄m septuaginta int̄pretes quia et ipse ꝓpheticus sermo est. uenient
que electa sunt dn̄i de cunctis gentibus. Tunc enī uere non uenient
nisi electa de quibus dicit ap̄lus. sicut elegit nos in ipso ante mundi cō
stitutionem. Ipse quippe architectus qui dixit multi uocati pauci uō
electi. non de his qui uocati sic uenerunt ut de conuiuio proicerent.
sed de electis demonstraturus est edificatam domū. que nullam ru
inam deinceps formidabit. Nunc autē q̄ndo et hi replent ecclesias
quos tanq̄ in area uentilatio separabit. non apparet tanta gloria do
mus huius. q̄nta tunc apparebit quando quisquis ibi erit. semper
erit.

De incerta multiplicatione ecclesiae. qua ut
in hoc seculo indiscreta multi reprobi miscentur electis.
Capitulum. Quadragesimum octauum.

In hoc ergo seculo maligno in his diebus malis ubi per humilitatem presentem futuram comparat ecclesie celsitudinem et timorum stimulis dolorum tormentis laborum molestiis temptationum periculis eruditur sola spe gaudens quando sanum gaudet. Multi reprobi miscentur bonis tanquam in sagenam euangelicam colliguntur. Et in hoc mundo tanquam in mari utique inclusi retibus indiscrete natant donec perueniatur ad litus ubi mali segregentur a bonis et in bonis tanquam in templo suo sit deus omnia in omnibus. Proinde uocem nunc agnoscimus eius impleri qui loquebatur in psalmo atque dicebat. Annuntiaui et locutus sum multiplicati sunt super numerum. Hoc fit nunc ex quo primum per os precursoris sui Iohannis deinde per os proprium annuntiauit et locutus est dicens. Agite penitentiam appropinquauit enim regnum celorum. Elegit discipulos quos et apostolos nominauit humiliter natos inhonoratos illitteratos ut quicquid magnum essent et facerent ipse in eis esset et faceret. Habuit inter eos unum quo malo utens bene et sue passionis impleret dispositum et ecclesie sue tolerandorum malorum preberet exemplum. Seminato quantum per eius oportebat presentiam corporalem sancto euangelio passus est mortuus est resurrexit passione ostendens quid sustinere pro ueritate resurrectione quid sperare in eternitate debeamus excepta altitudine sacramenti qua sanguis eius in remissionem fusus est peccatorum. Conuersatus est in terra quadraginta dies cum discipulis suis. Atque ipsis uidentibus ascendit in celum. Et post dies decem misit promissum spiritum sanctum cuius uenientis in eos qui crediderant tunc signum erat maximum et maxime necessarium ut unusquisque eorum linguis omnium gentium loqueretur ita significans unitatem catholice ecclesie per omnes gentes futuram ac si linguis omnibus locuturam.

De predicatione euangelii que per passiones predicantium et clarior et potentior facta est. Capitulum. xlix.

Deinde secundum illam prophetiam. Ex Syon lex prodiet et uerbum domini de hierusalem et secundum ipsius domini iesu christi predicta ubi post resurrectionem stupentibus eum discipulis suis aperuit sensum ut intelligerent scripturas et dixit eis. Quoniam sic scriptum est et sic oportebat christum pati et resurgere a mortuis tertio die et predicari in nomine eius penitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab hierusalem. Et ubi rursus eis de aduentu eius nouissimo requirentibus respondit atque ait. Non est uestrum scire tempora que pater posuit in sua potestate. sed accipietis uirtutem spiritus sancti superuenientem

in uos eritis mihi testes in hierusalem et in totam iudeam et samariam et usque in fines terre. Primum se ab hierusalem diffudit ecclesia. Et cum in iudea atque samaria plurimi credidissent, et in alias gentes itum est, eis annuntiantibus euangelium, quos ipse sicut luminaria et aptauerat uerbo et accenderat spiritu sancto. Dixerat enim eis. Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Qui ut frigidi timore non essent, igne caritatis ardebant. Denique non solum per ipsos qui eum et ante passionem et post resurrectionem uiderant et audierant, uerum etiam post obitum eorum post posteros eorum inter horrendas persecutiones et uarios cruciatos ac funera martyrum predicatum est toto orbe euangelium, contestante deo signis et ostentis et uariis uirtutibus et spiritus sancti muneribus, ut populi gentium credentes in eum qui pro eorum redemptione crucifixus est, christiano amore uenerarent sanguinem martyrum, quem dyaboli furore fuderunt. Ipsique reges quorum legibus uastabatur ecclesia, eius nomini salubriter subderentur, quod de terra crudeliter auferre conati sunt. Et falsos deos inciperent persequi, quorum causa cultores dei ueri fuerant antea persecuti.

Quod etiam per hereticorum dissensiones fides catholica roboretur. Capitulum L.

Videns autem dyabolus templa demonum deseri et nomen liberantis mediatoris currere per genus humanum, hereticos mouit, quo sub uocabulo xpiano doctrine resisterent xpiane, quasi possent indifferenter sine ulla correptione haberi in ciuitatem dei. Sicut ciuitas confusionis indifferenter habuit inter se philosophos diuersa et aduersa sentientes. Qui ergo in ecclesia morbidum aliquid prauumque sapiunt, si correpti ut sanum rectumque sapiant, resistunt contumaciter, suaque pestifera et mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt, heretici fiunt, et foras exeuntes habentur in exercentibus inimicis. Etiam sic quippe ueris catholicis membris xpi malo suo prosunt, dum deus utitur et malis bene, et diligentibus eum omnia cooperantur in bonum. Inimici enim omnes ecclesie quolibet errore cecentur uel malitia deprauentur, si accipiunt potestatem corporaliter affligendi, exercent eius patientiam; si tantummodo male sentiendo aduersantur, exercent eius sapientiam. Ut autem etiam inimici diligantur, exercent beniuolentiam aut etiam beneficentiam, siue suadibili doctrina cum eis agatur, siue terribili disciplina. Ac per hoc dyabolus princeps impie ciuitatis aduersus peregrinantem in hoc mundo ciuitatem dei uasa propria commouendo nihil ei nocere permittitur. Cui procul dubio et

rebus prosperis consolatio, ut non frangantur adversis exercitatio, ut non
corrumpatur prosperis per divinam providentiam procuratur. Atque ita
temperatur utrumque ab alterutro ut in psalmo illam vocem non aliunde
agnoscamus exortam. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde
meo consolationes tue iocundaverunt animam meam. Hinc est etiam
illud apostoli. Spe gaudentes in tribulatione patientes. Nam et id quod
ait idem doctor. Quicumque volunt in christo pie vivere persecutionem
patiuntur. nullis putandum est deesse posse temporibus quia et cum eis
qui foris sunt non seuientibus videtur esse tranquillitas. et re vera est
plurimumque consolationis affert maxime infirmis. non tamen desunt.
immo multi sunt intus qui corda pie viventium suis perditis moribus
cruciant. quoniam per eos blasphematur christianum et catholicum nomen. quod
quanto est carius eis qui volunt pie vivere in christo tanto magis dolent quod
per malos intus positos fit ut minus quam piorum mentes desiderant diligatur.
Ipsi quoque heretici cum cogantur habere nomen et sacramenta christiana et scri
pturas et professionem magnum dolorem faciunt in cordibus piorum.
quia et multi non volentes christiani propter eorum dissentiones hesitare co
guntur. et multi maledici etiam in his inveniunt materiam blasphemandi
christianum nomen quia et ipsi quoquomodo christiani appellantur. His
atque huiusmodi pravis moribus et erroribus hominum persecutionem pati
untur qui volunt in christo vivere pie etiam nullo infestante neque vexan
te corpus illorum. patiuntur quippe hanc persecutionem non in corporibus
sed in cordibus. Unde illa vox est. Secundum multitudinem dolorum me
orum in corde meo. Non enim ait in corpore meo. Sed rursus quoniam cogi
tantur immutabilia divina promissa. et quod ait apostolus. Novit deus
qui sunt eius quos enim prescivit et predestinavit conformes fieri ima
ginis filii sui. Ex eis nullus perire potest. Ideo sequitur in illo psalmo. Conso
lationes tue iocundaverunt animam meam. Dolor autem ipse qui fit in cor
dibus piorum quos persequuntur christianorum malorum sive falsorum, prodest
dolentibus quoniam de caritate descendit qua eos perire nolunt nec impe
dire aliorum salutem. Denique magne consolationes fiunt etiam de correctio
nibus eorum que piorum animas tanta iocunditate perfundunt, quantis
doloribus de sua perditione cruciaverant. Sic in hoc seculo in his di
ebus malis non solum a tempore corporalis presentie christi et apostolorum eius,
sed ab ipso Abel quem primum iustum impius frater occidit. Et dein
ceps usque in huius seculi finem inter persecutiones mundi et consolationes
dei peregrinando procurrit ecclesia.

An credendum sit quod quidam putant impletis decem persecutionibus que fuerunt nullam super esse preter undecimam que in ipso antichristi tempore sit futura : Capitulum . LI :

Proinde ne illud quidem temere puto esse dicendum siue cre-
dendum quod nonnullis uisum est uel uidetur non amplius
ecclesiam passuram persecutiones usque ad tempus antichristi quam
iam passa est . i . decima eademque nouissima sit ab antixpo . Primam
quippe computant a Nerone que facta est . Secundam a Domitiano .
A Traiano tertiam . Quartam ab Antonio . a Seuero quintam . a Maxi
miano sextam . a Decio septimam . Octauam a Valeriano . ab Aureli
ano nonam . Decimam a Diocliciano et Maximiano . Plagas egyptiorum
qm decem fuerunt anteqm exire inde inciperent pplus dei putant ad
hunc intellectum esse referendas ut nouissima antixpi persecutio siilis
uideatur undecime plage . qua egyptii dum hostiliter sequerentur hebreos
in mari rubro pplo dei per siccum transeunte perierunt . Sed ego illa
re gesta in egypto istas persecutiones pphetice significatas esse non ar
bitror qmuis ab eis qui hoc putant exquisite et ingeniose illa singula
his singulis comparata uideantur non pphetico spiritu sed coniectura
mentis humane que aliqn ad uerum puenit aliqn fallitur . Quid enim
qui hoc sentiunt dicturi sunt de psecutione qua ipse dns crucifixus est :
In quo eam nro posituri : Si aut hac excepta existimant coputandum
tanqm ille nuande sunt que ad corpus ptinent non qua ipm caput
est appetitum et occisum quid agent de illa que postea q christus
ascendit in celum hierosolymis facta e ubi beatus Stephanus lapida
tus est ubi Iacobus frater Iohannis gladio est trucidatus : Vbi aplus
Petrus ut occideretur inclusus et per angelum liberatus . Vbi fugati atque
dispersi de Hierosolymis fratres . Vbi Saulus qui postea Paulus factus e
uastabat ecclesiam . Vbi ipse iam fidem quoque qua persequebatur euan
gelizans qualia faciebat est passus siue per iudeam siue per alias ge
tes quocunque xpm feruentissimus predicabat : Cur ergo eis a Nerone ui
detur ordiendum cum ad Neronis tpra inter atrocissimas psecutioes
de quibus nimis longum est cuncta dicere ecca crescendo peruenerit :
Quod si a regibus factas persecutiones in numero existimant esse debere rex
fuit Herodes qui etia post ascensum dni grauissimam fecit . Deinde
quid respondit etia de Iuliano quem non numerat in decem : An ipse
non est ecclesiam persecutus qui xpianos liberales litteras docere ac
discere uetuit : Sub quo Valentinianus maior qui post eum tertius

imperator fuit · fidei christianę confessor extitit militiaq; priuatus est. Vt
omittam quippe quę apud antiochiam facere ceperat nisi unius fi-
delissimi et constantissimi iuuenis qui multis ut torqueretur apprehensis
per totum diem primus est totus inter ungulas cruciatusq; psallentis
libertatem atq; hylaritatem miratus horruisset et inter ceteris defor
mis erubescere timuisset. Postremo sua memoria ualens supra dicti
Valentiniani frater Arrianus nonne magna persecutione per orientis
partes catholicam uastauit ecclesiam. Quale est autem non considerare ec-
clesiam per totum mundum fructificantem atq; crescentem posse
in aliquibus gentibus persecutionem pati a regibus. et quando in aliis non
patitur. Nisi forte non est persecutio computanda quando rex gothorum
in ipsa gothia persecutus est christianos crudelitate mirabili. quorum
plurimi martyrio coronati sunt sicut a quibusdam fratribus qui tunc illic
pueri fuerant et se ista uidisse incunctanter recordabantur audiuimus.
Quid modo in perside. non ita in christianos ferbuit persecutio si tamen iam
quieuit ut fugientes inde nonnulli usq; ad romana oppida peruenerunt.
Hęc atq; huiusmodi mihi cogitanti non uidetur esse diffiniendus nume
rus persecutionum quibus exerceri oportet ecclesiam. Sed rursus affirmare ali
quas futuras a regibus preter illam nouissimam de qua nullus ambigit
christianus non minoris est temeritatis. Itaque hoc in medio relinquimus
neutram partem questionis huius astruentes siue destruentes sed tantum
modo ab affirmandi quodlibet horum audaci presumptione reuocantes;

De tempore nouissime persecutionis occulto. Capitulum. LIII.

Illam sane nouissimam persecutionem que ab antichristo futura est pre
sentia sua extinguet etiam christus. Sic enim scriptum est. Quem inter
ficiet spiritu oris sui. et euacuabit illuminatione presentię suę. Hic queri
solet quando istud erit. importune omnino. Si enim hoc nosse prodesset a
quo melius quam ab ipso deo magistro interrogantibus discipulis diceretur.
Non enim siluerunt inde apud eum sed a presente quesierunt dicentes. Domine si hoc
tempore repraesentabis regnum israhel. At ille non est inquit uestrum scire tempora
quę pater posuit in sua potestate. Non utiq; illi de hora uel die uel anno:
sed tempore interrogauerant quando istud acceperant responsum. Frustra igitur
annos qui remanent huic sęculo computare ac diffinire conamur. cum
hoc scire non esse nostrum ex ore ueritatis audiamus quos tamen alii quadringentos
alii etiam mille ab ascensione domini usq; ad eius ultimum aduentum com
pleri posse dixerunt. Quemadmodum autem quisq; eorum astruat opinionem
suam longum est demonstrare et non necessarium. Coniecturis quippe

utuntur humanis. Non ab his aliquid certum de scripture canonice auc-
toritate proferuntur: — De stultissimo mendacio paganorum quo
xpianam religionem non ultra trecentos septuaginta quinque annos
mansura esse finxerunt: — Capitulum . LIII :

OMnium uero de hac re calculantium digitos resoluit et quiescere
iubet ille qui dicit Non est uestrum scire tempora que pater posuit in
sua potestate. Sed hec quia euangelica sententia est mirum non est
eos non repressos fuisse deorum multorum falsorumque cultores quominus
fingerent demonum responsis quanto tempore mansura esset religio xpi-
ana. Cum enim uiderent nec tot tantisque persequutionibus eam potuisse
consumi sed his potius mira incrementa sumpsisse excogitauerunt
nescio quos uersus grecos tamquam consulenti cuidam diuino oraculo ef-
fuso ubi xpm quidem ab huius tamquam sacrilegii crimine faciunt inno-
centem. Petrum autem maleficia fecisse subiungunt ut coleretur xpi nomen
per trecentos sexaginta quinque annos. Deinde completo memorato numero
annorum sine mora sumeret finem. O hominum corda doctorum. O inge-
nia litterata digna credere ista de xpo que credere non uultis in xpm.
quod eius discipulus petrus ab eo magicas artes non didicerit. sed ipso in-
nocente tamen discipulus eius maleficus fuerit nomenque illius quam suum coli
maluerit magicis artibus suis magnis laboribus et periculis suis postre-
mo etiam effusione sanguinis sui. Si Petrus maleficus fecit ut christum
sic diligeret mundus quid fecit innocens xps ut eum sic diligeret Petrus.
Respondeant igitur ipsi sibi et si possunt intelligant illa superna gratia factum
esse ut propter eternam uitam xpm diligeret mundus. qua gratia factum
est ut propter eternam uitam ab illo accipiendam et usque ad temporariam
mortem pro illo patiendam xpm diligeret Petrus. Deinde isti dii qui sunt
qui possunt ista predicere nec possunt auertere ita succumbentes uni
malefico et uni sceleri magico quo puer ut dicunt anniculus occisus et
dilaniatus et in ritu nefario sepultus est ut sectam sibi aduersariam
tam prolixo tempore conualescere tot tantarumque persecutionum hor-
rendas crudelitates non resistendo sed patiendo superare et ad suorum
simulacrorum templorum sacrorum ac oraculorum peruenire permitteret euer-
sionem. Quis postremo est deus non noster utique sed ipsorum qui uel illec-
tus tanto scelere uel impulsus est ista prestare. Non enim alicui demoni
sed deo dicunt illi uersus hec Petrum arte magica diffinisse. Talem
deum habent qui xpm non habent. Hec atque huiusmodi multa collige-
rem si nondum annus ipse transisset quem diuinatio facta promisit.

et decepta vanitas crediderit. Cum ab ex quo nominis Christi cultus per eius
in carne presentiam et per apostolos institutus est ante aliquot annos anni ccc.
lx.ta quinque completi sint, quid aliud querimus unde ista falsitas refel
latur? Ut enim in Christi nativitate huius rei non ponamus initium, quia
infans et puer discipulos non habebat, tamen quando habere coepit, procul dubio
tunc innotuit per eius corporalem presentiam doctrina et religio christiana,
id est postea quam in fluvio Iordane ministerio Iohannis est baptizatus. Propter
hoc enim de illo prophetia illa precesserat: Dominabitur a mari usque ad mare
et a flumine usque ad terminos orbis terre. Sed quoniam priusquam passus esset
et resurrexit a mortuis non dum fides fuerat ab omnibus diffinita.
In resurrectione quippe Christi diffinita est. Nam sicut apostolus Paulus Athe
niensibus loquitur dicens: Iam nunc annuntiat hominibus omnes ubique
agere penitentiam eo quod statuit diem iudicare orbem in equitate in
viro in quo diffinivit fidem omnibus resuscitans illum a mortuis. Me
lius in hac questione solvenda inde initium sumimus, presertim quia
tunc datus est etiam Spiritus sanctus, sicut eum dari post resurrectionem Christi
oportebat in ea civitate ex qua debuit incipere lex secunda, hoc est
testamentum novum. Prima enim fuit ex monte Syna per Moysen,
quod testamentum vocatur vetus. De hac autem que per Christum data erat
predictum est: Ex Syon lex prodiet et verbum domini ex Hierusalem.
Unde et ipse per omnes gentes dixit predicari oportere in nomine suo
penitentiam, sed tamen incipientibus ab [illegible]. Ibi ergo exorsus est huius
nominis cultus ut in Iesum Christum qui crucifixus fuerat et resurrexerat crede
retur. Ibi hec fides tam insignibus initiis incanduit ut aliquot hominum
milia in Christi nomen mirabili alacritate conversa venditis suis rebus
ut egenis distribuerentur, proposito sancto et ardentissima caritate ad pau
pertatem voluntariam pervenirent. Atque inter frementes et sanguinem
sitientes Iudeos se usque ad mortem pro veritate certare non armata
potentia sed potentiore patientia prepararent. Hoc si nullis magicis
artibus factum est, cur credere dubitant eadem virtute divina per totum
mundum id fieri potuisse quod factum est? Si autem ut Hieroso
lymis sic ad cultum nominis Christi accenderetur tanta hominum mul
titudo, que illum in cruce vel fixerat comprehensum vel riserat fixum,
iam maleficium illud fecerat Petrus, ex ipso anno querendum est
quando trecenti sexaginta quinque anni completi sunt. Mortuus est ergo
Christus duobus Geminis consulibus octavo Kalendas Aprilis. Resurrexit
tertio die, sicut apostoli suis etiam sensibus probaverunt. Deinde post xl.ta

dies ascendit in celum . post dies decem . i . quinquagesimo post suam
resurrectionem die . misit spm sanctum . Tunc tria milia hominum apostolis
eis predicantibus crediderunt . Tunc itaq; nominis illius cultus exortus e
sicut nos credimus et ueritas habet efficacia spiritus sancti . Sicut autem
finxit uanitas impia uel putauit magicis artibus petri . Paulo post etiā
signo mirabili facto quando ad uerbum ipsius petri quidam mendicus ab u
tero matris ita claudus ut ab aliis portaretur . et ad portam templi . ubi stipe
peteret poneretur in nomine iesu xpi salui exiliuit quinq; hominum milia credi
derunt . Ac deinde aliis atq; aliis accessibus credentium creuit ecclesia .
A c per hoc colligitur etiā dies ex quo annus ipse sumpsit initium . s . quando
missus est spiritus sanctus . i . per idus Maias . Numeratis proinde consulibus
trecenti sexaginta quinq; anni reperiuntur impleti per easdem idus consulatu
H onorii et Eutiani . Porro sequenti anno consule Mallio theodoro quando iam
secundum illud oraculum demonum aut figmentum hominum nulla esse de
buit religio xpiana quid per alias terrarum partes forsitan factum sit
non fuit necesse perquirere . Interim quod in ciuitate notissima et eminentis
sima carthagine aphrice . Gaudentius et Iouius comites imperatoris
H onorii quarto decimo kalendas Aprilis falsorum deorum templa euerterunt .
& simulacra fregerunt . Ex quo usq; ad hoc tempus per xxx . ferme annos
quis non uideat quantum creuerit cultus nominis xpi presertim posteaquam multi
eorum christiani facti sunt . qui tamquam uera illa diuinatione reuocabantur a
fide . eandemq; completo eodem numero annorum inanem ridendamq; uiderunt
N os ergo qui sumus uocamurq; xpiani non in petrum credimus . sed in
quem credidit petrus . Petri de xpo edificati sermonibus . non carminibus
uenenati nec decepti maleficiis . sed beneficiis adiuti . Ille petri magister
xpus in doctrina que ad uitam ducit eternam ipse est magister et noster .
S ed aliquando iam concludamus hunc librum . hucusq; disserentes . et quantum
satis uisum est demonstrantes . Quisnam sit duarum ciuitatum celestis
atq; terrene ab initio usq; in finem permixtarum mortalis excursus . quarum
illa que terrena est fecit sibi quos uoluit uel undecumq; uel etiā ex homi
nibus falsos deos quibus sacrificando seruiret . Illa autem que celestis pere
grinatur in terra falsos deos non fecit . sed uero deo ipsa fit . cuius uerum
sacrificium ipsa sit . Ambe tamen temporalibus uel bonis pariter utuntur uel
malis pariter affliguntur . diuersa fide diuersa spe diuerso amore . donec
ultimo iudicio iudicio separentur et percipiat una quaeq; finem suum . cuius
nullus est finis . de quibus ambarum finibus deinceps disserendum
est :

B eati Augustini episcopi de Ciuitate dei libro decimooctauo finito
I ncipiunt Capitula Nonidecimi eiusdem : ~

AVRELII · AVGVSTINI · DOCTORIS · EXIMII HIPPONENSIS · EPISCOPI · DE · CIVITATE · DEI : LIBER · NONVSDECIMVS · INCIPIT : —

Quoniam de ciuitatis utriusque terrene scilicet et celestis
debitis finibus deinceps mihi uideo disputan-
dum, prius exponenda sunt quantum operis huius
terminandi ratio patitur argumenta morta-
lium quibus sibi ipsis beatitudinem facere in
huius uite infelicitate moliti sunt. Ut ab eo-
rum rebus uanis spes nostra quid differat quam
deus nobis dedit, et res ipsa hoc est uera beati-
tudo quam dabit non tantum auctoritate diuina
sed adhibita etiam ratione qualem propter infideles possumus adhibere
clarescat. De finibus enim bonorum et malorum multa et multipliciter
inter se philosophi disputarunt. Quam questionem maxima intentione
uersantes inuenire conati sunt quid efficiat hominem beatum. Illud enim
est finis boni nostri propter quod appetenda sunt cetera, ipsum autem propter
se ipsum. Et illud finis mali propter quod uitanda sunt cetera, ipsum autem
propter se ipsum. Finem boni ergo nunc dicimus non quo consumatur
ut non sit sed quo perficiatur ut plenum sit. Et finem mali non quo esse
desinat sed quousque nocendo perducat. Fines itaque isti sunt summum
bonum et summum malum, de quibus inueniendis atque in hac uita
summo bono adipiscendo uitando autem summo malo multum sicut
dixi laborauerunt qui studium sapientie in huius seculi uanitate professi
sunt. Nec tamen eos quamuis diuersis errantes modis nature limes in
tantum ab itinere ueritatis deuiare permisit ut non alii in animo a-
lii in corpore alii in utroque fines bonorum ponerent et malorum. Ex qua
tripartita uelut generalium distributione ‖ mira uanitate uoluerunt. Ir-
risit hos ueritas per prophetam dicentem: Dominus nouit cogitationes
hominum. Vel sicut hoc testimonium posuit apostolus Paulus: Dominus co-
gnouit cogitationes sapientium quoniam uane sunt. Quis enim sufficit quan-
touis eloquentie flumine uite huius miserias explicare, quam lamen-
tatus est Cicero in consolatione de morte filie sicut potuit. Sed quantum
est quod potuit? Ea quippe que dicuntur prima nature, quando, ubi, quo-
modo tam bene se habere in hac uita possunt ut non sub ceteris casibus fluctu-
ent? Quis enim dolor contrarius uoluptati, que inquietudo contraria
quieti in corpus cadere sapientis non potest? Membrorum certe ampu-
tatio uel debilitas hominis expugnat incolumitatem, deformitas
pulchritudinem, imbecillitas sanitatem, uires lassitudo, mobilitatem
torpor aut tarditas. Et quid horum est quod nequeat in carnem sapientis

‖ Totum hoc quod ab isto signo sequitur usque inferius in secunda carta ubi simile signum. ibi Marcus Varro etc. aliqui habent infra in capitulo quinto ubi simile signum.

iruere. Status quoq; corporis atq; motus cum decentes & congruentes
sunt inter nature prima numerantur. Sed qd si aliqua mala ualitudo me-
bra tremore concutiat? Quid si usq; ad ponendum in terram manus.
dorsi spina curuet. Et hominem quodammodo quadrupedem faciat.
nonne omnem statuendi et mouendi speciem decusq; peruertet?
Quid ipsius animi primigena que appellant bona. ubi prima duo po-
nunt propter comprehensionem perceptionemq; ueritatis. sensum et intel-
lectum. sed qualis quantusq; remanet sensus. si ut alia taceam fiat ho-
mo surdus et cecus? Ratio uero et intelligentia quo recedet. ubi sopietur
si aliquo morbo efficiatur insanus? Frenetici multa absurda uel dicunt
uel faciunt. plerumq; a bono suo proposito et moribus aliena. immo suo
bono proposito moribusq; aliena contraria. Siue illa cogitemus. siue ui-
deamus. si digne consideremus. lacrymas tenere uix possumus. Quid
dicam de his qui demonum patiuntur incursus. ubi habent absconditam
uel obrutam intelligentiam suam. quando secundum suam uoluntatem et
anima eorum et corpore malignus utitur spiritus? Et quis confidit hoc
malum in hac uita euenire non posse sapienti? Deinde perceptio
ueritatis in hac carne qualis aut quanta est. quando sicut legimus in ueraci
libro sapientie. corpus corpus corruptibile aggrauat animam et depri-
mit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Impetus porro
uel appetitus actionis. et hoc modo recte latine appellatur ea quam
greci uocant ormen. quia et ipsam primis nature deputant bonis.
nonne ipse est quo geruntur etiam insanorum illi miserabiles motus &
facta que horremus. quando peruertitur sensus ratioq; sopitur? Porro
ipsa uirtus. que non est inter prima nature. quoniam eis postea doctrina
introducente superuenit. cum sibi culmen bonorum uendicet huma-
norum. qd hic agit. nisi perpetua bella cum uitiis nec exterioribus sed
interioribus. nec alienis. sed plane nostris et propriis. Maxime illa que
grece sophrosine. latine temperantia nominatur. qua carnales frenantur
libidines. ne in queq; flagitia mentem trahant. Neq; enim nullum est
uitium. cum sicut dicit apostolus. Caro concupiscit aduersus spiritum. cui
uitio contraria uirtus est. cum sicut idem dicit. spiritus concupiscit ad-
uersus carnem. Hec enim inquit inuicem aduersantur. ut non ea quae
uultis faciatis. Quid autem facere uolumus perfici uolumus finem summi
boni. nisi ut caro aduersus spiritum non concupiscat? Nec sit in nobis
hoc uitium contra quod spiritus concupiscat. qd in hac uita quamuis
uelimus quoniam facere non ualemus. id saltem in adiutorio dei facimus.

ne carni concupiscenti aduersus spiritum spiritu succumbente cedamus.
Et ad perpetrandum peccatum nostra consensione pertrahatur. Absit ergo ut
quamdiu in bello hoc intestino sumus iam nos beatitudinem ad quam uin
cendo uolumus peruenire adeptos esse credamus. Et ad perpetrandum
quis usque adeo sapiens est ut contra libidines nullum habeat omnino
conflictum. Quid illa uirtus que prudentia dicitur. Nonne tota uigi
lantia sua bona discernit a malis. ut in illis appetendis istisque uitandis
nullus error obrepat. An per hoc et ipsa nos in malis uel mala in nobis
esse testatur. Ipsa enim docet malum esse ad peccandum consentire.
bonumque esse ad peccandum non consentire libidini. Illud tamen malum cui
nos non consentire docet prudentia et facit temperantia nec prudentia
tollit huic uite. Quid iustitia cuius munus est sua cuique tribuere.
Unde fit in ipso homine quidam iustus ordo nature ut anima subdatur
deo et anime caro. ac per hoc deo et anima et caro. Nonne demon
strat in eo se adhuc opere laborare priusquam in huius operis iam fine requi
escere. Tanto quippe minus anima subditur deo quanto minus deum in
ipsis suis cogitationibus concipit. Et tanto minus anime subditur caro quanto
magis aduersus spiritum concupiscit. Quamdiu ergo nobis inest hec infir
mitas hec pestis, hic languor quo iam saluos et si nondum saluos.
quo iam beatos illa finali beatitudine dicere audebimus. Iam uero
illa uirtus cuius nomen est fortitudo. in quantacumque sapientia euidentissi
ma testis est humanorum malorum. que compellitur patientia tollera
re. Que mala stoici philosophi miror qua fronte mala non esse con
tendant quibus fatentur si tanta fuerint ut ea sapiens uel non possit
uel non debeat sustinere cogi eum mortem sibimet inferre atque ex
hac uita migrare. Tantus autem superbie stupor est in his hominibus
hic se habere finem boni et a se ipsis fieri beatos putantibus. Ut sapiens
eorum hoc est qualem mirabili uanitate describunt et si excecetur
obsurdescat obmutescat membris debilitetur doloribus crucietur. et siquid
aliud talium malorum dici aut excogitari potest incidat in eum quo sibi
mortem cogatur inferre. hanc in his malis uitam constitutam eum non
pudeat beatam uocare. O uitam beatam que ut finiatur mortis querit
auxilium. Si beata est maneat in ea beatitudine. Quo ista non sunt mala
que uincunt fortitudinis bonum. eandemque fortitudinem non solum
sibi cedere uerum etiam delirare compellunt ut eandem uitam et dicat
beatam et persuadeant esse fugiendam. Quis usque adeo cecus est ut
non uideat quod si beata esset fugienda non esset. Sed aperta infirmi

tatis uoce fugiendam fatentur. Quid igitur causae est. cur non etiam misera fracta superbie ceruice fateantur. Utrum obsecro Cato ille patientia an potius impatientia se peremit. Non enim hoc fecisset nisi uictoriam C esaris impatienter tulisset. Ubi est fortitudo nempe cessit. nempe succubuit. Nempe usque adeo superata est ut uitam beatam derelinqueret deserceret fugeret. An non erat iam beata. Misera ergo erat. Quo igitur mala non erat que uitam miseram fugiendamque faciebat. Quapropter etiam ipsi qui mala ista esse confessi sunt. sicut peripatetici. sicut ueteres achademici quorum sectam Varro defendit tollerabilius quidem loquuntur. Sed eorum quoque tantus est error. quod in his malis et si tam grauia sint ut morte fugienda sint ab ipso sibimet illata qui hec patitur. uitam tamen beatam esse contendunt. Mala sunt inquit tormenta atque cruciatus corporis. et tanto sunt peiora quanto potuerunt esse maiora. quibus ut careas ex hac uita fugiendum est. Qua uita obsecro. Hac inquit. que tantis aggrauatur malis. Certe ergo beata est in eisdem ipsis malis propter que dicis esse fugiendam. An ideo beatam dicis quia licet tibi ab his malis morte discedere. Quid si ergo in eis aliquo diuino iudicio tenereris nec permitteris mori nec umquam sine illis esse sinereris. Nempe tunc saltem miseram talem diceres uitam. Non igitur propterea misera non est. quia cito relinquitur quando quidem si sempiterna sit. etiam abs te ipso misera iudicatur. Non itaque propterea quoniam breuis est nulla miseria debet uideri. Aut quod est absurdius quia breuis miseria est ideo etiam beatitudo appellari. Magna uis est in eis malis que cogunt hominem secundum ipsos etiam sapientem sibimet auferre quod homo est. cum dicant et uerum dicant hanc esse nature primam quodammodo et maximam uocem. ut homo concilietur homini. et propterea mortem naturaliter fugiat. ut sibi amicus ut esse se animal sectarum. ¶ Marcus Varro in libro de philosophia tam multam dogmatum uarietatem diligenter et subtiliter scrutatus aduertit ut ad ducentas octoginta et octo sectas non que iam essent. sed que esse possent adhibens quasdam differentias difficiliter perueniret. Quod ut breuiter ostendam inde oportet incipiam quod ipse aduertit et posuit in libro memorato quatuor esse quedam. que homines sine magistro sine ullo doctrine adminiculo sine industria uel arte uiuendi que uirtus dicitur et procul dubio discitur. uel ut naturaliter appetunt. Aut uoluptatem qua delectabiliter mouetur corporis sensus. A ut quietem qua fit ut nullam molestiam corporis quisque patiatur. aut utramque quam tamen uno nomine uoluptatem Epicurus appellat. Aut uniuersaliter

prima nature· in quibus hæc sunt et alia uel in corpore ut membroꝝ
integritas et salus atq; incolumitas eius· uel in aĩo ut sunt ea que uel
parua uel magna in hominum reperiunt̃ ingeniis :

Quod homines naturaliter appetunt quatuor sine magistro doctrinæ ;

Hæc igit̃ quatuor .i. uoluptas quies utrumq; / C apitulum . ii :
prima nature / ita sunt in nobis ut uel uirtus quã postea doctrina
inserit ꝓpter hec appetenda sit· aut ista ꝑ uirtutem aut utraq;
ꝓpter se ipsa . Ac per hoc fiunt hinc duodecim secte· ꝑ hanc enĩ rationē
singule triplicantur. Quod cum in una demonstrauero difficile non
erit id in ceteris inuenire. Cum ergo uoluptas corporis animi uirtuti
aut subditur aut prefertur aut iungitur tripartita uariat̃ diuersi
te sectarum . Subditur autem uirtuti qñ in usum uirtutis assumitur·
pertinet quippe ad uirtutis officium et uiuere patrie et ꝓpter patriam
filios procreare· quoꝝ neutrum fieri pot̃ sine corporis uoluptate· nã
sine illa nec cibus nec potus sumitur ut uiuatur nec concubitur ut
gñatio propagetur. Cum uero prefert̃ uirtuti ipsa appetitur ꝓpter se
ipsam. Virtus aũt assumenda credit̃ ꝓpter illam .i. ut nihil uirtus a
gat nisi ad consequendam uel conseruandam corporis uoluptatem.
que uita deformis est quidem. Quippe ubi uirtus seruit dñe uolup
tati quãuis nullo modo hec dicenda sit uirtus. Sed tñ ista horribilis
turpitudo hĩuit quosdam phos patronos et defensores suos. Virtuti
porro uoluptas iungit̃ qñ neutra earum ꝓpter alteram sed ꝓpter se
ipsas ãbe appetuntur. Quia ꝓpter sicut uoluptas uel subdita uel pre
lata uel iuncta uirtuti tres sectas fecit. Ita quies ita utrumq; ita ꝓ
ma nature alias ternas inueniunt̃ efficere. Pro uarietate quippe hu
manarum opinionum uirtuti aliqñ subdunt̃ aliquando ꝑferuntur·
aliqñ iungunt̃. ac sic ad duodenarium sectarum nũm ꝑueniunt̃.
Sed iste quoq; numerus duplicat̃ adhibita una sociali differentia ui
delicet uite. qm quisquis sectat̃ aliquã istarum duodecim sectarũ
ꝑfecto aut ꝓpter se tm̃ id agit aut etiã ꝓpter socium cui debet hoc uel
le quod sibi. Quocirca duodecim sunt eoꝝ qui ꝑ se tm̃ unam quãq;
tenendam putant. Et alii duodecim eorum qui non solum ꝓpter se
sic uel sic phandum esse decernunt. sed etiã ꝑ alios quoꝝ bonum ap
petunt sicut suũ. He quoq; secte uiginti quatuor iterum geminant̃
addita differentia ex achademicis nouis et fiunt xlviii. Illarũ qppe
xxiiii. unam quãq; sectarum pot̃ quisq; sic tenere ac defendere ut
certam quemadmodum defenderunt stoici q hominis bonum quo

beatus esset in animi tantummodo uirtute consisteret. Potest alius ut incerta
sicut defenderunt achademici noui, quibus et si non certum tamen uerisimile
uidebatur. Viginti quatuor ergo fiunt per eos qui eas uelut certas propter
ueri similitudinem tamen sequendas putant. Rursus quia unamquamque ista
rum Quadraginta octo sectarum potest quisque sequi habitu ceterorum philosopho
rum, Itemque alius potest habitu cynicorum, ex hac etiam differentia duplicantur,
et nonaginta sex fiunt. Deinde quia earum singulas quasque ita tueri homines
possunt atque sectari, ut aut ociosam diligant uitam, sicut hi qui tantummodo
studiis doctrine uacare uoluerunt atque ualuerunt, aut nec ociosam sicut
hi qui cum philosopharentur, tamen in ad ministratione rei publice geren
disque rebus humanis occupatissimi fuerunt. Aut ex utroque genere tempe
ratam, sicut hi qui partim eruditiuo ocio partim necessario negocio
alternantia uite sue tempora tribuerunt. Propter has differentias potest
triplicari numerus iste sectarum et ad ducentas octoginta octo perduci.
Haec de Varronis libro quantum potui breuiter ac dilucide posui, sententias
eius meis explicans uerbis: —

Quod remotis omnibus differentiis que non secte sed questiones sint ad tripartitam summi boni diffinitionem perueniatur Varro quarum tamen una sit eligenda: Capitulum iii.

Quomodo autem refutatis ceteris unam
eligat quam uult esse achademicorum ueterum, quos a Platone in
stitutos usque ad Polemonem qui ab illo quartus eius scolam tenu
it, quae achademia dicta est, habuisse certa dogmata uult uideri. Et
ob hoc distinguit ab achademicis nouis, quibus incerta sunt omnia,
quod philosophie genus ab Archelao cepit successore Polemonis. Eamque secta
i. ueterum achademicorum sicut dubitatione ita omni errore carere ar
bitretur. Longum est per omnia demonstrare. Nec tamen omni ex parte res
omittenda est. Remouet ergo prius illas omnes differentias que numerum
multiplicauere sectarum, quas ideo remouendas putat, quia non in
eis est finis boni. Neque enim existimat ullam philosophie sectam esse dicendam,
que non eo distet a ceteris quo diuersos habeat fines bonorum et malorum.
Quando quidem nulla est homini causa philosophandi nisi ut beatus sit. Quod autem
beatum facit ipse est finis boni. Quamobrem que nullum boni finem sec
tatur, nulla philosophie secta dicenda est. Cum ergo queritur de sociali uita utrum
sit tenenda sapienti ut summum bonum quo fit homo beatus, ita uelit
et curet amici sui quemadmodum suum, an sue tantummodo beatitudinis causa fa
ciat quicquid facit, non de ipso summo bono questio est, sed de assumendo
socio ad huius participationem boni, non propter se ipsum, sed propter eundem

socium ut eius bono gaudeat sicut gaudet suo. Item querit de achade
micis nouis quibus incerta sunt oīa utrum ita sint res hn̄de in quibus
p̄bandum est. an sicut aliis p̄his placuit certas eas h̄re debeamus. Non
querit quid in boni fine sectandum sit. sed de ipsius boni ueritate qd̄
sectandum uidet utrum sit nec ne dubitandum. hoc est. ut illud pla
nius eloquar utrum ita sectandum sit. ut qui sectat dicat esse uerum.
an ita. ut qui sectat dicat uerum sibi uideri. etiā si forte sit falsum tñ
uterq; sectet unum atq; idem bonum. In illa etiā differentia que ad
hibetur ex h̄itu et consuetudine cynicoꝝ non querit quisnam sit fi
nis boni. sed utrum in illo h̄itu et consuetudine sit uiuendum ei q
uerum sectatur bonum qd̄libet. et ei uerum uideat esse atq; sectandū.
Deniq; fuerūt qui cum diuersa sectarent bona finalia. alii uirtutem alii
uoluptatem. eundem tñ habitum et consuetudinem tenebant ex qua
cynici appellabant. Ita illud quicqd est unde p̄hi cynici discernunt
a ceteris ad diligendum ac tenendum bonū quo beati fierent. uiq;
nil ualebat. Nam si aliqd ad hoc interesset profecto idem habitus e
undem finem sequi cogeret et diuersus h̄itus eundem sequi finem nō
sineret. In trib; quoq; illis uite gn̄ibus uno s. non segniter sed in conte
platione uel inquisitione ueritatis ocioso. altero in gerendis rebus hu
manis negocioso. Tertio ex utroq; gn̄e temperato. Cum igr̄ quid boni
sit potius eligendum non finis boni h̄t controuersiam. sed quid hoꝝ
trium difficultatem uel facultatem afferat ad consequendum uel re
tinendum finem boni. id in ista questione uersat. Finis enī boni cum
ad eū quisq; puenerit, ptinus b̄tum facit. In ocio aūt litterato uel in
negocio publico uel qn̄ utrunq; uicibus agit non continuo q̄sq; beatus
est. Multi quippe in quolibet horum trium possunt uiuere et in appe
tendo boni fine quo fit homo beatus errare. Alia ē igit questio de fini
bus bonoꝝ et maloꝝ que unā quāq; p̄horum sectam facit. Et alie sūt
questiones de sociali uita de cunctatione achademicoꝝ de uestitu
et uictu cynicoꝝ. De tribus uite gn̄ibus ocioso actuoso ex utroq; mo
dificato quoꝝ nulla est in qua de bonoꝝ et malorū finibus disputet.
Proinde qm̄ M. Varro has quatuor adhibens differentias .i. ex uita soci
ali. ex achademicis nouis. ex cinicis. ex isto uite gn̄e tripartito ad se
ctas ducentas octoginta octo puenit. et si que alie non possunt siliter
adduci. remotis eis omnib; qm̄ de sectando summo bono nullam
inferunt questionem et ideo secte non sunt nec uocande sunt. ad
alias duodecim in quib; querit qd̄ bonum sit hoīs quo assecuto fit

beatus. Ut ex eis unam ueram, ceteras falsas ostendat esse reuertitur. Nam
remoto illo tripartito genere uite, due partes huius numeri detrahuntur,
et secte nonaginta sex remanent. Remota uero differentia ex cynicis
addita ad dimidium rediguntur, et quadraginta octo fiunt. Auferamus
etiam quod ex achademicis nouis adhibitum est, rursus dimidia pars rema-
net .i. uiginti quatuor. De sociali quoque uita, quod accesserat similiter au-
feratur, duodecim sunt relique, quas ista differentia ut uiginti quatuor
fierent duplicauerat. De his ergo duodecim nihil potest dici, cur secte
non sint habende. Nihil quippe aliud in eis queritur, quam finis bonorum et ma-
lorum. Inuentis autem bonorum finibus, profecto e contrario sunt malorum.

Hec autem ut fiant duodecim secte, illa quatuor replicantur, uoluptas, quies,
utrumque, et prima nature, que primogenia Varro uocat. Hec quippe
quatuor dum singillatim uirtuti aliquando subduntur, ut non propter
se ipsa sed propter officium uirtutis appetenda uideantur, aliquando preferun-
tur, ut non propter se ipsa sed propter hec adipiscenda uel conseruanda
necessaria uirtus putetur. Aliquando subiunguntur, ut propter se et ipsa uirtus
et ista appetenda credantur, quaternarium numerum triplum reddunt, et
ad duodecim sectas perueniunt. Ex illis autem quatuor rebus, Varro tres
tollit, uoluptatem scilicet et quietem et utrumque, non quod eas improbet, sed
quod primigenia illa nature et uoluptatem in se habeant et quietem.

Quid ergo opus est ex his duabus tria quedam facere, duo scilicet cum sin-
gillatim appetuntur, uoluptas aut quies, et tertium cum ambe simul,
quando quidem prima nature et ipsas et preter ipsas alia multa con-
tineant. De tribus ergo sectis ei placet diligenter esse tractandum,
que nam sit potius eligenda. Non enim ueram plusquam unam, uera ratio
esse permittit, siue in his tribus sit, siue alicubi alibi, quod post ui-
debimus :.—

De tribus sectis summum hominis bonum queren-
tibus quam eligendam Varro diffiniat, sequens ueteris achademiae
Antiocho autore sententiam :— Capitulum . IIII :

Interim de his tribus quomodo unam Varro eligat, quantum breuiter
aperteque possumus disseramus. Iste nempe tres secte ita fiunt,
cum uel prima nature propter uirtutem, uel uirtus propter prima nature,
uel utraque .i. et uirtus et prima nature, uel propter se ipsa sunt expetenda. Quod
ergo istorum trium sit uerum atque sectandum, isto modo persuadere
conatur. Primum quia summum bonum in philosophia non arboris, non pe-
coris, non dei, sed hominis queritur, quid sit ipse homo querendum
putat. Sentit quippe in eius natura duo esse quedam, corpus et animam.

et horum quidem duorum melius esse animam longeque prestabilius omnino
esse non dubitat. Sed utrum anima sola sit homo ut ita sit ei corpus tamquam
equus equiti. Eques enim non homo et equus sed solus homo est. ideo tamen
eques dicitur quod aliquomodo se habeat ad equum. An corpus solum sit
homo aliquomodo se habens ad animam, sicut poculum ad potionem. Non
enim calix et potio quam continet calix simul dicitur poculum, sed calix so
lus ideo tamen quod potioni continende sit accommodatus. An uero nec anima
sola nec solum corpus sed simul utrumque sit homo cuius sit pars una
siue anima siue corpus. Ille autem totus ex utroque constet ut homo
sit sicut duos equos iunctos bigas uocamus quorum siue dexter siue
sinister pars est bigarum. Unum uero eorum quoquomodo se habeat ad al
terum bigas non dicimus, sed ambo simul. Horum autem trium hoc
eligit tertium, hominemque non animam solam nec solum corpus, sed animam
simul et corpus esse arbitratur. Proinde summum hominis bonum quo
fit beatus ex utriusque rei bonis constare dicit, et animi scilicet et corporis. Ac
per hoc prima illa nature propter se ipsa existimat expetenda ipsamque
uirtutem quam doctrinam inserit uelut artem uiuendi que in animi
bonis est excellentissimum bonum. Quapropter eadem uirtus id est ars agen
de uite, cum accepit prima nature que sine illa erant, sed tamen erant
quando etiam eis doctrina adhuc deerat omnia propter se ipsam appetit simul
etiam et se ipsam omnibusque simul et se ipsa utitur eo fine ut omnibus
delectetur atque perfruatur magis minusque ut queque inter se maiora atque
minora sunt tamen omnibus gaudens. Et quedam minora si necessitas
postulat propter maiora uel adipiscenda uel tenenda contemnens. Om
nium autem bonorum uel animi uel corporis nihil sibi uirtus omnino preponit.
Haec enim bene utitur et se ipsa et ceteris que hominem faciunt beatum bonis.
Ubi uero ipsa non est quamlibet multa sint bona non bono eius sunt cuius
sunt. Ac per hoc iam nec eius bona dicenda sunt cui male utenti u
tilia esse non possunt. Hec ergo uita hominis que uirtute et aliis ani
mi et corporis bonis sine quibus uirtus esse non potest fruitur beata esse
dicitur. Si uero et aliis sine quibus uirtus esse potest uel ullis uel pluribus
beatior. Si autem prorsus omnibus ut nullum omnino bonum desit
uel animi uel corporis beatissima. Non enim hec est uita quod uirtus
quoniam non omnis uita sed sapiens uita uirtus est. Et tamen qualiscumque ui
ta sine ulla uirtute potest esse. uirtus uero sine ulla uita non potest esse.
Haec et de memoria dixerim atque ratione et si quid tale est in homine.
Sunt enim hec et ante doctrinam sine his autem non potest esse ulla doctrina.

ac per hoc uirtus que utique discitur. Bene autem currere pulchrum esse corpore uiribus ingentibus preualere et cetera huiusmodi talia sunt ut et uirtus sine his esse possit et etiam ipsa sine uirtute bona sunt tamen. et secundum istos etiam ipsa propter se ipsa diligit uirtus utiturque illis et fruitur, sicut uirtutem decet. Hanc uitam beatam et socialem perhibentes esse que amicorum bona propter se ipsa diligat sicut sua. eisque propter ipsos hoc uelint quod sibi siue in domo sint siue coniunx et liberi et quicumque domestici siue in loco ubi domus est eius sicuti est urbs et sunt hi qui ciues uocantur siue in orbe toto ut sunt gentes quas ei societas humana coniungit siue in ipso mundo qui censetur nomine celi et terre sicut esse dicunt deos quos uolunt amicos esse homini sapienti. quos nos familiarios angelos dicimus. De bonorum autem et econtrario malorum finibus negant ullo modo esse dubitandum. Et hanc inter se et nouos achademicos affirmantes esse distantiam. Nec eorum interest quicquam siue cynico siue alio quolibet habitu et uictu in his finibus quos ueros putant quisque phylosophetur. Ex tribus porro illis uite generibus ocioso actuoso et quod ex utroque compositum est hoc tertium sibi placere asseuerant. Hec sensisse atque docuisse achademicos ueteres Varro asserit autore Antiocho magistro Ciceronis et suo quem sane Cicero in pluribus fuisse stoycum quam ueterem achademicum uult uideri. Sed quid ad nos qui potius de rebus ipsis iudicare debemus quam pro magno de hominibus quid quisque senserit scire.

De summo bono et summo malo quid xpiani sentiant contra philosophos qui summum bonum in sensibus esse dixerunt. Capitulum Quartum.

Si ergo queratur a nobis quid ciuitas dei de rebus singulis interrogata respondeat ac de finibus bonorum malorumque quid sentiat, respondebit eternam uitam esse summum bonum eternam uero mortem esse summum malum. Propter illam deinde adipiscendam istamque uitandam recte nobis esse uiuendum. propter quod scriptum est. Iustus ex fide uiuit. quoniam bonum nostrum neque iam uidemus. Vnde oportet ut credendo queramus. Neque ipsum recte uiuere nobis ex nobis est nisi credentes adiuuet et orantes qui et ipsam fidem dedit qua nos ab illo adiuuandos esse credamus. Illi autem qui in ista uita fines bonorum et malorum esse putauerunt siue in corpore siue in animo siue in utroque ponentes summum bonum. Atque ut id explicatius eloquar siue in uoluptate siue in uirtute siue in utraque siue in quiete siue in uirtute siue in uoluptate simul et quiete siue in uir

tute siue in utrisq; siue in primis nature siue in uirtute siue in utrisq;
hic beati esse, et a se ipsis beati fieri. Et in hac coniunctione corporis
atq; anime uiuere uelit atq; uehementer appetat. Magna uis est in
his malis quibus iste nature uincit' sensus quo mors omni modo
omnibus uiribus conatibusq; uitat'. Et ita uincit' ut que uitabat'
optetur appetat'. Et si non potuerit aliunde contingere ab homine
ipso sibimet inferatur. Magna uis est in eis malis que fortitudine
faciunt homicidam. si tñ adhuc dicenda est fortitudo que ita his ma-
lis uincit' ut hominem quem sicut uirtus regendum tuendumq; sus-
cepit non modo non possit per patientiam custodire, sed ipsa insup
cogatur occidere. Debet quidem etiã mortem sapiens ferre patienter,
sed quæ accidit aliunde. Scdm istos autem si eam sibi ipsi inferre cõ-
pellitur, pfecto fatendum est eis non solum mala sed intollerabilia et
mala esse que hoc eum ppetrare compellunt. Vita igit' que istoꝝ tam
magnoꝝ atq; grauium maloꝝ ut pmitur' oneribus aut subiacet casib'
nullo modo beata diceret'. si homines qui hoc dicunt sicut uicti malis
ingrauescentibus cum sibi ingerunt mortem cedunt infelicitati. Ita ui-
cti certis rationibus cũ querunt btãm uitam dignarent' cedere ueritati.
et non sibi putarent in ista mortalitate fine summi boni esse gauden-
dum, ubi uirtutes ipse qbus hic certe nihil melius atq; utilius in homie
repitur, qnto maiora sunt adiutoria contra uim piculoꝝ laborum do-
lorum tanto fideliora testimonia miseriarum. Si enĩ uere uirtutes
sunt que nisi in eis quibus uera inest pietas esse non possunt, non se
pfitent' hoc posse ut nullas miserias patiant' homines in quibus sunt.
neq; enĩ mendaces sunt uere uirtutes ut hoc pfiteant', sed ut uita hu-
mana que tot et tantis huius seculi malis esse cogit' misera spe futuri
seculi sit beata. Quõ beata est que nondum salua est. Vnde et aplus
P aulus non de hõibus imprudentibus et inqs sed de his qui scdm uera
pietatem uiuerent et ideo uirtutes quas hrent ueras hrent ait. Spe ẽ
salui facti sumus spes aũt que uidet' non est spes. Quod enĩ uidet qs
quid sperat? Si aũt qđ non uidemus speramus per patiã expectam'.
S icut ergo spe salui ita spe beati facti sumus. Et sicut salutem ita beati
tudinẽ non iam tenemus pñtem sed expectamus futurã et hoc per
patientiam quia in malis sumus que patienter tollerare debemus
donec ad illa ueniamus bona ubi oĩa sunt quibus ineffabiliter delec-
temur. Nihil erit aũt quod iam tollerare debeamus. Talis salus que
in futo erit seculo ipsa erit etiã finalis beatitudo quã beatitudinẽ isti

> Scdm alios hic poni debet totum illud qđ est sup in pmo. c. int' similia signa.

philosophi qm uidentes non nolunt credere hic sibi conant falsissima fabricare quanto superbiore tanto mendaciore uirtute. :—

De sociali uita que cum maxime expetenda sit multis offensionibus saepe subuertit :— Capitulum Sextum :—

Quod aut socialem uitam uolunt esse sapientis nos multo amplius approbamus. Nam unde ista dei ciuitas de qua huius opis ecce iam unde uicesimum librum uersamus in manib; uel inchoaretur exortu uel progrederet ex cursu uel apphenderet debitos fines si non esset socialis uita sanctorum. Sed in huius mortalitatis erumna quot et quantis abundet malis humana societas qs existimare sufficiat? audiant apud comicos suos hominem cum sensu omn hec dicte duxi uxorem quã ibi miseriam uidi: nati filij alia cura. Quid idem illa: que in amore uitia comemorat idem Terentius Iniurie suspitiones inimicitie bellum pax rursum. Nonne res humanas ubiq; impleuerunt. Nonne et in amicorum honestis amoribus plerumq; contingunt. Nonne hisus q; quaq; plene sunt res humane ubi iniurias suspitiones inimicitias bellum mala certa sentimus. Pacem uo incertum bonu qm corda eorum cum quib; eam tenere uolumus ignoramus. Et si hodie nosce possemus qualia cras futura essent utiq; nesciremus. Qui porro inter se amiciores solent esse ut debent qm qui una etiã continentur domo. Et tn quis inde securus est cum tanta sepe mala ex eorum occultis insidiis extiterunt. Tanto amariora quanto pax dulcior fuit que uera putata est cum astutissime fingeret pter quod omnium pectora sic attingit ut cogat ingemitum quod ait Tullius. Nulle sunt occultiores insidie q he quae latent in simulatione officii ut in aliquo necessitudinis noie. Nam eu qui palam e aduersarius facile cauendo uitare possis. Hoc uo occultum intestinum ac domesticum malum non solum existit uerum et opprimit anteqm prospice atq; explorare potueris. Propt quod etiã diuina uox illa. Et inimici hois domestici eius cum magno dolore cordis auditur. Quia et si quisq; tam fortis sit ut equo aio pferat uel tam uigilans ut pro uido consilio caueat que aduersus eum molit amicitia simulata tor'f in hom pfidorum malo quo eos esse pessimos expitur si ipse bonus est grauiter excrucief necesse est siue semp mali fuerint et se bonos finxerint siue in istam malitiam ex bonitate mutati sint :—

De errore humanorum iudiciorum cu ueritas latet. Capm vii

Post ergo domus comune pfugium in his malis humani gnis tuta non est: quid ciuitas que quanto maior est tanto forum ei' litibus

ciuilibus et criminalibus plenius etiam si quiescant turbulente uerum
sepius et cruente seditiones ac bella ciuilia: a quorum euentis sunt a
liquando libere ciuitates, a periculis numquam. Quid ipsa iudicia hominum de ho
minibus que ciuitatibus in quantalibet pace manentibus deesse non
possunt qualia putamus esse. quam misera. quam dolenda. quandoquidem
hi iudicant qui conscientias eorum de quibus iudicant cernere nequeunt.
Unde sepe coguntur tormentis innocentium testium ad alienam causam
pertinentem querere ueritatem. quid cum sua quisque torquetur? Et cum queritur
utrum sit nocens cruciatur et innocens luit pro incerto scelere certissimas
penas non quia illud commisisse detegitur, sed quia non commisisse nesci
tur. Ac per hoc ignorantia iudicis plerumque est calamitas innocentis.
Et quod est intollerabilius magisque plangendum rigandumque si fieri pos
sit fontibus lacrimarum cum propterea iudex torqueat accusatum ne oc
cidat nesciens innocentem fit per ignorantie miseriam ut et tortum
et innocentem occidat. quem ne innocentem occideret torserat. Si enim
secundum istorum sapientiam delegerit ex hac uita fugere quam diutius illa susti
nere tormenta quod non commisit commisisse se dicat. quo damnato et
occiso utrum nocentem an innocentem iudex occiderit adhuc nescit
quem ne innocentem nesciens occideret torsit, ac per hoc innocentem et
ut sciret torsit et dum nesciret occidit. in his tenebris uite socialis se
debit iudex ille sapiens, an non audebit? Sedebit plane. Constringit
enim eum et ad hoc officium pertrahit humana societas quam deserere
nefas ducit. Hoc enim nefas esse non ducit quod testes innocentes in
causis torquentur alienis. Quod hi qui arguuntur ui doloris plerumque
superati et de se falsa confessi etiam puniuntur innocentes. Quod si et non
morte puniantur in ipsis tormentis plerumque moriuntur quod aliquando et ipsi
qui arguunt humane societati fortasse ne crimina impunita sint
prodesse cupientes et mentientibus testibus reoque ipso contra tormenta
durante unanimiter nec fatente probare quod obiciunt non ualentes,
quamuis uera obiecerint a iudice nesciente damnantur. Hec tot et tan
ta mala non reputant esse peccata. Non enim hec facit sapiens iudex no
cendi uoluntate sed necessitate nesciendi sed tamen quia cogit humana
societas necessitate etiam iudicandi. Hec est ergo quam dicimus miseria
certe hominis et si non malitia sapientis. An uero necessitate nesciendi
atque iudicandi torqueat insontem punit insontes? Et parum est illi
quod non est reus si non sit insuper et beatus. Quanto consideratius et homine
dignius agnoscat in ista necessitate miseriam eamque odit in se. Et si

pie sapit clamat ad deum de necessitate erue me : ~

De diuersitate linguarum qua societas hominum dirimitur. et de miseria bellorum que etiam iusta dicuntur : ~ Capitulum . Vii .

Post societatem uel urbem sequitur orbis terre in quo tertium gradum ponunt societatis humane. incipientes a domo atque inde ad urbem deinde ad orbem progrediendo uenientes. qui utique sicut aquarum congeries quanto maior est tanto periculis plenior. in quorum primum linguarum diuersitas hominem alienauit ab homine. Nam si duo sibimet inuicem obuiam fiant neque preterire sed simul esse aliqua necessitate cogantur quorum neuter linguam nouit alterius. facilius sibi muta animalia etiam diuersi generis quam illi cum sint homines. ambo sociantur. Quando enim que sentiunt inter se communicare non possunt. propter solam diuersitatem lingue nihil prodest ad sociandos homines tanta similitudo nature. Ita ut libentius homo sit cum cane suo quam cum homine alieno. At enim opera data est ut imperiosa ciuitas non solum iugum uerum etiam linguam suam domitis gentibus per pacem societatis imponeret per quam non deesset immo et abundaret etiam interpretum copia. Verum est. Sed hoc quam multis et quam grandibus bellis. quanta strage hominum quanta effusione humani sanguinis comparatum est. quibus transactis non est tamen eorundem malorum finita miseria. Quamuis enim non defuerit neque desint hostes extere nationes contra quas semper bella gesta sunt et geruntur tamen etiam ipsa imperii latitudo peperit peioris generis bella socialia scilicet et ciuilia quibus miserabilius quatitur humanum genus siue cum belligeratur ut aliquando conquiescant siue cum timetur ne rursus exurgant. quorum malorum multas et multiplices clades duras ac diras necessitates si ut dignum est eloqui uelim et nequaquam sicut res postulat possim. quis erit prolixe disputationis modus. Sed sapiens inquiunt iusta bella gesturus est. quasi non si se hominem meminerit multo magis dolebit iustorum necessitatem sibi extitisse bellorum quia nisi iusta essent ei gerenda non essent.

Ac per hoc sapienti nulla bella essent. Iniquitas enim partis aduerse iusta bella ingerit gerenda sapienti que iniquitas homini utique est dolenda quia hominum est et si nulla ex ea bellandi necessitas nasceretur.

Hec itaque mala tam magna tam horrenda tam seua quisquis cum dolore considerat miseriam fateatur quisquis autem uel patitur ea sine animi dolore uel cogitat multo utique miserius ideo se putat beatum. quia et humanum perdidit sensum : ~

Quod amicitia bonorum secura esse non possit cum a periculis que in hac uita sunt trepidare necesse est: — Capitulum . ix :

Si autem non contingat quedam ignorantia similis dementie que tamen in huius uite misera conditione sepe contingit. Vt credatur uel amicus esse qui inimicus est uel inimicus qui amicus est. quid nos consolatur in hac humana societate erroribus erumnisque plenissima nisi fides non ficta et mutua dilectio uerorum et bonorum amicorum. quos quanto plures et in locis pluribus habemus tanto longius latiusque metuimus. ne quid eis ex contingat mali de tantis malorum aggeribus huius seculi. Non enim tantummodo soliciti sumus ne fame ne bellis ne morbis ne captiuitatibus affligantur ne in eadem seruitute talia patiantur qualia nec cogitare sufficimus. Verum etiam ubi timor est multo amarior ne in perfidiam malitiam nequitiamque mutentur. Et quando ista contingunt tanto utique plura quanto illi sunt plures et in nostram notitiam perferuntur quibus cor nostrum flagris urat quis potest nisi qui talia sentit aduertere. Mortuos quippe audire mallemus quamuis et hoc sine dolore non possimus audire. Quorum enim nos uita propter socialis amicitie solatia delectabat unde fieri potest ut eorum mors nullam nobis ingerat mestitudinem. quam qui prohibet prohibeat si potest amica colloquia amicalem interdicat affectum humanarum omnium necessitudinum uincula mentis immiti stupore dirumpat aut sic eis utendum censeat ut nulla ex eis animum dulcedo perfundat. Quod si fieri nullo potest etiam hoc quo pacto futurum est ut eius nobis amara mors non sit cuius dulcis est uita. Hinc enim est et luctus quoddam non inhumani cordis quasi uulnus aut ulcus cui sanando adhibentur officiose consolationes. non enim propterea non est quod sanetur quoniam quanto est animus melior tanto citius faciliusque sanatur. Cum igitur de carissimorum mortibus maxime quorum sunt humane societati officia necessaria nunc mitius nunc asperius affligatur cura mortalium. mortuos tamen eos quos diligimus quam uel a fide uel a bonis moribus lapsos hoc est in ipsa anima mortuos audire seu uidere mallemus. Quia ingenti materia malorum plena est terra. propter quod scriptum est. Numquid non temptatio est uita humana super terram. Et propterea ipse dominus ait. Ve mundo ab scandalis. Et iterum. Quoniam abundauit iniquitas refrigescet caritas multorum. Ex quo fit ut bonis amicis mortuis gratulemur. Et cum mors eorum nos contristet ipsa nos certius consoletur quoniam caruerunt malis quibus in hac uita etiam boni homines uel conteruntur uel deprauantur uel in utroque periclitantur. : —

De societate sanctorum angelorum que homini in hoc mundo non potest esse manifesta propter fallaciam demonum in quos inciderunt qui multos sibi deos colendos putarunt. Capitulum .x.

In societate uero sanctorum angelorum quos philosophi illi qui nobis amicos deos esse uoluerunt quarto constituerunt loco uelut ad mundum uenientes ab orbe terrarum ut sic quodammodo complecterentur et celum. Nullo quidem metuimus ut tales amici uel morte nos sua uel depravatione contristent. Sed quia nobis non ea qua homines familiaritate miscentur quod etiam ipsum ad erumnas huius pertinet uite. Et aliquando sathanas sicut legimus transfigurat se uelut angelum lucis ad temptandum eos quos ita uel erudiri opus est uel decipi iustum est. Magna dei misericordia necessaria est. ne quisquam cum bonos angelos amicos se habere putat. habeat malos demones fictos amicos. eosque tanto nocentiores quanto astutiores ac fallaciores patiatur inimicos. Et cui magna dei ista misericordia necessaria est nisi humane miserie que ignorantia tanta premitur ut facile istorum simulatione fallatur. Et illos quidem philosophos in impia ciuitate qui deos sibi amicos esse dixerunt in demones malignos incidisse certissimum est quibus tota ipsa ciuitas subditur eternum cum eis habitura supplicium. Ex eorum quippe sacris uel potius sacrilegiis quibus eos colendos et ex ludis inmundissimis ubi eorum crimina celebrantur quibus eos placandos putarunt eisdem ipsis auctoribus et exactoribus talium tantorumque dedecorum satis ab eis qui coluntur apertum est.

Quis fructus sanctis de superata huius uite temptatione pariatur. Capitulum .xi.

Sed neque sancti et fideles unius ueri dei summique cultores ab eorum fallaciis et multiformi temptatione securi sunt. In hoc enim loco infirmitatis et diebus malignis etiam ista sollicitudo non est inutilis ut illa securitas ubi pax plenissima atque certissima est desiderio ferventiore queratur. Ibi enim erunt nature munera ab omnium naturarum creatore donantur non solum bona uerum etiam sempiterna non solum in animo qui sanatur per sapientiam uerum etiam in corpore quod resurrectione renouabitur. Ibi uirtutes non contra ulla uitia uel mala quecumque certantes sed habentes uictorie premium eternam pacem quam nullus aduersarius inquietet. Ipsa est enim beatitudo finalis. Ipse perfectionis finis qui consumentem non habet finem. Hic autem dicimur quidem beati quando pacem habemus quantulacumque hic haberi potest in uita bona. Sed hec beatitudo illi quam finalem dicimus comparata prorsus miseria reperitur.

De beatitudine pacis eterne · in qua sanctis finis est i · uera perfectio ;

HAnc ergo pacem qualis hic potest esse · ¶ Capitulum · xii ·
mortales hoĩes in rebus mortalibus · qn̄ hēmus · si recte uiuimus
bonis eius recte utit̃ uirtus · Qn̄ uero eam non hēmus etiã malis
que homo patit̃ · uirtus bene utit̃ · Sed tunc est uera uirtus · qn̄ et oĩa
bona quibus bene utitur · et quicqd in bono usu bonorum et malo-
rum facit · et se ipsam ad eum finem refert · ubi nobis talis et tanta pax
est qua melior et maior esse non possit · Quapropter possumus dicere ·
fines bonorum nr̃orum esse pacem · sic̃ et eternam diximus uitam · presertim
quia ipsi ciuitati dei de qua nobis est ista operosissima disputatio · in
sancto dicit̃ psalmo · Qm̄ confortauit seras portarum tuarum · bn̄dixit
filios tuos in te · qui posuit fines tuos pacem · Qn̄ enim confirmate fuĩnt
sere portarū eius · iam in illam nullus intrabit · nec ab illa ullus exibit ·
Ac per hoc fines eius eam hic dēmus intelligere pacē quam uolumus de-
monstrare finalem · Nam et ipsius ciuitatis mysticum nomen i · hieru
salem · quod et ante iam diximus · uisio pacis int̃pretat̃ · Sed qm̄ pacis
nomen etiã in his rebus mortalibꝰ frequentat̃ · ubi utiq; non est uita e-
terna · propterea finem ciuitatis huius · ubi erit summū bonum eius · eternam
uitam maluimus cōmemorare qm̄ pacem · de quo fine apl̃us ait · Nũc
uō liberati a peccato serui aũt dei facti · hētis fructum ur̃m in sanctifi-
catione · finem uō uitam eternam · Sed rursus qa uita et̃na ab eis qui
familiaritatem non hn̄t cum scripturis sanctis · pōt accipi etiã malorum
uita · uel scd̄m quosdam et̄ phos · propter anime inmortalitatem · uel
scd̄m etiã fidem nr̃am · propter penas interminabiles impiorum · qui iterum
in eternū cruciari non poterunt · nisi et̄ uixerint in et̃num · Profecto fi-
nis ciuitatis huius in quo summū hēbit bonum · uel pax in uita eterna
uel uita eterna in pace dicendus est · ut facilius ab omnibus possit intelli-
gi · Tantū est enĩ pacis bonū · ut etiã in rebus terrenis atq; mortalibꝰ nihil
gratius soleat audiri · nihil desiderabilius concupisci · nihil postremo
possit melius inueniri · De quo si aliqn̄to diutius loqui uoluerimus · nō
erimus qn̄tum arbitror onerosi legentibꝰ · et propter finem ciuitatis huius de
qua sermo nobis est · et propter ipsam dulcedinem pacis que omnibus cara
est :~ Quod etiã bellantium seuitia omnesq; hoīm inquietudines
ad pacis finem cupiant peruenire :~ Capitulum · xiii ·

QVod enĩ mecum quisqs res humanas naturãq; cōem ut cumq;
intuet̃ agnoscit · Sicut nemo est qui gaudē nolit · Ita nemo e
qui pacem hr̄e nolit · qn̄ qdem et ipsi qui bella uolunt nihil

aliud quam uincere uolunt. Ad gloriosam ergo pacem bellando cupiunt peruenire.
N am quid est aliud uictoria nisi subiectio repugnantium. quod cum factum
fuerit pax erit. Pacis igitur intentione geruntur et bella ab his etiam qui uirtu-
tem bellicam student exercere imperando atque pugnando. Vnde pacem
constat belli esse optabilem finem. Omnis enim homo etiam belligerando pa-
cem requirit. Nemo autem bellum pacificando. Nam et illi qui pacem
in qua sunt perturbari uolunt non pacem oderunt, sed eam pro arbitrio
suo cupiunt commutari. Non ergo ut sit pax nolunt, sed ut ea sit quam
uolunt. Denique et si per seditionem se ab aliis separauerint, cum eis ipsis suis
conspiratis uel coniuratis, nisi qualemcumque speciem pacis teneant, non ef-
ficiunt quod intendunt. Proinde latrones ipsi ut uehementius et tutius
infesti sint paci ceterorum pacem uolunt habere sociorum. Sed et si unus sit
tam prepollens uiribus, et consocios ita cauens, ut nulli socio se committat,
solusque insidians et preualens quibus potuerit oppressis et extinctis predas
agat cum eis certe quos occidere non potest et quos uult latere quod facit,
qualemcumque umbram pacis tenet. In domo autem sua cum uxore et cum
filiis et si quos alios illic habet studet profecto esse pacatus. Eis quippe
ad nutum obtemperantibus sine dubio delectatur. Nam si non fiat indi-
gnatur corripit uindicat. Et domus sue pacem si ita necesse sit etiam
seuiendo componit, quam sentit esse non posse, nisi cuidam principio quod
ipse in domo sua est cetera in eadem domestica societate subiecta sint.
I deoque si offerretur ei seruitus plurium uel ciuitatis uel gentis, ita ut sic ei
seruirent quemadmodum sibi domum seruire uolebat, non se iam la-
tronem latebris conderet sed regem conspicuum sublimaret. Cum ea-
dem in illo cupiditas et malitia permaneret. Pacem itaque cum suis omnes
habere cupiunt quod ad arbitrium suum uolunt uiuere. Nam et cum quibus
bellum gerunt suos facere si possint uolunt eisque subiectis leges suas
pacis imponere. Sed faciamus aliquem qualem canit poetica et fabulo-
sa narratio quem fortasse propter ipsam insociabilem feritatem semihominem
quam hominem dicere maluerunt. Quamuis ergo huius regnum dire spelunce
fuerit solitudo tamque malitia singularis ut ex hac ei nomen inuentum
sit. grece namque malum cachos dicitur quod ille uocabatur. Nulla ei blandum
coniunx ferret referretque sermonem, nullis filiis uel alluderet paruulis,
uel grandiusculis imperaret, nullo amici colloquio frueretur, nec uulcani
patris, quo uel hinc tantum non parum felicior fuit quia tale monstrum
ipse non genuit, nihil cuiquam daret sed a quo posset quicquid uellet,
et quando posset cum uellet auferret. Tamen in ipsa sua spelunca solitaria

cuius ut describitur semper recente cede tepebat humus nihil aliud quam pace
uolebat in qua nemo illi molestus esset nec eius quietem uis ullius ter-
ror ue turbaret. Cum corpore denique pacem habere cupiebat. Et quantum
habebat tantum illi bene erat quando quidem membris obtemperantibus
imperabat. Et ut suam mortalitatem aduersum se ex indigentia rebel-
bellantem ac seditionem famis ad dissoluendam atque excludendam
de corpore animam concitantem quantum posset festinatione pacaret rapi-
ebat necabat uorabat. Et quamuis immanis ac ferus paci tamen uite sue
ac saluti immaniter ac ferociter consulebat. Ac si per hoc pacem quam
in sua spelunca atque in se ipso habere satis agebat etiam cum aliis habere uellet
malus nec monstrum nec semihomo uocaretur. Aut si eius corporis for-
ma et atrorum ignium uomitus ab eo deterrebat hominum societatem for-
te non nocendi cupiditate sed uiuendi necessitate seuiebat. Verum iste
non fuit quod magis credendum est talis non fuit qualis poetica uani-
tate describitur. Nisi enim nimis accusaretur Cachus parum Hercules
laudaretur. Talis ergo homo siue semihomo melius ut dixi creditur non
fuisse sicut multa figmenta poetarum. Ipse enim seuissime fere unde
ille partem habuit feritatis. Nam et semiferus dictus est genus proprium
quadam pace custodiunt coeundo gignendo pariendo fetus fouen-
do atque nutriendo cum sint plereque insociabiles et soliuage non scilicet
ut oues cerui columbe sturni apes sed ut leones uulpes aquile noc-
tue. Que enim tigris non filiis suis mitis inmurmurat et pacata feritate
blanditur. Quis miluus quantumlibet solitarius rapinis circumuolet
non coniugium copulat nidum congerit oua confouet confouet et
quasi cum sua matre familias societatem domesticam quanta potest
pace conseruat. Quanto magis homo quodammodo nature sue legibus
ad ineundam societatem pacemque cum hominibus quantum in ipso est
omnibus obtinendam. Cum etiam mali pro suorum pace belligerent omnesque
si possint suos facere uelint ut uni cuncti et cuncta deseruiant quo
pacto nisi in eius pace uel amando uel timendo consentiant. Sic enim
superbus peruerse imitatur deum. Odit namque cum sociis equalitatem sub
illo sed imponere uult sociis dominationem suam pro illo. Odit ergo iu-
stam pacem dei et amat iniquam pacem suam non amare tamen qualemcum-
que pacem nullo modo potest. Nullum quippe uitium ita contra naturam est
est ut nature deleat etiam extrema uestigia. Itaque pacem iniquorum in pacis
comparatione iustorum ille uidet nec pacem esse dicendam qui nouit pre-
ponere recta prauis et ordinata peruersis. Quod autem peruersum est etiam hoc

necesse est ut in aliqua et ex aliqua et cum aliqua rerum parte pacatum sit in quibus est uel ex quibus constat. Alioquin nihil esset omnino. Velut si quisquam capite deorsum pendeat peruersus est utique situs corporis et ordo membrorum, quia id quod desuper esse natura postulat subter est et quod illa subter uult esse desuper factum est. Conturbabit carnis pacem ista peruersitas, et ideo molesta est. Verum tamen anima corpori suo pacata est et pro eius salute satagit. Et ideo est qui doleat. que si molestiis eius exclusa discesserit quamdiu compago membrorum manet non est sine quadam partium pace quod remanet. Et ideo est adhuc qui pendeat. Et quod terrenum corpus in terram nititur et uinculo quo suspensus est renititur in suae partis ordinem tendit et locum quo requiescat quodammodo uoce ponderis poscit. Iamque exanime ac sine ullo sensu a pace tamen naturali sui ordinis non recedit: uel cum tenet eam uel cum fertur ad eam.

Si enim adhibeantur medicamenta atque curatio que formam cadaueris dissolui dilabique non sinant, adhuc pax quedam partes partibus iungit totamque molem applicat terreno et conuenienti ac per hoc pacato loco.

Si autem nulla adhibeatur cura condiendi sed naturali cursui relinquatur tam diu quasi tumultuatur dissidentibus exalationibus et nostro inconuenientibus sensui. Id enim est quod in putore sentitur donec mundi conueniat elementis et in eorum pacem paulatim particulatimque discedat. Nullo modo tamen inde aliquid legibus summi illius creatoris ordinatorisque subtrahitur a quo pax uniuersitatis administratur. Quia et si de cadauere maioris animantis animalia minuta nascantur eadem lege creatoris queque corpuscula in salutis pace suis animalibus seruiunt. Et si mortuorum carnes ab aliis animalibus deuorentur easdem leges per cuncta diffusas ad salutem generis cuiusque mortalium congrua congruis pacificantes quaquauersum trahantur et rebus quibuscumque iungantur et in res quaslibet conuertantur et commutentur inueniunt.

De pace uniuersali que inter quaslibet perturbationes priuari non potest lege nature dum sub iusto iudice ad id quisque peruenit ordinatione quod meruerit uoluntate. Capitulum XIII.

Pax itaque corporis est ordinata temperantia partium. Pax anime irrationalis ordinata requies appetitionum. Pax anime rationalis ordinata cognitionis actionisque consensio. Pax corporis et anime ordinata uita et salus animantis. Pax hominis mortalis et dei ordinata in fide sub eterna lege obedientia. Pax hominum ordinata concordia. Pax domus ordinata imperandi obediendique concordia cohabitantium.

Pax ciuitatis ordinata imperandi atque obediendi concordia ciuium. Pax celestis ciuitatis ordinatissima et concordissima societas fruendi deo et inuicem in deo. Pax omnium rerum tranquillitas ordinis. Ordo est parium dispariumque rerum sua cuique loca tribuens dispositio. Proinde miseri. quia in quantum miseri sunt, utique in pace non sunt, tranquillitate quidem ordinis carent, ubi perturbatio nulla est. Verumtamen quia merito iusteque sunt miseri ea quoque ipsa miseria sua preter ordinem esse non possunt. non quidem coniuncti beatis, sed ab eis tamen ordinis lege seiuncti. Qui cum sine perturbatione sunt rebus in quibus sunt quantacumque congruentia coaptantur. Ac per hoc inest eis non nulla tranquillitas. Inest ergo non nulla pax. Verum ideo miseri sunt. quia si et in aliqua securitate non dolent non tamen ibi sunt ubi securi esse ac dolere non debeant. Miseriores autem si pax eis cum ipsa lege non est qua naturalis ordo administratur. Cum autem dolent ex qua parte dolent pacis perturbatio facta est. In illa uero adhuc pax est in qua nec dolor urit nec compago dissoluitur. Sicut ergo quedam est uita sine dolore dolor autem sine aliqua uita esse non potest.

Sic est quedam pax sine ullo bello. Bellum uero esse sine aliqua pace non potest. non secundum id quod bellum est. sed secundum id quod ab eis uel in eis geritur que alique nature sunt. quod nullo modo essent si non qualicumque pace subsisterent. Quapropter est natura in qua nullum malum est uel etiam in qua nullum malum esse potest. esse autem natura in qua nullum bonum sit non potest. Proinde nec ipsius dyaboli natura in quantum natura est. sed peruersitas eam malam facit. Itaque in ueritate non stetit sed ueritatis iudicium non euasit. In ordinis tranquillitate non mansit. nec ideo tamen a potestate ordinatoris effugit. Bonum dei quod illi est in natura non eum subtrahit iustitie dei qua ordinatur in pena. Nec ibi deus bonum insequitur quod creauit sed malum quod ille commisit. Neque enim totum aufert quod nature dedit sed aliquid adimit aliquid relinquid ut sit qui doleat quod ademit. Et ipse dolor testimonium est boni adempti et boni relicti. Nisi enim bonum relictum esset bonum amissum dolere non posset. Nam qui peccat peior est si letatur in damno equitatis. Qui uero cruciatur si nihil inde acquirat boni dolet damnum salutis. Et quoniam equitas ac salus utrumque bonum est. bonique amissione dolendum est potius quam letandum. si tamen non sit compensatio melioris. Melior est autem animi equitas quam corporis sanitas. Profecto conuenientius iniustus dolet in supplicio quam letatus est in delicto. Sicut ergo letitia deserti boni in peccato testis est uoluntatis male. Ita dolor amissi boni in supplicio

testis est nature bone. Qui enī dolet amissam nature sue pacem ex ali
quibus reliquiis pacis id dolet· quibus fit ut sibi amica natura sit. Hoc
autē in extremo supplicio recte fit· ut iniqui et impii naturalium bo
norum damna in cruciatibus defleant sentientes eorum ablatorem iu
stissimū deum ^ largitorem · Deus ergo naturarū omnium sapientissi
mus conditor et iustissimus ordinator qui terrenorum ornamentorum
maximum instituit mortale genus humanum· dedit hominibus
quedam bona huic uite congrua· i· pacem tpalem· pro modulo mor
talis uite in ipsa salute et incolumitate ac societate sui gnīs. Et queq;
hinc paci uel tuende uel recupande necessaria sunt· sicut ea que apte
et conuenienter adiacent sensibus lux uox et aures spirabiles· aquæ
potabiles et quicqd ad alendum tegendum curandum ordinandum
q; corpus congruit eo pacto equissimo ut qui mortalibus talibꝫ bonis
paci mortalium accomodatis recte usus fuit· accipiat ampliora· atq;
meliora ipsam s· immortalitatis pacem· eiq; conuenientē gloriam &
honorem in uita eterna ad fruendum deum et proximum in deo.
Qui aut̄ perperam· nec illa accipiat et hec amittat : ~

^ quē ɔtēpserūt benignissimū

D e ordine ac lege siue terrena siue celesti per quā societati humanæ
etiā dominando consulitur et consulendo seruitur : Capm. XV :

OMnis usus igit̄ rerum tpalium refertur ad fructum terrenæ
pacis in terrena ciuitate. In celesti aut̄ ciuitate refertur ad fru
ctum pacis eternæ. Quapropter si irrationalia essemus aīantia·
nihil appeteremus· pter ordinatam tempantiam partium corporis &
requiem appetitionū· Nihil ergo pter quietem carnis et copiam uo
luptatum· ut pax corporis pdesset paci anime. Si enī desit pax corpōis
impedit̄ etiā irrationalis anime pax· qa requiem appetionum cōsequi
non pot. Vtrumq; aut̄ simul et paci prodest quā inter se habent aīa et
corpus i· ordinate uite ac salutis. Sicut enī pacem corporis amare se
ostendunt aīantia cum fugiūt dolorem· et pacem aīe cum propter ex
plendas indigentias appetitionum uoluptatem assequunt̄. Ita morte
fugiendo satis indicant qntum diligant pacem· qua sibi concilian
tur anima et corpus. Sed quia homini rōnalis anima· totum hoc qd
habet cōe cum bestiis subdit paci aīe rationalis· ut aliqd contempletur
et secundum hoc aliquid agat· ut sit ei ordinata cognitionis actionisq;
consensio· quā pacem rationalis aīe dixeramus. Ad hoc enī uelle debet
nec dolore molestari· nec desiderio pturbari· nec morte dissolui· ut ali
quid utile cognoscat· et scdm eam cognitionē uitam moresq; cōponat·

Sed ne in ipso studio cognitionis propter humane mentis infirmitatem in pestem alicuius erroris incurrat, opus habet magisterio diuino, cui certus obtemperet, et adiutorio ut liber obtemperet. Et quoniam quamdiu est in isto mortali corpore, peregrinatur a domino, ambulat per fidem non per speciem. Ac per hoc omnem pacem uel corporis uel anime refert ad illam pacem que homini mortali est cum immortali deo, ut ei ordinata sit in fide sub eterna lege obedientia. Iam uero quia duo precipua precepta hoc est dilectionem dei et dilectionem proximi docet magister deus, in quibus tria inuenit homo que diligat, deum, seipsum et proximum, atque ille in se diligendo non errat qui diligit deum, consequens est ut etiam proximo ad diligendum deum consulat, quem iubetur sicut seipsum diligere. Sic uxori, sic filiis, sic domesticis, sic ceteris quibus potuerit hominibus et ad hoc sibi a proximo si forte indiget consuli uelit. Ac per hoc erit pacatus quantum in ipso est omni homini. Pace hominum id est ordinata concordia, cuius hic ordo est, primum ut nulli noceat, deinde etiam prosit cui potuerit. Primitus ergo inest ei suorum cura.

Ad eos quippe habet oportuniorem facilioremque aditum consulendi uel nature ordine uel ipsius ciuitatis humane. Vnde apostolus dicit. Quisquis autem suis et maxime domesticis non prouidet, fidem negat et est infideli deterior. Hinc itaque etiam pax domestica oritur id est ordinata imperandi obediendique concordia cohabitantium. Imperant enim qui consulunt, sic uir uxori, parentes filiis, domini seruis. Obediunt autem quibus consulitur, sicut mulieres maritis, filii parentibus, serui dominis.

Sed in domo iusti uiuentis ex fide adhuc ab illa celesti ciuitate peregrinantis, et qui imperant seruiunt eis quibus uidentur imperare. Neque enim dominandi cupiditate imperant, sed officio consulendi, nec principandi superbia, sed prouidendi misericordia.

De libertate naturali et de seruitute cuius prima causa peccatum est, quia homo male uoluntatis etiam si non mancipium alterius hominis seruus est proprie libidinis. Capitulum XVI.

Hoc naturalis ordo prescribit. Ita deus hominem condidit. Nam dominetur inquit piscium maris et uolatilium celi et omnium repentium que repunt super terram. Rationalem factum ad imaginem suam noluit nisi irrationalibus dominari, non hominem homini, sed hominem pecori. Inde primi iusti pastores pecorum magis quam reges hominum constituti sunt, ut etiam sic insinuaret deus quid postulet ordo creaturarum, quid exigat meritum peccatorum. Conditio quippe ser-

uitutis iure intelligitur imposita peccatori. Proinde nusquam in scripturis le
gimus seruum antequam hoc uocabulo Noe iustus peccatum filii uindicaret.
Nomen itaque istud culpa meruit non natura. Origo autem uocabuli ser
uorum in latina lingua inde creditur ducta. qui hi qui iure possent oc
cidi a uictoribus cum seruabantur serui fiebant a seruiendo appellati
quod et ipsum sine peccati merito non est. Nam et cum iustum ge
ritur bellum pro peccato e contrario dimicatur. Et omnis uictoria
cum etiam malis prouenit diuino iudicio uictos humiliat uel emendans
peccata uel puniens. Testis est homo dei Danihel. cum in captiuitate
positus peccata sua et peccata populi sui. confiteretur deo. et hanc esse
causam illius captiuitatis pio dolore testatur. Prima ergo seruitutis causa
peccatum est. ut homo homini conditionis uinculo subderetur. quod non
fit nisi deo iudicante apud quem non est iniquitas et nouit diuersas
penas meritis distribuere delinquentium. Sicut autem supernus dominus
dicit. Omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Ac per hoc. Multi quidem
religiosi dominis iniquis non tamen liberis seruiunt. A quo enim quis deuictus
est huic et seruus addictus est. Et utique felicius seruitur homini quam libi
dini. cum seuissimo dominatu uastet corda mortalium ut alias omittam
libido ipsa dominandi hominibus aliis. Illo autem pacis ordine quo alii aliis
subiecti sunt sicut prodest humilitas seruientibus ita nocet superbia
dominantibus. Nullus autem natura in qua prius deus hominem condidit ser
uus est hominis aut peccati. Verum et penalis seruitus ea lege ordina
tur que naturalem ordinem conseruari iubet perturbari uetat. quia si
contra eam legem non esset factum nihil esset penali seruitute coercen
dum. Ideoque apostolus etiam seruos monet subditos esse dominis suis et ex animo
eis cum bona uoluntate seruire ut scilicet si non possunt a dominis liberi fieri
suam seruitutem ipsi quodammodo liberam faciant non timore subdo
lo sed fideli deuotione seruiendo donec transeat iniquitas et uacue
tur omnis principatus et potestas humana et sit deus omnia in omnibus.

De equo iure dominandi. Capitulum XVII.

Quocirca etiam si habuerunt seruos iusti patres nostri sic administrabant
domesticam pacem ut secundum hec temporalia bona filiorum
sortem a seruorum conditione distinguerent ad deum etiam co
lendum in quo eterna bona speranda sunt omnibus domus sue membris
pari dilectione consulerent. Quod naturalis ordo ita prescripsit ut nomen
patrum familias hinc exortum est et tam late uulgatum ut etiam ini
que dominantes hoc se gaudeant appellari. Qui autem ueri patres familias

sunt omnibus in familia sua tanquam filiis ad colendum et promerendum deum consulunt desiderantes atque optantes uenire ad celestem domum ubi necessarium non sit officium imperandi mortalibus quia necessarium non erit officium consulendi iam in illa immortalitate felicibus quo donec ueniatur, magis debent patres quod dominantur quam serui tolerare quod seruiunt. Si quis autem in domo per inobedientiam domestice paci aduersatur corripitur seu uerbo seu uerbere seu quolibet alio genere pene iusto atque licito quantum societas humana concedit pro eius qui corripitur utilitate ut paci unde dissiluerat coaptetur. Sicut enim non est beneficentie adiuuando efficere ut bonum quod maius est amittatur. Ita non est innocentie parcendo sinere ut in malum grauius incidatur. Pertinet ergo ad innocentis officium non solum nemini malum grauius inferre uerum etiam cohibere a peccato uel punire peccatum ut aut ipse qui plectitur corrigatur experimento aut alii terreantur exemplo. Quia igitur hominis domus initium siue particula debet esse ciuitatis omne autem initium ad aliquem sui generis finem. et omnis pars ad uniuersi cuius pars est integritatem refertur: satis apparet esse consequens ut ad pacem ciuitatem pax domestica referatur. id est ut ordinata imperandi obediendique concordia cohabitantium referatur ad ordinatam imperandi obediendique concordiam ciuium. Ita fit ut ex lege ciuitatis precepta sumere patrem familias oporteat quibus domum suam sic regat ut sit paci accommoda ciuitatis.

Unde celestis societas cum terrena ciuitate pacem habeat et unde discordiam. Capitulum XVII.

Sed domus hominum qui non uiuunt ex fide pacem terrenam ex huius temporalis uite rebus commodisque sectatur. Domus autem hominum ex fide uiuentium expectat ea que in futurum eterna promissa sunt terrenisque rebus ac temporalibus tanquam peregrina utitur non quibus capiatur et auertatur quo tendit in deum sed quibus sustentetur ad facilius toleranda minimeque augenda onera corporis corruptibilis quod aggrauat animam. Idcirco rerum uite huic mortali necessariarum utrisque hominibus fidelibus et infidelibus et utrique domui communis est usus sed finis utendi cuique suus proprius multumque diuersus. Ita etiam terrena ciuitas que non uiuit ex fide terrenam pacem appetit in eodem defigit imperandi obediendique concordiam ciuium ut sit eis de rebus ad mortalem uitam pertinentibus humanarum quedam compositio uoluntatum. Ciuitas autem celestis uel potius pars eius que in hac mortalitate peregrinatur et uiuit ex fide

etiam ista pace necesse est utatur donec ipsa cui talis pax necessaria est
mortalitas transeat. Ac per hoc dum apud terrenam ciuitatem ue
lut captiuam uitam agit tam promissione redemptionis et dono
spiritali tanquam pignore accepto legibus terrene ciuitatis quibus hec
administrantur que sustentande mortali uite commodata sunt.
obtemperare non dubitat. Ut quoniam communis est ipsa mortalitas seruetur
in rebus ad eam pertinentibus inter ciuitatem utramque concordia. Ve
rum quia terrena ciuitas habuit quosdam suos sapientes quos suspica
ti uel decepti demonibus crederent multos conciliandos esse rebus
humanis ad quorum diuersa quodammodo officia diuersa subdi
ta pertinerent ad alium corpus ad alium animum. Inque ipso corpore
ad alium caput ad alium ceruicem et cetera singula ad singulos. Si
militer in animo ad alium ingenium ad alium doctrinam ad alium iram
ad alium concupiscentiam. Inque ipsis rebus uite adiacentibus ad alium
pecus ad alium triticum ad alium uinum ad alium oleum ad ali
um siluas ad alium nummos ad alium nauigationem ad alium bella
atque uictorias ad alium coniugia ad alium partum ac fecunditatem
et ad alios alia cetera. Celestis autem ciuitas unum deum solum co
lendum nosset. eique tantummodo seruiendum seruitute illa que latria
dicitur et non nisi deo debetur fideli pietate censeret. Factum est ut reli
gionis leges cum terrena ciuitate non posset habere communes. proque his ab
ea dissentire haberet necesse. atque oneri esse diuersa sentientibus eorum
iras et odia et persecutionum impetus sustinere nisi cum animos aduer
santium aliquando terrore sue multitudinis et semper diuino adiuto
rio propulsaret. Hec ergo celestis ciuitas dum peregrinatur in terra
ex omnibus gentibus ciues euocat. atque in omnibus linguis peregrinam
colligit societatem non curans quicquid in moribus legibus institutisque
diuersum est quibus pax terrena uel conquiritur uel tenetur. nihil eorum
rescindens nec destruens. immo etiam seruans ac sequens quod licet diuer
sum in diuersum in diuersis nationibus ad unum tamen eundemque
finem terrene pacis intendit. si religionem qua unus summus et uerus
deus colendus docetur non impedit. Utitur ergo etiam celestis uita in hac
sua peregrinatione pace terrena. et de rebus ad mortalem hominum uitam
pertinentibus humanarum uoluntatum compositionem quantum sal
ua pietate ac religione conceditur tuetur atque appetit. eamque terrenam
pacem refert ad celestem pacem que uere ita pax est ut rationalis
dumtaxat creature sola pax habenda atque dicenda sit ordinatissima

s. et concordissima societas fruendi deo et inuicem in deo. Quo cum uentum erit non erit uita mortalis sed plene certeq; uitalis. Nec corpus animale quod dum corrumpitur aggrauat animam sed spiritale sine ulla indigentia ex omni parte subditum uoluntati. Hanc pacem dum peregrinatur in fide habet. atq; ex hac fide iuste uiuit cum ad illam pacem adipiscendam refert quicquid bonarum actionum gerit erga deum et proximum quoniam uita ciuitatis utiq; socialis est.

Quod diuersa sit achademie noua ambiguitas a constantia fidei Christiane : Capitulum · XIX ·

Quod autem attinet ad illam differentiam quam de achademicis nouis Varro adhibuit quibus incerta sunt omnia. omnino ciuitas dei talem dubitationem tamquam dementiam detestatur habens de rebus quas mente atque ratione comprehendit etiam si paruam propter corpus corruptibile quod aggrauat animam quoniam sicut dicit apostolus ex parte scimus tamen certissimam scientiam. Creditq; sensibus in rei cuiusq; euidentia quibus per corpus animus utitur quoniam miserabilius fallitur qui numquam putat eis esse credendum. Credit etiam scripturis sanctis et ueteribus et nouis quas canonicas appellamus. Unde fides ipsa concepta est ex qua iustus uiuit per quam sine dubitatione ambulamus quamdiu peregrinamur a domino salua atq; certa de quibusdam rebus quas neq; sensu neq; ratione percepimus nec nobis per scripturam canonicam claruerunt nec per testes quibus non credere absurdum est in nostram notitiam peruenerunt sine iusta reprehensione dubitamus.

De habitu et moribus populi christiani : Capitulum · XX ·

Nihil sane ad istam pertinet ciuitatem quo habitu uel more uiuendi si non est contra diuina precepta istam fidem qua peruenitur ad deum quisq; sectetur. Unde ipsos quoq; philosophos quando christiani fiunt non habitum uel consuetudinem uictus que nihil impedit religionem sed falsa dogmata mutare compellit. Unde illam quam Varro adhibuit ex cenicis differentiam si nihil turpiter atq; intemperanter agat omnino non curat. Ex tribus uero illis uite generibus ocioso actuoso et ex utroq; composito quamuis salua fide quisq; possit in quolibet eorum uitam ducere et ad sempiterna premia peruenire interest tamen quid amore teneat ueritatis quid officio caritatis impendat. Non sic esse quisq; debet ociosus ut in eodem ocio utilitatem non cogitet proximi. Nec sic actuosus ut contemplationem non requirat dei. In ocio non iners uacatio delectare debet sed ut inquisitio aut in-

uentio ueritatis ut in ea quisque proficiat et quod inuenerit teneat nec alteri inuideat. In actione uero non amandus est honor in hac uita siue potentia quoniam omnia uana sub sole. Sed opus ipsum quod per eundem honorem uel potentiam fit si recte atque utiliter fit .i. ut ualeat ad eam salutem subditorum quae secundum deum est. Unde iam superius disputauimus. Propter quod ait apostolus qui episcopatum desiderat bonum opus desiderat. Exponere enim uoluit quid est episcopatus quia nomen est operis non honoris. grecum est enim atque inde ductum uocabulum quod ille qui preficitur super intendit curam scilicet eorum gerens. Scopos quippe intentio est. Ergo episcopum si uelimus latine super intendere possumus dicere ut non intelligat se non se esse episcopum qui preesse dilexerit non prodesse. Itaque a studio cognoscende ueritatis nemo prohibetur quod ad laudabile pertinet ocium. Locus uero superior sine quo regi populus non potest et si ita teneatur atque administretur ut decet tamen indecenter appetitur. Quamobrem ocium sanctum querit caritas ueritatis negocium iustum suscipit necessitas caritatis. quam sarcinam si nullus imponit percipiende atque intuende uacandum est ueritati. si autem imponitur suscipiendum est ueritatis necessitatem. Sed nec sic omnino ueritatis delectatio deserenda est ne subtrahatur illa suauitas et opprimatur ista necessitas :— Quod ciues sanctorum in huius uite tempore spe beati sunt :— Capitulum . xxi :

Quamobrem summum bonum ciuitatis dei cum sit pax etiam atque perfecta. non per quam mortales nascendo atque morien do sed in qua mortales maneant nihil aduersi omnino patiendo. Quis est qui illam uitam uel beatissimam neget uel in eius comparatione istam que hic agitur quantislibet animi et corporis externarumque rerum bonis plena sit non miserrimam iudicet. Quam tamen quicunque sic habet ut eius usum referat ad illius finem quam diligit ardentissime ac fidelissime sperat non absurde dici etiam nunc beatus potest. spe illa potius quam re ista. Res ista uero sine spe illa beatitudo falsa et magna miseria est. Non enim ueris animi bonis utitur quoniam non est uera sapientia que intentionem suam in his que prudenter discernit gerit fortiter cohibet temperanter iusteque distribuit non in illum dirigit finem ubi erit deus omnia in omnibus eternitate certa et pace perfecta.

An secundum diffinitiones Scipionis quae in dialogo Ciceronis sunt unquam fuerit Romana Respublica :— Capitulum :— Uicesimum Secundum :—

:· Quapropter :

Quapropter hunc locum ut q̄ potero breuiter ac dilucide expediam. Quod in scđo huius opis libro me demonstraturum esse promisi · scđm diffinitiones quib; apud Ciceronem utit̄ Scipio in libris de re publica · nunq̄ rem publicam fuisse romanam. Breuiter eñi rem publicam diffinit esse rem ppli · Que diffinitio si uĕa est, nunq̄ fuit romana res publica · quia nunq̄ fuit res ppli · quam diffinitionem uoluit esse rei publice · populum eñi esse diffiniuit, Cetum multitudinis iuris consensu et utilitatis cōione sociatum. Qđ aūt dicat iuris consensum disputando explicat per hoc ostendens geri sine iustitia non posse rem publicam. Ubi ergo iustitia uera non est nec pot esse. Qđ eñi iure fit, pfecto iuste fit, quod aūt fit iniuste nec iure fieri potest. Non eñi iura dicenda sunt uel putanda iniqua hoīm constituta · cum illud etiā ius esse dicant · quod de iustitie fonte manauerit · falsumq; esse quod a qbusdam nō recte sentientibus dici solet · id esse ius · quod ei qui plus pot utile est. Quocirca ubi non est uera iustitia · iuris consensu sociatus cetus hominū non potest esse. Et ideo non populus · iuxta illam Scipionis uł Ciceronis diffinitionem · et si non ppłs nec res populi · sed qualiscumq; multitudinis que populi nōe digna non est. Ac per hoc si res publica res est populi · et populus non est qui consensu non sociatus est iuris.

Non est autem ius ubi nulla iustitia est, pculdubio colligit̄ ubi nulla iustitia est non esse rem publicam. Iustitia porro ea uirtus est que sua cuiq; distribuit. Que igit̄ iustitia est hominis que ipm̄ hoiem deo uero tollit et īmundis demonibus subdit? Hoc ne est sua cuiq; distribuere? An qui fundum aufert dn̄anti eius a quo emptus est et tradet ei qui nihil habet in eo iuris iustus est. Et qui se ipm̄ aufert dn̄anti deo a quo factus est et malignis seruit spiritibus iustus est?

Disputat̄ certe acerrime atq; fortissime in eisdem ipsis de re publica libris aduersus iniustitiam pro iustitia. Et qm̄ cum prius ageretur pro iniustitie partibus contra iustitiam et diceretur · Nisi per iniustitiam rem publicam stare augeriq; non posse · hoc ueluti ualidissimū positum erat iniustum esse ut hoīes hominibus dn̄antibꝰ seruiant · quā tñ iniustitiam nisi sequatur imperiosa ciuitas cuius est magna res publica · non eam posse prouinciis imperare. Responsum ē a parte iustitie · ideo iustum esse · quod talibus hominibus sit utilis seruitus et pro utilitate eo₄ fieri · cum recte fit · i · cum improbis aufert iniuriarum licentia et domiti melius se hēbunt · quia indomiti deterius se ha-

buerunt. Subditum quippe est ut ista ratio firmaretur velut a natura sum-
ptum nobile exemplum atque dictum est. Cur deus homini, animus im-
perat corpori, ratio libidini ceterisque vitiosis animi partibus. Plane
hoc exemplo satis edoctum est quibusdam esse utilem servitutem,
et deo quidem ut serviatur utile esse omnibus. Serviens autem deo
animus recte imperat corpori, inque ipso animo ratio deo domino sub-
iecta recte imperat libidini vitiisque ceteris. Quapropter ubi homo deo
non servit quid putandum est in eo esse iustitie? quandoquidem deo
non serviens nullo modo potest iuste animus corpori aut humana
ratio vitiis imperare. Et si in homine tali non est ulla iustitia pro-
culdubio nec in hominum cetu qui ex hominibus talibus constat. non
est hic ergo iuris ille consensus qui hominum multitudinem populum facit
cuius res dicitur esse respublica. Nam de utilitate quid dicam cuius
etiam communione sociatus cetus hominum sicut se se habet ista diffinitio populus
nuncupatur. Quamvis enim si diligenter attendas nec utilitas sit ulla
viventium qui vivunt impie, sicut vivit omnis qui non servit deo ser-
vitque demonibus, tanto magis impius quanto magis sibi cum sint im-
mundissimi spiritus tamquam diis sacrificari volunt. Tamen quod de iure
consensu diximus, satis esse arbitror unde appareat per hanc diffini-
tionem non esse populum cuius res publica esse dicatur, in quo iustitia non
est. Si enim dicunt non spiritibus immundis sed diis bonis atque sanctis
in sua re publica servisse romanos. Numquid eadem totiens repetenda
sunt que iam satis immo ultra quam satis est diximus. Quis enim ad hunc
locum per superiores huius operis libros pervenit qui dubitare ad-
huc possit et malis et impuris demonibus servisse romanos nisi vel
nimium stolidus vel impudentissime contentiosus. Sed ut taceam
quales sint quos sacrificiis colebant in lege dei veri scriptum est. Sa-
crificans diis eradicabitur nisi deo tantum. Nec bonis igitur nec malis diis
sacrificari voluit, qui hoc cum tanta comminatione precepit.

An verus sit deus cui christiani serviunt cui soli debeat sacrificari;

Sed responderi potest quis iste deus est. Capitulum · xxiii ·
aut unde dignus probatur cui deberent obtemperare romani ut
nullum deorum preter ipsum colerent sacrificiis. Magne cecitatis
est adhuc querere quis iste sit deus cuius prophete predixerunt ista que cer-
nimus. Ipse est deus a quo responsum accepit Abraham. In semine
tuo benedicentur omnes gentes. Quod in christo fieri qui secundum carnem
de illo semine exortus est idem ipsi qui remanserunt huius nominis

inimici uelint nolint ut cognoscant. Ipse est deus cuius diuinus
spiritus per eos locutus est, quorum predicta atque completa per ecclesiam quam
uidemus toto orbe diffusam esse in libris superioribus posui. Ipse est
deus quem Varro doctissimus romanorum Iouem putat quamuis nesciens
quid loquatur. quod tamen ideo commemorandum putaui quoniam uir tante
scientie nec nullum istum deum potuit existimare nec uilem. Hunc
enim eum esse credidit quem summum putauit deum. Postremum ipse
est deus quem doctissimus philosophorum quamuis christianorum acerrimus inimi
cus et per eorum oracula quos deos putat deum magnum Porphyrius
confitetur.

Que Porphyrius dicat oraculis deorum responsa de Christo. Capitulum. XXIII.

Nam in libris quos eglegion philosophias appellat in quibus exequitur
atque conscribit rerum ad philosophiam pertinentium uelut diuina
responsa, ut ipsa uerba eius quemadmodum ex greca lingua
in latinam interpretata sunt ponam. Interroganti inquit quem deum
placando reuocare possit uxorem suam a christianismo hec ait uer
sibus apollo. Deinde uerba uelut apollinis ista sunt. Forte magis
poteris in aqua impressis litteris scribere. Aut adinflans leues pen
nas per aera ut auis uolare. Ut pollute reuoces impie uxoris sensum.
Pergat quo uult manibus fallaciis perseuerans et lamentari fallaciis
perseuerans mortuum deum cantans. Quem a iudicibus recta sentienti
bus perditum pessima in speciosis ferro iuncta mors interfecit. Deinde
post hos uersus apollinis qui non stante metro latine interpretati sunt
subiunxit atque. In his quidem irremeabilem sententiam eorum manife
stans et dicens. Quoniam iudei suscipiunt deum magis quam isti. Ecce ubi de
colorans christum iudeos preposuit christianis confitens quod iudei suscipiant
deum. Sic enim exposuit uersus apollinis ubi a iudicibus recta senti
entibus christum dicit occisum. tamquam illis iuste iudicantibus merito
sit ille punitus. Viderit quid de christo uates mendax apollinis dixerit.
atque iste eglegion crediderit aut fortasse uatem quod non dixerit dix
isse iste ipse confinxerit. Quomodo uero sibi constet uel ipsa oracula inter
se faciat conuenire postea uidebimus. Hic tamen iudeos tamquam dei susce
ptores recte dicit iudicasse de christo quod eum morte pessima excrucian
dum esse censuerunt. Deus itaque iudeorum cui perhibet testimonium
audiendus fuit dicens. Sacrificans diis eradicabitur nisi deo tantum. Sed ad
manifestiora ueniamus et audiamus quam magnum deum dicat esse iu
deorum. Item ad ea que interrogauit apollinem quid melius uerbum

siue ratio an lex. Respondit inquit uersibus hec dicens. Ac deinde
subiicit apollinis uersus in quibus et isti sunt ut quantum satis est inde
decerpam. In deum uero inquit generatorem et regem ante omnia. Quem
tremit celum et terra atque mare et infernorum abdita. Et ipsa numina
perhorrescunt. Quorum lex est pater quem ualde sancti honorant hebrei. Tali
oraculo dei sui apollinis Porphyrius tam magnum deum dixit he
breorum ut eum et ipsa numina perhorrescant. Cum ergo deus iste dixit
Sacrificans diis eradicabitur. Miror quod ipse Porphyrius non perhorru
erit et sacrificans diis eradicari non formidauerit. Dicit etiam bona philosophus
iste de christo quasi oblitus illius de quo paulo ante locuti sumus con
tumelie sue. aut quasi in somnis dii eius male dixerint christo et eui
gilantes eum bonum esse cognouerint digneque laudauerint. Denique tan
quam mirabile aliquid atque incredibile prolaturus. Preter opinionem
inquit profecto quibusdam uideatur esse quod dicturi sumus. Christum
enim dii piissimum pronuntiauerunt et immortalem factum et cum bona pre
dicatione eius meminerunt. Christianos uero pollutos inquit et contamina
tos et errore implicatos esse dicunt et multis talibus aduersus eos blas
phemiis utuntur. Deinde subiicit uelut oracula deorum blassemantium
christianos. Et post hec de christo autem inquit interrogantibus si est deus ait
hecate. Quoniam quidem immortalis anima post corpus ut incedit nosti a sa
pientia autem abscisa semper errat. Viri pietate prestantissimi est illa anima.
hanc colunt aliena a se ueritate. Deinde post uerba huius quasi ora
culi sua ipse contexens. Piissimum igitur uirum inquit eum dixit et eius
animam sicut et aliorum piorum post obitum immortalitate dignatam et hanc
colere christianos ignorantes. Interrogantibus autem inquit cur ergo damnatus
est oraculo Respondit dea. Corpus quidem debilitantibus tormentis semper
oppositum est anima autem piorum celesti sedi insidet. Illam uero animam
aliis animantibus fataliter dedit quibus fata non annuerunt deorum
dona obtinere neque habere Iouis immortalis agnitionem errore implicari.
Propterea ergo diis ociosi quibus fato non fuit noscere deum nec dona a
diis accipere. his fataliter dedit isto errore implicari. Ipse uero pius et in
celum sicut pii concessit. Itaque hunc quidem non blasphemabis misere
beris autem hominum dementia. ex eo in eis facile preceps periculum. Quis ita
stultus est ut non intelligat aut ab homine callido eoque christianis inimicis
simo hec oracula conficta aut consilio simili ab impuris demonibus ista
fuisse responsa. Vt scilicet quoniam laudant christum propterea ueraciter credantur uitupe
rare christianos atque ita si possint intercludant uiam salutis eterne in qua fit

quisque christianus. Sue quippe nocendi astutie mille formes sentiunt
non esse contrarium, si credatur eis laudantibus christum dum tamen credatur
etiam uituperantibus christianos. Ut eum qui utrumque crediderit talem christi
faciant laudatorem ne uelit esse christianus. Ac sic quamuis ab illo laudatus
ab istorum tamen demonum dominatu eum non liberet christus, presertim quia
ita laudant christum ut quisquis in eum talem crediderit qualis ab eis pre
dicatur uerus christianus non sit. Sed Fotinianus hereticus qui tantummodo ho
minem non et deum nouerit christum. Et ideo per eum saluus esse non pos
sit nec istorum mendaciloquorum demonum laqueos uitare uel soluere.
Nos autem neque apollinem uituperantem christum neque Hecatem possumus ap
probare laudantem. Ille tamquam iniquum christum uult credi quem a iudi
cibus recta sentientibus dicit occisum; ista hominem piissimum sed hominem
tamen. Una est tamen et illius et huius intentio ut nolint esse homines christianos nisi
quia christiani erunt ab eorum erui potestate non poterunt. Iste uero philosophus
uel potius qui talibus aduersus christianos quasi oraculis credunt prius
faciant si possunt ut inter se de ipso christo Hecates atque apollo concor
dent eumque ut ambo concordent aut ambo collaudent. Quod si facere
potuissent, nihilominus nos et uituperatores et laudatores christi fallaces de
mones uitaremus. Cum ergo eorum deus et dea inter se de christo ille uitu
perando ista laudando dissentiant. Profecto eis blasphemantibus christi
anos non credunt homines si recte ipsi sentiant. Sane ipsum laudans uel
Porphyrius uel Hecates cum dicat eum ipsum fataliter dedisse christianis
ut implicarentur errore causas tamen eiusdem sicut putat pandit erroris
quas antea quam ex uerbis exponam. Prius quero si fataliter dedit christus
christianis erroris implicationem utrum uolens an nolens dederit. Si
uolens quomodo iustus? Si nolens quomodo beatus. Sed causas ipsius au
diamus erroris. Sunt inquit spiritus terreni minimi loco quodam ma
lorum demonum potestati subiecti. Ab his sapientes hebreorum quo
rum unus iste etiam Iesus fuit sicut audisti diuina apollinis que su
perius dicta sunt. Et ab his ergo hebrei demonibus pessimis et mino
ribus spiritibus uetabant religiosos et ipsis uacare prohibebant. Vene
rari autem magis celestes deos amplius autem uenerari deum patrem. Hoc
autem inquit et dii precipiunt. Et in superioribus ostendimus quem
ad modum animum aduertere ad deum monent et illum colere ubique im
perant. Verum indocti et impie nature quibus uere fatum non con
cessit ab his dona obtinere neque habere iouis immortalis notionem non
audientes et deos et diuinos uiros deos quidem recusarunt, prohibitos

aut demones et hos non odisse. sed revereri deum aut simulantes colere. ea sola per que deus adoratur non agunt. Nam quidem deus ut pote omnium pater nullius indiget. Sed nobis est bene cum per iustitiam et castitatem aliasque virtutes adoramus. ipsamque vitam precem ad ipsum facientes per imitationem et inquisitionem de ipso. Inquisitio enim purgat inquit. imitatio deificat affectionem ad ipsum operando. Bene quidem predicavit deum patrem et quibus sit colendus moribus dixit. quibus preceptis prophetici libri pleni sunt hebreorum. qui sanctorum vite sive imperatur sive laudatur. Sed in xpianis tamen errat. aut tantum calumniatur quantum volunt demones quos opinatur deos. quasi cuiquam sit difficile recolere que turpia que dedecora erga deorum obsequium in theatris agebantur et templis et attendere que legantur. dicantur. audiantur in ecclesiis vel deo vero quid offeratur. et hinc intelligere ubi edificium et ruina sit morum. Quis autem huic dixit vel inspiravit nisi dyabolicus spiritus tam vanum apertumque mendacium. quod demones ex hebreis coli prohibitos revereantur potius quam oderint xpiani. Sed deus ille quem coluerunt sapientes hebreorum. etiam celestibus sanctis angelis et virtutibus dei quos beatissimos tamquam cives in hac nostra peregrinatione mortali veneramur et amamus sacrificari vetat. intonans in lege sua quam dedit hebreo populo suo. et valde minaciter dicens. Sacrificans diis eradicabitur. Et ne quisquam putaret demonibus pessimis terrenisque spiritibus quos iste dicit minimos vel minores ne sacrificetur esse preceptum. quia et ipsi in scripturis sanctis dicti sunt dii non hebreorum sed gentium. Quod evidenter in psalmo septuaginta interpretes posuerunt dicentes. Quoniam dii gentium demonia. Ne quis ergo putaret istis quidem demonibus prohibitum. celestibus autem vel omnibus vel aliquibus sacrificari esse permissum. mox addidit nisi domino soli. id est nisi domino tantum. ne forte in eo quod ait. domino soli. dominum solem credat esse quispiam cui sacrificandum putetur. quod non ita esse intelligendum in scripturis grecis facillime reperitur.

Deus igitur hebreorum. cui tam magnum tantus etiam philosophus perhibet testimonium legem dedit hebreo populo suo. hebreo sermone conscriptam. non obscuram et incognitam. sed omnibus iam gentibus diffamatam. in qua lege scriptum est. Sacrificans diis eradicabitur nisi domino tantum. Quid opus est in hac eius lege eiusque prophetis de hac re multa perquirere. immo non perquirere. Non enim abstrusa vel rara sunt. sed aperta et crebra colligere et in hac disputatione mea ponere. quibus

luce clarius apparet: nulli omnino nisi tantum sibi deo uero et summo uoluisse sacrificari. Ecce hoc unum breuiter, immo granditer minaciterque sed ueraciter dictum ab illo deo quem tam excellentem eorum doctissimi predicant audiatur timeatur impleatur, ne inobedientes eradicatio consequatur. Sacrificans inquit diis eradicabitur nisi domino tantum. non quo rei egeat alicuius sed quia nobis expedit ut res eius simus. Huic enim canitur in sacris litteris hebreorum. Dixi domino deus meus es tu quoniam bonorum meorum non eges. Huic autem preclarissimum atque optimum sacrificium nos ipsi sumus hoc est ciuitas eius. cuius rei geste misterium celebramus oblationibus nostris que fidelibus note sunt. sicut in libris precedentibus disputauimus. Cessaturas enim uictimas quas in umbra futuri offerebant iudei. Et unum sacrificium gentes a solis ortu usque ad occasum sicut iam fieri cernimus oblaturas per prophetas et hebreos oracula increpuere diuina. ex quibus quantum satis uisum est non nulla protulimus et huic iam operi aspersimus. Quapropter ubi non est ista iustitia ut secundum suam gratiam ciuitati obedienti deus imperet unus et summus, ne cuiquam sacrificet nisi tantum sibi. Et per hoc in omnibus ad eandem ciuitatem pertinentibus atque obedientibus deo animus etiam corpori atque ratio uitiis ordine legitimo fideliter imperet. Ut quemadmodum iustus unus. Ita cetus populusque iustorum uiuat ex fide que operatur per dilectionem qua homo diligit deum sicut diligendus est deus. et proximum sicut se ipsum. Ubi ergo non est ista iustitia. Profecto non est cetus hominum iuris consensu et utilitatis communione sociatus. Quod si non est utique populus non est si uera est hec populi diffinitio. Ergo nec res publica est ubi ipse populus non est:

Qua diffinitione constet populi et rei publice nuncupatione recte sibi non solum romanos sed etiam regna alia uendicare; Capitulum xxv

Si autem populus non isto sed alio diffiniatur modo uelut si dicatur populus est cetus multitudinis rationalis rerum quas diligit concordi communione sociatus. Profecto ut uideatur qualis quisque populus sit illa sunt intuenda que diligit. Quecumque tamen diligat si cetus est multitudinis non pecorum sed rationalium creaturarum et eorum que diligit concordi communione sociatus sociatus est. non absurde populus nuncupatur. tanto utique melior quanto in melioribus. tantoque deterior quanto est in deterioribus concors. Secundum istam diffinitionem nostram romanus populus populus est. et res eius sine dubitatione respublica. Quid autem primis temporibus suis quidue sequentibus populus ille dilexerit. Ex quibus moribus ad euidentissimas

seditiones atq; ad socialia ac ciuilia bella, peruenens ipsam concordiam que salus est quodammodo populi rupit atq; corruperit, testatur historia de qua in precedentibus libris multa posuimus. Nec ideo tamen uel ipsum non esse populum uel eius rem dixerim non esse rem publicam quamdiu manet qualiscumq; rationalis multitudinis cetus rerum quas diligit concordi communione sociatus. Quod autem de isto populo et de ista re publica dixi hoc de Atheniensium uel quorumcumq; grecorum. hoc de egyptiorum hoc de illa priore babylone assiriorum quando in rebus publicis suis imperia uel parua uel magna tenuerunt. Et de alia quacumq; aliarum gentium intelligar dixisse atq; sensisse. Generaliter quippe ciuitas impiorum cui non imperat deus obedienti sibi. ut sacrificium non offeratur nisi tantummodo sibi. Et per hoc nulla et animus corpori ratioq; uitiis recte ac fideliter imperet. recaret iustitie ueritate : Quod non possunt ibi uere esse uirtutes ubi non est uera religio : Capitulum . xxvi :

Quamlibet enim uideatur animus corpori et ratio uitiis laudabiliter imparte si deo animus et ratio ipsa non seruit sicut sibi esse seruiendum ipse deus precipit. Nullo modo corpori uitiisq; recte imperat. Nam qualis corporis atq; uitiorum potest esse mens domina ueri dei nescia nec eius imperio subiugata sed uitiosissimis demonibus corrumpentibus prostituta? Porro uirtutes quas habere sibi uidetur per quas imperat corpori et uitiis ad quodlibet adipiscendum uel tenendum retulerit nisi ad deum. etiam ipsa uitia sunt potius quam uirtutes. Nam licet a quibusdam tunc uere atq; honeste putentur esse uirtutes. cum referuntur ad se ipsas nec propter aliud expetuntur. etiam tunc inflate ac superbe sunt Sic enim non est in carne sed super carnem quod carnem facit uiuere. Sic non est ab homine sed super hominem quod hominem facit beate uiuere nec solum hominem sed etiam qualibet potestatem uirtutemq; celestem :

De pace populi alienati a deo. qua utitur ad pietatem populus dei dum in hoc peregrinus est mundo : Capitulum . xxvii :

Quo circa ut uita carnis est anima. Ita beata uita hominis deus est de quo dicunt sacre littere hebreorum. Beatus populus cuius est dominus deus ipsius. miser igitur populus ab isto alienatus deo. Diligit tamen etiam ipse quandam pacem suam non improbam quia quidem non habebit in finem qui non ea bene utitur ante finem. Hanc autem ut interim habeat in hac uita et nostri interest quoniam quamdiu permixte sunt ambe ciuitates utimur et nos pace babylonis ex qua ita per fidem populus dei liberatur ut apud hanc interim peregrinetur. Propter quod et apostolus admonuit

ecclesiam ut oraret pro regibus eius atque sublimibus addens et dicens ut quietam et tranquillam uitam agamus cum omni pietate et caritate. Et propheta Ieremias cum populo dei ueteri prenuntiaret captiuitatem et diuinitus imperaret ut obedienter irent in Babyloniam deo suo etiam ista patientia seruientes. Monuit et ipse ut oraretur pro illa dicens quia in eius est pace pax uestra, utique interim temporalis que communis est.

De pace seruientium deo cuius perfecta tranquillitas in hac temporali uita non potest apprehendi et cetera. Capitulum xxvii.

Pax autem nostra propria et hic est cum deo per fidem, et in eternum erit cum illo per speciem. Sed hic siue illa communis siue nostra propria talis est pax ut solatium miserie sit potius quam beatitudinis gaudium. Ipsa quoque nostra iustitia quamuis uera sit propter uerum boni finem ad quem refertur, tamen tanta est in hac uita ut potius remissione peccatorum constet quam perfectione uirtutum. Testis est oratio huius ciuitatis dei que peregrinatur in terris. Per omnia quippe membra ad deum. Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Nec pro eis est efficax hec oratio quorum fides sine operibus mortua est sed pro eis quorum fides per dilectionem operatur. Quia enim deo quidem subdita in hac tamen conditione mortali et corpore corruptibili quod aggrauat animam non perfecte uitiis imperat ratio. ideo necessaria est iustis talis oratio. Nam profecto quamquam imperetur nequaquam sine conflictu uitiis imperatur et utique subrepit aliquid in hoc loco infirmitatis etiam bene confligenti. siue hostibus talibus uictis subditisque dominanti. Unde non facili operatione certe labili locutione aut uolatili cogitatione peccetur. Et ideo quamdiu uitiis imperatur plena pax non est quia et illa que resistunt periculoso debellantur prelio. et illa que uicta sunt nondum securo triumphantur ocio sed adhuc sollicito premuntur imperio. In his ergo temptationibus de quibus omnibus in diuinis eloquiis breuiter dictum est. Numquid non temptatio est uita humana super terram. Quis ita uiuere presumat ut dicere deo dimitte nobis debita nostra necesse non habeat, nisi homo elatus nec uero magnus sed inflatus ac tumidus. Propter quod scriptum est. deus superbis resistit. humilibus autem dat gratiam. Hic itaque in unoquoque iustitia est. ut obedienti deus hominis animus corpori ratio autem uitiis etiam repugnantibus imperet uel subigendo uel resistendo. atque ab ipso deo petatur et meritorum gratia et uenia delictorum. ac de acceptis bonis gratiarum actio persoluatur. In illa uero pace finali quo referenda et cuius adipiscende causa ha

benda est ista iustitia quoniam sanata inmortalitate atque incorruptione natura uitia non habebit. Nec cuiquam nostrum uel ab alio uel a se ipso quid piam repugnabit. Non opus erit ut ratio uitiis quae nulla erunt imperet. Sed imperabit deus homini animus corpori. Tantaque ibi erit obediendi suauitas et facilitas. Et hoc illic in omnibus atque in singulis eternum erit eternumque esse certum erit. Et ideo pax beatitudinis huius uel beatitudo pacis huius summum erit :—

Ad quem finem uenturus sit exitus impiorum :· capitulum : xxix :·

Eorum autem qui non pertinent ad ciuitatem dei erit e contrario miseria sempiterna. que mors etiam secunda dicitur. quia nec anima ibi uiuere dicenda est. que a uita dei alienata erit. nec corpus quod eternis doloribus subiacebit. Ac per hoc ideo durior ista secunda mors erit. quia finiri morte non poterit. Sed quoniam sicut miseria beatitudini et mors uite. Ita bellum paci uidetur esse contrarium. merito queritur sicut pax in bonorum finibus predicata est. atque laudata. quod uel quale bellum e contrario in finibus malorum possit intelligi. Verum qui hoc querit attendat quod in bello noxium perniciosumque sit. Et uidebit nihil aliud quam rerum esse inter se aduersitatem atque conflictum. Quod igitur bellum grauius & amarius excogitari potest quam ubi uoluntas sic aduersa est passioni et passio uoluntati ut nullius earum uictoria tales inimicitie finiantur. Et ubi sic confligit cum ipsa natura corporis uis doloris ut neutrum alteri cedat. Hic enim quando contigit iste conflictus aut dolor uincit aut sensum mors adimit. aut natura uincit et dolorem sanitas tollit. Ibi autem et dolor permanet ut affligat et natura perdurat ut sentiat quia utrumque ideo deficit ne pena deficiat. Ad hos fines bonorum et malorum illos expetendos illos euitandos quoniam per iudicium transibunt ad illos boni ad istos mali. De hoc iudicio quantum deus donauerit in consequenti uolumine disputabo :—

Beati Augustini episcopi de ciuitate dei libro decimonono finito Incipiunt capitula Vicesimi eiusdem :—

INCIPIT . LIBER . VICESIMVS . BEATI . AVGVSTINI . EPISCOPI . DE . CIVITATE . DEI :

Caret sumarium quia sumat se ipsum ; Capitulum . primum .

DE die ultimi iudicii dei . quod ipse donauit loc-uturi eumque asserturi aduersus impios et incre-dulos tamquam in edificii fundamento prius po-nere testimonia diuina debemus . quibus qui nolunt credere humanis ratiunculis falsis at-que fallacibus contrauenire conantur ad hoc ut aut illud significare contendant . Quod adhibetur testimonium de litteris sacris . aut omnino diuinitus esse dictum negent . Nam nullum existimo esse mortalium qui cum ea sicut dictum est intellexerit . et a summo ac uero deo per animas sanctas dicta esse crediderit non eis cedat atque consentiat . siue id etiam ore fateatur . siue aliquo uitio fateri erubescat aut metuat . uel etiam peruicacia simillima insanie . id quod falsum esse nouit . aut credat . etiam contentiosissime defendere moliatur . Quod ergo in con-fessione ac professione tenet omnis ecclesia ueri dei . christum de celo esse uentu-rum ad uiuos et mortuos iudicandos hunc diuini iudicii ultimum diem

dicimus .i. nouissimum tpus. Nam per quot dies hoc iudicium tendatur
incertum est. Sed scripturarum more scarum diem poni solere p tpre
nemo qui illas litteras qntumlibet negligenter legerit nescit. Ideo aut
qui diem iudicij dei dicimus addimus ultimu uel nouissimum qa
et nunc iudicat et ab humani gnis initio iudicauit dimittens de para
diso et a ligno uite separans primos homines peccati magni ppetratores.
Immo etia quando angelis peccantibus non pepercit quoru princeps du
a se ipsos subuersos inuidendo subuertit, pcul dubio iudicauit. Nec si
ne illius alto iustoq; iudicio et in hoc aereo celo et in terris et hominu
et demonum miserrima est uita erroribus erumnisq; plenissima. Ve
rum et si nemo peccasset non sine bono rectoq; iudicio uniuersam ra
tionalem creaturam perseuerantissime sibi suo dno coherente in etna
beatitudine retineret. Iudicat eni non solum uniuersaliter de genere
demonum atq; hominu ut miseri sint, pter primoru meritoru peccatoru.
Sed etia de singuloru opibus ppriis que gerunt arbitrio uoluntatis. Na
et demones ne torqueant precant nec utiq; iniuste uel parcitur eis uel
pro sua quiq; improbitate torquent. Et homines plerumq; aperte semp
occulte luunt pro suis factis diuinitus penas siue in hac uita siue
post mortem quauis nullus hoim agat recte nisi diuino adiuuetur
auxilio. Nullus demonum aut hoim agat inique nisi diuino eode
q; iustissimo iudicio permittat. Sicut eni ait apls. Non est iniqtas
apud deum. Etia sicut ipse alibi dicit. Inscrutabilia sunt iudicia ei9
et inuestigabiles uie eius : — Q quauis omni tpre deus iudicet i
hoc tn libro de nouissimo eius iudicio sit pprie disputandum ; C. ii.

NOn igr in hoc libro de illis primis nec de istis medijs dei iudicijs
Sed de ipso nouissimo qntum ipse tribuerit disputabo, qndo
xpus de celo uenturus est uiuos iudicaturus et mortuos. Iste
quippe dies iudicij proprie iam uocat eo q nullus ibi erit impite qrele
locus cur iniustus ille sit foelix et cur ille iustus infelix. Omium nanq;
tunc non nisi bonoru uera et plena felicitas apparebit : —

De uarietate rerum humanarum cui non pot dici esse iudicium dei
quauis nequeat inuestigari : — Capitulum : iii :

NVnc aut et mala equo animo ferre discimus que patiuntur
et boni et bona non magni pendere que adipiscunt et mali.
Ac per hoc etia in his rebus in quibus non apparet iustitia sal
utaris est diuina doctrina. Nescimus eni quo iudicio dei bonus ille sit
pauper malus sit ille diues. Iste gaudeat que pro suis pditis moribus

cruciari debuisse meroribus arbitramur, contristetur ille quem uita lau
dabilis gaudere debuisse persuadet. Exeat de iudicio, non solum in
ultus, uerum etiam damnatus innocens, aut iniquitate iudicis pressus,
aut falsis obrutus testimoniis. E contrario scelestus aduersarius eius
non solum inpunitus, uerum etiam uindicatus insultet. Impius optime
ualeat, pius languore tabescat, latrocinentur sanissimi iuuenes, et
qui nec uerbo quenquam ledere potuerunt, diuersa morborum atrocitate
affligantur. Infantes utiles rebus humanis inmatura morte rapiantur.
Et qui uidetur nec nasci debuisse, diutissime insuper uiuat, plenus cri
minibus sublimetur honoribus. Et sine querela hominem, tenebre igno
bilitatis abscondant. Et cetera huiusmodi, que quis colligit? quis e
numerat? Que si haberent in ipsa uelut absurditate constantiam, ut in hac
uita, in qua homo sicut sacer psalmus eloquitur, uanitati similis factus est,
et dies eius uelut umbra pretereunt, non nisi mali adipiscerentur
transitoria bona ista atque terrena. Nec nisi boni talia paterentur mala,
posset hoc referri ad iudicium iustum dei, siue etiam benignum. Ut qui
non erant assecuturi bona eterna, que faciunt homines beatos, uel deci
perentur pro malitia sua, uel pro dei misericordia consolarentur bonis.
Et qui non erant passuri eterna tormenta, temporalibus pro suis quibuscumque
et quantuliscumque peccatis affligerentur, uel propter implendas uirtutes exer
cerentur malis. Nunc uero quando non solum in malo sunt bona, et in bono
mali, quod uidetur iniustum, uerum etiam plerumque et malis mala eueni
unt, et bonis bona proueniunt, magis inscrutabilia fiunt iudicia dei,
et inuestigabiles uie eius. Quamuis ergo nesciamus quo iudicio deus
ista uel faciat, uel fieri sinat, apud quem summa uirtus est, et summa
sapientia, summa iustitia, nulla infirmitas, nulla temeritas, nulla in
iquitas. Salubriter tamen discimus non magnipendere seu bona seu ma
la, que uidemus esse bonis malisque communia. Et illa bona querere que bonorum,
atque illa mala maxime fugere, que propria sunt malorum. Cum uero ad
illud dei iudicium uenerimus, cuius tempus iam proprie dies iudicii, et a
liquando dies domini nuncupatur, non solum quecumque tunc iudicabuntur, uerum
etiam quecumque ab initio iudicata, et quecumque usque ad illud tempus ad
huc iudicanda sunt, apparebunt esse iustissima. Ubi hoc quoque mani
festabitur, quam iusto iudicio dei fiat, ut nunc tam multa ac pene omnia
iusta iudicia dei lateant sensus mentesque mortalium, cum in hac re
piorum fidem non lateat iustum esse quod latet: ~

Quid in libro ecclesiaste Salomon de his que in hac uita et bonis et

malis sunt communia disputauit : Capitulum .iiii.

[N]empe Salomon sapientissimus rex israel, qui regnauit in hie-
rusalem librum qui uocatur ecclesiastes. Et a iudeis quoque habetur
in sacrarum canone litterarum sic exorsus est Vanitas uanitantium
et omnia uanitas. Que abundantia homini in omni labore suo quo la
borat sub sole. et cum ex hac sententia connecteret cetera, commemorans
erumnas errores que uite huius et uanescentes interea temporum lapsus
ubi nihil solidum, nil stabile retinetur in ea rerum uanitate sub sole. Illud
etiam deplorat quodammodo quod sit abundantia super insipientiam, sicut abun-
dantia lucis super tenebras. Sapientisque oculi sint in capite ipsius et stultus
in tenebris ambulet. Vnus tamen incursus incurrat omnibus utique in
hac uita que sub sole agitur significans uidelicet ea mala quae bonis et
malis uidemus esse communia. Dicit etiam illud quod et boni patiuntur mala
tamquam mali sint et mali tamquam boni sint adipiscantur bona ita loquens
Est inquit uanitas quae facta est super terram quia sunt iusti super quos ue-
nit sicut factum impiorum. Et sunt impii super quos uenit sic factum
iustorum. Dixi quoniam hoc quoque uanitas. In hac uanitate cui quantum satis ui-
sum est intimanda totum istum librum uir sapientissimus deputa-
uit non utique ob aliud nisi ut eam uitam desideremus que uanitatem
non habet sub hoc sole sed ueritatem sub illo qui fecit hunc solem
In hac ergo uanitate numquid nisi iusto dei rectoque iudicio similis eidem
uanitati factus euanescet homo? In diebus tamen uanitatis sue inter-
est plurimum utrum resistat an obtemperet ueritati. et utrum sit expers
uere pietatis an particeps non propter uite huius uel bona acquirenda uel
mala uitanda uanescendo transeuntia sed propter futurum iudicium per
quod erunt et bonis bona et malis mala sine fine mansura. Denique iste
sapiens hunc librum sic conclusit ut diceret deum time et mandata eius
custodi quia hoc est omnis homo. quia omne hoc opus deus adducet
in iudicium in omni despecto siue bonum siue malum. Quid breuius
uerius salubrius dici potest? Deum inquit time et mandata eius custodi
quia hoc opus est omnis homo. Quicumque enim est hoc est custos utique manda-
torum dei. quoniam qui hoc non est nihil est. Non enim ad ueritatis imagi-
nem reformatur remanens in similitudine uanitatis quia omne hoc opus id est
quod ab homine fit in hac uita siue bonum siue malum deus adducet in
iudicium in omni despecto id est in omni etiam qui contemptibilis hic ui-
detur. et ideo nec uidetur quoniam deus ipsum uidet nec eum
despicit nec cum iudicat preterit :

Quod ad disserendum de nouissimo iudicio dei noui primu testamenti ac deinde ueteris testimonia prolaturus sit :~ Capitulum. V.

Huius itaq; ultimi iudicii testimonia de scripturis sanctis que ponere institui prius eligenda sunt de libris testamenti noui: postea de ueteris. Quamuis eni uetera priora sint tpre noua tamen anteponenda sunt dignitate qm illa ueta preconia sunt nouorum. Noua ponent igit prius que ut firmius pbemus assument et uetera. In ueteribus hntur lex et pphete. In nouis euangelium et aplice littere. ait aut aplus. Per legem eni cognitio peccati nunc aut sine lege iustitia di manifesta est testificata per legem et pphas. Iustitia aut dei per fidem Iesu xpi in oms qui credunt. Hec iustitia dei ad nouum ptinet testamentum et testimonium ht a ueteribus libris hoc est lege et pphetis. Prius igit ipsa causa ponenda est. Et postea testes introducendi. Hunc et ipse xpus iesus ordinem seruandum esse demonstrans. Scriba inqt eruditus in regno dei similis est uiro patri familias pferenti de thesauro noua et uetera. Non dixit uetera et noua qd utiq; dixisset nisi maluisset meritorum ordinem seruare qm temporum :~

Quibus sententiis domini saluatoris diuinum iudicium futurum in fine seculi declaretur :~ Caplm. VI.

Ergo ipse saluator cum obiurgaret ciuitates in qbus uirtutes magnas fecerat neq; crediderant. Et eis alienigenas ante poneret. Uerum tn inquit dico uobis. Tyro et sidoni remissius erit in die iudicii q uobis. Et paulo post alteri ciuitati. Amen inqt dico uobis qa terre Sodomorum remissius erit in die iudicii q tibi. Hic eni apertissime predicat diem iudicii esse uenturum. Et alio loco uiri niniuete inquit surgent in iudicio cum gnatione ista et condemnabunt eam quia penitentiam egerunt in pdicatione Ione. Et ecce plusquam Iona hic. Regina austri surget in iudicio cum gnatione ista et condemnabunt eam, quia uenit a finibus terre audire sapiam Salomonis. Et ecce plusq Salomon hic. Duas res hoc loco discimus. et uenturum esse iudicium et cum mortuorum resurrectione. De niniuitis eni et regina austri qn ista dicebat de mortuis sine dubio loquebat, quos tn in die iudicii resurrecturos esse predixit. Nec ideo dixit condemnabunt qa ipsi iudicabunt. sed qa ex ipsorum compatione isti merito damnabunt. Rursus alio loco cum de hominum bonorum et malorum nunc pmixtione postea separatione que utiq; dies iudicii futura est loqueret adhibuit similitudinem de tritico seminato et sup seminatis

çiçaniis. Eamq; suis exponens discipulis. Qui seminat inquit bonum
semen est filius hominis. Ager aut est mundus. bonum uo semen. hi
sunt filii regni. zizania aut filii sunt nequã. Inimicus aut qui semina-
uit eam est diabolus. Messis uero consumatio seculi est. Messores aut
angeli sunt. Sicut igit colligunt zizania et igni conburunt. sic erit in
consumatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos et colligent
de regno eius omnia scandala et eos qui faciunt iniquitatem et mit
tent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et stridor dentiũ. Tunc iusti
fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. qui habet aures audiat. Hic
iudicium quidē uel diem iudicii non nominauit. sed eum multo clarius
ipsis rebus expressit et in finem seculi futurũ esse predixit. Item disci
pulis suis. Amen inquit dico uobis quod uos qui secuti estis me in
regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis et
uos super sedes iudicantes duodecim tribus isral. Hic discimus cũ suis
discipulis iudicaturum ihm. Unde et alibi iudeis dixit. Si ego in belze
bub eicio demonia filii urĩ in quo eiciunt ideo ipsi iudices urĩ erunt.
Nec qm super duodecim sedes sessuros esse eos ait duodecim solos hoĩes
cum illo iudicaturos putare debemus. Duodenario quippe nũo uniuer
sa quedam significata est iudicantiũ multitudo. pp duas partes septe
narii numeri quo significat plerumq; uniuersitas. quae due partes. i.
tria et quatuor altera per alteram multiplicate duodecim faciunt. Nam
et quatuor ter et tria quater duodecim sunt. Et si qua alia huius duode
narii numeri que ad hoc ualeat ratio repitur. Alioqn qm in locum
Iude traditoris Matthiam legimus ordinatum. apostolus paulus qui
plus omnibus illis laborauit ubi ad iudicandum sedeat non habebit.
Qui profecto cum aliis scis ad nũm iudicum se ptinere demonstrat cũ
dicit. nescitis qa angelos iudicabimus. De ipsis quoq; iudicandis in hoc
nũo duodenario similis causa est. Non eni quia dictum est iudican
tes duodecim tribus isral. tribus leui que tertia decima ē ab eis iudi
canda non erit. aut solum illum pplm. nam etiã gentes ceteras iudica
bunt. Quod aut ait in regeneratione. pcul dubio mortuorum resurrectionem
nomine uoluit regenerationis intellegi. Sic eni caro nra regenerabitur p
incorruptionem quemadmodum est anima nra regenerata per fidem.
Multa pretereo que de ultimo iudicio ita dici uidentur ut diligenter
considerata reperiant ambigua uel magis ad aliud ptinentia. siue
s. ad eum saluatoris aduentũ quo per totum hoc tempus in ecclesia
sua uenit. hoc est in membris suis particulatim atq; paulatim. qm tota

corpus est eius siue ad excidium terrene hierusalem quia et de illo cum loquitur
plerumque sic loquitur tamquam de fine seculi atque illo die iudicii nouissimo
et magno loquatur ita ut dignosci non possit omnino si ea quae apud tres
euangelistas matthaeum marcum et lucam de hac re similiter dicta sunt
inter se omnia conferantur. Quedam quippe alter obscurius alter expli-
cat planius ut ea que ad unam rem pertinentia dicuntur appareat unde
dicantur. quod facere utcumque curaui in quadam epistola quam rescripsi ad
beate memorie uirum esicuium salonitane urbis episcopum. epistole titulus est
de fine seculi. Proinde iam illud hic dicam quod in euangelio secundum
Matthaeum de separatione bonorum et malorum legitur per iudicium presentissimum
atque nouissimum christi. Cum autem uenerit inquit filius hominis in ma-
iestate sua et omnes angeli cum eo tunc sedebit super sedem maiesta-
tis sue et congregabuntur ante eum omnes gentes et separabit eos ab inui-
cem sicut pastor segregat oues ab edis. Et statuet quidem oues a dex-
tris suis edos autem a sinistris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt.
Venite benedicti patris mei possidete paratum uobis regnum a constitutione
mundi. Esuriui enim et dedistis mihi manducare. Sitiui et dedistis mihi
bibere. Hospes eram et collegistis me. Nudus et operuistis me. In carcere
eram et uenistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicentes. Domine
quando te uidimus esurientem et pauimus. sitientem et dedimus tibi po-
tum. Quando autem te uidimus hospitem et collegimus. Te autem nudum
et cooperuimus. Aut quando te uidimus infirmum aut in carcere et ueni-
mus ad te. Et respondens rex dicet illis. Amen dico uobis quamdiu fecistis
uni de his fratribus meis mihi fecistis. Tunc dicet et his qui a sinistris e-
runt. Discedite a me maledicti in ignem eternum qui paratus est dia-
bolo et angelis eius. Deinde similiter etiam his enumerat quod illa non fecerint
que dextros fecisse commemorauit. Similiterque interrogantibus quando eum
uiderint in horum indigentia constitutum quod minimis suis non
factum est sibi factum non fuisse respondit. Sermonemque concludens.
Et ibunt inquit hi in supplicium eternum iusti autem in uitam eternam.
Iohannes uero euangelista aptissime narrat eum in resurrectione mor-
tuorum futurum predixisse iudicium. Cum enim dixisset. Neque enim
pater iudicat quemquam sed iudicium omne dedit filio ut omnes honorificent
filium sicut honorificant patrem qui non honorificant filium non ho-
norificant patrem qui misit illum. Protinus addidit. Amen dico uobis
quia qui uerbum meum audit et credit ei qui misit habet uitam eternam.
et in iudicium non ueniet sed transiet de morte in uitam. Ecce hic

dixit fideles suos non uenire. quo ergo per iudicium separabuntur a malis et ad eius dexteram stabunt. nisi quia hoc loco iudicium pro damnatione posuit. In tale quippe iudicium non uenient qui audiunt uerbum eius et credunt ei qui misit illum :

Que sit prima resurrectio et secunda : Capitulum · vii ·

Deinde adiungit dicens. Amen amen dico uobis quia uenit hora et nunc est quando mortui audient uocem filii dei et qui audierint uiuent. Sicut enim pater habet uitam in semet ipso sic dedit et filio uitam habere in semet ipso. Nondum de secunda resurrectione id est corporum loquitur que in fine futura est. sed de prima que nunc est. Hanc quippe ut distingueret ait. Venit hora et nunc est. non ista corporum sed animarum. habent enim et anime mortem suam in impietate atque peccatis. secundum quam mortem mortui sunt de quibus dominus ait. Sine mortuos sepelire mortuos suos. ut scilicet in anima mortui in corpore mortuos sepelirent. Propter istos ergo impietate et iniquitate in anima mortuos. Venit inquit hora et nunc est quando mortui audient uocem filii dei. Et qui audierint uiuent. Qui audierint dixit qui obedierint qui crediderint qui usque in finem perseuerauerint. Nec fecit hic ullam differentiam bonorum et malorum. Omnibus enim bonum est audire uocem eius et uiuere ad uitam pietatis ex impietatis morte transeundo de qua morte ait apostolus Paulus. Ergo omnes mortui sunt et pro omnibus mortuus est ut qui uiuunt iam non sibi uiuant sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. Omnes itaque mortui sunt in peccatis nemine prorsus excepto. siue originalibus siue etiam uoluntate additis uel ignorando uel sciendo nec faciendo quod iustum est. Et pro omnibus mortuis unus mortuus est. unus id est nullum habens omnino peccatum. ut qui per remissionem peccatorum uiuunt iam non sibi uiuant sed ei qui pro omnibus mortuus est propter peccata nostra. et resurrexit propter iustificationem nostram. Vt credentes in eum qui iustificat impium ex impietate iustificati tamquam ex morte iustificati ad primam resurrectionem que nunc est pertinere possimus. Ad hanc enim primam non pertinent nisi qui beati erunt in eternum. Ad secundam uero de qua mox locuturus est et beatos pertinere docebit et miseros. Ista est misericordie. illa iudicii. Propter quod in psalmo scriptum est. Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine. de quo iudicio consequenter adiunxit atque ait. Et potestatem dedit ei iudicium facere quia filius hominis est. Hic ostendit quod in ea carne ueniet iudicaturus in qua uenerat iudicandus. Ad hoc enim ait quoniam filius hominis est. Ac deinde subiungens unde agimus.

nolite inquit mirari hoc quia ueniet hora in qua omnes qui in monu
mentis sunt audient uocem eius. et procedent qui bona fecerunt in re
surrectionem uitae. qui uero mala egerunt in resurrectionem iudicii. hoc
est illud iudicium quod paulo ante sicut nunc pro damnatione posuerat di
cens. Qui uerbum meum audit et credit ei qui misit me habet uitam aeternam.
et in iudicium non ueniet. sed transit a morte ad uitam. id est pertinendo ad
primam resurrectionem qua nunc transitur a morte ad uitam in dam
nationem non ueniet quam significauit appellatione iudicii. Sicut etiam
in hoc loco ubi ait. Qui mala egerunt in resurrectionem iudicii. id est damna
tionis. Resurgat ergo in prima qui non uult in secunda resurrectione damnari.
uenit enim hora et nunc est quando mortui audient uocem filii dei. et qui audi
erint uiuent. id est in damnationem non uenient quae secunda mors dicitur. in quam
mortem post secundam quae corporum futura est resurrectionem praecipitabuntur
qui in prima quae animarum est non resurgunt. Veniet enim hora. Vbi
uero ait et nunc est. quia in fine erit saeculi. hoc est in ultimo et maximo
iudicio dei quando omnes qui in monumentis sunt audient uocem eius et
procedent. Non dixit quemadmodum in prima. Et qui audierint uiuent.
Non enim omnes uiuent ea uita scilicet quae quoniam beata est sola uita dicenda est.
Nam utique non sine qualicumque uita possent audire et de monumentis
resurgente carne procedere. Quare autem non omnes uiuent in eo quod
sequitur docet. Qui bona inquit fecerunt in resurrectionem uitae. hi sunt
qui uiuent. Qui uero mala egerunt. hi sunt qui non uiuent. quia secunda
morte morientur. Mala quippe egerunt quoniam male uixerunt. Male autem
uixerunt quia in prima quae nunc est animarum resurrectione non reuixerunt.
aut eo quod reuixerant non in fine usque manserunt. Sic ergo duae sunt
regenerationes de quibus iam supra locutus sum. Vna secundum fidem quae
nunc fit per baptismum. Alia secundum carnem quae fiet in eius incorrup
tione atque immortalitate per iudicium magnum atque nouissimum. Ita sunt
et resurrectiones duae. Vna prima et nunc est et animarum est. quae uenire
non permittit in mortem secundam. Alia secunda quae non nunc sed in saeculi fine
futura est nec animarum sed corporum est quae per ultimum iudicium alios
mittit in secundam mortem. alios in eam uitam quae non habet mortem.

De duabus resurrectionibus et de mille annis quid in apocalipsi iohannis
scriptum sit. et quid de his rationabiliter sentiatur. Capitulum . viii .

DE his duabus resurrectionibus idem Iohannes euangelista in libro
qui dicitur apocalypsis eo modo locutus est ut earum prima a quibus
dam nostris non intellecta insuper etiam in quasdam ridiculas fa

bulas uerteretur. Ait quippe in libro memorato Iohannes apostolus. Et uidi
angelum descendentem de celo habentem clauem abyssi et cathenam
in manu sua et tenuit draconem illum serpentem antiquum qui cognominatus est dyabolus et sathanas. Et alligauit eum mille annis. Et misit illum
in abyssum et clausit et signauit super eum ut non seduceret iam gentes donec finiantur mille anni. Post hec oportet eum solui breui tempore. Et uidi
sedes et sedentes super eas. Et iudicium datum est. Et animae occisorum propter
testimonium iesu et propter uerbum dei. Et si qui non adorauerunt bestiam
nec imaginem eius neque acceperunt inscriptionem in fronte aut in fronte sua et regnauerunt cum iesu mille annis. reliqui eorum non uixerunt
donec finiantur mille anni. Haec resurrectio prima est. beatus et sanctus
est qui habet in hac prima resurrectione partem. In istis secunda mors
non habet potestatem sed erunt sacerdotes dei et christi et regnabunt cum eo
mille annis. Qui autem propter haec huius libri uerba primam resurrectionem futuram suspicati sunt corporalem inter cetera maxime numero annorum
mille permoti sunt tamquam oporteret in sanctis eo modo uelut tanti temporis
fieri sabbatismum uocatione scilicet sancta post labores annorum sex milium
ex quo creatus est homo. Et magni illius peccati merito in huius mortalitatis erumnas de paradisi foelicitate dimissus est. Ut quoniam scriptum est.
unus dies apud dominum sicut mille anni et mille anni sicut dies unus. sex
annorum millibus tamquam sex diebus impletis sequatur uelut septimus sabbati
in annis mille postremis. ad hoc scilicet sabbatum celebrandum resurgentibus sanctis. Que opinio esset utcumque tollerabilis. si alique delitie spiritales
in illo sabbato affuture sanctis per domini presentiam crederentur. Nam et nos
hoc opinati fuimus aliquando. Sed cum eos qui tunc resurrexerint dicant immoderatissimis carnalibus epulis uacaturis in quibus cibus sit tantus ac potus ut non solum nullam modestiam teneant sed modum quoque ipsius
incredulitatis excedant. Nullo modo ista possunt nisi a carnalibus credi.
Hi autem qui spiritales sunt istos ista credentes Chiliastas appellant greco uocabulo quod uerbum e uerbo exprimentes nos possumus milliarios nuncupare. Eos autem longum est refellere ad singula. Sed potius quemadmodum scriptura haec accipienda sit iam debemus ostendere. Ait ipse dominus
iesus christus. Nemo potest introire in domum fortis et uasa eius eripere nisi
prius alligauerit fortem. dyabolum uolens intelligi fortem quia ipse
genus humanum potuit tenere captiuum. Vasa uero eius quae fuerat erepturus fideles suos futuros quos ille in diuersis peccatis atque impietatibus possidebat. Ut ergo alligaretur hic fortis propterea uidit iste iohannes apostolus

in apocalipsi angelum descendentem celo habentem clauem abyssi
et catenam in manu sua. Et tenuit inquit draconem illum ser
pentem antiquum qui cognominatus est diabolus et sathanas et
alligauit illum mille annis, hoc est eius potestatem ab eis seducendis
ac possidendis qui fuerant liberandi cohibuit atque frenauit. Mille
autem duobus modis possunt quantum mihi occurrit intelligi, aut
quia in ultimis annis mille ista res agitur id est sexto annorum miliario,
tamquam sexto die, cuius nunc spatia posteriora uoluuntur secuturo deinde
de sabbato quod non habet uesperam requie scilicet sanctorum qui non
habent finem. Ut huius miliarii tamquam diei nouissimam partem que
remanebat usque ad terminum seculi mille annos appellauerit, eo
loquendi modo quo pars significatur a toto. Aut certe mille annos
pro annis omnibus huius seculi posuit ut perfecto numero notaretur
ipsa temporis plenitudo. Millenarius quippe numerus denarii numeri
quadratum solidum reddit. decem quippe decies ducta fiunt cen
tum, que iam non figura quadrata, sed plana est. Ut autem in altitu
dinem surgat et solida fiat, rursus centum decies multiplicantur
et mille sunt. Porro si centum pro uniuersitate aliqua ponantur
quale est illud quod dominus ait, omnia sua dimittenti et eum sequenti
promisit dicens. Accipiet in hoc seculo centuplum. Quod exponens
quodammodo apostolus ait. quasi nihil habentes et omnia possidentes,
quia et ante iam dictum erat. Fideli homini totus mundus diuitia
rum est. Quanto magis mille pro uniuersitate ponantur ubi est soliditas
ipsius denarie quadrature. Unde nec illud melius intelligitur quod in
psalmo legitur. Memor fuit in seculum testamenti sui uerbi quod
mandauit in mille generationes id est in omnes. Et misit inquit illum in
abyssum utique dyabolum misit in abyssum quo nomine significata
est multitudo innumerabilis impiorum, quorum in malignitate aduersus ec
clesiam dei multum profunda sunt corda. non quia ibi dyabolus ante
non erat sed ideo illuc dicitur missus quia exclusus a credentibus plus
cepit impios possidere. plus namque possidetur a dyabolo qui non solum
est alienatus a deo uerum etiam gratis odit seruientes deo. Et clausit
inquit et signauit super eum ut non seduceret gentes donec finiantur
mille anni. Clausit super eum dictum est interdixit ei ne posset exire
id est uetitum transgredi. Signauit autem quod addidit significasse mihi ui
detur quia occultum esse uoluit qui pertineant ad partem dyaboli
et qui non pertineant. Hoc quippe in seculo isto prosus latet, quia et qui

uidet stare utrum sit casurus. Et qui uidet iacere utrum sit surrecturus
incertum est. Ab eis autem gentibus seducendis. huius interdicti uincu-
lo et claustro dyabolus prohibetur atque cohibetur. quas pertinentes ad xpm
seducebat antea uel tenebat. Has enim deus elegit ante mundi consti-
tutionem eruere de potestate tenebrarum et transferre in regnum filii cla-
ritatis sue sicut apostolus dicit. Nam seducere illum gentes etiam nunc
et secum trahere in eternam penam. sed non predestinatas in eternam ui-
tam quis fidelis ignorat? Nec moueat quod sepe dyabolus seducit etiam illos
qui regenerati iam in xpo uias ingrediuntur dei. Nouit etiam dominus qui sunt
eius. Ex his in eternam damnationem neminem ille seducit. Sic enim eos
nouit dominus ut deus quem nihil latet etiam futurorum. non ut homo
qui hominem ad presens uidet. Si tamen uidet cuius cor non uidet. qualis
autem postea sit futurus nec se ipsum uidet. Ad hoc ergo ligatus est diabolus
et inclusus in abysso. ut iam non seducat gentes ex quibus constat ec-
clesia. quas antea seductas tenebat antequam esset ecclesia. Neque enim dictum
est ut non seduceret aliquem. sed ut non seduceret inquit iam gentes. in
quibus ecclesiam procul dubio uoluit intelligi. donec finiantur inquit mille
anni. id est aut quod remanet de sexto die qui constat ex mille annis.
aut omnes anni quibus deinceps hoc seculum peragendum est. Nec
sic accipiendum est quod ait. Ut non seduceret gentes donec finiantur
mille anni. quasi postea sit seducturus eas dumtaxat gentes ex quibus
predestinata constat ecclesia a quibus seducendis illo est uinculo clau-
stroque prohibitus. Sed aut illa locutione dictum est. que in scriptu-
ris aliquotiens inuenitur qualis est in psalmo. Sic oculi nostri ad dominum
deum nostrum donec misereatur nostri. Neque enim cum misertus fuerit non
erunt oculi seruorum eius ad dominum deum suum. Aut certe iste est
ordo uerborum. et clausit et signauit super eum donec finiantur mille
anni. Quod uero interposuit ut non seduceret iam gentes ita se habet
ut ab huius ordinis connectione sit liberum et seorsum intelligen-
dum. uelut si post adderetur ut sic se haberet tota sententia. Et clausit
et signauit super eum donec finiantur mille anni. ut non seduceret iam
gentes. id est ideo clausit donec finiantur mille anni. ut non seduceret iam
gentes:

De allegatione et solutione diaboli. Capitulum. IX.

Post hec inquit oportet eum solui breui tempore. Si hoc est di-
abolum ligari et includi ecclesiam non posse seducere. hoc ergo
erit solutio eius ut possit. Absit. Numquam enim ab illo ecclesia
seducetur predestinata et electa ante mundi constitutionem de qua

de qua dictum est. Nouit dns qui sunt eius. Et tm hoc erit etia illo
tpre quo soluendus est diabolus: sicut ex quo est instituta hic fuit.
et erit omni tempore in suis utiq; qui succedunt nascendo mori-
entibus. Nam paulo post dicit: qd solutus diabolus seducturus
gentes toto orbe terrarum contrahet in bellum aduersus eam quorum
hostium nus erit ut harena maris. Et ascenderunt inqt supra terre
latitudinem et cinxerunt castra scorum et dilectam ciuitatem. Et
descendit ignis de celo a deo et commedit eos. et diabolus qui se
ducebat eos missus est in stagnum ignis et sulphuris. ubi bestia
et pseudoprophete cruciabuntur die et nocte in secula seculorum.
Sed hoc tamen ad iudicium nouissimu pertinet. qd nunc propterea
comemorandum putaui. ne qs existimet eo ipso paruo tpre quo
soluetur diabolus in hac terra eccam non futuram. illo hic eam uel
non inueniente cu fuit solutus, uel absumente cum fuit modis oibus
persecutus. Non itaq; per totum hoc tempus qd liber iste complectitur
a primo s. aduentu xpi usq; in finem quo erit secundus eius aduen
tus. Ita diabolus alligatur ut eius hec ipsa sit alligatio per hoc inter-
uallum quod mille annorum nuo appellatur non seducere ecclesiam.
qn quidem illam nec solutus utiq; seducturus est. Nam profecto
et si alligari est non posse seducere siue non pmitti. qd erit solui n
posse seducere et pmitti: quod absit ut fiat. Sed alligatio diaboli e
non pmitti exercere totam tentatione qua pot uel ui uel dolo ad
seducendum hoies in parte suam cogendo uiolenter fraudulenter
ue fallendo. Quod si pmitteretur in tam longo tempore et tanta in
firmitate multorum plurimos tales quales deus id pperi non uult
et fideles deiceret et ne crederent impediret qd ne faceret alligatus
est. Tunc aut soluetur qn et breue tepus erit. Nam tribus annis et sex
mensibus legitur totis suis suorumq; uiribus seuiturus. Et tales erut cu
quibus ei belligerandum est ut uinci tanto eius impetu insidiisq;
non possint. Si aut nunq solueretur minus appareret eius maligna po-
tentia minus sancte ciuitatis fidelissima patientia pbaretur.
Minus deniq; pspiceretur qm magno eius malo tam bene usus fuit
omipotens qui eu nec omnino abstulit a tentatione sanctorum
quis ab eorum interioribus hoibus. i. ab eorum mentibus foras missum
inquit sicut contigit in sancto Iob ut in eius exteriori hoie. i. in cor
pore potestatem accepisset. ab interiore aut. i. ab anima uel mente
eius foras missus esset. Vnus enim homo et exteriore hoie constat et

interiore apostolo dicente. Etsi exterior homo noster corrumpitur sed in-
terior renovatur. ubi in deum credidit foras missum. ut eius forinsecus
oppugnatione proficerent. et in eis qui sunt ex parte ipsius alligavit ne
quantum posset offendendo et exercendo malitiam in innumerabiles infir-
mos ex quibus ecclesiam multiplicari et impleri oportebat. alios creditu-
ros alios iam credentes a fide pietatis hos deterreret. hos frangeret
E t solvetur in fine. ut quam fortem adversarium dei civitas superaverit cum
ingenti gloria sui redemptoris adiutoris liberatoris aspiciat. In
eorum sane qui tunc futuri sunt sanctorum atque fidelium comparatione
quid sumus quando quidem ad illos probandos tantus solvetur inimicus.
cum quo nos ligato tantis periculis dimicamus. Quamvis et hoc temporis
intervallo quosdam milites Christi tam prudentes et fortes fuisse atque esse
non dubium est. ut etiam si tunc in ista mortalitate viverent quando ille
solvetur omnes insidias eius atque impetus et caverent sapientissime et pa-
tientissime sustinerent. Haec autem alligatio dyaboli non solum facta est
ex quo coepit ecclesia praeter iudeam terram in nationes alias atque alias dilatari. sed
etiam nunc fit et fiet usque ad terminum seculi quo solvendus est. quia et
nunc homines ab infidelitate in qua eos ipse possidebat convertuntur
ad fidem. et usque in illum finem sine dubio convertentur. Et utique uni-
cuique fidelium iste fortis tunc alligatur quando ab illo tamquam vas eius eripitur.
et abyssus ubi inclusus est non in eis consumata est quando sunt mortui
qui tunc erant quando esse coepit inclusus. sed successerunt eis alii nascendo
atque succedunt donec finiatur hoc seculum. Qui oderint christianos. in quorum
quotidie velut in abysso caecis et profundis cordibus includatur. Utrum autem
etiam illis ultimis tribus annis et mensibus sex quando solutus totis viribus se-
viturus est aliquis in qua non fuerat accessurus sit ad fidem non nulla questio
est. Quo modo enim stabit quod dictum est. Quis intrat in domum fortis ut vasa eius
eripiat nisi prius alligaverit fortem. si etiam soluto eripiuntur. Ac per hoc ad
hoc cogere videtur ista sententia. ut credamus illo licet exiguo tempore
neminem accessurum esse populo christiano. sed cum eis qui iam christiani re-
perti fuerint diabolum pugnaturum. ex quibus etiam si aliqui victi secuti e-
um fuerint non eos ad predestinatum filiorum dei numerum pertinere. Neque enim
frustra idem Iohannes apostolus qui et hanc apocalipsim scripsit in epistola
sua de quibusdam dicit. Ex nobis exierunt sed non erant ex nobis.
N am si fuissent ex nobis mansissent utique nobiscum. Sed quid fiet de
parvulis. Nimium quippe incredibile est nullos iam natos et nondum
baptizatos christianorum filios illo tempore infantes. nullos etiam

ipsis nasci iam diebus. Aut si erunt, non eos a parentibus suis ad lavacrum regenerationis modo quocumque perduci. Quod si fiet quo pacto soluto iam diabolo vasa ista eripientur, in cuius domum nemo intrat ut vasa eius eripiat nisi prius alligaverit eum. Immo vero id potius est credendum, nec qui cadant de ecclesia nec qui accedant ecclesie illo tempore defuturos. Sed profecto tam fortes erunt ut parentes pro baptizandis parvulis suis, et qui tunc primitus credituri sunt, ut illum fortem vincant etiam non ligatum, id est omnibus qualibet antea numquam vel artibus insidiantem vel urgentem viribus, et vigilanter intelligant et toleranter ferant. Ac sic illi etiam non ligato eripiant. Nec ideo falsa erit evangelica sententia. Quis intrat in domum fortis ut vasa eius eripiat nisi prius alligaverit fortem. Secundum eius enim sententie veritatem ordo iste servatus est ut prius alligaretur fortis ereptisque vasis eius longe lateque ex omnibus gentibus ex firmis et infirmis ita multiplicaretur ecclesia ut ex ipsarum rerum divinitus predictarum et impletarum robustissima fide et soluto vasa posset auferre. Sicut enim fatendum est multorum refrigescere caritatem cum abundat iniquitas et inusitatis maximisque persecutionibus atque fallaciis diaboli iam soluti eos qui in libro vite scripti non sunt esse cessuros. Ita cogitandum est non solum quos bonos fideles que illud tempus inveniet sed non nullos etiam qui foris adhuc erunt adiuvante dei gratia per considerationem scripturarum in quibus et alia et finis ipse prenuntiatus est quem venire iam sentiunt ad credendum quod non credebant futuros esse firmiores et ad vincendum etiam non ligatum diabolum fortiores. Quod si ita erit, propterea precessisse dicenda est eius alligatio ut et ligati et soluti expoliatio sequeretur quoniam de hac re dictum est. Quis intrabit in domum fortis ut vasa eius eripiat nisi prius alligaverit fortem.

Quid sit regnum sanctorum cum Christo per mille annos et in quo discernantur a regno eterno. Capitulum · X ·

INterea dum per mille annos ligatus est diabolus sancti regnant cum Christo etiam ipsis mille annis sine dubio et eodem modo intelligendis, id est isto iam tempore prioris eius adventus. Excepto quippe illo regno de quo in fine dicturus est. Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum. Nisi aliquo alio modo longe quidem impari iam nunc regnarent cum illo sancti eius quibus ait. Ecce ego vobiscum sum usque in consummationem seculi, profecto non etiam nunc diceretur ecclesia regnum eius regnumve celorum.

N

Nam utique isto tempore in regno dei eruditus scriba ille qui profert de the-
sauro suo noua et uetera. de quo supra locuti sumus. Et de ecclesia
collecturi sunt zizania messores illi. quae permisit cum tritico simul
crescere usque ad messem. quod exponens ait. Messis est finis seculi.
messores autem angeli sunt. Sic ergo colliguntur zizania et igni combu-
runtur. sic erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos
suos et colligent de regno eius omnia scandala. Numquid de regno
illo ubi nulla sunt scandala? De isto ergo regno quod est hic ecclesia
colligentur. Item dicit. Qui soluerit unum de mandatis istis minimis et
docuerit sic homines minimus uocabitur in regno celorum. Qui autem fecerit
et sic docuerit magnus uocabitur in regno celorum. Utrumque dicit in regno
celorum. et qui facit mandata que docet. hoc est enim seruare non facere

E

Et illum qui facit et sic docet. sed istum minimum illum magnum. Et
continuo secutus adiungit. Dico enim uobis quia nisi abundauerit iusti-
tia uestra super scribarum et phariseorum. id est super eos qui soluunt quod
docent. de scribis enim et phariseis dicit alio loco quoniam dicunt et non
faciunt. Nisi ergo super hos abundauerit iustitia uestra. id est ut uos non solua-
tis sed faciatis potius quod docetis. Non intrabitis inquit in regnum
celorum. Alio modo igitur intelligendum est regnum celorum ubi ambo
sunt et ille scilicet qui soluit quod docet et ille qui facit. sed ille mini-
mus ille magnus. Ac per hoc ubi utrumque genus est ecclesia est qualis nunc
est. Ubi autem solum illud erit ecclesia est qualis tunc erit quando malus in ea non
erit. Ergo et nunc ecclesia regnum christi est regnumque celorum. Regnant itaque
cum illo et nunc sancti eius. aliter quidem quam tunc regnabunt. Nec tamen cum
illo regnant zizania quamuis in ecclesia cum tritico crescant. Regnant
enim cum illo qui faciunt quod ait apostolus. Si surrexistis cum christo que sursum
sunt sapite. ubi christus est in dexteram dei sedens. Que sursum sunt
querite non que super terram. De qualibus item dicit quod eorum conuersatio
sit in celis. Postremo regnant cum illo qui eo modo sunt in regno eius
ut sint etiam ipsi regnum eius. Quomodo autem sunt regnum christi qui ut alia ta-
ceam quamuis ibi sint donec colligantur in fine seculi de regno eius omnia
scandala tamen illic sua querunt non que iesu christi. De hoc ergo regno
militie in quo adhuc cum hoste confligitur et aliquando repugnatur pugnan-
tibus uitiis aliquando cedentibus imperatur donec ueniatur ad illud pacatissi-
mum regnum ubi sine hoste regnabitur. et de hac prima resurrectione
que nunc est liber apocalipsis iste sic loquitur. Cum enim dixisset alligari
diabolum mille annis et postea solui breui tempore tamen recapitulando

quod in istis mille annis agat ecclia uel agat' in ea. Et uidi inqt sedes
et sedentes sup eas. et iudicium datum est. Non hoc putandum est
de ultimo iudicio dici. Sed sedes ppositor et ipsi prepositi intelligen
di sunt per quos nunc ecclia gubernat'. Iudicium aut datum nullu
melius accipiendum uidet' qm id quod dcm est. Que ligaueris in tra
ligata erunt et in celo. Et que solueris in terra soluta erunt et in caelo
V nde aplus. Quid enim mihi est inquit de his qui foris sunt iudicare?
N onne de his qui intus sunt uos iudicatis. Et ai̅e inquit occisoru ppt
testimonium iesu et ppter uerbum dei, subaudit' quod postea dictu
rus est, regnauerunt cum iesu mille annis. ai̅e s mortuor nondum
sibi corporibus suis redditis. Neq; enim piorum ai̅e mortuorum se
parantur ab ecc̅a que nunc etiam est regnum xpi. Alioqn nec ad altare
dei fieret memoria eor in coicatione corporis xpi. Nec aliqd pdesset
ad eius baptismum in piculis currere, ne sine illo finiat' hec uita nc
ad reconciliatione si forte per penitentia malamue consciam quisq;
ab eodem corpore sepatus est. Cur enim fiunt ista nisi qa fideles etiam
defuncti membra sunt eius. Quamuis ergo cum suis corporibus non
dum iam tamen eor anime regnant cum illo dum isti an̅i mille
decurrunt. Vnde in hoc eodem libro et alibi legitur. Beati mortui
qui in dn̅o moriunt'. Amodo etiã dicit spus ut requiescant a labori
bus suis, nam opera eor sequunt' eos. Regnat itaq; cum xpo nunc
primum ecc̅a in uiuis et mortuis. Propterea enim sicut dicit aplus. Mor
tuus est xpus ut et uiuor et mortuor dn̅etur. Sed ideo tm̅ modo
martyrum animas com̅emorauit, qa ipsi precipue regnant mortui
qui usq; ad mortem pro ueritate certarunt. Sed a parte totum et
ceteros mortuos intelligimus ptinentes ad ecclesiam quod est regnu
xpi. Quod uo sequit'. Et si qui non adorauerut bestiam nec imagine
eius nec acceperunt inscriptionem in fronte aut in manu sua, siml'
et de uiuis et mortuis debemus accipere. Que sit porro ista bestia
qiuis sit diligentius requirendum, non tn̅ abhorret a fide recta,
ut ipsa impia ciuitas intelligat' et pplus infidelium contrarius po
pulo fideli et ciuitati dei. Imago uero eius simulatio eius mihi ui
detur in his uidelicet hominibus qui uelut fidem pfitent', et infide
liter uiuunt. Fingunt enim se esse quod non sunt. Vocant'q; non uera
ci effigie sed fallaci imagine xpiani. Ad eandem nanq; bestiam perti
nent non solum aperte inimici nominis xpi et gloriosissime ciuitatis,
sed etiam zizania que de regno eius quod est ecc̅a in fine secum col

ligenda sunt. Et qui sunt qui non adorant bestiam nec imaginem eius nisi qui faciunt quod ait apostolus. Ne sitis iugum ducentes cum infidelibus. Non adorant enim .i. non consentiunt non subiciuntur neque accipiunt inscriptionem id est notam s. criminis in fronte propter professionem in manu propter operationem. Ab his igitur malis alieni siue in ista adhuc mortali carne uiuentes siue defuncti regnant cum xpo iam nunc modo quodam huic tempori congruo per totum hoc interuallum quod numero mille significatur annorum. Reliqui eorum inquit non uixerunt. Hora enim nunc est cum mortui audiant uocem filii dei et qui audierint uiuent. Reliqui ergo eorum non uiuent.

Quod uero subdit donec finiantur mille anni intelligendum est quod eo tempore non uixerint quo uiuere debuerunt ad uitam s. de morte transeundo. Et ideo cum dies uenerit quo fiat et corporum resurrectio non ad uitam de monumentis procedent sed ad iudicium ad damnationem s. qua secunda mors dicitur donec finiantur mille anni. quicumque non uixerit .i. toto isto tempore quo agitur prima resurrectio non audierit uocem filii dei et de uita ad mortem transierit

Profecto in secunda resurrectione que carnis est in mortem secundam cum ipsa carne transibit. Sequitur enim et dicit. Hec resurrectio prima est

Beatus et sanctus qui habet in hac prima resurrectione partem .i. particeps eius est. Ipse autem est particeps eius qui non solum a morte que in peccatis est reuiuiscit uerum etiam in eo quod reuixerit permanebit

In his inquit secunda mors non habet potestatem. habet ergo in reliquis de quibus superius ait. Reliqui eorum non uixerunt donec finiantur mille anni quoniam toto temporis isto interuallo quod mille annos uocat quantumcumque in eo quisque eorum uixit in corpore non reuixit a morte in qua eum tenebat impietas ut sic reuiuiscendo prime resurrectionis particeps fieret atque in eo potestatem secunda mors non haberet :—

Quid sit respondendum ei qui putant resurrectionem ad sola corpora non etiam ad animas pertinere : Capitulum XI :

Sunt qui putant resurrectionem dici non posse nisi corporum. Ideoque istam quoque primam in corporibus futuram esse contendunt. Quorum enim est inquiunt cadere eorum est resurgere. Cadunt enim corpora morienda. Nam et a cadendo cadauera nuncupantur

Non ergo animarum inquiunt resurrectio potest esse sed corporum. Sed quid contra apostolum dicunt qui eam resurrectionem appellat. nam secundum interiorem non secundum exteriorem hominem utique resurrexerat.

quibus ait. Si resurrexistis cum christo que sursum sunt sapite. que
sensum uerbis aliis alibi posuit dicens. Ut quemadmodum xpus resur-
rexit a mortuis per gloriam patris. sic et nos in nouitate uite ambule-
mus. Hinc est et illud. Surge qui dormis et exurge a mortuis et il-
luminabit te xpus. Qui autem dicunt non posse resurgere nisi que
cadunt. et ideo putant resurrectionem ad corpora non ad animas per-
tinere quia corporum est cadere cur non audiunt. Non recedatis ab illo
ne cadatis. Et suo domino stat aut cadit. et qui se putat stare caueat
ne cadat. Puto enim quod in anima non in corpore casus iste cauendus
est. Si igitur cadentium est resurrectio cadunt autem et anime. profecto
et animas resurgere confitendum est. Quod autem cum dixisset. in istis
secunda mors non habet potestatem adiunxit atque ait. Sed erunt sacer-
dotes dei et xpi et regnabunt cum eo mille annis. Non utique de solis
episcopis et presbiteris dictum est qui proprie iam uocantur in ecclesia sacerdo-
tes. Sed sicut omnes xpos dicimus propter mysticum chrisma. sic omnes
sacerdotes quoniam membra sunt unius sacerdotis. de quibus apostolus Petrus.
plebs inquit sancta regale sacerdotium. Sane licet breuiter atque trans-
eunter insinuauit esse deum xpm dicendo sacerdotes dei et xpi. hoc
est patris et filii. quamuis propter formam serui sic filius hominis. ita etiam
sacerdos xpus effectus sit in eternum secundum ordinem Melchisedech. de
qua re in hoc opere non semel diximus:

D e gog et magog quod ad persequendum ecclesiam dei solutus per
finem seculi dyabolus incitabit etc: Capitulum · xiii ·

ET cum finiti fuerint mille anni soluetur satanas de custodia
sua et exibit ad seducendas gentes que sunt in quatuor an-
gulis terre. Gog et Magog. et trahet eos in bellum quorum
numerus est ut harena maris. Ad hoc ergo tunc seducet ut in hoc
bellum trahat. Nam et in antea modis quibus poterat per mala mul-
ta et uaria seducebat. Exibit autem ut dictum est in apertam persecuti-
onem de latebris erumpet odiorum. hec erit enim nouissima persecutio
nouissimo imminente iudicio quam sancta ecclesia toto terrarum orbe
patietur uniuersa. id est ciuitas xpi ab uniuersa diaboli ciuitate quanta-
cumque erit utraque super terram. Gentes quippe iste quas appellat gog
et Magog non sic sunt accipiende tamquam sint aliqui in aliqua parte
terrarum barbari constituti siue quos quidam suspicantur getas et
masegetas propter litteras horum nominum primas siue aliquos alios alieni-
genas et a romano iure seiunctos. Toto namque orbe terrarum signi-

cati sunt isti esse cum dictum est Nationes que sunt in quatuor angulis
terre · easque subiecit esse Gog et Magog · quorum interpretationem
nominum esse reperimus · Gog tectum · Magog de tectum tamquam
domus et ipse qui procedit de domo · Gentes ergo sunt in quibus
dyabolum uelut in abysso superius intelligebamus inclusum · Et
ipse de illis quodammodo sese offerens et procedens ut ille sit tectum,
ipse de tecto · Si autem utrumque referamus ad gentes, non unum horum
ad illas, alterum ad dyabolum · et tectum ipse sunt, quia in eis nunc
includitur, et quodammodo tegitur inimicus antiquus, et de tecto
ipse erunt, quando in apertum odium de aperto erupte sunt · Quod uero ait ·
Et ascenderunt supra terre latitudinem · et cinxerunt castra sanctorum
et delectam ciuitatem · non utique ad unum locum uenisse uel uen-
turi esse significati sunt, quasi uno aliquo loco futura sint castra sanctorum
et dilecta ciuitas, cum hec non sit nisi Christi ecclesia toto terrarum orbe
diffusa · Ac per hoc ubicumque tunc erit que in omnibus gentibus erit,
quod significatum est nomine latitudinis terre, ubi erunt castra sanctorum,
ubi erit dilecta deo ciuitas · Ibi ab omnibus inimicis suis, quia et ipsi
in omnibus cum illa gentibus erunt persecutionis ipsius immanitate
cingetur · hoc est in angustias tribulationis artabitur, urgebitur, conclu-
detur · Nec militiam suam deseret · que uocabulo est appellata castrorum;

A n ad ultimum pertineat supplicium impiorum quod descendisse ig-
nis de celo et eosdem comedisse commemoratur ; Capitulum · xiii ;

Quod uero ait et descendet ignis de celo et comedet eos, non
est extremum putandum esse id esse supplicium · quod erit cum
dicetur · Discedite a me maledicti in ignem eternum · Tunc quippe
in ignem eternum mittentur ipsi, non ignis de celo ueniet in ipsos ·
hic autem bene intelligitur ignis de celo de ipsa firmitate sanctorum,
qua non cessuri sunt seuientibus ut eorum faciant uoluntatem · Firma-
mentum est enim celum, cuius firmitate illi cruciabuntur ardentissimo
zelo, quando non poterunt attrahere in partem antichristi sanctos Christi · Et ipse erit i-
gnis qui comedet eos · et hoc a deo, quia dei munere insuperabiles fiunt
sancti unde excruciantur inimici · Sic enim in bono positum est zelus do-
mus tue comedit me · Ita e contrario zelus occupabit plebem non eru-
ditam et nunc ignis contrarios comedet · Et nunc utique excepto s ul-
timi illius igne iudicii, aut si etiam plagam qua percutiendi sunt ecclesie
persecutores ueniente iam Christo quos uiuentes inueniet super terram
quando interficiet antichristum spiritu oris sui ignem appellauit descendentem ·

de celo eosque commendentem. Neque hoc ultimum supplicium erit impiorum. sed illud quod facta corporum resurrectione passuri sunt;

An tempus persecutionis antichristi mille annis annumerandum sit; Capitulum .xiiii.

Haec persecutio nouissima que futura est ab Antichristo sicut iam diximus, quia et in hoc libro superius et apud Danielem prophetam positum est tribus annis et sex mensibus erit. quod tempus quamuis exiguum utrum ad mille annos pertineat quibus et dyabolum ligatum dicit et sanctos regnare cum christo. An eisdem annis hoc paruum spatium superaddatur atque extra sit, merito ambigitur. quia si dixerimus ad eosdem annos hoc pertinere, non tanto tempore, sed prolixiore cum christo regnum sanctorum reperietur extendi quam diabolus alligari. Profecto enim sancti cum suo rege etiam in ipsa precipue persecutione regnabunt mala tanta uincentes quando iam dyabolus non erit alligatus ut eos persequi omnibus uiribus possit. Quo ergo ista scriptura mille annis utrumque determinat diaboli scilicet alligationem regnumque sanctorum cum trium annorum et sex mensium interuallo prius desinat alligatio diaboli quam regnum sanctorum in his annis mille cum christo? Si autem dixerimus paruum persecutionis huius hoc spatium non computandum in mille annis sed eis impletis potius adiciendum ut proprie possit intelligi. quod cum dixisset sacerdotes dei et christi regnabunt cum eo mille annis. Adiecit et cum finiti fuerint mille anni soluetur sathanas de custodia sua. Isto enim modo et regnum sanctorum et uinculum dyaboli simul cessatura esse significat ut deinde illius tempus nec ad sanctorum regnum nec ad custodiam sathane quorum utrumque mille annis est pertinere sed superadditum et extra computandum esse credatur. cogemur fateri sanctos in illa persecutione regnaturos non esse cum christo. Sed quis audeat tunc cum illo non regnatura sua membra quando ei maxime atque fortissime coherebunt Et quo tempore quanto erit acrior impetus belli tanto maior gloria uincendi non cedenti densior corona martyrii. Aut si propter tribulationes quas passuri sunt non dicendi sunt regnaturi consequens erit, ut etiam superioribus diebus in eisdem mille annis quicunque tribulantur sanctorum eo ipso tempore tribulationis sue cum christo non regnasse dicantur. Ac per hoc et illi quorum animas autor libri huius uidisse scribit occisorum propter testimonium iesu et propter uerbum dei non regnabant cum christo quando patiebantur persecutionem et ipsi regnum christi non erant quos christus excellentius possidebat. Absurdissimum id quidem et omni modo auersandum. Sed certe anime uictrices gloriosissimorum

martyrum omnibus doloribus ac laboribus superatis atque finitis postea quam mortalia membra posuerunt, cum xpo utique regnauerunt et regnabunt donec finiantur mille anni. Ut postea receptis etiam corporibus iam inmortalibus regnent. Proinde tribus illis annis atque dimidio animae occisorum pro eius martyrio et quae antea de corporibus exierunt, et quae ipsa nouissima persecutione sunt exiture regnabunt cum illo donec finiatur mortale seculum et illud regnum ubi mors non erit transeatur. Quo circa cum xpo regnanti um sanctorum plures anni erunt quam uinculis diaboli atque custodiae quia illi cum suo rege dei filio iam diabolo non ligato etiam per tres illos annos ac semissem regnabunt. Remanet igitur ut cum audimus sacerdotes dei et xpi regnabunt cum eo mille annis et cum finiti fuerint soluetur sathanas de custodia sua. Aut non regni huius sanctorum intelligamus annos mille finiri, sed uinculi diaboli atque custodiae. ut annos mille id est annos omnes suos quaeque pars habeat diuersis ac propriis plixitatibus finiendos amplioire sanctorum regno, breuiore dyaboli uinculo. Aut certe quoniam trium annorum et sex mensium breuissimum spacium est computari noluisse credatur siue quod minus sathanae uinculum siue quod amplius uidetur regnum habere sanctorum. Sicut de quadringentis annis in sextodecimo huius operis uolumine disputaui quoniam plus aliquid erant, et tamen quadringenti sunt nuncupati. Et talia saepe repperiuntur in litteris sacris si quis aduertat.

De damnatione dyaboli percum suis per capitulationem de resurrectione corporea omnium mortuorum et de ultima retributione. Capitulum. XV.

POst hanc autem commemorationem nouissime persecutionis breuiter complectitur totum quod ultimo iudicio diabolus et cum suo principe ciuitas inimica passura est. Dicit enim et dyabolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis et sulphuris quo et pseudo propheta et bestia cruciabuntur die et nocte in secula seculorum. Bestiam bene intelligi ipsam impiam ciuitatem supra iam diximus. Pseudo propheta uero eius aut Antichristus est aut imago illa id est figmentum de quo ibi locuti sumus. Post hec ipsum nouissimum iudicium quod erit in secunda resurrectione mortuorum quae corporum est recapitulando narrans quomodo sibi fuerit reuelatum. Et uidi inquit tronum magnum et candidum, et sedentem super eum cuius a facie fugit celum et terra. Et locus eorum inuentus non est. Non ait uidi tronum magnum et candidum et sedentem super eum, et ab eius facie fugit celum et terra

qm̄ non tunc factum est . i . qđ esset de uiuis et mortuis iudicatū . Sed
eum se uidisse dixit in trono sedentem . a cuius facie fugit celum
et terra . qm̄ non tunc factum est . Sed postea peracto quippe iudi
cio tunc esse desinet . hoc celum et hec terra . qm̄ incipiet esse celum
nouum et terra noua . Mutatione namq; rerum non omni modo
interitu transibit hic mundus . Vnde apl̄s dicit . Preterit enī figu̅
huius mundi . Volo uos sine solicitudine esse . figura ergo preterit
non natura . Cum se Iohannes uidisse dixisset sedentem sup tronū
cuius a facie qđ postea futurum est fugit celum et terra . Et uidi
inq̄t mortuos magnos et pusillos . et aperti sunt libri . Et alius liber
apertus est . qui est uite uniuscuiusq;. et iudicati sunt mortui ex
ipsis scripturis mortuoꝝ libroꝝ secđm facta sua . Libros dixit esse
apertos et librum . sed librum cuiusmodi . non tacuit . qui est inq̄t
uite uniuscuiusq; . Ergo libri illi quos priore loco posuit intelligen
di sunt sancti et ueteres et noui ut in illis ostenderet̃ que deus fieri
sua mandata iussisset . In illo aūt qui est uite uniuscuiusq; . quod
horum quisq; non fecisset siue fecisset . Qui liber . qui carnaliter si
cogitet̃ . quis eius magnitudinē aut longitudinē ualeat extimare .
A ut q̄nto tp̄re legi poterit liber in quo scripte sunt uniuerse uite uni
uersorum . An tantus angeloꝝ numerus aderit q̄ntus hominū
erit . Vt uitam suam quisq; ab angelo sibi adhibito audiat recita
ri . Non ergo unus liber erit oīm . singuli singuloꝝ . Scriptura uō
ista unum uolens intelligi . Et alius inq̄t liber apertus est . Quedam
igit̃ uis est intelligenda diuina . qua fiet ut cuiq; opa sua uel bona
uel mala in memoriam reuocentur et mentis intuitu mira celeri
tate cernant̃ . ut accuset uel excuset scientia conscientiā . atq; ita simul
et omnes et singuli iudicent̃ . Que nimirum uis diuina libri nomē
accoepit . In ea quippe quodammodo legit̃ quicqđ ea faciente re
colitur . Vt aūt ostendat qui mortui iudicandi sunt pusilli et magni
recapitulando dicit . tanq̄m ad id rediens qđ pretermiserat . potius
ue distulerat . Et exhibuit mortuos mare qui in eo erant . Et mors
et infernus reddiderunt mortuos quos in se habuerunt . Hec pcul
dubio prius fc̄m . q̄ essent mortui iudicati . et tn̄ illud prius dcm̄
est . Hoc est quod dixi recapitulando eum ad id redisse qđ intermi
serat . Hunc aūt ordinem tenuit . atq; ut explicaret̃ ipse ordo com
modius . etiā de iudicatis mortuis . quod iam dixerat suo repetiuit
loco . Cum enī dixisset . Et exhibuit mortuos mare q̄ in eo erant .

et mors et infernus reddiderunt mortuos quos in se habebant. mox addidit quod paulo ante posuerat. et iudicati sunt singuli secundum facta sua.

Qui sunt mortui quos ad iudicium exhibuit mare uel quos mors et inferi reddiderunt. Capitulum. xvi.

Sed qui sunt mortui quos exhibuit mare qui in eo erant? Neque enim qui in mari moriuntur non sunt in inferno. aut corpora eorum seruantur in mari. aut quod absurdius Mare habebat bonos mortuos et infernus malos. Quis hoc putauerit. Sed profecto conuenienter quidam hoc loco mare pro isto seculo positum accipiunt. Cum ergo et quos hic inueniet christus in corpore constitutos simul significaret cum eis qui resurrecturi sunt iudicandos etiam ipsos mortuos appellauit. Et bonos quibus dicitur. Mortui enim estis et uita uestra abscondita est cum christo in deo. Et mortuos de quibus dicitur. Sine mortuos sepelire mortuos suos. Possunt mortui etiam propter hoc dici quia mortalia gerunt corpora. Vnde apostolus. Corpus quidem inquit mortuum est propter peccatum. spiritus autem uita est propter iustitiam. Vtrumque in homine uiuente atque in hoc corpore constituto esse demonstrans. et corpus mortuum et spiritum uitam. Nec tamen dixit corpus mortale. sed mortuum. quamuis eadem paulo post etiam mortalia corpora sicut usitatius uocantur appellet. Hos ergo mortuos exhibuit mare qui in eo erant. id est exhibuit homines hoc seculum quicumque in eo erant. quia nondum obierant. Et mors et infernus inquit reddiderunt mortuos quos in se habebant. Mare exhibuit quia sicut inuenti sunt affuerunt. Mors uero et infernus reddiderunt quos in uitam de qua iam exierant reuocarunt. Nec frustra fortasse non satis fuit ut diceret mors aut infernus sed utrumque dictum est. Mors propter bonos. qui tantum modo mortem perpeti potuerunt non et infernum. Infernus autem propter malos qui etiam penas apud inferos pendunt. Si enim non absurde credi uidetur antiquos etiam sanctos qui uenturi christi tenuerunt fidem locis quidem a tormentis impiorum remotissimis sed apud inferos fuisse donec eos inde christi sanguis et ad ea loca descensus erueret. Proper hoc profecto deinceps boni fideles effuso illo precio iam redempti prorsus inferos nesciunt donec etiam receptis corporibus bona recipiant que merentur. Cum autem dixisset. et iudicati sunt singuli secundum facta sua. breuiter subiecit quemadmodum fuerint iudicati. Et mors et infernus inquit missi sunt in stagnum ignis. his nominibus significans dyabolum quoniam mortis est auctor infernarumque

penarum universamque simul demonum societatem. Hoc est enim quod superius evidentius preoccupando iam dixerat. et dyabolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis et sulphuris. Quod vero ibi obscurius adiunxerat dicens quod et bestia et pseudo propheta. hic apertius. Et qui non sunt inquit inventi in libro vite scripti missi sunt in stagnum ignis. Non deum liber iste commemorat non oblivione fallatur. Sed predestinationem significat eorum quibus eterna dabitur vita. Neque enim eos deus nescit et in hoc libro legit ut sciat sed potius ipsa eius prescientia de illis que falli non potest. liber est vite in quo sunt scripti id est ante precogniti. Finito autem iudicio quo prenuntiavit iudicandos malos restat etiam ut de bonis dicat. Iam enim explicavit quod breviter a domino dictum est sic. Ibunt impii in supplicium eternum. Sequitur ut explicet quod etiam ibi connectitur. Iusti autem in vitam eternam.

De celo novo et terra nova. Capitulum. xvii.

Et vidi inquit celum novum et terram novam. Nam primum celum et terra recesserunt. et mare iam non est. Isto fiet ordine quod superius preoccupando iam dixit vidisse se super tronum sedentem cuius a facie fugit celum et terra. Iudicatis quippe his qui scripti non sunt in libro vite et in eternum ignem missis qui ignis cuius modi et in qua mundi vel rerum parte futurus sit hominem scire arbitror neminem nisi forte cui spiritus sanctus divinitus ostendit. Tunc figura huius mundi mundanorum ignium confragratione preteribit. sicut factum est mundanarum aquarum inundatione diluvii. Illa itaque ut dixi confragratione mundana elementorum corruptibilium qualitates que corporibus nostris congruebant ardendo penitus interibunt. Atque ipsa substantia eas qualitates habebit quae corporibus immortalibus mirabili mutatione conveniant ut scilicet mundus in melius innovatus aperte accommodetur hominibus etiam carne in melius innovatis. Quod autem ait. et mare iam non est. utrum in maximo illo ardore siccetur. an et ipsum vertatur in melius non facile dixerim. Celum quippe novum et terram novam figura legimus. De mari autem novo me uspiam legisse non recolo. nisi quod in hoc eodem libro reperitur tamquam mare vitreum simile cristallo. Sed tunc non de isto fine seculi loquebatur. nec proprie dixisse videtur mare. sed tamquam mare. Quamvis et nunc sicut et amat prophetica locutio propriis verbis translata miscere. Ac sic quodammodo velare quod dicitur potuit de illo mari dicere. Et mare iam nunc non est de quo supra dixerat. et exhibuit mortuos mare qui in eo erat.

Iam enim tunc non erit hoc seculum uita mortalium turbulentum et pro
cellosum quod maris nomine figurauit: ~

De ecclesie significatione sine fine post finem: Capitulum · xviii ·

Et ciuitatem inquit magnam Hierusalem nouam uidi descende
ntem de celo a deo paratam quasi nouam nuptam ornatam
uiro suo. Et audiui uocem magnam de trono dicentem. Ecce
tabernaculum dei cum hominibus et habitauit cum eis. Et erunt ipsi
populus eius. et ipse deus erit cum eis. et absterget deus omnem lacri
mam ab oculis eorum. Et mors iam non erit neque luctus neque clamor sed
nec ullus dolor: quia priora transierunt. Et dixit sedens in trono. Ecce
noua facio omnia. De celo descendere ista ciuitas dicitur quoniam celestis est
gratia qua eam deus facit. Propter quod ei dicit et per Isayam. Ego sum
deus faciens te. Et de celo quidem ab initio sui descendit. ex quo per huius
seculi tempus gratia dei desuper ueniente per lauacrum regenerationis
in spiritu sancto misso de celo subinde ciues eius accrescunt. Sed per
iudicium dei quod erit nouissimum per eius filium ihesum christum
tanta eius et tam noua de dei munere claritas apparebit ut nulla
remaneant uestigia uetustatis quando quidem et corpora ad incorruptio
nem atque immortalitatem nouam ex uetere corruptione ac mortalita
te transibunt. Nam hoc de isto tempore accipere quo regnat cum rege suo
mille annis inpudentie nimie mihi uidetur cum apertissime dicat. Ab
sterget omnem lacrymam ab oculis eorum et mors iam non erit neque luctus
neque clamor sed nec dolor ullus. Quis uero tam sit absurdus et obstina
tissima contentione uesanus qui audeat affirmare in huius morta
litatis erumnis non dico populum sanctum sed unumquemque sanctorum qui hanc
uel ducat uel ducturus sit uel duxerit uitam nullas habentem lacrymas
uel dolores cum potius quanto est quisque sanctior et desiderii sancti
plenior tanto sit eius in orando fletus uberior. An non est uox ciuis
superne hierusalem facte sunt mihi lacryme mee panis die et nocte
Et lauabo per singulas noctes lectum meum lacrymis meis stratum
meum rigabo. Et gemitus meus non est absconditus a te. Et dolor
meus renouatus est. Aut uero non eius filii sunt qui ingemiscunt gra
uati in quo nolunt spoliari sed superuestiri ut sorbeatur mortale
a uita. Nonne ipsi sunt qui primitias habentes spiritus in semetipsis inge
miscunt adoptionem expectantes redemptionem corporis sui. An
ipse apostolus Paulus non erat supernus hierosolomytanus. non uel multo
magis hoc erat quando pro israhelitis carnalibus fratribus suis tristitia illi

magna et continuus dolor cordi eius. Quando autem mors non erit in
ista ciuitate nisi quando dicetur ubi est mors contentio tua. Ubi est mors
aculeus tuus. Aculeus autem mortis est peccatum quod tunc ubique non
erit quando dicetur ubi est. Nunc non quilibet infimus ciuis illius ciuitatis
Sed idem ipse Iohannes in epistola sua clamat. Si dixerimus quia peccatum
non habemus nos ipsos seducimus et ueritas in nobis non est. Et in
hoc quidem libro cuius nomen est apocalipsis obscure multa dicuntur
ut mentem legentis exerceant. et pauca in eo sunt ex quorum manife-
statione indagentur cetera cum labore. maxime quia sic eadem mul-
tis modis repetit ut alia atque alia dicere uideatur cum aliter atque ali-
ter hec ipsa dicere inuestigetur. Verum in his uerbis ubi ait. absterget
omnem lacrymam ab oculis eorum et mors iam non erit neque luctus.
neque clamor sed nec ullus dolor tanta luce dicta sunt de seculo fu-
turo et de immortalitate atque eternitate sanctorum. Tunc enim solum atque
ibi solum ista non erunt. ut nulla debeamus in litteris sacris querere
uel legere manifesta. si hec putauerimus obscura. — Capitulum. XIX.

Quid apostolus Petrus de nouissimo dei iudicio predicauit. —

NUnc iam uideamus quid etiam apostolus Petrus de hoc iudicio scri-
pserit. Venient inquit in nouissimo dierum illudentes illusione
secundum proprias concupiscentias euntes et dicentes. Ubi est promis-
sum presentie ipsius. Ex quo enim patres dormierunt sic omnia perseue-
rant ab initio creature. Latet enim illos hoc uolentes quia celi erant olim
et terra de aqua et per aquam constituta dei uerbo per que qui
tunc erat mundus aqua inundatus deperiit. Qui autem nunc sunt ce-
li et terre eodem uerbo repositi sunt igni reseruandi in die iudicii
et perditionis hominum impiorum. Hoc unum uero non lateat uos carissimi
quia unus dies apud dominum sicut mille anni et mille anni sicut unus
dies. Non tardat dominus promissum suum sicut quidam existimat sed
patienter fert propter uos nolens aliquem perire sed omnes in penitenti-
am conuerti. Veniet autem dies domini ut fur in quo celi magno impetu
transcurrent. elementa autem ardentia resoluentur et terra et que
in ipsa sunt opera exurentur. His ergo omnibus pereuntibus quales
oportet esse uos in sanctis conuersationibus expectantes et properan-
tes ad presentiam dei domini per quam celi ardentes soluentur et elementa
ignis ardore decoquentur. Nouos uero celos et terram nouam secundum
promissa ipsius expectamus in quibus iustitia inhabitat. Nihil
hic dicit de resurrectione mortuorum sed sane de perditione mundi

huius satis. Ubi etiam commemorans factum ante diluvium videtur
admonuisse quodammodo quatenus in fine huius seculi mundum
istum periturum esse credamus. Nam et illo tempore perisse dicit qui
tunc erat mundum, nec solum orbem terre, verum etiam celos, quos
utique istos aerios intelligimus, quorum locum ac spatium tunc aqua
crescendo superaverat. Ergo totus aut pene totus aer iste ventosus, quod
celum vel potius celos vocat, sed utique istos imos non illos supremos
ubi sol et luna et sidera constituta sunt, conversus fuerat in humi-
dam qualitatem. Atque hoc modo cum terra perierat, cuius terre utique
prior facies fuerat deleta diluvio. Qui autem nunc sunt inquit celi
et terre, eodem verbo repositi sunt igne reservandi in die iudicii
et perditionis hominum impiorum. Proinde qui celi et que terra, id est qui
mundus pro eo mundo qui diluvio periit ex eadem aqua repo-
situs est, ipse igne novissimo reservatur in diem iudicii et perditionis
hominum impiorum. Nam et hominum propter quandam magnam commuta-
tionem non dubitat dicere perditionem futuram, cum tamen eorum quamvis
in eternis poenis sit mansura natura. Querat forsitan aliquis si post
factum iudicium iste mundus ardebit, antequam pro illo celum no-
vum et terra nova reponatur, eo ipso tempore conflagrationis eius ubi
erunt sancti, cum eos habentes corpora in aliquo corporali loco esse
necesse sit. Possumus respondere futuros eos esse in superioribus
partibus quo ita non ascenderet flamma illius incendii, quemad-
modum nec unda diluvii. Talia quippe illis inerunt corpora, ut
illic sint ubi esse voluerint. Sed nec ignem conflagrationis illius
pertimescent immortales atque incorruptibiles facti, sicut virorum trium
corpora corruptibilia atque mortalia in camino ardenti illesa vi-
vere potuerunt.

Quid apostolus Paulus Thessalonicensibus scripserit de manifestatione Antichristi cum christus dies deum persequitur. Capitulum vicesimum.

Multas evangelicas apostolicasque sententias de divino isto iu-
dicio novissimo video mihi esse pretereundas, ne hoc volu-
men in nimiam longitudinem producatur. Sed nullo modo
est pretereundus apostolus Paulus, qui scribens ad Thesalonicenses:
Rogamus inquit vos fratres per adventum domini nostri iesu christi et
nostre congregationis in ipsum, ut non cito moveamini mente neque
terreamini, neque per spiritum neque per verbum neque per epistolam tanquam
per nos missam, quasi instet dies domini. Ne quis vos seducat ullo modo.

qm̄ nisi uenerit refuga primū et reuelatus fuerit homo peccati. fi
lius interitus qui aduersat̄ et super extollitur supra omne qđ dicit̄
deus aut quod colitur ita ut in templo dei sedeat ostentans se tanq̄
sit deus. Non retinetis in memoria. qđ ad huc cum essem apud uos
hec dicebam uobis? Et nunc quid detineat scitis. ut reueletur
in suo tp̄re. Iam enī misterium iniquitatis opat̄. Tantum q modo
tenet teneat donec de medio fiat. Et tunc reuelabit̄ ille iniquus.
quē dn̄s iesus interficiet spū oris sui et euacuabit illuminatione
p̄itie sue eum cuius est p̄itia sc̄dm operationem sathane in omni
uirtute et signis et pdigiis mendacii et in omni seductione iniq
tatis his qui pereunt pro eo q dilc̄oem ueritatis non receperunt
ut salui fierent. Et ideo mittet illis deus opationem erroris ut cre
dant mendacio et iudicent̄ omnes qui non crediderunt ueritati.
Nulli dubium est eum de Antixp̄o ista dixisse. dieq; iudicii. Hunc
enī appellat diem dn̄i non esse uenturum nisi ille prior uenerit
quē refugam uocat utiq; a dn̄o deo. Quod si de oībus impiis me
rito dici pōt quanto magis de isto. Sed in quo templo dei sit sessurus
incertum est utrum in illa ruina templi quod a Salomone rege con
structum ē. An uō in ecclesia. Non enī templum alicuius idoli aut
demonis templum dei aplūs diceret. Vnde non nulli non ipm̄ princi
pem sed uniuersum quodammodo corpus eius. i. ad eum ptinentem
hoīm multitudinem simul cum ipso suo principe hoc loco intelligi
Antixp̄m uolunt. Rectiusq; putant etiā latine dici sicut in greco est nō
in templo dei sed in templum dei sedeat tanq̄ ipse sit templum dei
quod est ecclia. Sicut dicimus sedet in amicū. i. uelut amicus uel si qd
aliud isto locutionis gn̄e dici solet. Quod aūt ait. Et nunc qđ detineat
scitis. i. qđ sit in mora que causa sit dilationis eius ut reuelet̄ in suo
tempore scitis qm̄ scire illos dicit aperte dicere noluit. Et ideo nos
qui nescimus quod illi sciebant puenire cum labore ad id qđ sensit
aplūs cupimus nec ualemus presertim qa et illa quae addidit hunc
sensum faciunt obscuriorem. Nam quid est. Iam enī misteriū iniq
tatis opatur. Tantum qui modo tenet teneat donec de medio fiat.
Et tunc reuelabit̄ iniquus. Ergo prorsus qđ dixerit me fateor ignorāe.
Suspitiones tn̄ hominum quas uel audire uel legere potui nō tacebo.
Quidam putant hoc de impio dictum fuisse Romano. Et ppea Paulū
aplm non id apte scribere uoluisse ne calumniaz uidelicet incurreret
q romano impio male optauerit cum speraret eternum. Et hoc qđ

dixit. Iam enim misterium iniquitatis operatur. Neronem uoluit intelligi cuius iam facta uelut Antixpi uidebantur. Vnde nonnulli illum resurrecturum et futurum antixpm suspicantur. Alii uero nec occisum putant. sed subtractum potius ut putaretur occisus. et uiuum occultari in uigore ipsius etatis in qua fuit, ut crederetur extinctus donec suo tempore reueletur. et restituatur in regnum. Sed multum mihi mira est haec opinantium tanta presumptio. Illud tamen quod ait apostolus. Tantum qui modo tenet teneat donec de medio fiat non absurde de ipso Romano imperio creditur dictum, tamquam dictum sit Tantum qui modo imperat imperet donec de medio fiat id est de medio tollatur. Et tunc reuelabitur iniquus quem significari antixpm nullus ambigit. Alii uero et quod ait. quid detineat scitis et misterium operari iniquitatis non putant dictum nisi de malis et fictis qui sunt in ecclesia donec perueniat ad tantum numerum qui antichristo magnum populum faciant et hoc esse misterium iniquitatis quia uidetur occultum. Hortari autem apostolum fideles ut in fide quam tenent tenaciter perseuerent dicendo Tantum qui modo tenet teneat donec de medio fiat. hoc est donec exeat de medio ecclesiae misterium iniquitatis quod nunc occultum est. Ad ipsum enim misterium pertinere arbitrantur quod ait in epistola sua Iohannes euangelista. Pueri nouissima hora est. Et sicut audistis quod antichristus sit uenturus. Nunc autem multi antixpi facti sunt. Vnde cognoscimus quod nouissima sit hora. Ex nobis exierunt sed non erant ex nobis. Quod si fuissent ex nobis mansissent utique nobiscum. Sicut ergo ante finem in hac hora inquiunt quam Iohannes nouissimam dicit exierunt multi heretici de medio ecclesiae quos multos dicit antixpos. Ita omnes tunc inde exibunt qui non ad christum sed ad illum nouissimum antixpm pertinebunt. Et tunc reuelabitur.

Alius ergo sic alius autem sic apostoli obscura uerba coniectat. Quod tamen eum dixisse non dubium est. Non ueniet ad uiuos et mortuos iudicandos xpus nisi prius uenerit ad seducendos in anima mortuos aduersarius eius antixpus quamuis ad occultum iam iudicium dei pertineat quod ab illo seducentur. Presentia quippe eius erit. sicut dictum est secundum operationem Sathanae in omni uirtute et signis et prodigiis mendacii et in omni seductione iniquitatis his qui pereunt. Tunc enim soluetur Sathanas et per illum antichristus in omni sua uirtute mirabiliter quidem, sed mendaciter operabitur; Quae solet ambigi, utrum propterea dicta sint signa et prodigia mendacii quoniam mortales sensus per fantasmata decepturus est. ut quod non facit facere uideatur. An quia illa ipsa

etiā si erunt uera prodigia ad mendacium ꝑtrahent credituros non
ea potuisse nisi fieri diuinitus · uirtutem dyaboli nescientes. maxīe
qn̄ tantam qn̄tam nunq̄m habuit accepit potestatem . Non enim
qn̄do de celo ignis cecidit et tantam familiam cum tantis gregibus
pecorum sancti Iob uno impetu assumpsit · et turbo irruens et domū
deiciens filios eius occidit · fantasmata fuerunt quę tn̄ fuerūt opa
sathanę cui deus dederat hanc potestatem . Propter quod horū
ergo dicta sunt prodigia et signa mendacij tunc potius apparebit
S ed ꝓpter quodlibet horum dictum sit · seducent eis signis atq; pro
digiis qui seduci merebuntur · pro eo q̄ dilectionem inquit ueritatis non receperunt ut salui fierent. Nec dubitauit apl̄us addere
ac dicere . Ideo mittet illis deus opationem erroris ut credant men
dacio. Deus enī mittet · quia deus dyabolum facē ista pmittet iu
sto ipso iudicio q̄uis ille faciat iniquo malignoq; iudicio consilio.
V t iudicentur inquit omnes qui non crediderunt ueritati · sed consen
serunt iniquitati · Proinde iudicati seducentur · et seducti iudicabuntur
S ed iudicati seducuntur · illis occultis iudicijs dei · occulte iustis · iuste
occultis · quibus ab initio peccati rationalis creaturę nunquā iudi
care cessauit · Seducti aūt iudicabuntur nouissimo manifestoq; iu
dicio per xp̄m iesum iustissime iudicaturū · iniustissime iudicatū ;

Quid idem apl̄us Paulus prima ad eos epistola de ratione mortuorum docuerit ; — Capitulum · XXI ·

SEd his apl̄us tacuit de resurrectione mortuorum · Ad eosdem
aūt scribens in epistola prima . Nolumus inq̄t ignorare uos
fratres de dormientibus ut non contristemini sicut et cęteri
qui spem non habent . Nam si credimus q̄ iesus mortuus ē et resur
rexit · ita et deus eos qui dormierunt per iesum adducet cum illo ·
H oc enī uobis dicimus in uerbo dn̄i q̄a nos uiuentes qui reliqui su
mus in aduentu dn̄i non preueniemus eos qui dormierunt · q̄m
ipse dn̄s in iussu in uoce archāgeli et in tuba dei descendet de celo ·
et mortui qui in xp̄o sunt resurgent primi . Deinde nos uiuentes
qui reliqui sumus simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam
xp̄o in aera · et ita semp cum dn̄o erimus . Hęc uerba apl̄ica resurre
ctionem mortuorum futurā qn̄ ueniet xp̄s ad uiuos et mortuos iu
dicandos p̄clarissime ostendunt . Sed queri solet utrum illi q̄s
hic uiuentes inuenturus est Christus quorum psonas in se atq; illos
qui tunc secum uiuebant transfigurabat apl̄us nunq̄m omnino

mortui sint. An ipso temporis puncto quo cum resurgentibus ra
pient in nubibus obuiam Christo in aera ad immortalitatem per
mortem mira celeritate transibunt. Neque enim dicendum est fieri non
posse ut dum per aera in sublime portantur in illo spatio et moriantur
et reuiuiscant. Quod enim ait. Et ita semper cum domino erimus non
sic accipiendum est tamquam in aere nos dixerit semper cum domino esse
mansuros quia nec ipse utique ibi manebit quia ueniens transiturus
est. Uenienti quippe ibitur obuiam non manenti. Sed ita cum domino
erimus id est sic erimus habentes corpora sempiterna ubicumque cum illo
fuerimus. Ad hunc autem sensum quo existimemus et illos quos hic
uiuos inuenturus est dominus in ipso paruo spatio et passuros mortem et
accepturos immortalitatem. Ipse apostolus nos uidetur urgere ubi dixit.
I n Christo omnes uiuificabuntur. Cum alio loco de ipsa loquens resurrecti
one corporum dicat. Tu quod seminas non uiuificatur nisi moriatur. Quo
igitur quos uiuentes hic Christus inueniet per immortalitatem uiuificabun
tur et si non moriantur. Cum uideamus propter hoc esse dictum. Tu quod
seminas non uiuificatur nisi moriatur. Aut si recte non dicimus semi
nari nisi ea corpora hominum quae moriendo quoquomodo reuertun
tur in terram. Sicut se se habet etiam illa in transgressorem patrem
generis humani diuinitus prolata sententia. Terra es et in terram ibis.
F atendum est istos quos nondum de corporibus egressos cum ueniet
Christus inueniet. et istis uerbis apostoli et illis de Genesi non teneri quoniam
sursum in nubibus rapti non utique seminantur quia nec eunt in terram
nec redeunt. siue nullam prorsus experiantur mortem siue paululum in
aere moriantur. Sed aliud rursus occurrit quod idem dixit apostolus cum
de ratione corporum ad corintheos loqueretur. Omnes resurgemus uel
sicut alii codices habent omnes dormiemus. Cum ergo nec resurrecti
o fieri nisi mors precesserit possit nec dormitionem possimus illo
loco intellegere nisi mortem quomodo omnes uel dormient uel resur
gent si tam multi quos in corpore inuenturus est Christus nec dormient
nec resurgent. Si ergo sanctos qui reperientur Christo ueniente uiuentes eique
obuiam rapientur crediderimus in eodem raptu de mortalibus cor
poribus exituros et ad eadem mox mortalia corpora redituros nul
las in uerbis apostoli patiemur angustias siue ubi dicit. Tu quod seminas non
uiuificatur nisi moriatur siue ubi dicit. Omnes resurgemus aut omnes
dormiemus. Quia nec illi per immortalitatem uiuificabuntur nisi quamuis
paululum tamen ante moriantur. Ac per hoc et a resurrectione non

erunt aliem quã dormitio precedit. q̃uis breuissima non tñ nulla.
Cur aũt nobis incredibile uideat illam multitudinem corpor̃ in aere quodãmodo seminari, atq; ibi ptinus ĩmortaliter atq; incorruptibiliter reuiuiscere. Cum credamus quod idem ipse apl's aptissime dicit. In ictu oculi futurã resurrectionem et in mẽbra sine fine uictura, tanta facilitate tanq̃ inestimabili uelocitate rediturum antiquissimor̃ cadauer̃ puluerẽ. Nec ab illa sententia qua homini dictum est. Terra es et in terram ibis futuros illos s̃cos arbitremur inmunes. si eor̃ morientium in terrã non recident corpora. Sed sicut in ipso raptu morient̃ ita ut resurgent. dum ferunt̃ in aera. In terram quippe ibis. id est in hoc ibis amissa uita. q̃d eras anteq̃ sumeres uitã. i. hoc eris exaĩatus quod eras anteq̃ esses aĩatus. Terre quippe insufflauit deus in faciem flatum uite cum factus est homo in aĩam uiuam.
Tanq̃m diceret. Terra es aĩata quod non eras. terra eris animus. sicut eras. quod sunt et anteq̃m putrescant omnia corpora mortuor̃. q̃d erunt. et illa si morient̃ ubicunq; moriant̃ cum uita carebunt q̃m continue receptura sunt. Sicut ergo ibunt in terram. qa ex uiuis hominibus terra erit. queadmodum it in cinerem quod fit cinis. it in uetustatẽ q̃d fit uetus. It in testam quod fit ex luto testa. Et alia essentia sic loquimur. Quõ autem sit futur̃ q̃d nunc expectamus quod pro ñre ratiuncule uiribus utrũq; conicimus. tunc erit potius ut nosce possimus. Resurrectionem quippe mortuor̃ futurã esse in carne. qñ xp̃us uenturus est uiuos iudicaturus et mortuos. oportet si xp̃iani esse uolumus ut credamus. Sed non ideo de hac re inanis est fides ñra. si queadmodum futura sit pfecte cõprehendere non ualemus. Verũtamen sic promisimus de hoc iudicio dei nouissimo et pphetici ueteres libri quid preinuntiauerit q̃ntum satis esse uidebitur debemus ostendere. que sicut arbitror non tanta mora necesse erit tractari et exponi si his que pmisimus lector curauerit adiuuari;

Quid Isayas ppheta de mortuorum resurrectione et de retributione sit locutus: Capitulum. xxii:

Propheta Isayas. Resurgent inquit mortui. et resurgent q erant in sepulchris et letabunt̃ omnes qui erant in terra. Ros enĩ qui abs te est. sanitas illis est. Terra enĩ impior̃ cadet. Totum illud supius ad rationem ptinet btor̃. Quod aũt ait. Terra uõ impior̃ cadet. bene intelligit̃ dictum. Corpora uõ impior̃ ruina damnationis excipient. Iam porro si de bonorum resurrectione

quod dictum est diligentius et distinctius uolumus intueri ad pri
mam referendum est qd dictum est. Resurgent mortui. Ad se
cundam uero quod sequit. Et resurgent qui erant in sepulchris. Iam
si et illos inquiramus sanctos quos hic uiuos inuenturus est dns
eis congrue deputabit quod adiunxit. Et letabunt omnes qui
sunt in terra. Ros enim qui abs te est. sanitas illis est. Sanitatem loco
isto imortalitatem rectissime accipimus. Ea nanq; est plenissima
sanitas quae non reficit alimentis tanq quotidianis medicame
tis. Item de iudicii die spem prius das bonis deinde terrens ma
los. Idem ppheta sic loquit. Hec dicit dns. Ecce ego declino in eos
ut flumen pacis et ut torrens inundans gloriam gentium. Filii
eorum sup humeros portabunt. et sup genua consolabunt. quemad
modum si quem mater consolet. ita et uos consolabor et in hierlm
consolabimini. et uidebitis et gaudebit cor urm. Et ossa uestra
ut herba exorietur. Et cognoscet manus dni colentibus eum et
cominabitur contumatibus. Ecce enim ut ignis ueniet. Et ut tem
pestas currus eius reddere indignatione uindictam. et uastatio
nem in flamma ignis. In igne enim dni iudicabit omnis terra.
et in gladio eius omnis caro. Multi uulnerati erunt a dno. In bo
norum pmissione. Flumen pacis pfecto abundantiam pacis illius
debemus accipe. qua maior esse non possit. Hac itaq; in fine riga
bimur de qua in precedentibus abundanter locuti sumus. Hoc
flumen se in eos declinare dicit. quibus tantam btitudinem polli
cet. ut intelligamus in illius foelicitatis regione quae in celis est. hoc
flumine omnia satiari. Sed qa in terrenis corporibus pax incorru
ptionis atq; inmortalitatis uite influet ideo declinare se dixit hoc
flumen ut de supnis quodammodo et inferiora pfundat et hoies
equales angelis reddat. Hierusalem quoq; non illam quae seruit cu
filiis suis sed liberam matre nram intelligimus scdm aplm etnam
in celis. Ibi post labores erumnarum curarumq; mortalium conso
labimur tanq paruuli eius in humeris genibusq; portati. Rudes
enim nos et nouos blandissimis adiutoriis insolita nobis beatitudo
illa suscipiet. Et ibi uidebimus et gaudebit cor urm. Nec expressit
quid uidebimus. Sed quid nisi deum. Ut impleatur in nobis pro
missum euangelicum. Beati mundo corde qm ipsi deum uidebunt.
et omnia illa quae nunc non uidemus. Credentes aut pro modulo
capacitatis humane longe minus q sunt atq; incopabiliter cogita

mus. Et uidebimus inquit et gaudebit cor urm. hic credus. ibi uidebi
us. Sed qm dixit. Et gaudebit cor urm. Ne putaremus illa bona hie
rusalem ad nrm tm modo spiritum ptinere. Et ossa inquit ura ut her
ba exorient. ubi resurrectionem corpor adiunxit. uelut quod non dix
erat reddens. Neque enim cum uiderimus fiet. sed cum fuerint facta
uidebimus. Nam et celo nouo ac terra noua iam supra dixerat. dum
ea que sanctis pmittebat in fine sepe ac multipliciter dicit. Erit inquit
celum nouum et terra noua. Et non erunt memores priorum. nec ascen
det in cor ipsorum. sed letitiam et exultationem inuenient in ea. Ecce e
go faciam hierlm exultationem et populum meum letitiam. Et ex
ultabo in hierlm. et letabor in populo meo. Et ultra non audietur
in illa uox fletus et cetera. Quae quidam ad illos carnales mille annos
referre conantur. Locutiones enim tropice propriis pphetico more miscen
tur. ut ad intellectum spualem intentio sobria cum quodam utili ac
salubri labore perueniat. Pigritia uero carnalis uel ineruditae atque in
exercitatae tarditas mentis contenta litterae superficie nihil putat inte
rius requirendum. Haec de ppheticis uerbis que ante istum locum
scripta sunt. satis dixerim. In hoc autem loco unde ad illa digressi su
mus. Cum dixisset et ossa ura ut herba exorientur ut resurrectionem
carnis quidem sed tamen bonorum se nunc commemorare monstraret. ad
iunxit. Et cognoscetur manus dni a colentibus eum. Quid est hoc nisi ma
nus distinguentis cultores suos a contemptoribus suis. de quibus seque
ntia contexens. Et comminabitur inquit contumacibus. siue ut ait alius
interpres incredulis. Nec tunc comminabitur. sed que nunc dicuntur mi
naciter. tunc efficaciter implebuntur. Ecce enim dns inquit ut ignis ue
niet. et ut tempestas currus eius. reddere indignatione uindictam.
et uastationem in flamma ignis. In igne enim domini iudicabit omnis
terra. et in gladio eius omnis caro. Multi uulnerati erunt a dno. siue
igne siue potestate. siue gladio. penam iudicii significat. qn quidem
ipsum dnm. quasi ignem dicit esse uenturum. eis pfecto quibus pe
nalis erit eius aduentus. Currus uero eius. nam pluraliter dicti sunt.
angelica ministeria non inconuenienter accipimus. Quod autem
ait omnem terram et omnem carnem in eius igne et gladio iudica
ri. non etiam hic spualiter intelligamus et sanctos. sed terrenos atque
carnales de qualibus dictum est. Qui terrena sapiunt. et sapere secundum
carnem mors est. et quales omnino caro appellantur a dno ubi dicit.
Non pmanebit spus meus in homine in eternum. eo quod caro sunt. Quod

uero hic positum est. multi uulnerati erunt a domino. isto fiet uulnere
mors secunda. Potest quidem ignis et gladius et uulnus et accipi in
bono. Nam et ignem dominus uelle se dixit mittere in mundum. Et ui
se sunt illis linguę diuisę uelut ignis quando uenit spiritus sanctus. Et
non ueni inquit idem dominus pacem mittere in terram sed gladium.
Et sermonem dei dicit scriptura gladium bis acutum propter aciem
geminam testamentorum duorum. Et in cantico canticorum caritate se
dicit sancta ecclesia uulneratam uelut amoris impetu sagittatam. Sed
hic cum legimus uel audimus ultorem dominum esse uenturum quemad
modum hęc intellegenda sint clarum est. Deinde breuiter commemo
ratis eis qui per hoc iudicium consumentur. sub figura ciborum in lege
ueteri uetitorum a quibus se non abstinuerunt peccatores ipsos significans
recapitulat ab initio gratiam noui testamenti ex primo Saluatoris
aduentu usque ad ultimum iudicium de quo nunc agimus perducens
finiensque sermonem. Narrat namque dominum dicere se uenire ut congre
get omnes gentes easque uenturas et uisuras eius gloriam. Omnes enim
sicut dicit apostolus peccauerunt et egent gloria dei. Et relicturum se
dicit super eos signa quę utique mirantes credant in eum. Et emissurum
ex illis saluatos in gentes diuersas et in longinquas insulas quę non
audierunt nomen eius neque uiderunt eius gloriam et annuntiatu
ros gloriam eius in gentibus et adducturos fratres istorum quibus loque
batur id est in fide sub deo patre fratres israhelitarum electorum adductu
ros autem ex omnibus gentibus munus domino in iumentis et uehiculis.
quę iumenta et uehicula bene intelleguntur adiutoria esse diuina
per cuiusque generis ministeria dei uel angelica uel humana in sanctam
ciuitatem hierusalem quę nunc sanctis fidelibus est diffusa per terras. V
bi enim diuinitus adiuuantur ibi credunt. Et ubi credunt ibi ueniunt.
Comparauit autem illos dominus tamquam per similitudinem filiis israhel offeren
tibus ei uictimas hostias cum psalmis in domo eius quod ubique iam fa
cit ecclesia. Et promisit ab ipsis se accepturum sibi sacerdotes et leuitas
quod nihilominus fieri iam nunc uidemus. Non enim ex genere carnis
et sanguinis sicut erat primum secundum ordinem aaron sed sicut o
portebat in testamento nouo ubi secundum ordinem Melchisedech su
mus sacerdos est christus pro cuiusque merito quod in eum gratia di
uina contulerit sacerdotes et leuitas eligi nunc uidemus qui non
isto nomine quod sępe assequuntur indigni sed ea quę non est bonis ma
lisque communis sanctitate pensandi sunt. Hęc cum de ista quę nunc impartitur

ecclesiæ perspicua nobisq; notissima dei miseratione dixisset. pmisit
et fines. ad quos per ultimum iudicium. facta bonorum malorumq;
discretione ueniet dicens p pphã uel de dño dicens ipse ppheta.
Quo eñ celum nouum et terra noua manebit coram me dicit dñs.
Sic stabit semen urm et nomen urm et erit mensis ex mense. et sabba
tum ex sabbato. Veniet oĩs caro in conspectu meo adorare in hierlm
dixit dñs. Et egredientur et uidebunt membra hoim qui puaricati
sunt in me. Vermis eorum non morietur. et ignis eorum non extinguetur
Et erunt uisui omni carni. Ad hoc iste ppheta terminauit librum.
ad qd terminabitur seculum. Quidam sane non interpretati sunt
membra hoim sed cadauera uirorum p cadauera significantes euidẽ
ter corporum poenam. quamuis cadauer nisi caro exanimis soleat
nuncupari. Illa uero animata erunt corpora alioquin nulla poterunt
sentire tormenta. nisi forte quia mortuorum erunt corpora i. eorum
qui in secdam mortem cadent. Ideo non absurde et cadauera dici
possunt. Vnde est et illud quod ab eodem ppha dcm iam supra po
sui. Terra uero impiorum cadet. Quis aũt non uideat a cadendo ẽe
appellata cadauera. Virorum aũt pro eo posuisse interpretes quod
est hoim manifestum ẽ. Neq; eñ quisq; dicturus est preuaricatri
ces foeminas in illo supplicio non futuras. Sed ex potiore presertim
de quo femina facta est utraq; sexus accipitur. Verum quod ad rem
ptinet cum et in bonis dicitur ueniet oĩs caro. qa ex oĩ gñe hominum
populus iste constabit. Non eñ oms ibi erunt homines qñ in penis
plures erunt. Sed ut dicere ceperam cum et in bonis caro et in malis
membra uel cadauera noĩant. Profecto post resurrectionẽ carnis cuius
fides his rerum uocabulis omnio firmatur. illud quo boni et mali suis
finibus dirimentur futurum esse iudicium declaratur.

Qualis futura sit egressio sanctorum ad uidendas penas malorum. Capitulum. xxiii.

Sed quo egredientur boni ad uidendas penas malorum. Nunquid corporis motu beatas illas relicturi sunt sedes. et ad loca poenalia precturi. ut malorum tormenta conspiciant pñtia corporali. Absit. sed egredientur per sciam. Hoc eñ uerbo significatum est eos qui cruciabuntur extra futuros. pter quod et dñs ea loca tenebras exteriores uocat. qbus est cõtrarius ille ingressus de quo dr seruo bono. Intra in gaudium dñi tui. ne illuc mali putentur ingredi ut sciant. Sed ad illos potius uelut egredi sciam qua eos cognituri sunt boni. qa id quod extra

est cognituri sunt. Qui enim erunt in penis quid agatur intus in gaudio
domini nescient. Qui vero erunt in illo gaudio quid agatur foris in
illis tenebris exterioribus scient. Ideo dictum est egredientur. quia eos q
etiam foris ab eis erunt utique non latebunt. Si enim hec prophete non
dum facta nosse potuerunt, per hoc quod erat deus quantulumcumque in
eorum mortalium mentibus, quomodo inmortales facti iam facta tunc
nescient cum deus erit omnia in omnibus. Stabit ergo in illa beatitudine
sanctorum semen et nomen. semen scilicet de quo Iohannes ait. Et semen eius
in ipso manet. Nomen vero de quo per Isayam dictum est. Nomen eter
num dabo eis. erit eis mensis ex mense et sabbatum ex sabbato. tam
quam luna ex luna et requies ex requie. quorum utrumque ipsi erunt cum ex
his umbris veteribus et temporalibus in illa lumina nova ac sempiterna
transibunt. In penis autem malorum et inextinguibilis ignis et viva
cissimus vermis ab aliis atque aliis aliis aliter atque aliter expositus. A
lii quippe utrumque ad corpus. Alii utrumque ad animam retulerunt. Alii
proprie corpus ad ignem, tropice ad animam vermem quod esse credibilius
videtur. Sed nunc de hac differentia non est tempus disputare. De
iudicio namque ultimo quo fiet direptio bonorum et malorum hoc vo
lumen implere suscepimus, de ipsis vero premiis et penis alias dilige
tius disserendum est. Que prophetaverit Danihel de persecutione
Antichristi et de iudicio dei regnoque sanctorum. Capitulum XXIII.

Danihel de hoc ultimo iudicio sic prophetat ut antichristum quoque
prius venturum esse pronuntiet atque ad eternum regnum sancto
rum perducat narrationem suam. Cum enim visione prophe
tica quattuor bestias significantes quattuor regna vidisset. Ipsumque
quartum a quodam Rege superatum qui antichristus agnoscitur. Et
post hec eternum regnum filii hominis qui intelligitur christus. Horruit
inquit spiritus meus. Ego Danihel in habitudine mea. Et visus capitis
mei conturbavit me. Et accessi inquit ad unum de stantibus et veri
tatem querebam ab eo de omnibus his. Et dixit mihi veritatem.
Deinde quid audierit ab illo a quo de omnibus his quesivit tamquam ex
ponente sic loquitur. He bestie quattuor magne quattuor regna sur
gent in terra que auferentur. Et accipient regnum sancti altissimi
et obtinebunt illud usque in seculum et usque in secula seculorum. Sed
querebam inquit de bestia quarta que erat differens pre omni
bestia terribilis amplius. Dentes eius ferrei et ungues erei mandu
cans et comminuens et reliqua pedibus suis conculcans. Et de corni

bus eius decem quae erant in capite eius et de altero quod ascendit et excussit de prioribus tria. Cornu illud in quo erant oculi et os loquens magna. et uisus eius maior ceteris. Videbam et cornu illud faciebat bellum cum sanctis et praeualebat ad ipsos donec uenit uetustus dierum. Et regnum dedit sanctis altissimi. Et tempus peruenit. Et regnum obtinuerunt sancti. Haec Danihel quesisse se dixit. Deinde quid audierit continuo subiungens. Et dixit inquit. i. ille a quo quesierat respondit et dixit. De bestia quarta quartum regnum erit in terra quod preualebit omnibus regnis. Et manducabit omnem terram et conculcabit eam et concidet eam. Et decem cornua eius decem reges surgent. Et post eos surget alius qui superabit malis suis omnes qui ante eum fuerunt. Et tres reges humiliabit. et uerba aduersum altissimum loquetur et sanctos altissimi conteret et suspicabitur mutare tempora et legem. Et dabitur in manu eius usque ad tempus et tempora et dimidium tempus. Et iudicium sedebit et principatum remouebunt ad exterminandum et perdendum usque in finem.

Et regnum et potestas et magnitudo regni que sub omni celo sunt data est sanctis altissimi. et regnum eius sempiternum et omnes principatus ipsi seruient et obedient. Hucusque inquit finis sermonis.

Ego danihel multum cogitationibus meis conturbabar. et forma mea immutata est super me et uerbum in corde meo conseruaui.

Quattuor illa regna exposuerunt quidam assyriorum persarum macedonum et romanorum. Quam uero conuenienter id fecerint qui nosce desiderant legant presbiteri hieronymi librum in Danielem satis erudite diligenterque conscriptum. Antichristi tamen aduersus ecclesiam seuissimum regnum licet exiguo spacio temporis sustinendum donec dei ultimo iudicio regnum sancti accipiant sempiternum qui uel dormitans hec legit dubitare non sinitur. Tempus quippe et tempora et dimidium temporis unum annum esse et duo et dimidium. Ac per hoc tres annos et semissem et in numero dierum posterius posito dilucescit aliquando in scripturis et mensium numero declaratur.

Videntur enim tempora indefinite hic dicta lingua latina sed per dualem numerum dicta sunt que latini non habent. Sicut autem greci ita hunc dicuntur habere et hebrei. Sicut ergo dicta sunt tempora tamquam dicerent duo tempora. Vereri me sane fateor ne in decem regibus quos tamquam decem homines uidetur inuenturus antichristus forte fallamur atque ita ille inopinatus adueniat non existentibus tot regibus in

orbe romano. Quid si enim numero isto denario uniuersitas rerum uel
regum significata est post quos ille uenturus est. Sicut millenario
centenario septenario significatur plerumque uniuersitas et aliis
atque aliis numeris quos nunc commemorare non est necesse. Alio
loco idem Danihel. et erit inquit tempus tribulationis qualis non fuit,
ex quo nata est gens super terram usque ad tempus illud. Et in tempore
illo saluabitur populus tuus omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro.
Et multi dormientium in terre aggere exurgent, ii in uitam eternam.
et ii in obprobrium et in confusionem eternam. Et intelligentes
fulgebunt sicut claritas firmamenti. Et ex iustis multi sicut stelle
in secula. Et adhuc sententie illi euangelice est locus iste simillimus
de resurrectione dumtaxat corporum mortuorum. Nam qui illic dicti
sunt esse in monumentis. ipsi hic dormientes in terre aggere. Vel
sicut alii interpretati in terre puluere. Et sicut ibi procedent dictum
est, ita hic exurgent. Sicut ibi qui bona fecerunt in resurrectionem
uite. Qui autem mala egerunt in resurrectionem iudicii. Ita in isto loco
hi in uitam eternam. et hi in obprobrium et in confusionem eternam.
Non autem diuersum putetur quod cum ibi positum sit omnes qui sunt in mo-
numentis. Hic non ait propheta omnes sed multi dormientium in terre
aggere. Ponit enim aliquando scriptura pro omnibus multos. Propterea
et Abrahe dictum est patrem multarum gentium posui te. cui tamen alio
loco. In semine inquit tuo benedicentur omnes gentes. De tali autem
resurrectione huic quoque ipsi prophete Danihele paulo post dicitur.
Et tu ueni et requiesce. Adhuc enim dies in completionem consumma-
tionis et requiesces et resurges in sorte tua in fine dierum.

In psalmis Dauiticis que in fine seculi huius et nouissimo dei
iudicio profitentur. Capitulum. XXV.

Multa de iudicio nouissimo dicunt in psalmis. sed eorum
plura transeunt et strictim. Hoc tamen quod de fine huius
seculi apertissime ibi dictum est, nequaquam silentio preteribo.
Principio terram tu fundasti domine et opera manuum tuarum sunt celi.
Ipsi peribunt tu autem permanes. et omnes sicut uestimentum ueterescet.
Et sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur. Tu autem idem ipse es
et anni tui non deficient. Quid est quod Porphyrius cum pietatem
laudet hebreorum qua magnus et uerus et ipsis numinibus terribilis
ab eis colitur deus christianos ob hoc arguit maxime stultitie, etiam
ex oraculis deorum suorum quod istum mundum dicunt esse periturum.

E cce in litteris pietatis hebreorum dr̄ deo · quem confitente tanto pħo
etiā ipsa numina perhorrescunt · Opa manuum tuarum sūt cęli
ipsi pibunt · Nunquid qn̄ celi pibunt · mundus cuius idem cæli
supior pars et tutior non pibit ? Si hec sententia Ioui displicet cuiꝰ
ut scribit iste pħus uelut grauioris auctoritatis oraculo in xpianorum
credulitate culpat̄ · Cur non silr̄ sapiam tanq̄ stultitiam cul
pat hebreorum in quorū libris piissimis inuenit̄ · Porro si in illa sapi
entia que Porphyrio tam multum placet ut eam quoq; deorum
suorum uocibus predicet · legit̄ cęlos esse pituros ? Cur usq; adeo ua
na est ista fallacia · ut in fide xpianorum uel inter cętā uel p̄ cęteris
hoc detestetur · qđ in ea piturus credit̄ mundus ? Quo utiq; nisi pe
unte cęli pire non possent · Et in litteris quidem sacris que ꝓprie nr̄e
sunt non hebreis nobisq; coēs · i · in euangelicis et aplicis libris legit̄ ·
P reterit figura huius mundi · legit̄ mundus transiet · legit̄ cęlum
et terra transibunt · Sed puto qđ preterit transibunt transit
aliqn̄ mitius dicta sunt q̄ peribunt · In epl̄a quoq; apl̄i Petri ubi
aqua inundatus q tunc erat pisse dictus est mundus satis clarū
est · et que pars mundi a toto significata · et quatenus pisse dicta
sit · et qui cęli repositi igni reseruandi in diē iudicij et pditionis
hoīm impiorum · Et in eo qđ paulo post ait · Veniet dies dn̄i ut fur ·
in quo cęli magno impetu transcurrent · elementa aūt ardentia
resoluent̄ et terra et que in ipsa sunt opa exurent̄ · Ac deinde
subiecit · his omnibus peuntibus quales oportet esse uos ? Possunt
illi cęli intelligi pituri · quos dixit repositos igni reseruandos · et
elementa accipi arsura · quæ in hac ima mundi parte subsistunt
procellosa et turbulenta · in qua eosdem cęlos dixit esse repositos ·
saluis illis supioribus et in sua integritate manentibus · in quorum
firmamento sunt sydera constituta · Nam et illud quod scriptum
est · stellas de cęlo esse casuras · preter qđ pōt multo probabilius et
aliter intelligi magis ostendit mansuros esse illos cęlos · si tamen
stelle inde casure sunt · cū uel tropica sit locutio qđ est credibi
lius · uel in isto imo cęlo futurum sit utiq; mirabilius q̄ nunc fit
V nde et illa stella Virgiliana facē ducens multa cum luce cucurrit ·
et idea se condidit silua · Hoc aūt quod psalmo cōmemoraui nul
lum cęlorum uidetur relinquē qđ periturum esse non dixerit · Vbi
enī dr̄ · Opa manuum tuarum sunt cęli · Ipsi peribunt · qm̄ nullum
eorum a facie dei · tam nullum eorum a pditione secernit̄ · Non enim

dignabuntur de Petri apli locutione que uehementer oderant he
breoꝝ defendere pietatem deoꝝ suorum oraculis approbatam
V t saltem ne totus mundus periturus esse credat̄ · sic a toto pars accipi
atur in eo quod dcm est · Ipsi peribunt · cum soli celi infimi pe
rituri sunt · Queadmodum in aplica illa epl'a a toto pars accipitur
qd' diluuio perisse dictus est mundus · quis sola eius cum suis celis
pars una perierit · Sed qa hoc ut dixi non dignabunt̄ · ne uel apli
petri approbent sensum uel tantum concedant conflagrationi   ꝛ aquis
nouissime qntum dicimus ualuisse diluuium · qui nullis nullis
flāmis totum genus humanū perisse posse contendunt · Restat ut
dicant q; ꝓpt'ea dij eoꝝ hebream sapiam laudauerūt · qa istū psal
mum non legerant · In psalmo enī quadragesimo nono de iudicio
dei nouissimo intelligit' dcm · Deus manifestus ueniet · deus nr̄ et
non silebit · Ignis in conspectu eius ardebit · et in circuitu eius tēpestas
ualida · Aduocabit celum desursum · et terram discernere ppl'm
suum · Congregate illi iustos eius · qui disponunt testamentum illi9
super sacrificia · Hoc nos de dn̄o iesu xp̄o intelligimus quē speramus
de celis esse uenturum ad uiuos et mortuos iudicandos · Manifestus
enī ueniet int' iustos et iniustos iudicaturus iuste · qui prius uenit
occultus ab iniustis iudicandus iniuste · Ipse inqm̄ manifestus ueniet
et non silebit · i · in uoce iudicis euidens apparebit · qui prius cum ue
nisset occultus ante iudicem siluit · qn̄ sicut ouis ad imolandum
ductus est · et sicut agnus coram tōdente fuit sine uoce · Queadmo
dum de illo per Isayam legimus ꝓphetatum · et in euang° uidemus
impletum · De igne uero et tempestate cum Isaye ꝓphetia aliquid
tractaremus quō essent intelligenda iam diximus · Quod uō dcm
est · aduocauit celum sursum · qm̄ et iusti recte celum appellant̄ ·
nimirum hoc ē qd' ait apl's · Simul cū illis rapiemur in nubibus ob
uiam xp̄o in aera · Nam scdm̄ littere supficiē; · quō aduocat̄ celum
sursum · quasi posset esse nisi sursum ∴ Quod aūt adiunctum est ·
e t terrā discernere ppl'm suū · si tm̄modo subaudiat̄ aduocabit et
terram · nec subaudiat̄ sursum · Hunc uidet̄ hr̄e sensum ut celum i
telligat̄ in eis qui cum illo iudicaturi sunt · et terra in eis qui iudi
candi sunt · et aduocabit celum sursum · non hic intelligamus · ra
piet in aera · sed in iudiciarias sedes eriget · Pōt et illud intelligi ad
uocabit celum sursum aduocauit āgelos in supernis et excelsis locis ·
cum quibus descendat ad faciendum iudicium · Aduocauit et

terram id est homines in terra utique iudicandos. Si autem utrumque subaudi-
endum est cum dicitur et terram id est et aduocauit et sursum ut iste sit sen-
sus. Aduocauit celum sursum et terra. Aduocauit sursum nihil
melius intellegi existimo quam omnes qui rapientur in obuiam christo
in aere. sed celum dictum propter animas terram propter corpora. Discer-
nere porro populum suum quid est nisi per iudicium separare bonos a
malis tamquam oues ab edis. Deinde conuersio sermonis ad angelos
facta est. Congregate illic iustos eius. Profecto enim per angelicum mi-
nisterium res tanta peragenda est. Si autem querimus quos iustos ei con-
gregaturi sunt. Qui disponunt inquit testamentum eius super sacrificia.
Hec est omnis uita iustorum disponere testamentum dei super sacrificia.
Aut enim opera misericordie sunt super sacrificia id est sacrificiis preponenda iuxta
sententiam dei dicentis. Misericordiam uolo plus quam sacrificium. Aut si super
sacrificia in sacrificiis intellegitur dictum quomodo super terram fieri dicitur
quod fit utique in terra. Profecto ipsa opera misericordie sunt sacrificia quibus
placetur deo sicut in libro huius operis decimo me disseruisse reminiscor.
in quibus operibus disponunt iusti testamentum dei quia propter pro-
missiones que in nouo eius testamento continentur hec faciunt. Unde
congregatis sibi iustis et ad suam dexteram constitutis in nouissimo
utique iudicio dicturus est christus. Uenite benedicti patris mei possidete
paratum uobis regnum a constitutione mundi. Esuriui et dedistis
mihi manducare et cetera que ibi proferuntur de bonorum operibus bonis
et eorum premiis sempiternis per ultimam sententiam iudicantis.

De prophetia Malachielis qua dei iudicium declaratur et quorun-
dam dicitur per purificatorias poenas facienda mundatio. Capitulum XXVI.

Propheta Malachiel siue Malachi
as qui et angelus dictus est qui et Esdras sacerdos cuius alia
in canone scripta recepta sunt ab aliquibus creditur. Nam de
illo hanc esse hebreorum opinionem dicit Hieronymus. iudicium nouis-
simum prophetat dicens. Ecce uenit dicit dominus omnipotens. et quis susti-
nebit diem introitus eius. Aut quis ferre poterit ut aspiciat eum.
quia ipse ingreditur quasi ignis conflatorii et quasi herba lauantium.
Et sedebit conflans et emundans sicut argentum et sicut aurum.
Et emundabit filios leui. et effundet eos sicut aurum et argentum.
Et erunt domino offerentes hostias in iustitia. Et placebit domino sacrificium
iude et hierusalem sicut diebus pristinis et sicut annis prioribus.
Et accedam ad uos in iudicio et ero uelox super maleficos et super

adulteros et super eos qui iurant in nomine meo mendaciter. Et qui fraudant mercedem mercenario et opprimunt per potentiam uiduas et percutiunt pupillos et peruertunt iudicium aduene et qui non timent me dicit dominus omnipotens. quia ego dominus deus uester et non mutor. Ex his que dicta sunt uidentur euidentius apparere in illo iudicio quasdam quorundam purgatorias poenas futuras. ubi enim dicitur. Quis sustinebit diem introitus eius. aut quis ferre poterit ut aspiciat eum. quia ipse ingredietur quasi ignis et quasi herba lauantium. Et sedebit conflans et emundans sicut argentum et sicut aurum. et emundabit filios leui et fundet eos sicut aurum et argentum. Quid aliud intelligendum est. Dicit aliquid tale et Isayas. Lauabit dominus sordes filiorum et filiarum syon. et sanguinem emundabit de medio eorum in spiritu iudicii et spiritu combustionis. Nisi forte sic eos dicendum est emundari a sordibus et eliquari quodammodo cum ab eis mali per penale iudicium separantur. ut illorum segregatio atque damnatio purgatio sit istorum. quia sine talium de cetero permixtione uicturi sunt. Sed cum dicit. et emundabit filios leui et fundet eos sicut aurum et argentum. et erunt domino offerentes hostias in iustitia. et placebit domino sacrificium iude et hierusalem. utique ostendit eos ipsos qui emundabuntur deinceps in sacrificiis iustitie domino esse placituros. Ac per hoc ipsi a sua iniustitia mundabuntur in qua domino displicebant. Hostie porro in plena perfectaque iustitia cum mundati fuerint ipsi erunt. Quid enim acceptius deo tales offerunt quam se ipsos. Verum ista questio de purgatoriis penis ut diligentius pertractetur in tempus aliud differenda est. Filios autem leui et iude et hierusalem ipsam dei ciuitatem debemus accipere non ex hebreis tantum sed et aliis etiam gentibus congregatam. nec talem qualis nunc est ubi si dixerimus quia peccatum non habemus nos ipsos seducimus et ueritas in nobis non est. sed qualis tunc erit uelut area per uentilationem. ita per iudicium purgata nouissimum. etiam his igne mundatis quibus talis mundatio necessaria est. ita ut nullus omnino sit qui offerat sacrificium pro peccatis suis. Omnes enim qui sic offerunt profecto in peccatis sunt pro quibus dimittendis offerunt ut cum obtulerint acceptumque deo fuerit tunc dimittantur.

De sacrificiis quae sancti offerunt deo sic placitura sicut in diebus pristinis et annis prioribus placuerunt. Capitulum XXVII.

Volens autem deus ostendere civitatem suam tunc in ista consuetudine non futuram, dixit filios Levi oblaturos hostias in iustitia. Non ergo in peccato. Ac per hoc non pro peccato. Unde intelligi potest in eo quod secutus adiunxit atque ait. Et placebit domino sacrificium Iude et Hierusalem sicut diebus pristinis et sicut annis prioribus. Frustra sibi iudeos secundum legem veteris testamenti sacrificiorum suorum preterita tempora polliceri. Non enim tunc in iustitia sed in peccatis hostias offerebant, quando pro peccatis precipue ac primitus offerebant, usque adeo ut sacerdos ipse quem debemus utique credere ceteris fuisse iustiorem secundum dei mandatum soleret pro suis primum offerre peccatis, deinde populi. Quapropter exponere nos oportet quomodo sit accipiendum quod dictum est. Sicut diebus pristinis et sic annis prioribus. Fortassis enim tempus illud commemorat, quo primi homines in paradiso fuerunt. Tunc etenim puri atque integri ab omni sorde ac labe peccati se ipsos deo mundissimas hostias offerebant. Ceterum ex quo commisse prevaricationis causa inde dimissi sunt atque humana in eis natura damnata est, excepto uno mediatore et post lavacrum regenerationis quibusque adhuc parvulis. Nemo mundus a sorde sicut scriptum est. Nec infans cuius est unius diei vita super terram. Quod si respondetur etiam eos merito dici posse offerre hostias in iustitia, qui offerunt in fide. Iustus enim ex fide vivit, quamvis se ipsum seducat si dixerit se non habere peccatum, et ideo non dicat quia ex fide vivit. Numquid dicturus est quispiam hoc fidei tempus illi fini esse coequandum quando igne iudicii novissimi mundabuntur qui offerant hostias in iustitia. Ac per hoc quoniam post talem mundationem nullum peccatum iustos habituros esse credendum est, profecto illud tempus quantum attinet ad non habere peccatum nulli tempori comparandum est, nisi quando primi homines in paradiso ante prevaricationem innocentissima felicitate vixerunt. Recte itaque intelligitur hoc significatum esse cum dictum est sic diebus pristinis et sicut annis prioribus. Nam per Isayam prophetam posteaquam celum novum et terra nova promissa est, inter cetera que ibi de sanctorum beatitudine per allegorias et enigmata exequitur, quibus expositionem congruam reddere nos prohibuit vitande longitudinis cura. Secundum dies inquit ligni vite erunt dies populi mei. Quis autem sacras litteras attigit et ignorat ubi deus plantaverit lignum vite, a cuius cibo separatis illis hominibus quando eos sua de paradiso eiecit iniquitas eidem ligno circumposita est ignea terribilisque custodia. Quod si quispiam dies ligni vite quos commemoravit propheta

Isayas istos qui nunc agunt ecclesie xpi dies esse contendit. ipsumque xpm
lignum uite prophetice dictum quia ipse est sapientia dei. De qua Salomon
ait. lignum uite est omnibus amplectentibus eam. Nec annos egisse
aliquos in paradiso illos primos homines unde tam cito eiecti sunt
ut nullum ibi gignerent filium. Et ideo non posse illud tempus intelligi
in eo quod dictum est sub diebus pristinis et sicut annis prioribus. Istam
pretereo questionem ne cogar quod prolixum est cuncta discutere ut aliquid
horum ueritas manifesta confirmet. Video quippe alterum sensum ne dies
pristinos et annos priores carnalium sacrificiorum nobis pro magno mu
nere per prophetam promissos fuisse credamus. Hostie namque ille ueteris legis
in quibusque pecoribus inmaculate ac sine ullo prorsus uitio uidebantur
offerri et significabant homines sanctos qualis solus inuentus est christus.
sine ullo omnino peccato. Proinde quia post iudicium cum fuerint et
igne mundati qui huiusmodi mundatione sunt digni in omnibus sanctis
nullum inuenietur omnino peccatum. Atque ita se ipsos offerent in iustitia ut
tales hostie omnimodo inmaculate ac sine ullo uitio sint future. Erunt
profecto sicut pristinis diebus et sicut prioribus annis. quando in umbra huius
rei future mundissime offerebantur hostie. Hec erit namque illa munditia
tunc in inmortali carne ac mente sanctorum que figurabatur in illarum cor
poribus hostiarum. Deinde propter eos qui non mundatione sed damna
tione sunt digni. Et accedam inquit ad uos in iudicium et ero testis
uelox super maleficos et super adulteros et cetera. quibus damnabilibus
enumeratis criminibus addidit. Quoniam ego dominus deus uester et non mutor.
tamquam diceret. Cum uos mutauerit et in deterius culpa uestra et in melius
gratia mea. ego non mutor. Testem uero se dicit futurum quia in iudi
cio suo non indiget testibus eumque uelocem. siue quia repente uentu
rus est eritque iudicium ipso inopinato eius aduentu celerrimum quod
tardissimum uidebatur. siue quia ipse conuincet sine ulla sermonis pro
lixitate conscientias. In cogitationibus enim sicut scriptum est impii in
terrogatio erit. Et apostolus. Cogitationibus inquit inuicem accusantibus
uel excusantibus in die qua iudicabit dominus occulta hominum secundum
euangelium meum per ihesum xpm. Etiam sic ergo dominus futurus testis intel
ligendus est uelox cum sine mora reuocaturus est in memoriam
unde conuincat puniatque conscientiam.

De separatione bonorum et malorum per qua nouissimi diei discretio declaratur. Capitulum XXVII.

Illud etiam quod aliud agens in octauo decimo libro ex isto propheta posui ad iudicium nouissimum

ꝑtinet ubi ait. Erunt mihi dicit dn̄s omnipotens in die qua ego fa
cio in adquisitionem. Et eligam eos sicut eligit homo filium suu
qui seruit ei. Et conuertar et uidebitis quid sit inter iustum et ini
quum. et inter seruiente deo. et eum qui non seruit ei. q̄a ecce dies
uenit ardens sicut clibanus. Et erunt uniuersi alienigene et qui
faciunt iniquitatem stipula. Et succendet eos dies ueniens dicit
dn̄s omnipotens. Et non relinquet̃ in eis radix neq; ramus. Et orie
tur uobis qui timetis nomen meū sol iustitie et sanitas in pennis
eius. et egrediemini et salietis sicut uituli de uinculis relaxati. Et
conculcabitis iniquos. Et erit cinis sub pedibus ur̄is dicit dominꝰ
o͞ipotens. Hęc distantia premioꝝ atq; penarum iustos dirimens
ab iniustis quę sub sole iustitie in illius manifestatione clarebit.
Tunc ꝑfecto erit iudicium quale nunq̄m fuit.

De lege Moysi sp̄ualiter intelligenda ne in damnabilia murmura
carnalis sensus incurrat. Capitulum. xxix.

Quod u͞o subiungit idem ꝑpheta. Mementote legis Moysi serui
mei quā mandaui in oreb ad domū israhel co͞memorat post
declaratum futurum tam magnū inter obseruatores legis con
temptoresq; discrimen simul et ut discant legem sp̄ualem intelligē
et inueniant in ea xp̄m per quē iudicem facienda est inter bonos et
malos ipsa discretio. Non enī frustra idem dn̄s ait iudeis. Si credereti[s]
Moysi crederetis et mihi. de me enī ille scripsit. Carnaliter quippe acci
piendo legem et eius promissa terrena rerum celestium figuras esse
nescientes in illa murmura corruerant ut dicē auderent. Vanus ē qui
seruit deo. Et qd amplius q̄a custodiuimus mandata eius. et q̄a am
bulauimus supplices ante faciem dn̄i omnipotentis. Et nūc nos beatos
dicimus alienos. Et edificant̃ om̄s qui faciunt iniquitatē. Quibus eoꝝ
uerbis quodammodo ꝑpħa co͞pulsus est nouissimū prenuntiare iudi
cium. ubi mali nec saltem falso sint beati. sed apertissime miserrimi
appareant. et boni nulla tēporalia saltem miseria laborent. sed clara
ac sempiterna btitudine ꝑfruant̃. Dixerat quippe istoꝝ talia quędā
uerba etiā superius dicentiū. Om̄is qui facit malum bonus est in con
spectu dn̄i. et tales ei placent. Ad hec inq̄m contra deū murmura
ꝑuenerunt legem Moysi accipiendo carnaliter. Unde et ille in psal°.
lxxii°. pene co͞motos dicit fuisse pedes suos et effusos gressus utiq; in
lapsum quia zelauit in peccatoribus pacem pcc͞orum intuens ita ut
inter cetera dicēt. Quō sciuit deus. et si est scientia in altissimo dicēt

et nunquid uane iustificaui cor meum et laui in innocentibus ma
nus meas. Vt aut solueret hanc difficillimam questionem que fit
cum uident boni esse miseri et foelices mali, hoc inquit labor est
ante me donec intrem in scuarium dei et intelligam in nouissi
ma. An in iudicio quippe nouissimo non sic erit, sed in iniquorum
miseria et aperta foelicitate iustorum, longe quam nunc est aliud
apparebit : — De aduentu helye ante iudicium cuius pre
dicatione scripturas reserante iudei conuertent ad christum :

Cum autem admonuisset ut memi ¶ Capitulum . xxx :
nissent legis Moysi. quem preuidebat eos multo adhuc tem
pore non eam spiritualiter sicut oportuerat accepturos con
tinuo subiecit. Et ecce ego mittam uobis Helyam thesbitem ante
quam ueniat dies domini magnus et illustris, qui conuertet cor patris
ad filium et cor hominis ad proximum suum . Ne forte ueniens
percutiam terram penitus. Per hunc helyam magnum mirabilemque
prophetam exposita sibi lege ultimo tempore ante iudicium iudeos in christum
uerum id est in christum nostrum esse credituros celeberrimum est in sermo
nibus cordibusque fidelium . Ipse quippe ante aduentum iudicis
saluatoris non immerito speratur esse uenturus quia et nunc
uiuere non inmerito creditur. Curru namque igneo raptus est de
rebus humanis quod euidentissime sancta scriptura testatur. Cum
uenerit ergo exponendo legem spiritualiter quam nunc iudei car
naliter sapiunt conuertet cor patris ad filium id est cor patrum ad
filios. Singularem quippe pro numero plurali interpretes septuaginta
posuerunt. Et est sensus ut etiam filii sic intelligant legem id est iudei
quemadmodum eam patres intellexerunt id est prophete in quibus e
rat et ipse Moyses. Sic enim cor patrum conuertetur ad filios cum in
telligentia patrum perducetur ad intelligentiam filiorum. et cor filiorum
ad patres eorum. dum in id quod senserunt illi, sentiunt et isti.
V bi septuaginta dixerunt. et cor hominis ad proximum suum . Sunt
enim inter se ualde proximi patres et filii. Quamquam in uerbis septuaginta
interpretum qui prophetice interpretati sunt potest alius sensus idem
que electior inueniri. Vt intelligatur Helyas cor dei patris conuersurus
ad filium . Non utique agendo quod pater diligat filium, sed docen
do et ut iudei quem prius oderant diligant eundem qui noster
est christus. Iudeis enim nunc aduersum cor habet deus, a christo nostro,
quia hoc putatur ab eis. Ergo tunc cor eius conuertetur ad filium, cum

ipsi conuerso corde, didicerint dilectionem patris in filium. Quod uero sequitur. Et cor hominis ad proximum suum. Quid melius intelligitur quam cor hominis ad hominem christum. Cum enim sit in forma dei deus noster formam serui accipiens esse dignatus est etiam proximus noster. hoc ergo faciet Helyas. Ne forte inquit ueniam et percutiam terram penitus. Terra sunt enim qui terrena sapiunt, sicut iudei carnales usque nunc, ex quo uitio contra deum murmura illa uenerunt, quia mali ei placent. Et uanus est qui deo seruit :— Quod in libris ueteris testamenti cum deus legitur iudicaturus non euidenter christi persona monstretur. Sed ex quibusdam testimoniis ubi dominus deus loquitur appareat dubie quod ipse sit christus :— Capitulum . XXXI :

Multa alia sunt scripturarum testimonia diuinarum de nouissimo iudicio dei, quae si omnia colligam nimis longum erit. Satis ergo sit quod et nouis et ueteribus litteris sacris hoc prenuntiatum esse probauimus. Sed ueteribus per christum futurum esse iudicium .i. iudicem christum de celo esse uenturum non tamquam nouis euidenter expressum est, propterea quia cum ubi dicit dominus deus se esse uenturum uel dominum deum dicitur esse uenturum non consequenter intelligitur christus. Dominus enim deus et pater est et filius et spiritus sanctus. Neque enim hoc tamen intestatum relinquere nos oportet. Primo itaque demonstrandum est quemadmodum iesus christus tamquam dominus deus loquatur in propheticis libris. et tamen iesus christus euidenter appareat, ut et quando non sic appareat et tamen ad illud ultimum iudicium dominus deus dicitur esse uenturus possit iesus christus intelligi. Est locus apud Isayam prophetam qui hoc quod dico euidenter ostendit. Deus enim per prophetam. Audi me inquit Iacob et israhel quem ego uoco. Ego sum primus et ego in sempiternum manus mea fundauit terram. Et dextera mea firmauit caelum. Vocabo eos et stabunt simul. Et congregabuntur omnes et audient. Quis ei nuntiauit hec: Diligens te. feci uoluntatem tuam super babylonem ut auferem semen caldeorum. Et locutus sum et ego uocaui et adduxi eum et prosperam feci uiam eius. Accedite ad me et audite haec. Non a principio in abscondito locutus sum. Quando fiebant ibi eram. Et nunc dominus deus misit me et spiritus eius. Dixit hoc enim secundum formam serui de re futura utens praeteriti temporis uerbo quemadmodum apud eundem prophetam legitur. Sicut ouis ad immolandum ductus est. Non enim dicetur. sed pro eo quod futurum erat, preteriti temporis uerbum posuit. Et assidue prophetia sic loquitur. Est alius locus apud

Z achariam qui hoc euidenter ostendit q omnipotentem misit oipotens.
Q uisquam nisi deus pater deum filium. Nam ita scriptum est. Haec
dicit dns omnipotens. Post gloriam misit me sup gentes quae spolia
uerunt uos quia qui tetigerit uos quasi qui tangat pupillam oculi
eius. Ecce ego inferam manum meam super eos. Erunt spolia his q
seruierant eis. Et cognoscetis quia dns omnipotens misit me. Ecce
dicit dns omnipotens a dno omnipotente se missum. Quis hic
audeat intellegere nisi loquentem xpm s. omnibus que perierant
domus israhel. Ait namq in euang. Non sum missus nisi ad oues
que perierant domus israhel. quas hic comparauit pupille oculi
dei pter excellentissimum donum dilectionis affectum. Ex quo
genere ouium etiã ipsi apli fuerunt. Sed post gloriam resurrectio
nis utiq sue que ante q fieret ait euangelista Iohannes nondum
erat glorificatus. Etiam super gentes missus est in aplis suis. Ac sic
impletum est quod in psalmo legit. Erue me de contradictionib
ppli. Constitues me in caput gentium. ut qui spoliauerũt isrlitas.
quibusq israhelite seruierant qui sunt gentibus subditi non uicis
sim eodem modo spoliarent sed ipsi spolia fierent israhelitarum
H oc eni aplis promiserat dicens. Faciam uos piscatores hominum. Et
uni eorũ ex hoc iam inquit hoies eris capiens. Spolia ergo fierent
sed in bonum tamqm erepta uasa illi forti sed fortius alligato. I
tem per eundem pphetam dns loquens. Et erit inquit in die illa q
ram auferre oms gentes que ueniunt contra hierusalem. Et effũ
dam super domum istam dauid et sup hitatores hierlz spiritũ
gratie et misericordie. Aspicient ad me pro eo q insultauerunt.
E t plangent super eo planctum quasi sup carissimum. Et dolebunt
dolore quasi sup unigenitum. Numquid nisi dei est auferre oms
gentes inimicas sancte ciuitatis hierlm que ueniunt contra eam
i. contrarii sunt ei. Vel ut alii sunt interpretati. ueniunt super eam
i. ut eam sibi subiciant aut effundere sup domũ dauid et super
hitatores eiusdem ciuitatis spm gratie et mie. Hoc itaq dei est. Et
ex psona dei dicit per pphetam. Et tñ hunc deum et tam magna
et tam diuina facientem se xpus ostendit adiungendo atq dice
do. Et aspicient ad me pro eo qd insultarunt. Et plangent sup
eo planctum quasi sup carissimuz siue dilectum. Et dolebunt do
lore quasi sup unigenituz. Penitebit quippe iudeos in die illa et
eos qui sunt accepturi spm gratie et misericordie quod in eius

passione insultauerunt xpo. cum eū aspexerint in sua maiestate ueni
entem. eumq; esse cognouerint quē prius humilē in suis parentib;
illuserunt. quis et ipsi parentes eorū tante illius impietatis autores
resurgentes uidebunt eum. sed puniendi iam non ad huc corri
gendi. Non itaq; hoc loco ipsi intelligendi sunt ubi dictum est.
Et effundam super domum Dauid et sup habitatores hierusalem
spm gratię et misericordię. Et aspicient ad me pro eo q insulta
uerunt. Sed tamen de illorū stirpe uenientes q per Helyam illo
tpre credituri sunt. Sed sic dicimus iudeis Vos occidistis xpm.
quis hoc parentes eorū fecerunt. Sic et isti se dolebunt fecisse quod
ammodo qd fecerunt illi ex quorū stirpe descendunt. Quis ergo
accepto spu gratię et misericordię iam fideles non damnabuntur
cum impiis parentibus suis dolebunt tn̄ tamq̄ ipsi fecerint quod
ab illis factum est. Non igr̄ dolebunt reatu criminis sed pieta
tis affectu. Sane ubi dixerunt septuaginta interpretes. Et aspi
cient ad me pro eo quod insultauerunt. sic intpretatum est ex he
breo. Et aspicient ad me quē confixerunt. Quo qdem uerbo euidē
tius xps crucifixus apparet. Sed illa insultatio quā septuaginta
ponē maluerunt. eius uniuerse non defuit passioni. Nam et de
tento et alligato et adiudicato et obprobrio ignominiose uestis
induto et spinis coronato et calamo in capite pcusso. Et irriden
ter fixis genibus adorato. et crucē suam portanti. et in ligno iam
pendenti utiq; insultarunt. Proinde interpretationē non se
quentes unam sed utranq; iungentes cum et insultauerunt et
confixerunt legimus plenius ueritatem dnīce passionis cognos
cimus. Cum ergo in pheticis litteris ad nouissimū iudiciū faci
endum deus legit̄ esse uenturus. Et si eius alia distinctio non po
natur tantum ppter ipsum iudicium xps debet intelligi. qa et si
pater iudicabit p aduentum filij hominis iudicabit. Nam ipe
per suę pn̄tię manifestationē non iudicat quēq̄. sed omē iudi
cium dedit filio. q manifestabit̄ homo iudicaturus sicut homo
est iudicatus. Quis enī est alius de quo item deus loquit̄ p Isaya
sub noīe Iacob et israhel de cuius semine corpus accepit. quod
ita scriptum est. Iacob puer meus suscipiam illum. Isral electus
meus assumpsit eū anima mea. dedi spm meum in illum. Iu
diciū gentibus pferet. Non clamabit neq; cessabit neq; audiet̄
foris uox eius. Calamū quassatum non conteret. Et lignum fu

mans non extinguet sed in ueritate pferet iudicium. Refulgebit
et non refringetur donec ponat in terra iudiciu. Et in nomine eius
gentes sperabunt. In hebreo non legit iacob et Israhel. Sed q'ibi
legitur seruus meus nimirum septuaginta interpretes uolentes ad
monere quatenus id accipiendum sit. qa s pter forma serui dcm
est in qua se altissimus humillimum prebuit ipsius hois nomen ad
eu significandu posuerut de cuius gnre eadem serui forma susce
pta est. Datus est in eu sps scs quod et columbe spetie euangelio
teste monstratum e. Iudicium gentibus ptulit qa prenuntiauit
futuru quod gentibus erat occultum. Mansuetudine non clamauit
nec tamen in predicanda ueritate cessauit. Sed non est audita fo
ris uox eius nec audit qn quide ab eis qui foris ab eius corpore
presciti sunt non illi obedit. Ipsos quoq; suos psecutores iudeos q
calamo quassato pdita integritate ligno fumanti amisso lumie
compati sunt. Non contriuit non extinxit qa pepercit eis q non
dum uenerat eos iudicare sed iudicari ab eis. In ueritate sane ptulit
iudiciu predicens eis qn puniendi essent si in sua malignitate p
sisterent. Refulsit in monte facies eius. In orbe fama eius nec con
fractus sive contritus est. quia neq; in se neq; in ecclia sua ut esse de
sisteret psecutoribus cessit. Et ideo non est factum nec fiet quod
inimici eius dixerunt uel dicunt qn morietr et pibit nomen eius.
Donec ponam in terra iudicium. Ecce manifestum e qd absconditu
querebamus. hoc enī est nouissimu iudiciu qd ponet in terra cum
uenerit ipse de celo de quo iam uidemus impletum qd hic ultimum
positum e. Et in noie eius gentes sperabunt. Per hoc certe qd nega
ri non pot etia illud credatur quod impudenter negat. Quis enim
speraret qd etia hi qui nolunt adhuc credere in xpm iam nobiscu
uident. et qm negare non possunt dentibus suis frendent et tabes
cunt. Quis inqm speraret gentes in xpi noie speraturas qn tenebat
ligabatur cedebatur illudebat crucifigebat qn et ipsi discipuli
spem perdiderant quā in illo hre iam ceperant. Quod tunc uix u
nus latro sperauit in cruce nunc sperant gentes longe lateq; diffu
se. Et ne in eternum moriant ipsa in qua mortuus est cruce signant.
Nullus igit uel negat uel dubitat p iesum christum tale quale istis
sacris litteris prenuntiat nouissimu futuru esse iudicium. Nisi q
eisdem litteris nescio qua incredibili aiositate seu cecitate no cre
dit. quae iam ueritatem suam orbi demonstrauere terrarum. In

illo utiq; iudicio uel circa illud iudicium has res didicimus eẽ
uenturas. Heliam thesbiten, fidem iudeo℞, Antixpm psecutu
rum, Christum iudicaturum, mortuo℞ resurrectionem, bono℞
malo℞q; diremptionem, mundi conflagrationem, eiusdemq; reno
uationem. Quę omnia quidem uentura esse credendum est.
Sed quibus modis et quo ordine ueniant magis tunc docebit re
rum experientia q̄ nunc ad pfectum hoīm intelligentia ualet
consequi. Existimo tn̄ eo quo a me commemorata sunt ordine
esse uentura. Duo nobis ad hoc opus ptinentes reliqui sunt libri
ut adiuuante dn̄o nostro pmissa compleamus. quo℞ erit unus
de malo℞ supplicio alius de foelicitate iusto℞. In qbus maxīe
sicut deus donauerit argumenta refellent humana. Quę con
tra dicta ac pmissa diuina sapienter sibi miseri pdere uident,
et salubri fidei nutrimenta uelut falsa et ridenda contemnũt.
Qui uero scdm deum sapiunt omnia quę incredibilia uident hoīb
et tn̄ scripturis sanctis quarum iam ueritas multis modis asserta ē
continent maximum argumentum tenent ueracem dei omīpo
tentiam quę certum hn̄t nullo modo in eis potuisse mentiri et pos
se facere quod impossibile est infideli :—

Finito Beati Augustini episcopo Libro Vicesimo de ciuitate dei :
Incipiunt Capitula Libri Vicesimi primi eiusdem :—

postea male uiuendo facti sunt uel qui apud catolicos
renati ad hereses aut scismata transierunt. Vel hi qui
a catolicis apud quos renati sunt non recedentes crimi
nose uiuere persisterunt possint priuilegio sacramentorum
remissionem eterni sperare supplicii : C. xxv.
Quid sit in fundamento habere Christum et quibus
spondeatur salus quasi per ignis ustionem : C. xxvi.
Contra eorum persuasionem qui putant sibi non offu
tura peccata in quibus cum elemosinas facerent permanserunt : C. xxvii

AURELII AUGUSTINI HYPPONENSIS EPISCOPI LIBER VICESIMUSPRIMUS DE CIVITATE DEI INCIPIT

De dispositione ordinis qua prius disserendum est de perpetuo sup
plicio damnatorum cum dyabolo quam de eterna felicitate sanctorum;
Capitulum Primum

Cum per Iesum Christum dominum nostrum
iudicem uiuorum atque mortuorum ad de
bitos fines ambe peruenerint ciuitates. Qua
rum est una dei altera dyaboli. Cuiusmodi
supplicium sit futurum dyaboli et hominum
ad eum pertinentium in hoc nobis libro quan
tum ope diuina ualebimus diligentius
disputandum est. Ideo autem hunc tenere
ordinem malui ut postea disseram de
felicitate sanctorum quoniam utrumque cum corporibus erit. et incre
dibilius uidetur esse in eternis corpora durare cruciatibus quam sine
dolore ullo in eterna beatitudine permanere. Ac per hoc cum illam
poenam non debere esse incredibilem demonstrauero adiuua
bit me plurimum ut multo facilius omni carens molestia inmorta
litas corporum in sanctis futura credatur. Nec a diuinis ordo iste
abhorret eloquiis. ubi aliquando quidem bonorum beatitudo prius ponitur.
ut est illud. Qui bona fecerunt in resurrectionem uite. Qui autem
mala egerunt in resurrectionem iudicii. Sed aliquando et posterius ut
est. Mittet filius hominis angelos suos et colligent de regno eius
omnia scandala. et mittent in caminum ignis ardentem. Illic

erit fletus et stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sic sol in regno patris sui. Et illud sic ibunt isti in supplicium eternu̅. Iusti aute̅ in uitam eternam. Et in ꝓphetis quod co̅memorare longum est, nunc ille nunc iste ordo si quis inspiciat inuenitur. Sed ego istu̅ qua causa elegerim dixi. An possint corpora in ustione ignis esse perpetua. Capitulu̅ .ii.

QVid igitur ostendam unde conuincant̃ increduli posse humana corpora a̅i̅ata atq; uiuentia non solum nunq̅ morte dissolui sed in et̅no᷑ quoq; ignium durare torme̅tis? Nolunt eni̅ hoc ad omnipotentis referre potentiam. Sed aliquo exemplo persuaderi sibi flagitant. Quibus si respondebimus esse animalia ꝑfecto corruptibilia quia mortalia que ta̅ in mediis ignibus uiuant. non nullum etia̅ genus uermium in aquarum calidarum scaturigine repiri quarum feruorem nemo impune contractat. Illos autem non solum sine ulla sui lesione ibi esse sed extra esse non posse. Aut nolunt credere si ostendere non ualemus. Aut si ualuerimus sine oculis demonstrare res ipsas siue per testes idoneos edocere. Non satis esse hoc ad exemplum rei de qua questio est eadem infoelicitate contendent. Quia hec a̅i̅alia non sem̅p uiuunt et in illis feruoribus sine doloribus uiuunt. Sue quippe nature conuenientibus uegetant̃ illis non cruciant̃ elementis. quasi non incredibilius sit uegetari q̅ cruciari talibus rebus. Mirabile est eni̅ dolere in ignibus et ta̅ uiuere. Sed mirabilius uiuere in ignibus nec dolere. Si au̅t hoc creditur, cur non et illud? An consequens sit ut corporeum dolorem sequatur carnis interitus. Capitulum iii.

SEd nullum esse inquiunt corpus quod dolere possit nec possit mori. Et hoc unde scimus? Nam de corporibus quis incertus est demonum, utru̅ in eis doleant q̅n se affligi magnis cruciatibus confitentur? Q̃ si respondet terrenum corpus solidum s atq; conspicuum nullum esse. Atq; ut uno potius no̅i̅e id explicem esse carne̅ que dolere possit moriq; non possit, q̅d aliud d̅r nisi q̅d sensu corporis homines et experientia collegerunt. Nullam nanq; carnem esse nisi mortalem sciunt. Et hoc est eorum tota ratio. ut q̅d experti non sunt nequaq̅ esse posse arbitrentur. Nam cuius rationis est dolorem facere mortis argumentu̅, cum uite potius sit indicium? Et si eni̅ querimus utru̅ sem̅p possit

uiuere certum tamen est uiuere omne quod dolet. doloremque omnem
nisi in re uiuente esse non posse. Necesse est ergo ut uiuat dolens.
non est necesse ut occidat dolor. quia nec corpora ista mortalia
et utique moritura omnis dolor occidit. Et ut dolor aliquis possit
occidere illa causa est. quoniam sic est anima connexa huic corpori ut
summis doloribus cedat atque discedat. quoniam et ipsa compago membrorum
atque uitalium sic est infirma est. Ut eam uim quae magnum et sum
mum dolorem facit non ualeat sustinere. Tunc autem tali corpori
anima et eo connectitur modo ut illud uinculum sicut nulla temporis
longitudine soluitur. Ita nullo dolore rumpatur. Proinde etiam si caro
nunc talis nulla est. quae sensum doloris perpeti possit. mortemque non
possit. Erit tamen tunc talis caro qualis nunc non est. Non enim nulla
sed sempiterna mors erit. quando nec uiuere anima poterit. deum non
habendo nec doloribus corporibus carere moriendo. Prima mors a
nimam nollentem pellit de corpore. Secunda mors animam nollentem
tenet in corpore. Ab utraque morte communiter id habetur. ut quod non uult
anima de suo corpore patiatur. Attendunt autem isti contradictores
nullam esse nunc carnem. quae dolorem pati possit. mortemque non
possit. Et non attendunt esse tamen aliquid tale quod corpore maius sit.
Ipse quippe animus cuius praesentia corpus uiuit et regitur. et dolorem pati potest
et mori non potest. Ecce inuenta res est. quae cum sensum doloris habeat
inmortalis est. Hoc igitur erit tunc etiam in corporibus damnatorum.
quod nunc esse scimus in animis omnium. Si autem consideremus
diligentius dolor qui dicitur corporis. magis ad animam pertinet. Animae
est enim dolere. non corporis. etiam quando ei dolendi causa existit a cor
pore cum in eo loco dolet ubi laeditur corpus. Sicut ergo dicimus corpora
sentientia et corpora uiuentia. cum ab anima sit corporis sensus
et uita. Ita corpora dicimus et dolentia. cum dolor corpori nisi ab
anima esse non possit. Dolet itaque anima cum corpore in eo loco
eius ubi aliquid contingit ut doleat. Dolet et sola quamuis sit in cor
pore cum aliqua causa etiam inuisibiliter tristis est ipsa corpore inco
lumi. Dolet etiam non in corpore constituta. Nam utique dolebat diues
ille apud inferos quando dicebat. Crucior in hac flamma. Corpus autem
nec exanime dolet. nec animatum sine anima dolet. Si ergo a dolore
argumentum recte sumeretur ad mortem ut ideo mors possit accidere
quia potuit accidere et dolor magis ad animam pertineret mori ad quam
magis pertinet et dolere. Cum uero illa quae magis dolere potest non

possit mori. quid momenti affert cur illa corpora quoniam futura sunt in doloribus ideo etiam moritura esse credamus. Dixerunt quidem platonici ex terrenis corporibus moribundisque membris esse animae et metuere et cupere et dolere atque gaudere. Unde Virgilius hinc inquit id est ex moribundis terrenis corporis membris metuunt cupiuntque dolentque gaudentque. Sed conuicimus eos in duodecimo huius operis libro dicere animas secundum illos omni etiam labe purgatas diram cupiditatem qua rursus incipiunt in corpora uelle reuerti. Ubi autem potest esse cupiditas profecto et dolor potest. Frustrata quippe cupiditas siue non perueniendo quo tendebat siue amittendo quo peruenerat uertitur in dolorem. Quapropter si anima que uel sola uel maxime dolet habet tamen quandam pro suo modo inmortalitatem suam. Non ideo mori poterunt illa corpora quia dolebunt. Postremo si corpora faciunt ut anime doleant. cur eis dolorem possunt mortem uero inferre non possunt. nisi quia non est consequens ut mortem faciat quod dolorem facit. Cur ergo incredibile est ita ignes illis corporibus dolorem posse inferre non mortem sicut ipsa corpora dolere animas faciunt quas tamen non ideo mori cogunt. Non est igitur necessarium future mortis argumentum dolor.

De naturalibus exemplis quorum consyderatione doceatur posse inter cruciatus uiuentia corpora permanere. Capitulum IIII.

Quapropter sicut scripserunt qui naturas animalium curiosius indagarunt. Salamandra in ignibus uiuit. Et quidam notissimi Sicilie montes qui tanta temporis diuturnitate ac uetustate usque nunc ac deinceps flammis estuant atque integri perseuerant. satis idonei testes sunt non omne quod ardet absumi. Et anima indicat non omne quod dolere potest posse etiam mori. Quid adhuc a nobis rerum poscuntur exempla quibus doceamus non esse incredibile ut hominum corpora sempiterno supplicio punitorum et in igne animam non amittant. et sine detrimento ardeant et sine interitu doleant. Habebit enim tunc istam carnis substantia qualitatem ab illo inditam qui tam miras et uarias tot rebus indidit quas uidemus. ut eas quia multe sunt non miremur. Quis enim nisi deus creator omnium dedit carnem pauonis mortui ne putresceret. Quod cum auditu incredibile uideatur euenit ut apud Carthaginem nobis cocta apponeretur hec auis de cuius pectore pulparum quantum uisum est decerptum seruari iussimus. quod post dierum tantum spatium quanto alia caro quecumque cocta putresceret prolatum

atque oblatum in nihilo nostrum offendit olfatum. Item quod repositum
post dies amplius quam triginta id est quod erat inuentum. Item quod post
annum nisi quod aliquantum corpulentie siccioris et contractioris
fuit. Quis palee dedit uel tam frigidam uim ut obrutas niues
seruet uel tam feruidam ut poma immatura maturet. De ipso
igne mira quis explicet quo quecumque adusta nigrescunt cum
ipse sit lucidus et pene omnia que ambit et lambit colore pul
cherrimus decolorat. Atque ex pruna fulgida carbonem teterri
mum reddit. Neque id quasi regulariter diffinitum est. Nam
e contrario lapides igne cadente percocti et ipsi fiunt candidi.
Et quamuis magis ille rubeat illi albescent. Congruit tamen luci
quod album est sicut nigrum tenebris. Cum itaque ignis in lignis
ardeat ut lapides coquat contrarios habet non in contrariis rebus
effectus. Et si enim lapides et ligna diuersa sint contraria tamen non
sunt sicut album et nigrum quorum unum in lapidibus unum facit.
alterum in lignis clarus illos clarificans hec obfuscans cum in illis
deficeret nisi in istis uiueret. Quid in carbonibus nonne miranda
est et tanta infirmitas ut ictu leuissimo frangantur pressu facilli
mo conterantur ut tanta firmitas ut nullo humore corrumpantur
nulla etate uincantur. Usque adeo ut eos substernere soleant qui
limites figunt ad conuincendum litigatorem quisquis post quan
talibet tempora extiterit fixumque lapidem limitem non esse con
tenderit. Quis eos in terra humida infossos ubi ligna putresce
rent tam diu durare incorruptibiliter posset nisi rerum ille
corruptor ignis effecit. Intueamur et miraculum calcis excep
to eo de quo iam satis diximus quod igne candescat quo alia tetra
reddunt etiam occultissime ab igne ignem concipit. Eumque iam
gleba tangentibus frigida tam latenter seruat ut nullo nostro
sensui prorsus appareat sed compertus experimento etiam dum non
apparet sciatur inesse sopitus propter quod eam uiuam calcem loquimur.
Velut ipse ignis latens anima sit inuisibilis uisibilis corporis. Iam uero
quam mirum est quod cum extinguitur tunc accenditur. Vt enim occulto igne
careat aqua infunditur. Et cum ante sit frigida inde feruescit un
de feruentia cuncta frigescunt. Velut expirante ergo illa gleba
discedens ille ignis qui latebat apparet. Ac deinde tamquam morte sic
frigida est ut adiecta unda non sit arsura et quam calcem uoca
mus uiuam uocemus extinctam. Quid est quod huic miraculo addi

posse uideatur. et tamen additur. Nam si non adhibeas aqua, sed oleum
quod magis fomes est ignis nulla eius perfusione uel infusione feruescit. Hoc miraculum si de aliquo indico lapide legeremus siue audiremus et in nostrum experimentum uenire non posset, profecto aut
mendacium putaremus: aut certe granditer miraremur. Quarum
uero rerum ante oculos nostros quotidiana documenta uersantur: non
genere minus mirabili sed ipsa assiduitate uilescunt. Ita ut ex ipsa
India que remota est pars orbis a nobis desieremus non nulla mirari que ad nos potuerunt miranda perduci. Adamantem lapidem multi apud nos habent et maxime aurifices insignitoresque gemmarum. Qui lapis nec ferro nec igni nec alia ui ulla perhibetur preter
hircino sanguine uinci. Sed qui eum habent atque nouerunt numquid
ita mirantur ut hi quibus primum potentia eius ostenditur: quibus
autem non ostenditur fortasse nec credunt. Aut si credunt inexperta
mirantur. et si contingerit experiri adhuc quidem mirantur insolita.
Sed assiduitas experiendi paulatim subtrahit admirationis incitamentum. Magnetem lapidem nouimus mirabilem ferri esse raptorem quod cum primum uidi uehementer inhorrui. Quippe cernebam a lapide ferreum anullum raptum atque suspensum. Deinde
tanquam ferro quod rapuerat uim dedisset suam communemque fecisset.
Idem anulus alteri admotus est eundemque suspendit. Atque ut ille prior
lapidi sic alter anulus priori anulo coherebat. Accessit eodem
modo tertius. accessit et quartus: iamque sibi per mutua circulis nexis non implicatorum intrinsecus ad extrinsecus adherentium quasi cathena pependerat anulorum. Quis istam uim lapidis non stuperet
que illi non solum inerat. uerum et per tot suspensa transibat transibat. et inuisibilibus ea uinculis subligabat. Sed multo est mirabilius quod a fratre et episcopo meo Seuero mileuitano de isto lapide comperi. Se ipsumque uidisse narrauit quemadmodum Bathanarius quondam comes Aphrice cum apud eum conuiuaret episcopus eundem protulerit lapidem. et tenuerit sub argento ferrumque super argentum posuit
deinde sic subter mouebat manum qua lapidem tenebat. ita ferrum desuper mouebatur. Atque argento medio nihil quod patiente concitatissimo cursu ac reditu infra lapis ab homine supra ferrum rapiebatur a lapide. Dixi quod ipse conspexi dixi quod ab alio audiui, cui
tanquam ipse uiderim credidi. Quid etiam de isto magnete legerim
dicam. quando iuxta eum ponitur adamas non rapit ferrum. Et si iam

rapuerit ut ei propinquaverit mox remittit. India mittit hos lapides
Et si eos iam cognitos iam desistimus admirari; quanto magis illi a
quibus veniunt si eos facillimos habent. Sicut forsan habent ut nos
calcem quam miro modo aqua fervescentem qua solet ignis extin
gui et oleo non fervescentem quo solet ignis accendi quia in pro
mptu est non miramur.

Quanta sit quorum ratio nequeat agnosci et tamen eadem esse vera non sit ambiguum; Capitulum V.

Verumtamen homines infideles quibus cum divina vel preterita
vel futura miracula predicamus que illis experienda non va
lemus ostendere rationem a nobis earum flagitant rerum. Quam
quoniam non possumus reddere excedunt enim vires mentis humane
existimant falsa esse que dicimus. Ipsi de tot mirabilibus rebus
quas vel videre possumus vel videmus debent reddere rationem
Quod si fieri ab homine non posse perviderint fatendum est eis non ideo
aliquid non fuisse vel non futurum esse quia ratio inde non potest
reddi quando quidem sunt ista de quibus similiter non potest. Non itaque per
go per plurima que mandata sunt litteris non gesta atque trans
acta: sed in quibuscumque locis manentia quo si quisquam ire voluerit
et potuerit utrum vera sint explorabit. Sed pauca commemoro.
Agrigentinum sicilie salem perhibent cum fuerit admotus igni velut
in aqua fluescere cum vero ipsi aque velut in igne crepitare. Apud
Garamantas quendam fontem tam frigidum diebus ut non bibatur.
tam fervidum noctibus ut non tangatur. In epyro alium fontem in
quo faces ut in ceteris extinguuntur accense. sed non ut in ceteris accen
duntur extincte. Asbeston arcadie lapidem propterea sic vocari quod accensus
semel iam non posset extingui. Lignum cuiusdam ficus egyptie non
ut ligna cetera in aqua natare sed mergi et quod est mirabilius cum
in imo aliquandiu fuerit inde ad aque superficiem rursus emergere
quando madefactum debuit humoris pondere pregravari. Poma in
terra sodomorum gigni quidem et ad maturitatis faciem pervenire sed
morsu pressuve temptata in fumum ac favillam corio fatiscente
vanescere. Pyritem lapidem persicum tenentis manum si vehementius
prematur adurere propter quod ab igne nomen accepit. In eadem
perside gigni et lapidem Selenitem cuius interiorem candorem can
dorem cum luna crescere atque deficere. In capadocia etiam vento equas
concipere eosdemque fetus non amplius triennio vivere. Thilon
Indie insulam eo preferri ceteris terris quod omnis arbor que in ea gignitur

nunq̄ nudatur tegmine foliorum. De his atq; aliis innumerabilibus
mirabilibus que historia non factorum et transactorum sed manen-
tium locorum tenet. Mihi aūt aliud agenti ea psequi nimis longum
est. reddant rōem si possunt infideles isti qui nolunt diuinis litt̄is
credere. Quid aliud q̄ non putantes eas esse diuinas eo q̄ res ha
beant incredibiles. sicuti hoc ē unde nunc agimus. Non admittit
inquiūt ulla ratio ut caro ardeat neq; assumat. doleat neq; moria-
tur. Ratiocinatores uidelicet magni qui de omnibus reb; quas ēē
mirabiles constat. possint reddere rōem. Reddant ergo de his que
pauca posuimus. que pcul dubio si esse nescirent et ea futura esse di-
ceremus multo minus crederent. q̄ q̄ nunc dicentibus nobis nolūt
credere aliqn̄ uenturum. Quis enī eorum nobis crederet si queadmo
dum dicimus futura hoīm uiua corpora que semper arsura atque
dolitura nec tn̄ aliqn̄ moritura sint. Ita dicemus in futuro seculo
futurum salem quē faceret ignis uelut in aqua fluescere. eundemq;
facit aqua uelut in igne crepitare. Aut futurum fontem cui aqua
in refrigerio noctis sic ardeat ut non possit tangi in estibus uō diei
sic algeat ut non possit bibi. Aut futurum lapidem uel eum qui suo
calore manum constringentis aduereret. uel eum qui undecumq; accen-
sus extingui omino non posset. Et cetera que pretermissis aliis innumeris
commemoranda interim duxi. Hec ergo in illo seculo qd futurum
est si diceremus futura. nobis increduli responderent. si uultis ut ea
credamus de singulis reddite rōem. Nos non posse confiteremur
eo q̄ istis et similibus dei miris opibus infirma mortalium rōcinatio
uinceremur. fixam tn̄ apd nos esse rōem non sine ratione omnipotentē
facere unde animus humanus infirmus rōem non pot reddē. Et
in multis quidem rebus incertum nobis esse quid uelit. Illud tn̄ esse
certissimum nihil eorum illi esse impossibile quecumq; uoluerit.
[E]iq; nos credere predicenti quē neq; impotentem neq; mentientē pos
sumus credere. Hi tn̄ fidei reprehensores exactoresq; rōis quid
ad ista rn̄dent. de quibus ratio reddi ab hōie non pot et tn̄ sunt.
et ipsius rōis nature uident esse contraria. que si futura esse dicē
mus. similiter a nobis sicut eorum que futā esse dicimus ab infidelib;
ratio posceret. Ac per hoc dum in talibus opibus dei deficiat ratio
cordis et sermonis humani. sicut ista nō ideo etiā illa non erunt
qm̄ ratio de utrisq; ab hōie non pot reddi;

Quod non omnia miracula naturalia sint sed pleraq; demonum arte coposita; C. VI;

Hic forte respondeant prorsus nec ista sunt nec ista credimus,
falsa de his dicta falsa conscripta sunt. Et addant ratio-
cinantes atque dicentes. Si talia credenda sunt. credite
et vos quod in eisdem litteris est relatum. fuisse vel esse quoddam
veneris fanum atque ibi candelabrum et in eo lucernam sub di-
vo sic ardentem ut eam nulla tempestas nullus hymber extin-
gueret. Unde sicut ille lapis ita ista lichnos asbestos id est lucerna inex-
tinguibilis nominata est. Quod propterea poterunt dicere ut responden-
di nobis angustias ingerant. quia si dixerimus non esse creden-
dum scripta illa miraculorum infirmabimus. Si autem credendum
esse concesserimus firmabimus numina paganorum. Sed nos sicut
iam in libro duodecimo huius operis diximus. Non habemus omnia
necesse credere que historia continet gentium. Cum et ipsi in-
ter se historici sicut ait Varro. quasi data opera et quasi ex industria
per multa dissentiant. Sed ea si volumus credimus que non ad-
versantur libris quibus non dubitamus oportere nos credere. De
his autem miraculorum locis nobis ad ea que futura persuadere incre-
dulis volumus satis illa sufficiunt que nos quoque possumus experi-
e t eorum testes idoneos non difficile est invenire. De isto autem fano
v eneris et lucerna inextinguibili non solum in nullas coartamur
angustias. verum etiam in latitudinis nobis campus aperitur. Addi-
mus etiam ad istam lucernam inextinguibilem et humanarum
et magicarum id est per homines demoniacarum artium et ipsorum per se ipsos
demonum multa miracula que si negare voluerimus eidem ipsi
cui credimus sacrarum litterarum adversabimur veritati. Aut ergo
in lucerna illa mechanicum aliquid de lapide albesto ars humana
molita est. aut arte magica factum est. quod homines illo mirarentur
in templo. Aut demon quispiam sub nomine veneris tanta se effica-
cia presentavit ut hoc ibi prodigium et appareret hominibus et diutius perma-
neret. Illiciuntur autem demones ad inhabitandum per creaturas quas
non ipsi sed deus condidit delectabilibus pro sua diversitate di-
versis non ut animalia cibis sed ut spiritus signis. Signis que
cuiusque delectationi congruunt per varia genera lapidum herba-
rum lignorum animalium carminum rituum. Ut autem illiciantur ab
hominibus prius eos ipsi astutissima calliditate seducunt vel inspi-
rando eorum cordibus virus occultum vel etiam fallacibus amicitiis appa-
rendo eorumque paucos suos discipulos faciunt plurimorumque doctores

Neq; potuit nisi primum ipsis docentibus disci qd quisq; illoꝝ appe-
tat qd exhorreat quo inuitet nomine quo cogat. Vnde magice artes
earumq; artifices extiterunt. Maxime aut possident corda mor-
talium qua potissimu3 possessione gloriant. cum se transfigurant
in angelos lucis. Sunt ergo facta eoꝝ plurima que quanto magis
mirabilia confitemur tanto cautius uitare debemus. Sed ad hoc
unde nunc agimus nobis etiam ipsa pficiunt. Si enim hec im mundi
demones possunt quanto potentiores sancti angli. quanto potentior
his omnibus deus qui tantoꝝ miraculoꝝ effectores etiam ipsos anglos
fecit. Quocirca si tot et tanta mirifica que mechanemata appel-
lant dei creatura utentibus humanis artibus fiunt. ut ea qui nesci-
unt opinentur esse diuina. Vnde factum est ut in quodam templo
lapidibus magnetibus in solo et camera pportione magnitudinis
positis simulachrum ferreum aeris illius medio inter utrumq; la-
pidem ignorantibus quid sursum esset ac deorsum quasi numinis
ptate penderet. quale aliqd etiam in illa lucerna ueneris de lapide
albesto ab artificibus fieri potuisse iam diximus. Si magoꝝ opa
quos nra scriptura ueneficos et incantatores uocat in tantum demo-
nes extollere potuerunt ut congruere hominum sensibus sibi nobilis po-
eta uideretur de quadam foemina que tali arte polleret dicens. Haec se
carminibus pmittit soluere mentes. Quas uelit ast aliis duras imittere
curas. Sistere aquam fluuiis et uertere sidera retro. Nocturnosq; ci-
et manes mugire uidebis. Sub pedibus terram. et descendere mon-
tibus ornos. Quanto magis deus potens est facere que infidelibus sunt
incredibilia. sed illius facilia ptati. Quando quidem ipse lapidum
aliarumq; uim rerum et hominum ingenia qui eis miris utuntur modis,
angelicasq; naturas omnibus terrenis potentiores animantibus condi-
dit uniuersa mirabilia mirabili uincente uirtute et opandi iu-
bendi sinendiq; sapientia. utens omnibus tam mirabiliter quam
creauit;

Quod in rebus miris summa credendi ratio sit omnipotentia creatoris: — Capitulum . VII ;

CUR itaq; facere non possit deus ut et resurgant corpora
mortuoꝝ et igne eterno crucient corpora damnatorum.
qui fecit mundum in celo in terra in aere in aquis in mira-
bilibus miraculis plenum. Cum sit omnibus quibus plenus est, pcul
dubio maius et excellentius etiam mundus ipse miraculum. Sed isti
cum quibus uel contra quos agimus qui et deum esse credunt a quo factus

est mundus, et deos ab illo factos per quos ab illo administratur hic
mundus et miraculorum effectrices sive spontaneorum sive cultu et ri
tu quolibet impetratorum: sive etiam magicorum mundanas vel non ne
gant vel insuper etiam predicant potestates quando eis rerum vim mira
bilem proponimus aliarum quae nec animalia sunt rationalia nec ulla ratione
prediti spiritus. Sicut sunt ea quorum pauca commemoravimus. Respon
dere assolent. Vis est ista nature natura eorum sic esse habet propriarum
iste sunt efficacie naturarum. Totaque ratio est cur Agrigentinum
salem flamma fluere faciat aqua crepitare quia hec est natura eius. At
hoc esse potius contra naturam videtur. quae non igni sed aque dedit
salem solvere: torrere autem igni non aque. Sed ista inquiunt salis
huius naturalis est vis ut his contraria patiatur. Haec igitur ratio redditur
et de illo fonte garamantico ubi una vena friget diebus noctibusque
fervet vi utraque molesta tangentibus. Haec et de illo alio qui cum sit
contractantibus frigidus et facem sicut alii fontes extinguat accensam
dissimiliter tamen atque mirabiliter idem ipse accendit extinctam. Hec
et de lapide albesto qui cum ignem nullum habeat proprium accepto tamen sic
ardet alieno ut non possit extingui. Haec de ceteris que piget retex
ere quibus licet vis insolita contra naturam esse videatur alia tamen
de illis non redditur ratio nisi ut dicatur hanc eorum esse naturam. Bre
vis sane ista est ratio. fateor sufficiensque responsio. Sed cum deus
autor sit naturarum omnium: Cur nolunt fortiorem nos reddere rationem. quando
aliquid velut impossibile nolunt credere eisque reddi rationem poscentibus
respondemus hanc esse voluntatem omnipotentis dei qui certe non ob
aliud vocatur omnipotens. nisi quoniam quicquid vult potest Qui potuit creare tam
multa que nisi ostenderentur aut a credendis hodieque dicerentur testibus
profecto impossibilia putarentur non solum que ignotissima apud nos.
verum etiam que notissima posui. Illa enim que preter eos quorum de his
libros legimus non habent testem et ab eis conscripta sunt qui non sunt
divinitus docti atque humanitus falli forte potuerunt. Licet cuique
sine recta reprehensione non credere. Nam nec ego volo temere
credi cuncta que posui quia nec a me ipso ita creduntur tamquam nulla
de illis sit in mea cogitatione dubitatio. exceptis his que vel ipse sum
expertus et cuivis facile est experiri. sicut de calce quod fervet in aqua in oleo
frigida est. De magnete lapide quod nescio qua sorbitione insensibili
stipulam non moveat et ferrum rapiat. De carne non putrescente
pavonis cum putruerit et platonis. De palea sic frigente ut fluere

niuem non sinat: sic calente ut maturescere poma compellat. De igne
fulgido quod secundum suum fulgorem lapides coquendo candificet et con
tra eundem suum fulgorem urendo plurima offuscet. Tale est et quod
nigre macule effunduntur ex oleo splendido. Similiter nigre linee
de candido imprimuntur argento. De carbonibus etiam quod accedente
igne sic uertantur in contrarium ut de lignis pulcherrimis tetri fra
giles de duris imputribiles de putribilibus fiant. Haec ipse quaedam
cum multis quaedam cum omnibus noui et alia plurima que huic li
bro inserere longum fuit. De his autem que posui non experta
sed lecta preter de fonte illo ubi faces et extinguuntur ardentes et
accenduntur extincte. Et de pomis Sodomorum terre forinsecus quasi
maturis intrinsecus fumeis. Nec testes aliquos idoneos a quibus utrum
uera essent audirem potui reperire. Et ullum quidem fontem non in
ueni qui in Epyro uidisse se diceret. Sed qui in Gallia similem nosceret
non longe a Gratianopoli ciuitate. De fructibus autem arborum Sodomi
tarum non tantum littere fidedigne indicant uerum et tam multi se
loquuntur expertos ut hic dubitare non possim. Cetera uero sic habeo
ut neque neganda neque affirmanda decreuerim. Sed ideo etiam ipsa
posui quoniam apud eorum contra quos agimus historicos legi ut osten
derem qualia multa multique illorum nulla reddita ratione in suorum litte
ratorum scripta litteris credant qui nobis credere quando hic quod eorum
experientiam sensumque transgreditur omnipotentem deum dicimus
esse facturum nec hac reddita ratione dignantur. Nam que melior
et ualidior ratio de rebus talibus redditur quam cum omnipotens ea posse
facere perhibetur. Et facturus dicitur que pronuntiasse ibi legitur ubi alia multa
pronuntiauit que fecisse monstratur. Ipse quippe faciet quia se facturum
esse predixit que impossibilia esse putantur. Qui promisit et fecit
ut ab incredulis gentibus incredibilia crederentur;

Non est contra naturam cum in aliquo cuius natura innotuit ali
quid ab eo quod erat notum incipit esse diuersum; Capitulum VIII;

Si autem respondent propterea se non credere que de huma
nis semper arsuris nec umquam morituris corporibus dicimus
quia humanorum corporum naturam nouimus longe aliter insti
tutam. Unde nec illa ratio hic reddi potest que de illis naturis mira
bilibus reddebatur. Ut dici posset uis ista naturalis est. Rei huius ista
natura est. Quoniam scimus humane carnis istam non esse naturam: ha
bemus quidem quid respondeamus de litteris sacris hanc ipsam s.

humanam carnem aliter institutam fuisse ante peccatum · ut posset
numquam perpeti mortem · aliter autem post peccatum qualis in erumna
huius mortalitatis innotuit · ut perpetem uitam tenere non possit.
Sic ergo aliter quam nobis nota est instituetur in resurrectione mortuorum.
Sed quoniam istis non credunt litteris ubi legitur qualis in paradiso
uixerit homo quantumque fuerit a necessitate mortis alienus · quibus
utique si crederent non cum illis de poena damnatorum · quae futura
est operosius ageremus de litteris eorum qui doctissimi apud illos
fuerunt · aliquid proferendum est. Quo appareat posse fieri ut
aliter se habeat queque res quam prius in rebus innotuerat · sue determi
natione nature. Est in Marci Varronis libris quorum inscriptio est.
de gente populi Romani quod eisdem uerbis quibus ibi legitur et hic ponam.
In celo inquit mirabile extitit portentum. Nam stellam ueneris
nobilissimam quam Plautus uespuginem · Homerus uespon appellat
pulcherrimam dicens. Castor scribit tantum portentum extitisse
Ut mutaret colorem magnitudinem figuram cursum · quod factum ita
neque antea neque postea sit · hoc factum ogigo rege dicebant adrastrum
Cizicenos et Dunonea polites mathematici nobiles. Hoc certe Varro
tantus autor portentum non appellaret · nisi esse uideretur contra
naturam · omnia quippe portenta contra naturam dicimus esse · sed non
sunt. Quo enim sunt contra naturam · quod dei fit uoluntate · cum uoluntas
utique tanti conditoris conditae rei cuiusque natura sit. Portentum ergo
fit non contra naturam · sed contra quam est nota natura. Quis autem
portentorum numerat multitudinem · quae historia gentium continentur.
Sed nunc in hoc uno attendamus quod ad rem de qua agimus pertinet.
Quid ita dispositum est ab autore celi et terre · quemadmodum cur
sus ordinatissimus syderum. Quid tam ratis legibus fixisque firmatum.
Et tamen quando ille uoluit · qui summo regit imperio ac potestate quod condi
dit · stella pre ceteris magnitudine ac splendore notissima colorem
magnitudinem figuram · et quod est mirabilius sui cursus ordinem legem
que mutauit. Turbauit profecto tunc si ulli iam fuerunt canones astro
logorum quos ueluti inenarrabili computatione de preteritis ac
futuris astrorum motibus conscriptos habent · quos canones sequendo
ausi sunt dicere · hoc quod de lucifero contigit nec antea nec postea
contigisse. Nos autem in diuinis libris legimus et solem ipsum et stetis
se cum hoc a domino deo petiuisset uir sanctus Iesus naue · donec cep
tum prelium uictoria terminaret. Et retrorsum redisse ut regi Ezechie

quindecim anni ad uiuendum additi. hoc etiā pdigio pmissioī
dei significarent adiuncto. Sed ista quoq; miracula quę meritis
sunt concessa scōꝝ. qui credunt ista facta magicis artibus tribuūt.
V nde illud est qđ superius commemoraui dixisse Virgilium. Sistere
aquā fluuijs et uertere sydera retro. Nam et fluuium superius
inferiusq; fluxisse cum populus dei ductore supra memorato Iesu
naue uiam carperet. Et Helya pphēta transeunte ac postea discipło
eius Heliseo id esse factum in sacris litteris legimus. Et retrouersum
fuisse maximū sidus regnante Ezechia modo commemorauimus. Qđ
uo de lucifero Varro scribit. non est illic datū alicui petenti homi
illud fuisse concessum. Non ergo de notitia naturarū caliginem
faciant sibi infideles quasi non possit in aliqua re diuinitus fieri
aliud q̃ in eius natura p humanam suam expientia cognouerant.
q̃uis et ipsa que in rerū natura omnibus nota sunt. non minus mi
ra sunt. essentq; stupenda considerantibus cunctis si solerent ho
mines mirari mira. nisi rara. Quis enī consulta rōe non uideat in
hoīm innūabili nūositate et tanta nature similitudine. ita ualde mi
rabiliter sic hēre singulos singulas facies. ut nisi inter se siles essent.
discernerentur species eoꝝ ab aīalibus ceteris. Et rursus nisi inter se dis
similes essent. non discernerentur singuli ab hoībus ceteris. Quos ergo
similes confitemur. eosdem dissiles inuenimus. Sed mirabilior est
consideratio dissimilitudinis. qm similitudinē iustius uidetur exposcere
natura cōis. Et tn̄ qm que sunt rara. ipsa sunt multo amplius ad
miramur. qn duos ita similes repimus. ut in eis discernendis aut
semp aut frequenter erremus. Sed qđ dixi scriptum a Varrone.
licet eoꝝ sit historicus idemq; doctissimus. fortasse uere factum
esse non credunt. aut qa non diu mansit alius eiusdem sideris cur
sus. sed reditum est ad solitum. minus isto mouentur exemplo. Ha
bent ergo aliud qđ etiā nunc possit ostendi. eisq; puto debere suf
ficere quo commoneantur cum aliquid aduerterint in aliqua insti
tutione nature. eamq; sibi notissimā fecerint. Non se inde deo de
bere pscribere. quasi eam non possit in longe aliud q̃ eis cognita ē
uertere atq; mutare. Terra sodomoꝝ non fuit utiq; ut nunc est.
sed iacebat similis ceteris facie. eademq; uel etiā uberiore fecundi
tate pollebat. Nam dei paradiso in diuinis eloquijs comparata ē.
H ec postea q̃ tacta de celo est. sicut illoꝝ quoq; attestatur historia
et nunc ab eis qui ueniunt ad illa loca conspicitur pdigiosa fuligine

horrori est. Et poma eius interiorem fauillam mendacis superficie maturitatis includunt. Ecce non erat talis et talis est. Ecce a conditore naturarum natura eius in hanc fedissimam diuersitatem mirabili mutatione conuersa est. Et quod post tam longum accidit tempus tam longo tempore perseuerat. Sicut ergo non fuit impossibile deo quas uoluit instituere; sic ei non est impossibile in quicquid uoluerit quas instituit mutare naturas. Unde illorum miraculorum multitudo siluescit que monstra ostenta portenta prodigia nuncupantur que recolere et commemorare si uelim huius quis erit finis.

Monstra sane dicta perhibent a monstrando quod aliquid significando demonstrent. et ostenta ab ostendendo. et portenta a portendendo. Prodigia quod porro id est futura predicant. Sed uiderint eorum coniectores quomodo ex eis siue fallantur siue instinctu spirituum quibus cura est tali pena dignos animos hominum noxie curiositatis retibus implicare. etiam uera predicant. siue multa dicendo aliquando in aliquid ueritatis incurrant.

Nobis tamen ista que uelut contra naturam fiunt et contra naturam fieri dicuntur quo more hominum locutus est et apostolus dicendo contra naturam in oleam insitum oleastrum factum esse participem pinguedinis olee monstra ostenta portenta prodigia nuncupantur. Hoc monstrare debent hoc ostendere portendere hoc predicare quod facturus sit deus que de corporibus hominum se prenunciauit esse facturum nulla impediente difficultate nulla prescribente lege nature. Quo autem prenuntiauerit satis in libro superiore docuisse me existimo. decerpendo de scripturis sanctis et nouis et ueteribus non quidem omnia ad hoc pertinentia sed que sufficere huic operi iudicaui:~

De gehenne aeternarum quoque qualitate poenarum; Capitulum IX.

Quod igitur de sempiterno supplicio damnatorum per suum prophetam deus dixit. fiet omnino fiet. Vermis eorum non morietur. et ignis eorum non extinguetur. Ad hoc enim uehementius commendandum etiam dominus iesus cum membra que hominem scandalizant pro his hominibus poneret quos ut sua membra dextra quis diligit ea que preciperet amputari. Bonum est tibi inquit debilem introire in uitam quam duas manus habentem ire in gehennam in ignem inextinguibilem ubi uermis eorum non moritur et ignis eorum non extinguitur. De pede similiter. Bonum est tibi inquit claudum introire in uitam aeternam quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis ubi uermis eorum non morietur et ignis non extinguetur.

~ : · Non aliter · : ~

Non aliter ait de oculo. Bonum est tibi luscum introire introire in regnum dei quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis ubi uermis eorum non moritur et ignis non extinguitur. Non enim eum piguit uno loco eadem uerba ter dicere. Quem non terreat ista repetitio et illius pene comminatio tam uehemens et ore diuino? Vtrumque autem horum ignem scilicet atque uermem qui uolunt ad animi penas non ad corporis pertinere dicunt uri dolore animi sero atque infructuose penitentes eos qui fuerint a regno dei separati. Et ideo ignem pro isto dolore urente non incongrue poni potuisse contendunt.

Vnde illud apostoli est. Quis scandalizatur et non ego uror? Eundem etiam uermem putant intelligendum esse. Nam scriptum est inquiunt.

Sicut tinea uestimentum et uermis lignum sic meror excruciat cor uiri.

Qui uero poenas et animi et corporis in illo supplicio futuras esse non dubitant igne uri corpus animum autem rodi quodammodo uerme meroris affirmant. Quod etsi credibilius dicitur quia utique absurdum est ibi dolorem aut corporis aut animi defuturum. Ego tamen facilius estimo ad corpus dicam utrumque pertinere quam neutrum. et ideo tacitum in illis diuine scripture uerbis animi dolorem quoniam consequens esse intelligitur etiam si non dicatur ut corpore sic dolente animus quoque sterili penitentia crucietur. Legitur quippe et in ueteribus scripturis. uindicta carnis impii ignis et uermis. potuit breuius dixisse uindicta impii. Cur ergo dictum est carnis impii? nisi quia utrumque id est et ignis et uermis pena erit carnis? Aut si propterea uindictam carnis dicere uoluit quia hoc in homine uindicabitur quod secundum carnem uixerit. Propter hoc enim ueniet in mortem secundam quam significauit apostolus dicens. Si enim secundum carnem uixeritis moriemini. Eligat quisque quod placet aut ignem tribuere corpori animo uermem. hoc proprie illud tropice. aut utrumque proprie corpori.

Iam enim satis superius disputaui posse animalia etiam in igne uiuere in ustione sine consumptione in dolore sine morte per miraculum omnipotentissimi creatoris cui hoc possibile esse qui negat a quo sit quicquid in naturis omnibus miratur ignorat. Ipse est enim deus qui omnia in hoc mundo magna et parua miracula que commemorauimus fecit *et incomparabiliter plura que non commemorauimus*. eademque ipso mundo uno atque omnium maximo miraculo inclusit. Eligat ergo unum e duobus quisque quod placet. utrum et uermem ad corpus proprie an ad animum translato a corporibus ad incorporalia uocabulo existimet pertinere. Quid autem horum uerum sit. res ipsa expeditius indicabit quando erit scientia tanta sanctorum ut eis cognoscenda rerum illarum

poenarum necessaria non sit experientia, sed ea que tunc erit plena atq; perfecta ad hoc quoq; sciendum sapientia sola sufficiat. Nunc enim experte scimus donec perveniat quod perfectum est. dum tamen nullo modo illa corpora talia futura esse credamus, ut nullis ab igne afficiantur doloribus;

An ignis gehenne si corporalis est possit malignos spiritus i. demones incorporeos tactu suo adurere; Capitulum x.

Hic occurrit querere si non erit ignis incorporalis, sicut est animi dolor. sed corporalis tactu noxius. ut eo possint corpora cruciari. Quomodo in eo erit etiam pena spirituum malignorum. Idem quippe ignis erit supplicio scilicet hominum attributus et demonum dicente Christo. Discedite a me maledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius, nisi quia sunt quedam sua et daemonibus corpora. Sicut doctis hominibus visum est ex isto aere crasso atq; humido cuius impulsus vento flante sentitur quod genus elementi si nihil igne perpeti posset non ureret fervefactus in balneis. Ut enim urat prior uritur facitq; quod patitur. Si autem quisquam nulla habere corpora demones asseverat, non est de hac re aut laborandum operosa inquisitione aut contentiosa disputatione certandum. Cur enim non dicamus quamvis miris tamen veris modis etiam spiritus incorporeos posse poena corporalis ignis affligi si spiritus hominum, etiam ipsi profecto incorporei et nunc potuerunt includi corporalibus membris, et tunc poterunt corporum suorum vinculis insolubiliter alligari. Adherebunt ergo si eis nulla sint corpora spiritus demonum immo spiritus demones licet incorporei corporeis ignibus cruciandi: ut non ignes ipsi quibus adherebunt eorum iunctura inspirentur et animalia fiant, que constent spiritu et corpore, sed ut dixi miris et ineffabilibus modis adherendo accipientes ex ignibus poenam, non dantes ignibus vitam, quia et iste alius modus quo corporibus adherent spiritus et animalia fiunt, omnino mirus est, nec comprehendi ab homine potest. et hoc ipse homo est. Dicerem quidem sic arsuros sine ullo corpore spiritus. Sicut ardebat apud inferos ille dives quando dicebat crucior in hac flamma, nisi convenienter responderi cernerem, talem fuisse illam flammam quales oculi quos levavit et Laçarum vidit. Qualis lingua fuit cui humore exiguo desideravit infundi. Qualis digitus Lazari de quo id fieri sibi postulavit. ubi tamen erant sine corporibus anime. Sic ergo incorporalis et illa flamma qua exarsit et illa guttula quam poposcit. Qualia sunt etiam visa

dormientium · siue in extasi cernentium res incorporales habentes
tm similitudinem corporum. Nam et ipse homo cum spu no cor
pore sit in talibus uisis · ita se tn tunc silem suo corpori uidet · ut
discernere omnio non possit. At uero gehenna illa · qd et stagnum
ignis et sulphuris dcm est · corporeus ignis erit · et cruciabit corpora
damnatorum · aut hominum et demonum · solida hoim · aeria dæ
monu · aut tantu hominu corpora cu spiritibus · demones aute
spus sine corporibus herentes sumendo poenam · non impartiendo
uitam corporalibus ignibus. Vnus quippe utrisq; ignis erit · sicut
ueritas dixit;

An hæc ratio iustitie habeat utrum sint extensi ora penarum tempora q fuerint peccatorum; Capitulum · xi ;

Si aut quidam eorum contra quos defendimus ciuitate dei
iniustum putant · ut pro peccatis qualibet magnis · paruo
tpre ppetratis · poena quisq; damnetur æterna · quasi ulli u
nmq iustitia legis attendat · ut tanta mora tpris unde puniens
amisit. Octo gna poenarum in legibus esse scribit Tullius · damnu
uincula · uerbera · talionem · ignominiam · exilium · morte · serui
tutem. Quid hoc est · qd in breue tpus · pro cuiusq; peccati celeritate
coartet · ut tanta uindicetur morula · qnta deprehenditur ppetratum · n
forte talio. Illud eni agit ut hoc patiatur quisq; quod fecit · unde illd
est legis · oculum pro oculo · dentem pro dente. Fieri eni pot · ut tam
breui tpre quisq; amittat oculum seueritate uindicte · qua tulit
ipse alteri iprobitate peccati. Porro aut si aliene foemine osculu
infixu · rois sit uerbere uindicare · nonne qui illud puncto tpris
fecerit incompabili horarum spatio uerberatur · et suauitas uolup
tatis exigue diuturno dolore punitur. Quid in uinculis · numqd
tam diu quisq; iudicandus est esse debere · qm diu fecit · unde me
ruit alligari · cum iustissime a nobis poenas seruus in copedibus
pendat · qui uerbo aut ictu celerrime transeunte · uel lacessiuit
dnm · uel plagauit. Iam uo damnum · ignominia · exiliu · seruitus
cum plerumq; sic infligunt · ut nulla uenia relaxentur. Nonne pro
huius uite modo · silia penis uidentur eternis. Ideo quippe eterne
esse non possunt · qa nec ipsa uita · que his plectitur porrigitur in æ
ternu. et tn peccata que uindicantur · longissimi tpris poenis · bre
uissimo tpre ppetrantur. Nec quisq extitit qui censuerit tam cito
nocentium finienda esse tormenta · qm cito fcm est uel homici
dium · uel adulteriu · uel sacrilegium · uel quodlibet aliud scelus

non temporis longitudine sed iniquitatis et impietatis magnitu
dine metiendum. Quid uero pro aliquo magno crimine morte
mulctatur numquid mora qua occiditur que per breuis est eius supplici
um leges estimant. et non quod eum in sempiternum auferunt de so
cietate uiuentium. Quid est autem de ista ciuitate mortali homines
supplicio scde mortis auferre. Sic enim non efficiunt leges huius ciuita
tis ut in eam quisque reuocetur occisus. sic nec illius ut in uitam reuocetur
eterna scda morte damnatus. Quo ergo uerum est inquiunt quod ait
xpus noster. In qua mensura mensi fueritis in ea remetietur uobis. si
temporale peccatum supplicio punitur eterno. Nec attendunt non propter
equalitatem temporis sed propter uicissitudinem mali. i. ut qui mala
fecerit mala patiatur eandem dictam fuisse mensuram. quamuis hoc in
ea re proprie possit accipi de qua dominus cum hoc diceret loquebatur. i. de
iudiciis et condemnationibus. Proinde qui iudicat et condemnat
iniuste si iudicatur et condemnatur iuste in eadem mensura recipit.
quamuis non hoc quod dedit. Iudicio enim fecit. Iudicio patitur. Quamuis
damnatione fecerit quod iniquum est. patitur damnatione quod iustum est;

De magnitudine preuaricationis primae ob quam aeterna poena omnibus
debeatur qui extra fuerunt gratiam saluatoris :~ Capitulum . xii :~

Sed poena eterna ideo dura et iniusta uidetur sensibus huma
nis quia in hac infirmitate moribundorum sensuum deest
ille sensus altissime purissimeque sapientie quo sentiri possit
quantum nefas in illa prima preuaricatione commissum sit. Quanto enim
magis homo fruebatur deo tanto maiore impietate dereliquit deum
Et factus est malo dignus eterno qui hoc in se peremit bonum. quod esse
possit eternum. Hinc est uniuersa generis humani massa damnata quoniam
qui hoc primus amisit cum ea que in illo fuerat radicata sua stirpe
punitus est ut nullus ab hoc iusto debitoque supplicio nisi misericor
dia et indebita gratia liberetur. Atque ita dispertiatur genus humanum ut
in quibusdam demonstretur quid ualeat misericors gratia in ceteris quid
iusta uindicta. Neque enim utrumque demonstraretur in omnibus quia si omnes
remanerent in penis iuste damnationis. in nullo appareret misericors
gratia. Rursus si omnes a tenebris transferrentur in lucem in nullo appa
reret ueritas ultionis. In qua propterea multo plures quam in illa sunt. ut sic
ostenderetur quod omnibus deberetur quod si omnibus redderetur iustitiam uin
dicantis iuste nemo reprehenderet. Quia uero tam multi exinde li
berantur est unde agantur maxime gratie gratuito muneri liberantis;

Contra opinionem eorum qui putant criminosis supplicia post mortem causa purgationis haberi : Capitulum · xiii ·

Platonici quidem quamvis impunita nulla velint esse peccata tamen omnes penas emendationi adhiberi putant vel humanis inflictas legibus vel divinis sive in hac vita sive post mortem si aut parcatur hic cuique aut ita plectatur ut hic non corrigatur. Hinc est Maronis illa sententia: ubi cum dixisset de terrenis corporibus moribundisque membris quod animae hinc metuunt cupiuntque dolent gaudentque. Nec auras suscipiunt clausae tenebris et carcere ceco secutus adiunxit atque ait. Quin et supremo cum lumine vita reliquit. id est cum die novissimo reliquit eas ista vita. Non tamen inquit. omne malum miseris nec funditus omnes. Corporeae excedunt pestes penitusque necesse est Multa diu concreta modis inolescere miris. Ergo exercentur penis veterumque malorum Supplicia expendunt aliae panduntur inanes Suspensae ad ventos. aliis sub gurgite vasto. Infectum eluitur scelus aut exuritur igni.

Qui hoc opinantur nullas poenas nisi purgatorias volunt esse post mortem ut quoniam terris superiora sunt elementa aqua aer ignis ex aliquo istorum mundetur per expiatorias poenas quod terrena contagione contractum est. Aer quippe accipitur in eo quod ait suspensae ad ventos. Aqua in eo quod ait sub gurgite vasto. Ignis autem suo nomine expressus est cum dixit aut exuritur igni. Nos vero in hac quidem mortali vita esse quasdam poenas purgatorias purgatorias confitemur non quibus affliguntur quorum vita vel non inde fit melior vel non potius inde fit peior. Sed illis sunt purgatoriae qui eis coerciti corriguntur. Ceterae omnes poenae sive temporaneae sive sempiternae sicut unusquisque divina providentia tractandus est inferuntur vel pro peccatis sive praeteritis sive in quibus adhuc vivit ille qui plectitur vel pro exercendis declarandisque virtutibus per homines et angelos seu bonos seu malos. Nam et si quisque mali aliquid alterius improbitate seu errore patiatur patiatur peccat quidem homo qui vel ignorantia vel iniustitia cuiquam mali aliquid facit. Sed non peccat deus qui iusto quamvis occulto iudicio fieri sinit. Sed temporarias poenas alii in hac vita tantum alii post mortem alii et nunc et tunc. verum tamen ante iudicium illud severissimum novissimumque patiuntur. Non autem omnes veniunt in sempiternas penas quae post illud iudicium sunt futurae. qui post mortem sustinent temporales. Nam quibusdam quod in isto non remittitur remitti in futuro seculo. id est ne futuri seculi aeterno supplicio puniantur. Iam supra diximus.

Rarissimi sunt autem qui nullas in hac vita sed tamen post eam penas luunt.

Fuisse tn̄ aliquos qui usq; ad decrepitam senectutem ne leuissimā qdē febriculam senserint quietamq; duxerit uitam. Et ipsi nouimus et audiuimus :

De poenis temporalis istius uitæ quibus subiecta est humana conditio : Capitulum . xiiii :

QVanq̄ uita ipsa mortalium tota poena sit. quia tota temptatio est. sicut sacrę litterę psonant ubi scriptum est. Nunqd non temptatio est uita hominis super terrā. Non enī parua poena est ipsa insipientia uel imperitia. quę usq; adeo fugienda merito iudicat̄ uel per poenas doloribus plenas pueri cogantur quęq; artificia uel litteras discere. Ipmq; discere ad qd̄ penis adigunt̄ tam penale est eis ut non nunq̄ ipsas poenas p quas cōpellunt̄ discere malit̄ ferre q̄ discere. Quis aūt non exhorreat et mori eligat. si pponat̄ aut mors ppetienda. aut rursus infantia. Que qdem q̄ non a risu sed a fletu ordit̄ hanc lucem quid maloꝝ ingressa sit nesciens pphetat qdāmō. Solum qn̄ natus est ferunt risisse zoroastrē. nec ei boni aliqd monstruosus risus ille portendit. Nam magicarū artium fuisse phibet̄ inuentor. quę qdem illi ad p̄ntis uitę uanam foelicitatem contra suos inimicos prodesse non potuerūt. A nino quippe rege assyrioꝝ cum esset ipse bactrianoꝝ bello supatus est. Prorsus quod scriptū est. graue iugum sup filios adam a die exitus de uentre matris eorū usq; in diem sepulturę in matrē omnium usq; adeo impleri necesse est. ut ipsi paruuli per lauacrum regn̄ationis ab originalis peccati quo solo tenebant̄ uinculo iam soluti mala multa patientes non nulli et incursus spuum malignoꝝ aliqn̄ patiant̄. que quidē passio absit ut eis obsit. si hanc uitam in illa ętate etiā ipsa passione ingrauescēte et aīam de corpore excludente finierint ;

Quod omne genus opus gratiæ dei eruentis nos de pfunditate ueteris mali ad futuri sæculi pertineat nouitatem : Capitulum . XV :

VEruntamen in graui iugo qd̄ positum ē super filios Adam a die exitus de uentre matris eoꝝ usq; in diem sepulture in matrē omnium etiā hoc malum miserabile reperitur. ut sobrii simus atq; intelligamus hanc uitam de peccato illo nimis nefario qd̄ in paradiso ppetratum est. factam nobis esse pęnalem. totumq; quod nobiscum agit̄ per testamentū nouū non ptinē nisi ad noui sæculi hereditatem nouam. ut hic pignore accepto illud cuius hoc pignus est suo tempore consequamur. Nunc aūt ambulemus in spe. et pficientes de die in die spiritu. fcā carnis

mortificemus. Nouit enim dominus qui sunt eius. Et quotquot spiritu dei
aguntur. hi filii sunt dei. sed gratia non natura. Unicus enim natura
dei filius, propter nos misericordia factus est hominis filius ut nos
natura filii hominis filii dei per illam gratiam fieremus. Manens quippe
ille immutabilis naturam nostram in qua nos susciperet suscepit a
nobis. Et tenax diuinitatis sue nostre infirmitatis particeps factus
est ut nos in melius commutati quod peccatores mortalesque sumus eius im
mortalis et iusti participatione amittamus. Et quod in natura nostra
bonum fecit impleti summo bono in eius bonitate nature seruemus.
Sicut enim per unum hominem peccantem in hoc tam graue malum deuenimus
ita per unum hominem eundemque deum iustificantem ad illud bonum
tam sublime ueniemus. Nec quisque se debet ab isto ad illum transisse
confidere nisi cum ibi fuerit ubi temptatio nulla erit, nisi pacem tenuerit
quam belli huius, in quo caro concupiscit aduersus spiritum, et spiritus ad
uersus carnem, multis et uariis certaminibus querit. Hoc autem bellum
numquam ullum esset, si natura humana per liberum in rectitudine in qua
facta est perstitisset. Nunc autem que pacem foelix cum deo habere noluit,
secum pugnat infoelix. Et cum sit hoc malum miserabile. melius est
tamen quam priora uite huius. Melius confligitur quippe cum uitiis, quam si
sine ulla conflictatione dominantur. Melius est inquam bellum cum spe
pacis eterne. quam sine ulla liberationis cogitatione captiuitas. Cupimus
quidem et hoc bello carere. Et ad capescendam ordinatissimam pacem,
et firmissima stabilitate potioribus inferiora subdantur igne diui
ni amoris accendimur. Sed si quod absit illius tanti boni spes nulla
esset malle debuimus in huius conflictationis molestia remanere
quam uitiis in nos dominationem non eis resistendo permittere; Sub quibus gratie

legibus omnes regeneratorum habeantur etates; Capitulum. XVI.

Uerum tanta est dei misericordia in uasa misericordie que preparauit
in gloriam. Ut etiam prima hominis etas, id est infantia que sine ullo
renitixu subiacet carni. Et secunda que pueritia nuncupatur
ubi nondum ratio suscepit hanc pugnam et fere sub omnibus uitiosis
delectationibus iacet. quia licet fari iam ualeat. et ideo infantiam tran
sisse uideatur non dum tamen in ea est precepti capax infirmitas men
tis. Si sacramenta mediatoris accepit. etiam si hanc in eis annis uitam
finiat translata scilicet a potestate tenebrarum in regnum christi. Non solum
poenis non preparetur eternis sed ne ulla quidem post mortem purgatoria
tormenta patiatur. Sufficit etiam sola spiritualis regeneratio ne post mortem

obsit quod carnalis generatio cum morte contraxit. Cum autem uentum fuerit
ad aetatem quae preceptum iam capit et subdi potest legis imperio, su-
scipiendum est bellum contra uitia. et gerendum acriter ne ad dam-
nabilia peccata perducat. Et siquidem nondum uictoriarum consuetu-
dine roborata sunt, facilius uincuntur et cedunt. Si autem uincere atque
imperare consueuerunt laboriosa difficultate superantur. Neque id fit
ueraciter atque sinceriter nisi uere delectatione iustitiae. Haec est autem
in fide Christi. Nam si lex iubens adsit, et spiritus iuuans desit, per ipsam
prohibitionem desiderio crescente atque uincente peccati etiam reatus pre-
uaricationis accedit. Non nunquam sane apertissima uitia aliis uitiis
uincuntur occultis quae putantur esse uirtutes in quibus regnat superbia
et quedam sibi placendi altitudo ruinosa. Tunc itaque uitia uicta de-
putanda cum dei amore uincuntur quem nisi deus ipse non donat. nec
aliter nisi per mediatorem dei et hominum hominem Christum Iesum qui factus est
particeps mortalitatis nostrae ut nos participes faceret diuinitatis suae.
Paucissimi autem sunt tante foelicitatis ut ab ipsa ineunte adolescentia
nulla damnabilia peccata committant uel in flagitiis uel in facinori-
bus uel in nefarie cuiusquam impietatis errore sed magna spiritus largi-
tate opprimant quicquid eis posset carnali delectatione dominari.
Plurimi uero precepto legis accepto cum prius uicti fuerint preualentibus
uitiis et preuaricatores eius effecti tunc ad gratiam confugiunt ad-
iuuantem qua fiant et amarius penitendo et uehementius pugnan-
do prius deo subditi atque ita carni preposita mente uictores. Quisquis
igitur cupit poenas euadere sempiternas non solum baptizetur. Uerum etiam
iustificetur in Christo ac sic uere transeat a dyabolo ad Christum. Purgato-
rias autem poenas nullas futuras opinetur nisi ante illud ultimum tremen-
dumque iudicium. Nequaquam tamen negandum etiam ipsum eternum ignem
pro diuersitate meritorum quamuis malorum aliis leuiorem aliis futurum esse
grauiorem. siue ipsius uis atque ardor pro poena digna cuiusque uarie-
tur siue ipse equaliter ardeat sed non equali molestia sentiatur;

De his qui putant nullorum hominum poenas in eternum esse mansu-
Nunc iam cum misericordibus nostris *ras.* Capitulum · XVII;
agendum esse uideo et pacifice disputandum qui uel omni-
bus illis hominibus quos iustissimus iudex dignos gehenne su-
pplicio iudicabit uel quosdam eorum nolunt credere poenam sempi-
ternam futuram sed post certi temporis metas pro cuiusque peccati quantitate
longioris siue breuioris eos inde existimant liberandos. Quam in

re misericordior pfecto fuit Origenes. qui etiā ipsum dyabolum atq; angelos eius post grauiora pro meritis et diuturniora supplicia ex illis cruciatibus eruendos et sociandos sanctis angelis credidit. Sed illum et ppter hoc et ppter alia non nulla et maxime ppter alternantes sine cessatione btitudines et miserias. et statutis seculorum interuallis ab istis ad illas ab illis ad istas itus ac reditus interminabiles. nō īmerito reprobauit eccl̄a. qa et hoc quod misericors uidebatur amisit faciendo sanctis ueras miserias. quibus luerent et falsas btitudines in quibus uerum ac securum hoc est sine timore certum sempiterni boni gaudium non hrent. Longe autē aliter istorum misericordia humano errat affectu. qui hominum illo iudicio damnatorum miserias temporales. omnium uero qui uel citius uel tardius liberantur eternam foelicitatem putant. Que sententia si ppterea bona et uera qa misericors est tanto erit melior et uerior. quanto misericordior. Extendatur ergo ac pfundatur fons huius misericordie usq; ad damnatos angelos. saltem post multa atq; prolixa quantumlibet secula liberandos. Cur ad uniuersam naturam manat humanam et cum angelicam uentum fuerit mox arescit. Non audent tamen se ulterius miserando porrigere et ad liberationem ipsius quoq; dyaboli peruenire. Verum si aliquis audeat uincit nempe istos. Et tamen tanto inuenitur errare deformius. quanto sibi uidetur clementius sentire.

De his qui nouissimo iudicio ppter intercessionem sanctorum neminem hominum putant esse damnandum. Capitulum · XVIII ·

Sunt etiā quales in collocutionibus nris ipse sum expertus, qui cum uenerari uideantur scripturas sanctas moribus improbandi sunt. Et agendo causam suā multo maiorem quam isti misericordiam deo tribuunt erga humanum genus. Dicunt enim de malis et infidelibus hominibus diuinitus quidem uerum predictum esse. quod digni sunt. sed cum iudicium uentum fuerit misericordiam esse supaturam. Donabit enim eos inquiunt misericors deus precibus et intercessione sanctorum suorum. Si enim orabant pro illis quando eos patiebantur inimicos. quanto magis quando uidebunt humiles suppliciesq; prostratos. Neq; enim credendum est aiunt tunc amissuros sanctos uiscera misericordie cum fuerint plenissime ac pfectissime sanctitatis ut qui tunc orabant pro inimicis suis. quando et ipsi sine peccato non erant. Tunc non orent pro suppliciis suis quando nullum ceperint habere peccatum. Aut uero deus tunc eos non exaudiet tot et tales filios suos.

quando eoꝝ in tanta sanctitate nullum inueniet orationis impedimentum. Testimonium uero psalmi. et illi quidem qui promittunt infideles atque impios homines saltem longo tempore cruciari et postea de malis omnibus erui. sed magis isti pro se dicunt esse. ubi legitur.
N unquid obliuiscetur misereri deus aut continebit in ira sua miserationes. Ira eius est inquiunt ut omnes indigni beatitudine sempiterna ipso iudicante puniantur supplicio sempiterno. Sed siue longum siue prorsus ullum esse permiserit. profecto ut possit hoc fieri, continebit in ira sua miserationes suas. quod eum psalmus dicit non esse facturum. Non enim ait. Nunquid diu continebit in ira sua miserationes suas. sed quod prorsus non continebit ostendit. Sic ergo isti uolunt iudicii dei cominationem non esse mendacem. quamuis sit neminem iudicaturus quemadmodum eius cominationem qua dixit euersurum se esse Niniuem ciuitatem mendacem non possumus dicere. et tamen post factam non est inquiunt quod sine ulla conditione predixit non enim ait. Niniue euertetur si non egerit penitentiam seque correxerit. Sed hoc non addito pronuntiauit futuram euersionem illius ciui
Q ua. cominationem propterea ueracem putant quia hoc predixit deus quod uere digni erant pati. quamuis hoc non esset ipse facturus. Nam et si penitentibus pepercit inquiunt utique illos penitentiam non ignorabat acturos et tamen absolute ac diffinite eorum euersionem futuram esse predixit. Hoc ergo erat inquiunt in ueritate seueritatis. quia id erant digni. sed in ratione miserationis non erat. quam non continuit in ira sua ut ab ea poena supplicibus parceret. qua fuerat contumacibus cominatus. Si ergo tunc pepercit aiunt quando sanctum suum prophetam fuerat parcendo contristaturus. quanto magis tunc miserabilius supplicantibus parcet quando ut parcat omnes sancti eius orabunt. Sed hoc quod ipsi suis cordibus suspicantur ideo putant scripturas tacuisse diuinas ut multi se corrigant uel prolixarum uel eternarum timore poenarum.
E t sint qui possint orare pro eis qui non se correxerint. Nec tamen opinantur omnimodo id eloquia diuina tacuisse. Nam quo pertinet inquiunt quod scriptum est. quam multa multitudo dulcedinis tue domine quam abscondisti timentibus te. nisi ut intelligamus propter timorem fuisse absconditam misericordie diuine tam multam secretamque dulcedinem. Addunt etiam propterea dixisse apostolum. Conclusit enim deus omnes in infidelitate. ut omnium misereatur. Quod significaret quod ab illo nemo damnabitur. Nec isti tamen qui hoc sentiunt hanc

opinionem suã usq; ad liberationem suam uel ullam damnatõem
dyaboli atq; angelorum eius extendunt. Humana quippe circa so
los homines mouent misericordia. Et causam maxime agunt suã
pgñalem in genus humanũ. q̃si dei miseratõem impunitate fal
sam suis pditis moribus pollicentes. Ac per hoc supabunt eos in pdi
canda dei misericordia. q̃ hanc inpunitatẽ etiam principi demo
num et eius satellitibus pollicentur;

De his q̃ impunitatẽ oim peccor pmittunt et hereticis pp participatõem corporis xpi :~ Cap · XIX :

Item sunt alii ab eterno supplicio liberatõem nec ipsis saltem
omnibus hoibus promittentes. sed tantummodo xpi bapti
smate ablutis. qui participes fiunt corporis eius. quolibet
uixerint in quacumq; heresi uel impietate fuerint. pter illud quod
ait Iesus. Hic est panis qui de celo descendit ut si quis ex ipso man
ducauerit non moriat. Ego sum panis uiuus qui de celo descendi.
Si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in eternũ. Ab eterna ergo
morte inquiunt necesse est istos erui. et ad uitã eternã quandoq; pduci;

De his qui non oibus sed his tm qui apud catholicos sunt renati etiã si postea in multa crimina erroresque proruperint indulgentiã pollicentur :~ · Capitulum · XX :~

Item sunt alii qui hoc nec omnibus hntibus baptismatis xpi et
eius corporis sacramentũ. sed solis catholicis quis male ui
uentibus pollicentur. quia non solo sacramento. sed re ipsa
manducauerint corpus xpi in ipso eius corpore constituti. De quo
dicit apłs. Unus panis unum corpus multi sumus. Ut etiam si
postea in aliquã heresim uel etiã in gentiliũ idolatriam lapsi fue
rint tamen qa in corpore xpi i. in catholica eccła sumpserunt baptis
mum xpi et manducauerunt corpus xpi non moriant in eternum
sed uitam quandoq; consequant eternam. Atq; illa ois impietas quãto
maior fuit non eis ualeat ad eternitatem sed ad diuturnitatem
magnitudinemq; poenarum :~

De his qui eos qui permanent in catholica fide etiam si pessime uixerint et ob hoc uri meruerint tamen propter fidei fundamẽtum saluandos esse diffiniunt :~ Capłm · XXI :

Sunt aũt qui pp id quod scriptum est. Qui pseuerauerit
usq; in finem hic saluus erit. non nisi in ecclesia catholica
perseuerantibus quis in ea male uiuentibus hoc pmittunt
per ignem uidelicet saluandis merito fundamenti de quo ait apłs.

Fundamentum aut̄ aliud nemo pot̄ ponere · preter id qd̄ positum est quod est xp̄us iesus. Si quis autem edificat super fundamentū hoc aurū argentum lapides preciosos ligna fenum stipulam uniuscu iusq; opus manifestabit̄ · dies enī domini declarabit · qm̄ in igne re uelabitur · et uniuscuiusq; opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus est ꝑmanserit · qd̄ super edificauit mercedem accipiet. Si cui9 aut̄ opus arserit · damnum patiet̄. Ipse aut̄ saluus erit sic tamen q̄si per ignem. Dicunt ergo cuiuslibet uite catholicum xp̄ianum xp̄m hr̄e in fundamento · qd̄ fundamentum nulla heresis h̄t a corpo ris eius unitate precisa. Et ideo ꝓpter hoc fundamentum · etiā si male fuit uite catholicus xp̄ianus · uelut qui super edificauerit ligna fe num · putant eum saluum fieri ꝑ ignem · i · per poenas ignis illius liberari · quo igne in ultimo iudicio punient̄ mali :—

Debis qui putant ea crimina quae inter elemosynarū opa comutant̄ ad damnationis iudicium non uocari :— Capl̄m · xxii :—

Comperi etiā quosdam putare eos tm̄ modo arsuros illius ae ternitate supplicii · q pro peccatis suis facere dignas elemosy nas negligūt · iuxta illud apl̄i Iacobi · Iudiciū aut̄ illi sine mi sericordia qui non fecit m̄iam. Qui ergo fecit inquiunt · q̄uis mores in melius non mutauerit · sed inter ipsas suas elemosinas nefarie ac ne quiter uixerit · iudicium illi cum m̄ia futurū est. Vt aut̄ nulla dam natione plectat̄ aut post aliqd̄ tp̄us siue paruū siue prolixum ab illa damnatione liberet̄. Ideo iudicem ip̄m uiuoꝝ atq; mortuoꝝ nolu isse existimant aliqd comemorare se esse daturū · siue dextris qb9 ē uitam daturus eternam · siue sinistris · quos ēt̄no supplicio ē dam naturus nisi elemosynas siue factas siue non factas. Ad hoc ꝑtinēr aiunt ēt in oratione dominica quotidianā postulationē · Dimitte nobis debita n̄ra sicut et nos dimittimus debitoribus n̄ris. Quisquis enī illi qui in eum peccauit dimittat ignoscendo pc̄m · ꝓcul dubio elemosinam facit · quā rem dn̄s ipse sic commendauit ut dicet̄. Si enī dimiseritis peccata hominibus · dimittet et uobis p̄r u̅r peccata u̅ra. Si aut̄ non dimiseritis hominib9 · neq; p̄r uester qui in celis est dimittet uobis. Ergo et ad hoc genus elemosinarum ꝑtinet · qd̄ ait Apl̄s Iacobus · Iudicium futuꝝ sine misericordia ei qui non facit mi sericordiam. Nec dixit dn̄s inquiunt · magna uel parua · sed dimittet uobis pater u̅r peccata u̅ra · si et uos dimiseritis hominib9. Ac ꝑ hoc putant · etiā eis qui perdite uixerint · donec claudant diem uitae

huius extremu͞ per hanc ordinem qualiacunq; et q͞ntacunq; fuerit oi͞a
quotidie peccata dimitti sicut ipsa quotidie frequentatur oratio.
si hoc tm͞modo custodire meminerint ut q͞n ab eis ueniam petunt
qui eos peccato qualicunq; leserunt ex corde dimittant :~

Contra opinionem eorum qui dicu͞t nec dyaboli nec hominum maloꝝ perpetua futura supplicia :~ Capitulum . xxiii :~

Cum ad hec omnia deo donante respondero liber iste clau
dendus est. Ac primum queri oportet atq; cognosci cur
eccl͞a ferri nequiuerit hoim͞ disputationem dyabolo etiam
post maximas et diuturnissimas poenas purgationem et indulgen
tiam pollicente. Neq; tot sancti et sacris ueteribus ac nouis litteris
eruditi mundatione ac regni celoꝝ b͞titudinem post qualiacunq;
et q͞ntacunq; supplicia qualibuscunq; et q͞ntiscunq; angelis inui
derunt: sed potius uideru͞t diuinam uacuari uel infirmari non
posse sn͞iam qua͞ se dn͞s prenuntiauit in iudicio platuru͞ atq; dicturu͞
Discedite a me maledicti in ignem eternu͞ qui paratus est dyabolo
et angelis. Sic quippe ondit eterno igne dyabolum et angelos eius
arsuros. Et q͞d scriptum ē in Apocalipsi. Dyabolus qui seducebat eos
missus est in stagnum ignis et sulphuris quo et bestia et pseudo ꝓph͞e
cruciabunt͞ die ac nocte in secula seculoꝝ. Quod ibi dictum est eter
num hic dictum ē in secula scl͞oꝝ. Quibus uerbis nihil scriptura
diuina significare consueuit nisi q͞ finem non h͞t tp͞ris. Quam
obrem prorsus nec alia causa nec iustior atq; manifestior inueniri
pot. Cur uerissima pietate teneat͞ fixum et immobile nullum re
gressum ad iustitiam uitamq; sanctoꝝ dyabolum et angelos eius
habituros. nisi q͞a scriptura que neminem fallit dicit eis deum
non pepercisse. et sic ab illo esse interim p͞damnatos. Ut carceribus
caliginis inferi retrusi traderent͞ seruandi atq; ultimo iudicio pu
niendi. q͞n eos eternus ignis accipiet ubi cruciabunt͞ in secula se
culoꝝ. Quod si ita est quo ab hui͞ eternitate pene uel uniuersi
uel q͞dam hoim͞ post q͞ntumlibet temporis subtrahent͞. Ac non sta
tim eneruabit͞ fides qua credit͞ sempiternu͞ demonum futurum esse
supplicium. Si eni͞ quibus dr͞. Discedite a me maledicti in ignem
eternum qui patus est dyabolo et angelis. uel uniuersi uel aliqui
eoꝝ non semper ibi erunt. Quid cause est cur dyabolus et angeli
eius semp ibi futuri esse credant͞. An forte dei sn͞ia que in malos et
angelos et homines proferet͞ in angelos uera erit in hominibus falsa

Ita plane hoc erit. si non qd deus dixit. sed qd suspicant homines
pre plus ualebit. quod fieri quia non pot non argumentari aduersus
deum. sed diuino potius dum tpus est debent parere precepto.
qui sempiterno cupiunt care supplicio. Deinde quale est eternu
supplicium pro igne diuturni tpris existimare et uitam eternam
credere sine fine. Cum xpus eodem ipso loco in una eademq; sntia
dixerit utruq; complexus. Sic ibunt isti in supplicium eternum.
Iusti autem in uitam eternam. Si utrumq; eternum. pfecto aut utruq;
eternum cum fine diuturnu. aut utruq; sine fine ppetuum debet
intellegi. Par pari enim relata sunt. hinc supplicium eternu. inde
uita eterna. Dicere aut in hoc uno eodemq; sensu. uita eterna sine
fine erit. supplicium eternu finem hebit. multum absurdum e. Vn
qa uita eterna sanctoru sine fine erit. supplicium quoq; eternum qbo
erit finem procul dubio non habebit :~

Contra eorum sensum qui in iudicio dei omnibus reis propter sanctorum preces putant esse parcendum :~ Caplm. xxiiii.

Hoc aut et aduersus eos ualet qui suam agentes causam
contra dei uenire uerba uelut misericordia maiore cona
tur ut ideo uidelicet uera sit. quia ea que dixit hoies esse
passuros pati digni sint. non qa passuri sunt. Donauit enim eos in
quiunt precibus scorum suoru etiam tunc tanto magis orantiu pro
inimicis suis. qto utiq; sunt sanctiores eorumq; efficacior est oratio
et exauditione dei dignior iam nullum hntium omino peccatum.
Cur ergo eadem pfectissima sanctitate et cuncta impetrare ualenti
bus mundissimis et misericordissimis pcibus etiam pro angelis no
orabunt quibus paratus est ignis eternus ut deus sniam suam mi
tiget et reflectat in melius eosq; ab illo igne faciat alienos? An
erit forsitan quisq qui et hoc futuru esse psumat. affirmans etia
sanctos angelos simul cum sanctis hoibus qui tunc equales erut
angelis dei pro damnandis et angelis et hoibus oraturos. et mia
non patiant qd ueritate merent pati. Qd nemo sane fidei dixit.
nemo dicturus est. Alioqn nulla est cur non etia nunc p dyabolo
et angelis eius oret ecca qua magr deus pro inimicis suis iussit
orare. Haec igr causa qua fit ut nunc ecca non oret pro malis an
gelis quos esse nouit inimicos. eadem ipsa causa est qua fiet ut
in illo tunc iudicio etia pro hominibus eterno igne cruciandis
quauis perfecta sit scitate non oret. Nunc enim ppea pro eis orat.

nisi ut det illis deus· sicut dicit apl̄us penitentiam ·: et resipiscant
de dyaboli laqueis·//· quos in gn̄e humano habet inimicos qa tp̄us
poenitentie fructuose est. Nam quid maxime pro eis orat· nisi ut
det illis deus pn̄iam sicut dicit Apl̄s / pn̄iam   Et resipiscant a dya
boli laqueis· a quo captiui tenent̄ scd̄m ipsius uoluntatem. Deni
q; si de aliqbus ita certa esset ut qui sint illi etiā nosceret· qui licet ad
huc in hac uita sint constituti· tn̄ predestinati sunt in eternum
ignem ire cum dyabolo· tam p eis non oraret· q̄ nec pro ipso. Sed
quia de nullo certa ē· orat pro omnib; dumtaxat hōibus inimi
cis suis in hoc corpore constitutis. Nec tn̄ pro oībus exaudit̄. Pro
his enī exaudit̄ solis· qui et si aduersant̄ ecclesiæ· ita sunt tn̄ præ
destinati ut pro eis exaudiat̄ ecc̄a· et filii efficiant̄ ecc̄e. Si qui aūt
usq; ad mortem hēbunt cor inpoenitens· nec ex inimicis conuer
tent̄ in filios. Nunqd iam pro eis i· pro talium defunctoꝝ spiritib;
orat ecc̄a·: Quid ita. nisi qa in parte iam dyaboli computat̄· qui
cum esset in corpore non est translatus ad xp̄m. Eadem itaq; cau
sa est· cur non oret̄ tunc pro omnibus eterno igne puniendis· quę
causa ē ut neq; nunc neq; tūc oret̄ pro angelis malis. que itidem
causa est ut q̄uis pro hominibus tn̄ iam nec iam oret̄ p infidelib;
impiisq; defunctis. Nam pro defunctis quibusdā uel ipsius ecc̄e·
uel quorūdā exaudit̄ oratio. Sed pro his quoꝝ in xp̄o regn̄ato
rum nec usq; adeo uita in corpore male gesta est· ut tali miseri
cordia iudicent̄ digni non esse· nec usq; adeo bene· ut talem mi
sericordiā repiant̄ necessariam non hr̄e. Sic etiam facta resurre
ctione mortuoꝝ de erūt quib; post poenas quas patiunt̄ spūs mor
tuoꝝ impartiat̄ mīa· ut in ignem non mittant̄ eternū. Neq; enī
de quibusdam ueraciter diceret̄· qđ non eis remittat̄· neq; in hoc se
culo neq; in futuō· nisi essent quibus et si non in isto: tn̄ remitteretur
in futuro. Sed cū fuīt dcm̄ a iudice uiuoꝝ atq; mortuoꝝ. Venite
benedicti patris mei possidete paratum uobis regnū a constitutōe
mundi. Et aliis e contrario. Discedite a me maledicti in ignem æ
ternū qui paratus est dyabolo et angelis eius. et ibunt iniusti in ignē
ētnū· iusti aūt in uitam eternā. Nimie p̄sumptionis est dicē· cuiq
eoꝝ æternū supplicium non futuꝝ· quos deus ituros in supplicium
dixit ētnum. Et p huius p̄sumptionis psuasionem facē ut de ipa
quoq; uita uel desperet̄ uel dubitet̄ eterna. Nemo itaq; sic intelli
gat psalmū canentem. Nunqd obliuiscet̄ misereri deus aut con

tinebit in ira miserationes suas. ut opinet de hominibus bonis ueram de malis falsam. Aut de bonis hominibus et malis angelis uera de malis aut hominibus falsam dei esse sniam. Hoc eni quod ait psalmus ad uasa mie dei ptinet et ad filios pmissionis. quo erat unus etia ipse ppheta. Qui cum dixisset. Nunquid obliuiscet misereri deus aut continebit in ira sua miserationes suas. continuo subiecit et dicit. nuc cepi. hec est mutatio dextere excelsi. Exposuit pfecto qd dixerat.

Nunquid continebit in ira sua miserationes suas. Ira eni dei est et ista uita mortalis. ubi homo uanitatis silis factus est. et dies eius uelut umbra pretereunt. In qua tn ira non obliuiscit misereri deus, faciendo solem suu oriri sup bonos et malos. et pluendo sup iustos et iniustos

Ac sic non continet in ira sua miserationes suas. Maximeq; in eo qd expressit hic psalmus dicendo. Nunc cepi. hec est inmutatio dextere excelsi. qm in hac erumnosissima uita que ira dei est, uasa misericordie mutat in melius. quis adhuc in huius corruptionis miseria maneat ira eius. quia nec in ipsa ira sua continet miserationes suas. Cum ergo isto modo compleat diuini illius cantici ueritas, non est eam necesse etia illic intellegi. ubi non ptinentes ad ciuitatem dei sempiterno supplicio punient. Sed qbus placet istam sententiam usq; ad illa impio tormenta protendere. saltem sic intelligat. ut manente in eis ira dei q in eterno est prenuntiata supplicio. non contineat deus in hac ira sua miserationes suas. Et facit eos non tanta qta digni sunt poena atrocitate cruciari. Non ut eas poenas uel nunq subeant. uel aliqn finiant. sed ut eas mitiores q merita sut eo leuioresq; patiant. Sic eni et ira dei manebit. et in ipsa ira sua miserationes suas non continebit. quod qde non ideo confirmo qm no resisto. Cetero eos qui putant minaciter potius q ueraciter dcm:

Discedite a me maledicti in igne eternu. et ibunt iniusti in supplicium eternu et cruciabuntur in secula seculo. Et uermis eo non moriet. Et ignis eo non extinguet. et cetera huiusmodi.

Non tam ego qm ipsa scriptura diuina planissime atq; plenissime redarguit ac refellit. Niniuite quippe in hac uita egerut pniam et ideo fructuosam uelut in agro seminantes in quo deus uoluit cum lacrymis seminari. qd postea cum letitia meteret. Et tame quis negabit qd dns predixit in eis fuisse completum. n parum aduertat. quemadmodum peccores deus non solum iratus uerum etia miseratus euertat. Euertunt eni peccores duobus modis. aut

sicut Sodomite: ut peccatis suis ipsi homines puniantur. Aut sicut Niniuite
ut ipsa hominum peccata poenitendo destruantur. Factum est ergo quod
predixit deus. Euersa est Niniue quae mala erat, et bona edificata
est quae non erat. Stantibus enim moenibus atque domibus euersa
est ciuitas in perditis moribus. Ac sic, quamuis propheta fuerit contrista
tus quia non est factum quod illi homines timuerunt illo propheta
te futurum, factum est tamen quod fuerat deo presciente predictum. quoniam
nouerat qui predixit quo in melius esset implendum. Ut autem
nouerint isti in peruersum misericordes quo pertineat quod scriptum est
Quam multa multitudo dulcedinis tuae domine, quam abscondisti timen
tibus te. Legant quod sequitur. perfecisti autem sperantibus in te. Quid
est abscondisti timentibus. perfecisti sperantibus. nisi quia illis qui
timore poenarum suam iustitiam uolunt constituere, quae in lege
est, non est iustitia dei dulcis quia nesciunt eam. Non enim gusta
uerunt eam. In se namque sperant non in ipso. Et ideo eis absconditur
multitudo dulcedinis dei quoniam timent quidem deum, sed illo timore
seruili qui non est in caritate. quia perfecta caritas foras mittit ti
morem. Ideo sperantibus in eum perficit dulcedinem suam. inspi
rando eis caritatem suam, ut timore casto, non quem caritas foras
mittit, sed permanente in seculum seculi, cum gloriantur in domino glorientur.
Iustitia quippe dei christus est qui factus est nobis sicut dicit apostolus.
sapientia a deo et iustitia et sanctificatio et redemptio. Ut quemadmo
dum scriptum est. qui gloriatur in domino glorietur. Hanc dei iustitiam
quam donat gratia sine meritis nesciunt illi qui suam iustitiam
uolunt constituere. Et ideo iustitiae dei quod est christus non sunt sub
iecti. in qua iustitia est multa multitudo dulcedinis dei, propter
quam dicitur in psalmo. Gustate et uidete quoniam dulcis est dominus. Et hanc quidem
in hac peregrinatione gustantes non ad satietatem sumentes esuri
mus eam potius ac sitimus. ut ea postea saturemur. cum uidebimus
eum sicuti est. Et implebitur sicut scriptum est. Satiabimur cum
manifestabitur gloria tua. Ita perficit christus multam multitudinem
dulcedinis suae sperantibus in eum. Porro autem si eam quam illi putant
dulcedinem suam deus abscondit timentibus eum. qua non est im
pios damnaturus ut hoc nescientes et damnari timentes recte uiuat
ac sic possint esse qui orent pro non recte uiuentibus; Quo eam
perficit sperantibus in eum. quandoquidem sicut somniant per hanc
dulcedinem non damnaturus est eos qui non sperant in eum. Illa

igit eius dulcedo querat̃ q̄ pficit sperantibus in eum · quã nunq̃ pficere putat̃ contemnentib; et blasphemantibus eũ · Frustra i taq; homo post hoc corpus inquirit · qđ in corpore sibi compare neglexerit · Illud quoq; aplicum · Conclusit eñ deus om̄s in in fidelitate ut om̄i misereat̃ · et ideo dc̄m est · q sit nemini dam naturus · Sed supius apparet unde sit dc̄m · Nam cum de iudeis postea crediturs aplus loqueret̃ ad gentes · ad quas utiq; iam cre dentes conscribebat eplas · Sic eñ uos inquit aliqñ non credidi stis deo · nũc aũt miam consecuti estis illo incredulitate · Sic et hi non crediderũt in ura mia · ut et ipsi miam consequant̃ · De inde subiecit · Vnde isti sibi errando blandiunt̃ · atq; ait · Conclu sit eñ deus om̄s in infidelitate ut om̄ium misereat̃ · Quos om̄s · nisi de quibus loquebat̃ · tanq̃m dicens et nos et illos · Deus ergo et ge ntes et iudeos quos presciuit et predestinauit conformes ima ginis filii sui · omnes in infidelitate conclusit · ut de amaritudine infidelitatis sue poenitendo confusi · clamarent illud in psalmo · Q̃m multa multitudo dulcedinis tue dñe · quã obscondisti timen tibus te · Perfecisti aũt sperantibus non in se sed in te · Om̄i itaq; mi seretur · uasorũ misericordie quidẽ om̄ium · et eorũ · s · quos ex genti bus et eorũ quos ex iudeis · predestinauit · uocauit · iustificauit · nõ hom̄ om̄ · sed istorũ omnium neminem damnaturus : —

An his qui inter hereticos baptizati sunt et deteriores postea ma le uiuendo facti sunt · uel qui apud catholicos renati ad heres aut scismata transierunt · Vel qui a catholicis apud quos renati sunt non recedentes criminose uiuere psitierunt possint priui legio sacramentorũ remissionẽ eterni sperare supplicij : C · XXV ·

Sed iam respondeamus et illis · qui non solum dyabolo et angelis eius · sic nec isti · sed nec ipsis quidẽ omnibus hom̄ibus liberationẽ ab eterno igne pmittunt · Verũ eis tantũ · qui xp̄i baptismate abluti et corporis eius et san guinis participes facti sunt · quolibet uixerint · in quacunq; heresi uel impietate fuerint · Sed contradicit eis aplus dicens · Manifesta aũt sunt opa carnis · que sunt fornicatio · immundicia · luxuria · idolorũ seruitus · ueneficia · inimicitie · conteptiones · emulationes · aiositates · dissensiones · hereses · inuidie · ebrietates · comessationes · et his silia · que predico uobis sicut predixi · q̃m qui talia agunt regnum non consequent̃ · Hec pfecto aplica falsa est sententia · si

tales post q̄ntalib3 tp̄ra liberati regnum dei possidebunt. Sed q̄m falsa non est, p̄fecto regnum dei non possidebūt. Et si in regni dī possessione nunq̄ erunt, eterno supplicio tenebunt. q̄m non est medius locus ut non sit in supplicio. qui illo non fuit constitutus in regno. Quā obrem q̄d ait dn̄s iesus. hic est panis qui de celo descēdit. ut si quis ex ipso manducauerit non moriat̄. Ego sum panis uiuus qui de celo descendi. si quis manducauit ex hoc pane uiuet in eternum. quō sit accipiendum merito querit̄. Et ab istis quidē quibus nunc respondemus. hunc intellēm auferunt illi. q̄bs deīn de respondendū ē. Hi sunt aūt qui hanc liberatoēm nec omnibus hn̄tibus sacramentum baptismatis et corporis xp̄i. sed solis catolicis q̄uis male uiuentib; pollicent̄. qa non in solo inquiunt sacramento. sed in re ipsa manducauīnt corpus xp̄i. in ipso s. eius corpe constituti. de quo corpore ait ap̄lus. Vnus panis unum corpus multi sumus. Qui ē ergo in huius corporis unitate. i. in xp̄ianoꝝ cōpage membroꝝ. cuius corporis sacramentū fideles communicantes de altari sumere consueuerūt. Ipse uere dicendus manducare corpus xp̄i et bibere sanguinem xp̄i. ac per hoc heretici et scismatici ab huius unitate corporis sep̄ati. possint idem p̄cipere sacramentū. sed non sibi utile. immo uero et noxium. quo iudicent̄ grauius q̄ uel tardius liberent̄. Non sunt quippe in eo uinculo pacis quod eo exp̄rimt̄ sacramento. Sed rursus etiā isti qui recte intelligūt non dicendum esse manducare corpus xp̄i qui in corpore non est xp̄i. non recte promittunt eis qui uel in heresin uel etiā in gentilium sup̄stitionem ex illius corporis unitate labunt̄. liberatioēm q̄nq; ab eterni ignē supplicij. Primū quia debent attendere q̄ sit intollerabile. atq; a sana doctrina nimis deuium. ut multi ac pene om̄s qui heresis impias condiderunt. exeuntes de catholica eccl̄a et facti sunt heresiarce. meliores habeant causas q̄ hi qui nunq; fuerūt catholici. cū in eoꝝ laqueos incidissent. si illos heresiarcas hoc facit liberari a supplicio sempiterno. q̄d in catholica ecclesia baptizati sunt. et sacramentum corporis xp̄i. in uero xp̄i corpore primitus acceperunt. Cum peior sit utiq; desertor fidei. et ex desertore oppugnator eius effectus. q̄ ille qui nunq̄ deseruit q̄d nūq̄ tenuit. Deinde qa et his occurrit ap̄lus eadem uerba p̄ferens. et enumeratis illis carnis op̄ibus eadem ueritate p̄dicens. Q̄m qui talia agunt regnum dei non possiderunt. Vnde nec illi in perditis et

damnabilibus moribus debent esse securi qui usque in finem quidem
uelut in communione ecclesiae catholicae perseuerant intuentes quod dictum
est. Qui perseuerauerit usque in finem hic saluus erit. Et per uitae iniquita
tem. ipsam uitae iustitiam quod eis christus est deserunt siue fornicando
siue alias inmunditias flagitiorum quas nec exprimere apostolus uoluit
in suo corpore perpetrando siue turpitudine luxuriae diffluendo siue
aliquid aliud agendo de quibus ait. Quoniam qui talia agunt regnum
dei non possidebunt. Ac per hoc quicumque agunt talia nisi in sempi
terno supplicio non erunt. quia in dei regno esse non potuerunt. In
his enim perseuerando usque in huius uitae finem non utique dicendi sunt
in christo perseuerasse usque in finem quia in christo perseuerare est in eius fide per
seuerare quae fides ut eam diffinit apostolus per dilectionem operatur. Dilectio
autem sicut ipse alibi dicit malum non operatur. Nec isti ergo dicendi sunt
manducare corpus christi. Ut enim alia taceam non possunt simul esse et
membra christi et membra meretricis. Denique ipse dicens Qui manducat
carnem meam et bibit sanguinem meum in me manet et ego in eo. Oste
dit quid sit sacramento non tenus. sed re uera corpus christi mandu
care et eius sanguinem bibere hoc est enim in christo manere ut in illo ma
neat et christus. Sic enim hoc dixit tamquam diceret. Qui non in me manet
et in quo non maneo non se dicat aut existimet manducare corpus
meum aut bibere sanguinem meum. Non itaque manent in christo
qui non sunt membra eius. Non sunt autem membra christi qui se faciunt
membra meretricis. nisi malum illud poenitendo esse destiterint et
ad hoc bonum reconciliatione redierint : —

Quid sit in fundamento habere christum et quibus spondeatur salus quasi per ignis ustionem. Capitulum XXVI.

Sed habent inquiunt christianam catholici
in fundamento christum a cuius unitate non recesserunt. Tamet
si huic fundamento superaedificauerunt qualibet pessimam uita
uelut lignum foenum stipulam. Recta itaque fides per quam christus
est fundamentum quamuis cum damno quoniam illa quae superedificata sunt
exurentur tamen poterit eos quandoque ab illius ignis perpetuitate saluare. Respon
deat eis breuiter apostolus Iacobus. Si quis dicat se fidem habere opera autem
non habeat numquid poterit fides saluare eum? Et quis est inquiunt de
quo dicit apostolus Paulus. Ipse autem saluus erit sic tamen quasi per ignem.
Simul quis iste sit inquiramus. Hunc tamen non esse certissimum est ne du
orum apostolorum sententias mittamus in rixam si unus dicit. etiam si mala
opera quis habuerit saluabit eum per ignem fides. Alius autem si opera non

habeat. nunquid poterit fides saluare eum? Inueniemus ergo quis possit saluari per ignem, si prius inuenerimus quid sit habere in fundamento christum. quod ut de ipsa similitudine quantocius aduertamus, nihil in edificio preponitur fundamento. Quisquis itaque sic habet in corde xpm, ut ei terrena temporaria, nec ea quae licita sunt atque concessa preponat, fundamentum habet xpm. Si autem preponat, et si uideatur habere fidem xpi, non est tamen in eo fundamentum xpus cui talia preponuntur. Quanto magis si salutaria precepta contemnens committat illicita, non preposuisse xpm sed postposuisse conuincitur, quem post habuit imperantem siue concedentem, dum contra eius imperata siue concessa suam pro flagitia diligit explere libidinem. Si quis itaque xpus diligit meretricem, eique adherens cum ea unum corpus efficitur, iam in fundamento non habet xpm. Si quis autem diligit uxorem suam secundum xpm, quis ei dubitet in fundamento esse xpm? Si uero secundum saeculum, si carnaliter, si in morbo concupiscentiarum sicut et gentes quae ignorant deum, et hoc secundum ueniam concedit apostolus, immo per apostolum xpus: potest ergo et iste in fundamento habere xpm. Si enim nihil ei talis affectionis uoluptatisque preponat, quamuis superedificet ligna foenum stipulam, xpus est fundamentum; propter hoc saluus erit per ignem. Delitias quippe huius mundi amoresque terrenos propter coniugalem quidem copulam non damnabiles tribulationis ignis exuret, ad quem pertinet ignem et orbitates et quaecumque calamitates quae auferunt haec. Ac per hoc ei qui edificauit aedificatio erit ista damnosa, quia non habebit quod superaedificauit, et eorum amissione cruciabitur quibus fruendo utique letabatur. Sed per hunc ignem saluus erit merito fundamenti, quia et si utrum id habere mallet an xpm a persecutore proponeretur, illud xpo non preponeret. Vide in apostoli uerbis hominem edificantem super fundamentum aurum argentum lapides preciosos. Qui sine uxore est inquit cogitat quae sunt dei et quomodo placeat deo. Vide alium edificantem ligna foenum stipulam. Qui autem matrimonio iunctus est inquit cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat uxori. Vniuscuiusque opus manifestabitur. Dies enim declarabit, dies utique tribulationis, quoniam inquit in igne reuelabitur. Eundem ignem tribulationem uocat, sicut alibi legitur: Vasa figuli probat fornax et homines iustos temptatio tribulationis. Et uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Sed cuius opus permanserit, permanet

eni quod quisq; cogitat quae sunt dei quo modo placeat deo. quod
sup edificauit mercedem accipiet. i. unde cogitauit hoc sumet. Si
cuius aut opus arserit damnum patietur. qm qd dilexerat no hebit.
I pse aut saluus erit. quia nulla eu tribulatio ab illius fundamenti
stabilitate se mouit. sic tn quasi p ignem. Quod eni sine alliciente
amore non hbuit. sine urente dolore non pdet. Ecce qntum mihi
uidetur inuentus est ignis qui nullum eorum damnet. sed unu ditet.
alterum damnificet. ambos probet. Si aut igne illum loco isto
uoluerimus accipere de quo dns dicit sinistris. Discedite a me
maledicti in ignem eternum ut in eis etia isti esse credantur qui e
dificant sup fundamentum ligna foenum stipulam eosq; ex
illo igne post tpus pro malis meritis impartitum liberet boni me
ritum fundamenti. Quid arbitramur dextros. qbus dicet. Ve
nite benedicti patris mei possidete paratum uobis regnum. nisi
eos edificauerint sup fundamentum aurum et argentu et lapi
des preciosos. Sed in illum ignem de quo dictum est sic tamen
quasi per ignem hoc modo si intelligendus e utriq; mittendi
sunt. et dextri s. et sinistri. Illo quippe igne utriq; probandi sunt
de quo dictum est. Dies eni dni declarabit. qm in igne reuelabi
tur et uniuscuiusq; opus quale sit ignis pbabit. Si ergo utruq;
pbabit ignis ut si cuius opus pmanserit. i. non fuit igne consu
ptum quod desup edificauit mercedem accipiat. Si cuius aut
opus arserit damnum patiatur. Profecto non est ipse eternus ille
ignis. Illi illum eni soli sinistri nouissima et ppetua damnatione
mittentur. Iste aut dextros pbabit. Sed alios sic pbat. ut edifici
um qd sup xpm fundamentu ab eis inuenerit esse constructum
non exurat. atq; consumat. Alios aut aliter. i. ut quod sup edi
ficauerut ardeat damnuq; inde patiatur. Salui fiant aut. qm xm
in fundamento stabiliter positu precellenti caritate tenuerunt.
S i aut salui fient. pfecto et ad dextera stabunt. et cum ceteris audi
ent. Venite benedicti patris mei possidete paratum uobis regnu.
non ad sinistram ubi illi erunt qui salui non erunt. et ideo au
dient. Discedite a me maledicti in ignem eternu. Nemo qppe
ab illo igne saluabitur. quia in supplicium eternum ibunt illi omnes
ubi uermis eorum non moritur et ignis non extinguitur. quo cruciabu
tur die ac nocte in secula seculorum. Post istius sane corporis mor

tem donec ad illum ueniat qui post resurrectionem corporum futurus
est damnationis et remunerationis ultimus dies. Si hoc temporis
interuallo spiritus defunctorum eiusmodi ignem dicuntur perpeti quem
non sentiant illi qui non habuerunt tales mores et amores in huius
corporis uita. et eorum ligna et foenum et stipula consumatur. Alii
uero sentiant qui eiusmodi secum edificia portauerunt. siue ibi tan
tum siue hic et ibi siue ideo hic ut non ibi secularia quamuis a
damnatione uenialia concremantem ignem transitorie tribulati
onis inueniant. non redarguo quia forsitan uerum. Potest quippe
ad istam tribulationem pertinere etiam mors ipsa carnis que de pri
mi peccati perpetratione concepta est ut secundum cuiusque edificium
tempus quod eam sequitur ab uno quoque sentiatur. Persecutiones quoque
quibus martyres coronati sunt et quas patiuntur quicumque christiani
probant utraque edificia uelut ignis. et alia consumunt cum ipsis e
dificatoribus si christum in eis non inueniunt fundamentum. alia sine
ipsis si inueniunt quia licet cum damno salui erunt ipsi. Alia uero
non consumunt quia talia reperiunt que maneant in eternum.

Erit etiam in fine seculi tribulatio tempore antichristi qualis numquam antea
fuit. Quam multa erunt tunc edificia siue aurea siue foenea super
optimum fundamentum quod est christus iesus ut ignis ille probet utraque
et de aliis gaudium de aliis inferat damnum neutros tamen perdat
in quibus hec inuenerit propter stabile fundamentum. Quicumque autem
non dico uxorem cuius etiam commixtione carnis ad carnalem
utitur uoluptatem sed ipsa que ab eiusmodi delectationibus aliena
sunt nomina pietatis humano more carnaliter diligendo christo
anteponit. Non eum habet in fundamento. et ideo non per ignem
saluus erit sed saluus non erit. quia esse cum saluatore non poterit

Qui hac de re aptissime loquens ait. Qui amat patrem aut matrem
plusquam me non est me dignus. et qui amat filium aut filiam super
me non est me dignus. Uerum qui has necessitudines sic amat car
naliter ut tamen eas christo domino non preponat malitque carere ipsis quam christo
si ad hunc fuerit articulum temptationis adductus per ignem erit
saluus. quia et earum amissione tantum necesse est urat dolor quan
tum heserat amor. Porro qui patrem matrem filios filias secundum christum
dilexerit. ut ad eius regnum obtinendum eique coherendum illis con
sulat uel hoc in eis eligat quod membra sunt christi. Absit ut ista dilectio
repiatur in lignis foeno et stipula consumenda sed prorsus edificio

aureo argenteo gemmeoq; deputabit. Quo autem pot eos plus ama
re q̄ xpm. quos amat utiq; ꝓpter christum :~

Contra eorum persuasionem qui putant sibi non offutura pecca
in quibus cum elemosinas facerent ꝑmanserunt ; Cap. xxvii ;

Restat eis respondere qui dicunt eterno igne illos tm̄ modo ar
suros qui pro peccatis suis facere dignas elemosinas negli
gunt. ꝓpter illud quod ait aplus Iacobus. Iudicium sine
misericordia illi qui non facit miam. Qui ergo fecit inquiunt.
q̄uis non correxerit ꝑditos mores sed nefarie ac nequiter int̄ suas
elemosinas uixerit cum mia illi futurum est iudicium. ut aut nō
damnet omino aut post aliquod tempus a damnatione nouissima
liberet. Nec ob aliud existimant xpm de solo delectu atq; neglec
tu elemosinarum discretionem inter dextros et sinistros esse factu
rum. quorum alios in regnū alios in supplicium mittat eternū. Ut at
quotidiana sibi opinent que facere omino non cessant qualiacumq;
et q̄ntacumq; sint ꝑ elemosinas dimitti posse peccata. oroēm quam
docuit ipse dns et suffragatricē sibi adhibere conant et testem.
Sicut enī nullus est inquiunt dies quo a xpianis hec oratio non di
catur. Ita nullum est quotidianū qualecumq; peccatum. quod ꝑ
illam non dimittat. cum dicimus Dimitte nobis debita nr̄a. si qd
sequit facere curemus. sicut et nos dimittimus debitoribus nr̄is.
Non enī ait dns inquiunt. si dimiseritis pecca hominibus dimittet uo
bis pater ur̄ quotidiana parua pecca. sed dimittet inqt uobis pecca
ur̄a. Qualiacumq; ergo uel q̄ntacumq; sint etiā si quotidie ꝑpetrent
nec ab eis uita discedat in melius commutata per elemosinam ueniae
non negate remitti posse ꝑsumunt. Sed bene q̄ isti dignas ꝓ peccis
elemosinas comonent esse faciendas. qm̄ si dicerent qualescumq; ele
mosinas pro peccatis quotidianis et magnis q̄ntacumq; scelerum : et
consuetudine miam posse impetrare diuinā. ut eam quotidianā
remissio sequeret. Viderent se rem dicē absurdam atq; ridiculam.
Sic enī cogerent fateri fieri posse ut opulentissimus homo decem
nummulis diuturnis elemosinas impensis homicidia adulteria et
nefaria queq; facta redimeret. Qđ si absurdissimū est atq; insanissi
mum dicere. ꝑfecto si querat que digne sint ꝓ peccis elemosinae.
De quibus et xpi precursor ille dicebat. Facite ergo fructus penitentie
dignos. ꝑcul dubio non inuenient eos facere qui uitam suam usq;
ad mortem quotidianorum criminū ꝑpetratione confodiunt. Pri

mo quia in auferendis rebus alienis longe plura diripiunt. ex quibus
perexigua pauperibus largiendo xpm se ad hoc pascere existimat
ut licentiam malefactorum ab illo emisse uel quotidie potius emere
credentes. securi damnabilia tanta committant. Qui si pro uno
scelere omnia sua distribuerent indigentibus membris xpi. nisi desisterent
a talibus factis habendo caritatem que non agit perperam aliquid eis
prodesse non posset. Qui ergo dignas pro suis peccatis elemosinas fa
cit qui facit in proximum cum audiat dicentem deum. Diliges proximum
tuum sicut te ipsum. Itemque. Miserere anime tue placens deo. Hanc e
lemosynam id est ut deo placeat non faciens anime sue. quo dignas pro
peccatis suis elemosinas facere dicendum est. Ad hoc enim et illud scrip
tum est. Qui sibi malignus est. cui bonus erit. Orationes quippe adiuuat
elemosine. Et utique intuendum est quod legimus. Fili peccasti. ne adicias
iterum. et de preteritis deprecare ut tibi dimittantur. Propter hoc ergo
elemosyne faciende sunt ut cum de preteritis peccatis deprecamur exau
diamur. non ut in eis perseuerantes licentiam male faciendi nos per ele
mosynas comparare credamus. Ideo autem dominus et dextris elemosynas
ab eis factas et sinistris non factas se imputaturum esse predixit. Ut
hinc ostenderet quantum ualeant elemosyne ad priora delenda non ad
perpetua inpune committenda peccata. Tales autem elemosynas non
dicendi sunt facere. qui uitam nolunt a consuetudine scelerum in
melius commutare. quia et in hoc quod ait. Quando uni ex minimis meis non
fecistis. mihi non fecistis. ostendit eos non facere. etiam quando se facere ex
timant. Si enim xpiano esurienti panem tamquam xpo darent. profec
to sibi panem iustitie quod ipse xpus est non negarent. quoniam deus non
cui detur. sed quo animo detur attendit. Qui ergo xpm diligit in xpiano
hoc animo ei porrigit elemosinam quo accedit ad xpm. non quo uult
recedere inpunitus a xpo. Tanto enim magis quisque deserit xpm quanto
magis diligit quod improbat xpus. Nam quid cuiquam prodest quod baptiza
tur si non iustificatur. Nonne qui dixit. Nisi quis renatus fuerit
ex aqua et spiritu non intrabit in regnum celorum. Ipse etiam dixit. nisi
abundauerit iustitia uestra super scribarum et phariseorum non intrabitis
in regnum celorum. Cur illud timendo multi currunt baptizari. et hoc
non timendo non multi currunt iustificari. Sic ergo non fratri suo
dicit fatue. qui cum hoc dicit non ipsi fraternitati sed peccato eius in
fensus est. alioquin reus erit gehenne ignis. Ita e contrario qui por

rigit elemosinam xpiano, non xpiano porrigit, qui non in eo diligit xpm. Non autem diligit xpm qui iustificari recusat in xpo.

Et quemadmodum si quis preoccupatus fuit hoc delicto ut fratri suo dicat fatue. i. non eius peccatum volens auferre conuicietur iniuste, parum est hoc illi ad redimendum elemosinas facere: nisi etiam quod ibi sequitur remedium reconciliationis adiungat. Ibi enim sequitur. Si ergo offeres munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te. Relinque ibi munus tuum et cetera.

Ita parum est elemosinas quantaslibet facere pro quocumque scelere et in consuetudine scelerum permanere. Oratio vero quotidiana quam docuit ipse iesus, unde et dominica memoratur, delet quidem quotidiana peccata cum quotidie dicitur dimitte nobis debita nostra, atque id quod sequitur non solum dicitur sed etiam fit, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Sed quia fiunt peccata ideo dicitur non ut ideo fiant quia dicitur.

Per hanc enim nobis voluit saluator ostendere quantumlibet iuste in huius uite caligine atque infirmitate uiuamus, non nobis deesse peccata, pro quibus dimittendis debeamus orare. Et eis qui in nos peccant ut et nobis ignoscatur ignoscere. Non utique propterea dominus ait. Si dimiseritis peccata hominibus dimittet uobis et pater uester peccata uestra ut de hac oratione confisi securius cottidiana scelera faceremus. uel potentia qua non timeremus hominum leges, uel astutia qua ipsos homines falleremus.

Sed ut per illam disceremus non putare nos esse sine peccatis etiam si a criminibus essemus immunes, sicut etiam legis ueteris sacerdotes hoc ipsum deus de sacrificiis admonuit qui iussit eos primum pro suis deinde pro populi offerre peccatis. Nam et ipsa uerba tanti magistri et domini nostri uigilanter intuenda sunt. Non enim ait. Si dimiseritis peccata hominibus et pater uester dimittet uobis qualiacumque peccata, sed ait peccata uestra. Quotidianam quippe orationem docebat, iustificatis quippe discipulis loquebatur. Quid est ergo peccata uestra: nisi peccata sine quibus nec uos eritis qui iustificati et sanctificati estis. Ubi ergo illi qui per hanc orationem occasionem perpetrandorum quotidie scelerum querunt, dicunt dominum significasse et magna peccata quoniam non dixit dimittet uobis parua, sed peccata uestra. Ibi nos considerantes quibus loquebatur et audientes dictum peccata uestra, nihil aliud debemus existimare quam parua quoniam iam talium non erant magna. Uerum nec ipsa a quibus omnino mutatis in melius moribus recedendum est, dimittuntur orantibus, nisi fiat quod

ibi dicitur sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Si enim minima pec-
cata sine quibus non est et uita iustorum aliter non remittuntur:
Quanto magis multis et magnis criminibus inuoluti etiam si ea perpetrare
desinant nullam indulgentiam consequantur si ad remittendum
aliis quod in eis quisque peccauit inexorabiles fiant cum dicat dominus.
Si autem non dimiseritis hominibus neque pater dimittet uobis. Ad hoc
enim ualet quod etiam Iacobus ait. Iudicium futurum sine misericordia illi qui non
fecit misericordiam. Venire enim debet in mentem seruus ille cui debitori
dominus eius relaxauit decem milia talentorum que postea iussit ut red-
deret quia ipse non misertus est conserui sui qui ei debebat ducen-
tos denarios. In his ergo qui filii sunt promissionis et uasa misericor-
diae ualet quod ait idem apostolus consequenter adiungens. Superexal-
tat autem misericordia iudicio quoniam et illi iusti qui tanta sanctitate uixe-
runt ut alios quoque recipiant in tabernacula eterna quibus amici
facti sunt de mamona iniquitatis ut tales essent misericordia liberati sunt
ab eo qui iustificat impium imputans mercedem secundum gratiam non secundum
debitum. In eorum quippe numero est apostolus qui dicit Misericordiam con-
secutus sum ut fidelis essem. Illi autem qui recipiuntur a talibus in taber-
nacula eterna fatendum est quod non sint his moribus praediti ut eis libe-
randis sine suffragio sanctorum sua possit uita sufficere. Ac per hoc mul-
to amplius in eis superexaltat misericordia iudicio. Nec tamen ideo putandus
est quisquam sceleratissimus nequaquam uita uel bona uel tollerabiliore
mutatus recipi in tabernacula eterna quoniam obsecutus est sanctis de mamo-
na iniquitatis id est de pecunia uel de diuitiis quae male fuerant acquisite
aut etsi bene non tamen ueris sed quas iniquitas putat diuitias quoniam nescit
que sunt uere diuitiae quibus illi abundant qui et alios recipiant in ta-
bernacula eterna. Est itaque quidam uitae modus nec tam male ut his qui
uiuunt nihil prosit ad capescendum regnum celorum largitas elemosinarum
quibus et iustorum sustentatur inopia et fiunt amici eorum qui in tabernacula
eterna suscipiant. Nec tam bone ut ad tantam beatitudinem adipiscendam
eis ipsa sufficiat nisi eorum meritis quos amicos fecerint misericordiam conse-
quantur. Mirari autem soleo apud Virgilium repperiri istam domini sententiam ubi ait.
Facite uobis amicos de mamona iniquitatis ut et ipsi recipiant uos in
tabernacula eterna cui est et illa simillima. Qui recipit prophetam in nomine
prophete mercedem prophete accipiet. qui iustum in nomine iusti et qui recipit
mercedem iusti accipit. Nam cum elisios campos poeta ille describeret

ubi putant habitare animas beatorum non solum ibi posuit eos qui propter prius meri
tis ad illas sedes pervenire potuerunt. Sed adiecit atque ait. Quique sui memo
res alios fecere merendo. id est qui promeruerunt alios eosque sui memores pro
merendo fecerunt; prorsus tamquam eis dicerent quod frequentatur ore christianorum
cum se cuique sanctorum humilis quisque commendat et dicit. Memor mei esto
atque id ut esse possit promerendo efficit. Sed quis sit iste modus et quae
sint ista peccata quae ita impediunt perventionem ad regnum dei ut tamen
amicorum sanctorum meritis impetrent indulgentiam difficillimum est
invenire periculosissimum diffinire. Ego certe usque ad hoc tempus cum inde
satagerem ad eorum indaginem pervenire non potui. Et fortassis propterea
latent ne studium proficiendi ad omnia cavenda peccata pigrescat quoniam si
scirent quae vel qualia sint delicta pro quibus etiam permanentibus nec provectu
vitae melioris absumptis intercessio sit inquirenda et speranda iusto
rum eis secura se obvolveret humana segnitia nec evolvi talibus
implicamentis ullius virtutis expeditione curaret, sed tantummodo quaereret
aliorum meritis liberari, quos amicos sibi de mamona iniquitatis elemosy
narum largitate fecissent. Nunc vero dum venialis iniquitatis etiam si
perseveraret ignoratur modus profecto et studium in meliora proficiendi
orando et instando vigilantius adhibetur. Et faciendo de mamona
iniquitatis sanctos amicos cura non spernitur. Verum ista liberatio quae fit
sive suis quibusque orationibus, sive intercedentibus sanctis id agit. ut in ignem
quisque non mittatur aeternum non ut cum fuerit missus post quantumcumque
inde tempus eruatur. Nam et illi qui putant sic esse intellegendum quod scri
ptum est. Afferre terram bonam fructum uberem aliam tricenum aliam
sexagenum aliam centenum. ut sancti pro suorum diversitate meritorum alii tri
cenos hoc in die iudicii futurum suspicari solent non post iudicium.

Qua opinione quidam cum videret homines impunitatem sibi perversissime
pollicentes eo quod omnes isto modo ad liberationem pertinere posse videantur
elegantissime respondisse perhibetur bene potius esse vivendum ut inter
eos quisque reperiatur qui pro aliis intercessuri sunt liberandis ne tam pau
ci sint ut cito ad numerum suum vel tricenum vel sexagenum vel centenum
uno quoque eorum perveniente multi remaneant qui erui iam de poe
nis illorum intercessione non possint. Et in eis inveniatur quisquis sibi spem
fructus alieni temeritate vanissima pollicetur. Haec me illis respondisse
suffecerit qui sacrarum litterarum quas communes habemus auctoritatem
non spernunt sed eas male intellegendo non quod ille loquuntur

sed hoc potius putant futurum esse quod ipsi uolunt. Hac itaq; responsione reddita librx sicut pmisimus terminamus :

Incipiunt capitula libri Vicesimi secundi beati Augustini doctoris eximii Hypponen episcopi de ciuitate dei :

De conditione angelorum et hominum :~ .·. Capitulum : i .

Sicut in proximo libro superiore promisimus, iste huius operis totius ultimus disputationem de civitatis dei eterna beatitudine continebit. que non propter etatis per multa secula longitudinem tamen quandocumque finiendam eternitatis nomen accepit, sed quemadmodum scriptum est in evangelio. Regni eius non erit finis. Nec ita ut aliis moriendo decedentibus, aliis succedentibus oriendo species perpetuitatis appareat. Sicut in arbore que perhenni fronde vestitur eadem videtur viriditas permanere dum labentibus et cadentibus foliis subinde alia que nascuntur faciem servat opacitatis. Sed omnes in ea cives immortales erunt adipiscentibus hominibus quod numquam sancti angeli perdiderunt. Faciet hoc deus omnipotentissimus eius conditor. Promisit enim nec mentiri potest. et quibus fidem hinc quoque faceret multa sua et non promissa et promissa iam fecit. Ipse est enim conditor qui in principio condidit mundum plenum bonis omnibus visibilibus atque intelligibilibus rebus in quo nihil melius instituit quam spiritus quibus intelligentiam dedit et sue contemplationis habiles capacesque sui prestitit atque una societate devinxit quam sanctam et supernam dicimus civitatem in qua res qua sustententur beatique sint deus ipse illis est. tamquam vita victusque communis. Qui liberum arbitrium eidem intellectuali nature tribuit tale ut si vellet desereret deum beatitudinem scilicet suam, continuo esset miseria secutura. Qui cum presciret angelos quosdam per elationem qua ipsi sibi ad beatam vitam sufficere vellent tanti boni desertores futuros non eis ademit hanc potestatem melius esse iudicans etiam de malis bene facere quam mala esse non sinere, que omnino nulla essent, nisi natura mutabilis, quamvis bona et a summo deo atque incommutabili bono qui bona omnia condidit instituta, peccando ea sibi ipsa fecisset. quo etiam peccato suo teste convincitur bonam conditam se esse naturam. Nisi enim magnum et ipsa licet non equale conditori suo bonum esset, profecto desertio dei tamquam luminis sui malum eius esse non posset. Nam sicut cecitas oculi vitium est. et idem ipsum indicat ad lumen videndum esse oculum creatum. Ac per

hoc etiam uitio suo excellentius ostenditur pre ceteris membris membrum capax luminum. Non enim alia causa esset uitium eius carere lumine. Ita natura que fruebatur deo optime se institutam docet et ipso uitio quo ideo misera est quia non fruitur deo. Qui casum angelorum uoluntarium iustissima poena sempiterne infoelicitatis obstrinxit. atque in eo summo bono permanentibus ceteris ut de sua sine fine permansione certi essent tanquam ipsius premium permansionis dedit. Qui fecit hominem et ipsum rectum cum eodem libero arbitrio. terrenum quidem animal sed celo dignum si suo coheret autori. miseria similiter si eum desereret secutura qualis nature huiusmodi conueniret. que similiter cum preuaricatione legis dei per dei desertionem peccaturum esse presciret. nec illi ademit liberi arbitrii potestatem. simul preuidens quid boni de malo eius esset facturus. Qui de mortali progenie merito iusteque damnata tantum populum gratia sua colligit ut inde suppleat et instauret partem que lapsa est angelorum. Ac sic illa dilecta et superna ciuitas non fraudetur suorum numero ciuium quin etiam fortassis et uberiore letetur :—

De eterna dei et incommutabili uoluntate :— Capitulum · ii :

MUlta enim fiunt quidem a malis contra uoluntatem dei. Sed tante est ille sapientie tanteque uirtutis ut in eos exitus siue fines quos bonos et iustos ipse presciuit tendant omnia que uoluntati eius uidentur aduersa. Ac per hoc cum deus mutare dicitur uoluntatem. Ut quibus lenis erat uerbi gratia reddatur iratus illi potius quam ipse mutantur. Et eum quodammodo mutatum in his que patiuntur inueniunt. sicut mutatur sol oculis sauciatis. et asper quodammodo ex miti et ex delectabili molestus efficitur. cum ipse apud se ipsum maneat idem qui fuit. Dicitur enim uoluntas dei quam facit in cordibus obedientium mandatis eius. de qua dicit apostolus. Deus est qui operatur in uobis et uelle et perficere. Sicut iustitia dei non solum qua ipse iustus est dicitur sed illa etiam quam in homine qui ab illo iustificatur facit. Sic et lex eius uocatur quae potius est hominum sed ipso data. Nam utique homines erant quibus ait Iesus In lege uestra scriptum est. Cum et alio loco legamus Lex dei eius in corde eius. Secundum hanc uoluntatem quam deus operatur in hominibus etiam uelle dicitur quod non ipse uult. sed suos uolentes facit. Sic dicitur cognouisse quod ut cognosceretur fecit a quibus ignorabatur. Neque enim dicente apostolo. Nunc autem cognoscentes deum imo cogniti a deo fas est ut credamus quod eos tunc cognouerit

deus precognitos ante constitutionem mundi. Sed tunc cognouisse deus est quod tunc ut cognosceretur effecit. De his locutionum modis iam et in superioribus libris memini disputatum. Secundum hanc ergo uoluntatem qua uelle deum dicimus quod alios efficit uelle a quibus futura nesciuntur multa uult nec facit. Multa enim uolunt fieri sancti eius ab illo inspirata sancta uoluntate nec fiunt. Sicut orant pro quibusdam pie sancteque et quod orant non facit cum ipse in eis hanc orandi uoluntatem sancto spiritu suo fecerit. Ac per hoc quando secundum uoluntatem deum et orant sancti ut quisque sit saluus possumus illo modo locutionis dicere uult deus et non facit. Ut ipsum dicamus uelle qui ut uelint isti facit. Secundum illam uero uoluntatem suam que cum eius prescientia sempiterna est profecto in celo et in terra omnia quecumque uoluit non preterita tantum uel presentia sed etiam futura fecit uerum antequam ueniat tempus quo uoluit ut fieret quod ante tempora uniuersa presciuit atque disposuit dicimus fiet quando deus uoluerit. [S]i autem non solum tempus quo futurum est uerum etiam utrum futurum sit ignoramus dicimus fiet si deus uoluerit non quia deus nouam uoluntatem quam non habuit tunc habebit sed quia id quod ex eternitate in eius immutabili preparatum est uoluntate tunc erit.

De promissione eterne beatitudinis sanctorum ac perpetuis suppliciis impiorum. Cap. iii.

[Q]ua propter ut cetera tam multa preteream sicut nunc in christo uidemus impleri quod promisit Habrahe dicens. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Ita quod eidem semini eius promisit implebitur. Ubi ait per prophetam. Resurgent qui erant in monumentis. [E]t quod ait erit celum nouum et terra noua et non erunt memores priorum [N]ec ascendet in cor ipsorum sed letitiam et exultationem inuenient in ea. Ecce ego faciam hierusalem exultationem et populum meum letitiam [E]t exultabo in Hierusalem et letabor in populo meo. Et ultra non audietur in [ea] uox fletus. Et per alium prophetam quod prenuntiauit dicens eidem prophete [I]n tempore illo saluabitur populus tuus omnis qui inuentus est scriptus in libro [E]t multi dormientium in terre puluere siue ut quidam interpretati sunt aggere exurgent hi in uitam eternam et hi in opprobrium et confusionem eternam. Et alio loco per eundem prophetam. Accipient regnum sancti altissimi et obtinebunt illud usque in seculum et usque in secula seculorum. Et paulo post. regnum inquit eius sempiternum regnum. Et alia que ad hoc pertinent iam in libro .xx. posui. Siue que non posui et tamen in eisdem litteris scripta sunt. Uenient et haec sicut scripta uenerunt que increduli non

putabant esse uentura. Idem quippe deus utraque promisit utraque uentura esse predixit. Que perhorrescunt numina paganorum, et teste Porphyrio nobilissimo philosopho paganorum :~

Contra sapientes mundi qui putant terrena hominum corpora ad celeste habitaculum non posse transferri :~ Capitulum . IIII.

Sed uidelicet homines docti atque sapientes contra uim tante auctoritatis que omnia genera hominum sicut tanto ante predixit in hoc credendum sperandumque conuertit, acute sibi argumentari uidentur aduersus corporum resurrectionem. Et dicunt quod in tertio de re publica libro a Cicerone commemoratum est. Nam et cum Herculem et Romulum ex hominibus deos esse factos assereraret. quorum corpora inquit sunt in celum elata. Neque enim natura pateretur: ut id quod esset e terra nisi in terra maneret. Haec est magna ratio sapientium quorum dominus nouit cogitationes quoniam uane sunt. Si enim anime tantummodo essemus, id est sine ullo corpore spiritus, et in celo habitantes terrena animalia nesciremus. Nobisque futurum esse diceretur ut terrenis corporibus animandis quodam uinculo mirabili necteremur. Nonne multo fortius argumentaremur, id credere recusantes, et diceremus natura non pati ut res incorporea ligamento corporeo uinceretur: Et tamen plena est terra uegetantibus animis hec membra terrena, miro sibi modo connexa et implicita. Cur ergo eodem uolente deo qui fecit hoc animal, non poterit terrenum corpus in celeste corpus attolli si animus hominis ac per hoc et celesti corpore prestabilior terreno corpori potuit illigari: An terrena particula tam exigua potuit aliquid celesti corpore melius apud se tenere ut sensum haberet et uitam, et eam sentientem atque uiuentem dedignabitur celum suscipere, aut susceptam non poterit sustinere, cum de re sentiat et uiuat ista meliore quam est corpus omne celeste: Sed ideo nunc non fit quia nondum est tempus quo id fieri uoluit, qui hoc quod uidendo iam uiluit, multo mirabilius quam illud quod ab istis non creditur fecit: Cur enim uehementius admiramur incorporeos animos celesti corpore potiores terrenis illigari corporibus quam corpora licet terrena sedibus quamuis celestibus tamen corporeis sublimari, nisi quia hoc uidere consueuimus, et hoc sumus: Illud uero nondum sumus. nec aliquando ad huc uidimus. Nam profecto sobria ratione consulta mirabilioris esse diuini operis reperitur in corporalibus corporalia quodammodo attexere: quamlicet diuersa,

quia illa celestia· ista terrestria / tn̄ corpora et corpora copulare· ;
De resurrectione carnis qua quidam mundo credere non credunt ;
Sed hoc licet incredibile fuit aliqn̄ ecce· ¶ Capl̄m · V ;
iam credidit mũdus sublatum terrenũ xp̄i corpus in celum
Resurrectionem carnis et ascensionem in sup̄nas sedes pau
cissimis remanentibus atq; stupentibus· uel doctis uel indoctis iam
crediderunt· et docti et indocti. Si rem credibilem crediderunt
uideant q̃m sint stolidi qui non credunt. Si aũt res incredibilis
credita est· etiã hoc utiq; incredibile est sic creditum esse· quod
incredibile est. Hæc igr̄ duo incredibilia resurrectionẽ· s· nr̄i cor
poris in ̄eternũ et rem tam incredibilem mundum esse crediturũ
idem deus anteq̃ uel unũ eoꝝ fieret ambo futura esse p̄dixit. Vnũ
duoꝝ incredibilium iam fc̄m uidemus ut qđ erat incredibile cre
deret mundus: Cur id qđ reliquũ est desperat̄· ut etiã hoc ueniat
quod incredibile credidit mundus· sic iam uenit qđ silr̄ incre
dibile fuit ut rem tam incredibilez crederet mundus qn̄ quidem
hoc utrũq; incredibile quoꝝ uidemus unũ alterũ credimus in eis
dem litteris p̄dc̄m est per quas credidit mũdus:· Et ipse modus:
quo mundus credidit si consideret̄ incredibilior inuenitur.
Ineruditos liberalibus disciplinis et oĩno q̃ntum ad istoꝝ doctrinã
attinet ĩpolitos non p̄itos gramatica non armatos dyalectica nõ
Rhetorica inflatos· piscatores Christus cum retibus fidei ad mare hu̇
seculi paucissimos misit. Atq; ita ex omi gñe tam multos pisces· et
mirabiliores q̃nto rariores· etiã ipsos ph̄os cepit. Duobus illis incre
dibilibus si placet· ĩmo quia placere debet addamus hoc tertium.
Iam ergo tria sunt incredibilia que tñ fc̄a sunt. Incredibile ē xp̄m
resurrexisse in carne· et in celum ascendisse cum carne. Incredi
bile est hoĩes ignobiles infimos paucissimos imperitos· rem tam in
credibilem tam efficaciter mundo· et in illo ēt doctis p̄suadere po
tuisse. Horum triũ incredibiliũ primũ nolunt· isti cũ q̄bus agimus
credere. Sc̄dm cogunt̄ et cernere· qđ non inueniunt unde sit fc̄m
Si non credunt tertium· resurrectio certe xp̄i et in celum cũ carne
in qua resurrexit· ascensio, toto iam mundo p̄dicat̄ et credit̄. Si cre
dibilis non est· unde in toto terrarum orbe iam credita ē:· Si mlti
nobiles et sublimes docti eam se uidisse dixerunt. Et quod uiderũt
diffamare curauerũt· eis mundum credidisse non mirum ē. Sed isto^s

ad huc credere nolle perdurum est. Si autem ut uerum est paucis obscu
ris minimis indoctis eam se uidisse dicentibus et scribentibus credidit
mundus cur pauci obstinatissimi qui remanserunt ipsi mundo iam
credenti ad huc usque non credunt: Qui propterea numero exiguo ignobilium
infimorum imperitorum hominum credidit. quia et tam contemptibilibus tes
tibus multo mirabilius diuinitas se ipsa persuasit. Eloquia namque per
suadentium que dicebant mira fuerunt facta non uerba. Qui enim xpm
in carne resurrexisse et cum illa in celum ascendisse non uiderant id se
uidisse narrantibus non loquentibus tantum sed etiam mirifica facientibus signa
credebant. Homines quippe quos unius uel ut multum duarum linguarum
fuisse nouerant repente linguis omnium gentium loquentes mirabiliter au
diebant. Claudum ab uberibus matris ad eorum uerbum in xpi nomine
post quadraginta annos incolumem constitisse. Sudaria de corporibus
eorum ablata sanandis profuisse languentibus. In uia qua erant transituri
positos in ordine innumerabiles morbis uariis laborantes ut ambulan
tium super eos umbra transiret continuo salutem solere recipere. Et alia multa
stupenda in xpi nomine per eos facta. Postremo et mortuos resurrexisse cerne
bant. Que si ut leguntur gesta esse conceduntur. Ecce tot incredibilia tribus
incredibilibus addimus. Et ut credamus unum incredibile quod de carnis
resurrectione atque in celum ascensione dicitur multorum incredibilium testimo
nia tanta cogerimus. Et nondum ad credendum horrenda duritia in
credulos flectimus. Si uero per apostolos xpi ut eis crederetur resurrectionem
atque ascensionem predicantibus xpi et ista miracula facta esse non credunt.
Hoc nobis unum grande miraculum sufficit quod eam terrarum orbis sine ullis
miraculis credidit:~

Quod Roma conditorem suum Romulum diligendo deum fecerit. Ecclesia autem christum deum credendo dilexerit: Capitulum VI.

Recolamus etiam hoc loco illud
quod de Romuli diuinitate. Tullius admiratur uerba eius
ut scripta sunt inseram. Magis est inquit in Romulo ad
mirandum quod ceteri qui dei ex hominibus facti esse dicuntur minus
eruditis hominum seculis fuerunt. Ut fingendi procliuis esset ratio cum
imperiti facile ad credendum impellerentur. Romuli autem etatem
his sexcentis annis iam inueteratis litteris atque doctrinis omnique
illo antiquo ex inculta hominum uita errore sublato fuisse cernimus.
Et paulo post de eodem Romulo ita loquitur quod ad hunc pertinet sen
sum. Ex quo intelligi potest inquit permultis annis ante Homerum

fuisse quam Romulum ut iam doctis hominibus ac temporibus ipsis eru-
ditis ad fingendum uix quicquam esset loci. Antiquitas enim recepit fa-
bulas fictas etiam non numquam incondite. haec aetas autem iam exculta
praesertim eludens omne quod fieri non potest respuit. Unus e numero
doctissimorum hominum idemque eloquentissimus omnium. M. Tull. cicero
propterea diuinitatem Romuli mirabiliter creditam quod erudita tem-
pora iam fuerunt quę falsitatem non reciperent fabularum. Quis autem
Romulum deum nisi Roma credidit? Atque id parua et incipiens. tamen
deinde posteris seruare fuerat necesse quod acceperat a maioribus
ut cum ista superstitione in lacte quodammodo matris ebibita cresce-
ret ciuitas. Atque ad tam magnum perueniret imperium ut ex eius fa-
stigio uelut ex altiore quodam loco in alias quoque gentes quibus dominaretur
hęc sua opinione perfunderet. ut non quidem crederent sed tamen dicerent
deum Romulum ne ciuitatem cui seruiebant de conditore eius
offenderent aliter eum nominando quam Roma. quę id non amore huius
erroris sed tamen amoris errore crediderat. Christus autem quamquam
sit celestis et sempiternę conditor ciuitatis non tamen eum quoniam ab illo
condita est deum credidit. Sed ideo potius est condenda quia cre-
didit. Roma conditorem suum iam constructa et dedicata tamquam
deum in templo. Haec autem hierusalem conditorem suum deum Christum ut con
strui posset et dedicari posuit in fidei fundamento. Illa illum ama-
do esse deum credidit. Ista istum deum esse credendo amauit. Sic
ergo precessit unde amaret illa. et de amato iam libenter et falsum
bonum crederet. Ita precessit unde ista crederet ut recta fide non
temere quod falsum est sed quod uerum erat amaret. Exceptis enim tot
et tantis miraculis quę persuaserunt deum esse Christum. prophetię quoque diui-
nę fide dignissime precesserunt quę in illo non sicut a patribus cre-
duntur implendę. sed iam demonstrantur implete. De Romulo autem
quia condidit Romam in eaque regnauit auditur legiturque quod factum
est. non quod antequam fieret prophetatum. sed quod sit receptus in deos tenent
litterę non factum docent. Nullis quippe rerum mirabilium signis id
uere prouenisse monstratur. Lupa quippe illa nutrix quod uidetur quasi
magnum extitisse portentum quale autem quantum est ad demonstrandum.
Certe enim et si non meretrix fuit lupa illa. sed bestia cum communis fuit
ambobus. frater tamen eius non habetur deus. Quis autem prohibitus est
ut Romulum aut Herculem aut alios tales homines deos dicere et
mori maluit quam non dicere. Aut uero aliqua gentium coleret inter deos

suos Romulum nisi romani nominis metus coget. Quis porro numeret
quam multi quantalibet seuitia crudelitatis occidi quam xpm deum negare
maluerunt. Proinde metus quantalibet leuis indignationis quae ab
animis romanorum si non fieret posse putabatur existere compellebat
alias ciuitates positas sub iure romano tamquam deum colere Romulum.
A xpo autem deo non solum colendo uerum etiam confitendo tantam per orbem
terrae martyrum multitudinem metus reuocare non potuit. Non leuis
quidem offensionis animorum sed inmensarum atque uariarum poenarum et
ipsius mortis quae plus ceteris formidatur. Neque tunc ciuitas xpi quae
adhuc peregrinaretur in terris et haberet tam magnorum agmina populorum aduer-
sus impios persecutores suos pro temporali salute pugnauit. Sed potius ut ob-
tineret eternam non repugnauit. Ligabantur includebantur cedebantur tor-
quebantur urebantur laniabantur trucidabantur et multiplicabantur. Non
erat eis pro salute pugnare nisi salutem pro saluatore contemnere. Scio
in libro Ciceronis tertio nisi fallor de re publica disputari. Nullum bel-
lum suscipi a ciuitate optima nisi aut pro fide aut pro salute. Quid autem
dicat pro salute uel intelligi quam salutem uelit alio loco demonstrans.
S ed his poenis inquit quas etiam stultissimi sentiunt egestate exilio uin-
culis uerberibus elabuntur saepe priuati oblata mortis celeritate. Ciui-
tatibus autem mors ipsa poena est quae uidetur a poena singulos uin-
dicare. Debet enim constituta sic esse ciuitas ut eterna sit. Itaque nullus
interitus est rei publicae naturalis ut hominis in quo mors non tantum necessaria est,
uerum etiam optanda persaepe. Ciuitas enim cum tollitur deletur extinguitur.
S imile quodammodo est ut parua magnis conferam ac si omnis hic mundus in-
tereat et concidat. Hoc ideo dixit Cicero quia mundum non interiturum
cum platonicis sentit. Constat ergo eum pro ea salute uoluisse bellum sus-
cipi a ciuitate quae fit ut maneat hec ciuitas sic dicit eterna quamuis mo-
rientibus et nascentibus singulis. Sic perhennis est opacitas oleae uel
lauri atque huiusmodi ceterarum arborum singulorum lapsu ortuque foliorum.
M ors quippe ut dicit non hominum singulorum sed uniuersae poena est ciuitatis
quae a poena plerumque singulos uindicat. Unde merito queritur utrum recte
fecerint Saguntini quando uniuersam ciuitatem suam interire maluerunt
quam fidem frangere qua cum ipsa romana re publica tenebantur. In quo suo
facto laudantur ab omnibus terrene R. P. ciuibus. Sed quomodo huic dispu-
tationi possent obedire non uideo. ubi dicitur nullum suscipiendum esse
bellum nisi aut pro fide uel aut pro salute. Nec dicitur si in unum simul
periculum ita duo ista concurrerint ut teneri alterum sine alterius amis-

sione non possit. Quid sit potius eligendum. Profecto enim Saguntini
si salutem eligerent fides eis fuerat deserenda. Si fides tenenda amit
tenda utique salus sicut factum est. Salus autem ciuitatis dei talis est ut cum
fide ac per fidem teneri uel potius adquiri possit. fide autem perdita ad
eam quisque uenire non possit. Que cogitatio firmissimi ac patientis
simi cordis tot ac tantos martyres fecit. qualem ne unum quidem habuit
uel habere potuit quando est deus creditus Romulus: — Quod ut mundus
in xpm crederet uirtutis fuerit diuine non persuasionis hu
Sed ualde ridiculum est mane : — Capitulum . VII :
de Romuli falsa diuinitate cum de xpo loquimur facere men
tionem. Verum tamen cum sexcentis ferme annis ante Ciceronem
Romulus fuit. atque illa etas iam fuisse doctrinis dicatur exculta ut quicquid
fieri non potest omne respueret. Quanto magis post sexcentos annos ipsius
tempore Ciceronis maximeque postea sub Augusto atque Tyberio eruditiori
bus utique temporibus resurrectionem carnis xpi atque in celum ascensionem
tamquam id quod fieri non potest mens humana ferre non posset. elideret
que ab auribus cordibusque respueret. Nisi eam fieri potuisse atque fa
ctum esse diuinitas ipsius ueritatis uel diuinitatis ueritas et con
testantia miraculorum signa monstrarent. ut terrentibus et contra
dicentibus tam multis tamque magnis persecutionibus. precedens in
xpo deinde in ceteris ad nouum seculum secutura resurrectio
atque inmortalitas carnis et fidelissime crederetur et predicaretur intre
pide. et per orbem terre pullulatura fecundius cum martyrum san
guine sereretur. Legebantur enim preconia precedentia prophetarum. Concur
rebant ostenta uirtutum. et persuadebatur ueritas noua consuetudini
non contraria rationi. donec orbis terre qui persequebatur furore seque
retur fide : — De miraculis que ut mundus in xpm crederet
facta sunt et fieri mundo credente non desinunt : Cap. VIII :
CUR inquiunt nunc illa miracula que predicatis facta esse non
fiunt. Possem quidem dicere necessaria fuisse prius quam crederet
mundus. Quisquis adhuc prodigia ut credat inquirit. Magnum
est ipse prodigium qui mundo credente non credit. Verum hoc ideo
dicunt ut nec tunc illa miracula facta fuisse credantur. Unde ergo
tanta fide xpus usquequaque cantatur in celum cum carne sublatus. Un
de temporibus eruditis et omne quod fieri non potest respuentibus sine
ullis miraculis nimium mirabiliter incredibilia credidit mundus.

An forte credibilia fuisse et ideo credita esse dicturi sunt. Cur ergo ipsi
non credunt? Breuis est igitur nostra complexio aut incredibilis rei quae
non uidebatur alia incredibilia quae tamen fiebant et uidebantur fecerunt
fidem. Aut certe res ita credibilis ut nullis quibus persuaderetur miraculis
indigeret istorum nimiam redarguit infidelitatem. Hoc ad refellendos
uanissimos dixerim. Nam facta esse multa miracula quae attestarentur
illi uni grandi salubrique miraculo quo Christus in caelum cum carne in
qua resurrexit ascendit negare non possumus. In eisdem quippe
ueracissimis libris cuncta conscripta sunt et quae facta sunt et propter
quod credendum facta sunt. Haec ut fidem facerent innotuerunt. haec
per fidem quam fecerunt multo clarius innotescunt. Leguntur quippe in
populis ut credantur. Nec in populis tamen nisi credita legerentur. Nam etiam nunc
fiunt miracula in eius nomine siue per sacramenta eius siue per orationes uel
memorias sanctorum eius. Sed non eadem claritate illustrantur ut tanta
quanta illa gloria diffamentur. Canon quippe sacrarum litterarum quem
diffinitum esse oportebat illa facit ubique recitari et memoriae cuncto
rum inherere populorum. Haec autem ubicunque fiunt ibi sciuntur uix a tota
ipsa ciuitate quocumque commanentium loco. Nam plerumque et ibi pau
cissimi sciunt ignorantibus ceteris maxime si magna sit ciuitas. Et
quando alibi aliisque narrantur non tanta ea commendat auctoritas ut sine
difficultate uel dubitatione credantur quamuis christianis fidelibus a fi
delibus indicentur. Miraculum quippe quod Mediolani factum est cum
illic essemus quando illuminatus est caecus ad multorum notitiam potuit per
uenire quia et grandis est ciuitas et ibi erat tunc Imperator et immenso
populo teste res gesta est concurrente ad corpora martyrum. Protasii
et Geruasii quae cum laterent et penitus nescirentur episcopo Ambrosio per
somnium reuelata reperta sunt. Ubi caecus ille depulsis ueteribus tene
bris diem uidit. Apud Carthaginem autem quis nouit praeter admo
dum paucissimos salutem quae facta est Innocentio ex aduocato uica
riae praefecturae. Ubi nos interfuimus et oculis aspeximus nostris. Uenientes
de transmarinis me et fratrem meum Alipium nondum quidem clericos
sed iam deo seruientes ut erat cum tota domo sua religiosissimus ipse
susceperat. Et apud eum tunc habitabamus. Curabatur a medicis fistu
las quas numerosas atque perplexas habuit in posteriore atque ima
corporis parte. Iam secuerant eum et artis suae cetera medicamentis
agebant. Passus autem fuerat in illa sectione et diuturnos et acerbos

Dolores

dolores. Sed unus inter multos sinus fefellerat medicos, atque ita latuerat, ut eum non tangerent, quem ferro aperire debuerant. Denique sanatis omnibus que aperta curabant, iste remanserat solus, cui frustra impendebatur labor. Quas moras ille suspectas habens, multumque formidans ne iterum secaretur, quod ei praedixerat alius medicus domesticus eius, quem non admiserant illi ut saltem uideret cum primum sectus est quomodo id facerent, iratusque illum domo abiecerat, uixque receperat, erupit atque ait: Iterum me secturi estis? Ad illius quem noluistis esse presentem uerba uenturus sum? Irridere illi medicum imperitum, metumque hominis bonis uerbis promissionibusque lenire. Preterierunt alii dies plurimi; nihil proficiebat omne quod fiebat. Medici tamen in sua pollicitatione sistebant, non se illum sinum ferro, sed medicamento esse clausuros. Adhibuerunt et alium grandeuum iam medicum, satisque in illa arte laudatum. Adhuc enim uiuebat Ammonium, qui loco inspecto idemque quod illi ex eorum diligentia peritiaque promisit. Cuius ille factus auctoritate securus, domestico suo medico qui futuram praedixerat aliam sectionem faceta hilaritate uelut iam saluus illusit.

Quid plura? Tot dies postea inaniter consumpti transierunt, ut fessi atque confusi faterentur eum nisi ferro nullo modo posse sanari. Expauit, expalluit nimio timore turbatus. Atque ubi se collegit, farique potuit, abire illos iussit, et ad se amplius non accedere. Nec aliud occurrit fatigato lacrymis et illa iam necessitate constricto, nisi adhiberet Alexandrinum quendam, qui tunc cirurgicus mirabilis habebatur, ut ipse faceret quod ab illis fieri nolebat iratus. Sed posteaquam uenit ille, laboremque illorum in cicatricibus sicut artifex uidit, boni uiri functus officio persuasit homini, ut illi potius qui in eo tantum laborauerant quantum ipse inspiciens mirabatur, sue curationis fine fruerentur, adiciens quod reuera nisi sectus esset, saluus esse non posset, sed ualde abhorrere a suis moribus, ut hominibus quorum artificiosissimam operam, industriam, diligentiam mirans in cicatricibus eius uideret, propter exiguum quod remansit palmam tanti laboris auferret. Redditi sunt animo eius, et placuit ut eodem Alexandrino assistente ipsi sinum illum ferro, qui iam consensu omnium aliter insanabilis putabatur, aperirent. Que res dilata est in consequentem diem. Sed cum abissent illi, ex merore nimio domini tantus est in domo illa exortus dolor, ut tamquam funeris planctus uix comprimeretur a nobis. Visitabant eum quotidie sancti uiri episcopus tunc Vzalensis beate memorie Saturninus et presbiter Gulosus

ac diaconi carthaginensis ecclesiae, in quibus erat et ex quibus solus est nunc in rebus humanis iam episcopus cum honore a nobis debito nominandus Aurelius. Cum quo recordantes miracula operum dei, de hac re saepe collocuti sumus eumque ualde meminisse quod commemoramus inuenimus. Qui cum eum sicut solebant uespere uisitarent. Rogauit eos miserabilibus lacrymis ut mane dignarentur esse praesentes suo funeri potius quam dolori. Tantus enim eum metus ex prioribus inuaserat poenis, ut se inter medicorum manus non dubitaret esse moriturum. Consolati sunt eum illi et hortati ut in deo fideret eiusque uoluntatem uiriliter ferret. Inde ad orationem ingressi sumus, ubi nobis ex more genua figentibus atque incumbentibus terrae. Ille se ita proiecit tamquam fuisset aliquo grauiter impellente prostratus. Et coepit orare, quibus modis, quo affectu, quo motu animi, quo fluuio lacrymarum, quibus gemitibus atque singultibus succutientibus omnia membra eius et pene intercludentibus spiritum, quis ullis explicet uerbis? Vtrum orarent alii nec ne an eorum auerteretur intentio nesciebam. Ego tamen prorsus orare non poteram. Hoc tantummodo breuiter in corde meo dixi. Domine quas tuorum preces exaudis, si has non exaudis. Nihil enim mihi uidebatur addi iam posse, nisi ut expiraret orando. Surreximus et accepta ab episcopo benedictione discessimus, rogante illo ut mane adessent, illis ut equo animo esset hortantibus. Illuxit dies qui metuebatur. Aderant serui dei sicut se adfuturos esse promiserant. Ingressi sunt medici, parantur omnia quae hora illa poscebat. Tremenda ferramenta proferuntur attonitis suspensisque omnibus. Eis autem quorum erat maior auctoritas, defectum animi eius consolando erigentibus, ad manus secturi membra in lectulo componuntur. Soluuntur nodi ligamentorum. Inspicit medicus et ad secandum illum sinum armatus atque intentus inquirit. Scrutatur oculis digitisque contrectat. Tentat denique modis omnibus. Inuenit firmissimam cicatricem. Iam illa letitia et laus atque gratiarum actio omnipotenti et misericordi deo quae fusa est ore omnium lacrymantibus gaudiis non est committenda meis uerbis, cogitetur potius quam dicatur. In eadem carthagine Innocentia religiosissima foemina de primariis ipsius ciuitatis in mamilla cancrum hebat, rem sicut medici dicunt nullis medicamentis sanabilem. Aut ergo praecidi solet et a corpore separari ubi nascitur. Aut ut aliquanto diutius homo uiuat tamen inde mortem quamlibet tardius

affuturam · sedm Hypocratis ut ferunt sniaz · omissa est omittenda
curatio · Hoc illa a perito medico et sue domui familiarissimo ac
ceperat · Et ad solum deum se orando conuerterat · Admonet̄ ī
somnis ppinquante pasca ut sem parte feiarum obseruanti ad
baptisterium quecunq; illi baptizata primitus occurrisset · sigret
ei locum signo xpi · fecit · Confestim sanitas consecuta ē · Medicus
sane qui ei dixerat ut nihil curationis adhiberet · si paulo diutius
uellet uiuere · cum inspexisset eam postea et sanissimam copisset
q̄ prius hēret illud malum tali inspectione cognouerat · Quesiuit
ab ea uehementer qd adhibuisset cupiens q̄tum intelligi datur
nosse medicamentū quo hypocratis diffinitio uincetur · Cumq;
ab ea qd dictum esset audisset · uoce uelut contemnentis ne aliqd
contumeliosuz uerbū ferret in xpm religiosa urbanitate rndisse
fertur · Putabam inqt magnū aliqd te mihi fuisse dicturam ·
Atq; illa iam exhorrescente · mox addidit · Quid grande fecit xps
sanare cancrū · qui quatriduanū mortuū suscitauit · Hoc ego
cū audissem · ut uehementer stomacharē in illa ciuitate atq; in
illa psona non utiq; obscura · fcm tam ingens miraculū sic lateret
hinc eam et admonendaz et pene obiurgandam putaui · Quae
cū mihi rndisset · non se inde tacuisse · quesiui ab eis quas forte
tūc matronas amicissimas secū hēbat · Responderūt se omnino nescisse ·
Ecce inqm quo non taces ut nec iste audiant · que tibi tanta fami-
liaritate iunguntur · Et qa breuiter ab eis quesieram · feci ut illis au-
dientibus multūq; mirantibus et glorificantibus deū · totum ex or-
dine quemadmoduz gestum fuerat indicaret · Medicum quēdaz
podagricum in eadez urbe · qui cū dedisset nomen ad baptismum
et pridie q̄ baptiçaretur in somnis a pueris nigris cirratis · quos in-
telligebat demones · baptizari eodem anno phibitus fuisset · eisq;
non obtēperans etiā conculcantibus pedes eius · in dolorem acerrimū
quale nunq̄ expertus extitisset · magisq; eos uincens lauacro regna
tionis ut nouerat ablui non distulisset · In baptismate ipso non so-
lum dolore · quo ultra solitū cruciabat · uerū podagra caruisse nec
amplius cū tam diu postea uixisset pedes doluisse · quis nouit ·
Nos tamen nouimus et paucissimi fres ad quos id potuit peruenire · Ex
mimo qdam curubitanus · non solum a paralisi · uerū etiā ab in-
formi pondere genitaliū cum baptizaretur saluus factus est et libe-
ratus utraq; molestia · tanq̄ mali nihil habuisset in corpore de-

fonte regenerationis ascendit. Quis hoc preter curubitanos nouit et preter
rarissimos aliquos qui hoc ubicumque audire potuerunt. Nos autem cum
hoc comperissemus iubente sancto episcopo aurelio etiam ut ueniret carthaginem
fecimus quamuis a talibus prius audierimus de quorum fide dubitare
non possem. Vir tribunitius hesperius apud nos est. habet in territo
rio fussalensi fundum zubedi appellatur. Ubi cum afflictione animalium
et seruorum suorum domum suam spirituum malignorum uim noxiam pate
ti comperisset rogauit nostros me absente presbiteros ut aliquis eorum illo per
geret cuius orationibus cederent. Perrexit unus obtulit ibi sacrificium
corporis christi orans quantum potuit ut cessaret illa uexatio. deo protinus
miserante cessauit. Acceperat autem ab amico suo terram sanctam
de hierosolymis allatam ubi sepultus christus die tertio resurrexit.
e amque suspenderat in cubiculo suo ne quid mali et ipse pateretur.
A t ubi domus eius ab illa infestatione purgata est quid de illa terra fieret
cogitabat quam diutius in cubiculo suo reuerentie causa habere nolebat.
F orte accidit ut ego et collega tunc meus episcopus sinitensis ecclesie maximi
nus in proximo uenissemus. Ut ueniremus rogauit et uenimus. Cumque
nobis omnia retulisset et hoc petiuit ut infoderetur alicubi atque ibi oratio
num locus fieret ubi etiam christiani possent ad celebranda que dei
sunt congregari. Non restitimus factum est. Erat ibi iuuenis pa
raliticus rusticanus hoc audito petiuit a parentibus suis ut illum
ad eundem locum sanctum non cunctanter afferrent. Qui cum fuisset alla
tus orauit atque inde continuo pedibus suis saluus abscessit. Victo
riana dicitur uilla ab yppone regio nihilominus triginta milibus abest.
M emoria martyrum ibi est mediolanensium protasii et geruasii. Por
tatus est eo quidam adolescens qui cum die medio tempore estatis equum
ablueret in fluminis gurgite demonem incurrit. Ibi cum iaceret
uel morti proximus uel simillimus mortuo ad uespertinos illuc
hymnos et orationes cum ancillis suis et quibusdam sanctimonialibus ex
more domina possessionis intrauit. Atque hymnos cantare ceperunt.
Q ua uoce ille quasi percussus excussus est et cum terribili fremitu al
tare comprehensum mouere non audens siue non ualens tamquam eo
fuerit alligatus aut affixus tenebat. Et cum grandi eiulatu parci
sibi rogans confitebatur ubi adolescentem et quando et quomodo inuaserit. po
stremo se exiturum esse denuntians membra eius singula nominabat
que se amputaturum exiens minabatur. Atque in hec uerba discessit ab
homine. Sed oculus eius in maxillam fusus tenui uenula ab interiore

quasi radice pendebat. totumque eius medium quod nigellum fuerat albi
cauerat. Quo uiso qui aderant. Concurrerant etiam alii uocibus eius
acciti et se omnes in orationem pro illo strauerant. Qui cum eum sana mente
stare gauderent. rursus tamen propter eius oculum contristati medicum quae-
rendum esse dicebant. Ibi maritus sororis eius qui eum illo detulerat
P otens est inquit deus sanctorum orationibus qui fugauit demonem lumen red-
dere. Tamen sicut potuit. oculum lapsum atque pendentem loco suo reuo-
catum ligauit orario. Nec nisi post septem dies putauit esse soluen-
dum. quod cum fecisset sanissimum inuenit. Sanati sunt illic et alii de
quibus dicere longum est. Hypponensem quandam uirginem scio. cum se
oleo perunxisset. cui pro illa orans presbyter instillauerat lacrymas suas m-
ox a demonio fuisse sanatam. Scio etiam episcopum semel pro adolescente
quem non uidit orasse. illumque illico demone caruisse. Erat quidam
senex Florentius hypponensis noster homo religiosus et pauper. Sartoris
se arte pascebat. Casulam perdiderat. Et unde sibi emeret non habebat.
A d uiginti martyres quorum memoria est apud nos celeberrima clara
uoce ut uestiretur orauit. Audierunt eum adolescentes qui forte ade-
rant irrisores. eumque discedentem exagitantes prosequebantur quasi a
martyribus quinquagenos folles unde uestimentum emeret petiuisset.
A t ille tacitus ambulans grandem piscem palpitantem uidit in littore.
E umque illis fauentibus atque adiuuantibus apprehendit. Et cuidam coco
C atoso nomine bene christiano ad coquinam conditariam indicans quid
gestum sit. tricentis follibus uendidit. Lanam inde comparare disponens.
ut uxor eius quo modo posset ei quo indueretur efficeret. Sed coquus co-
cidens piscem anulum aureum in uentriculo eius inuenit. Moxque mi-
seratione flexus et religione perterritus homini eum reddidit dicens. Ecce
quo te uiginti martyres uestierunt. Ad aquas Tilibitanas episcopo afferente pro-
iecto reliquias martyris gloriosissimi Stephani ad eius memoriam
ueniebat magne multitudinis concursus et occursus. Ibi ceca mulier
ut ad episcopum portantem duceretur orauit. flores quos uolebat dedit. Re-
cepit. oculis admouit. protinus uidit. Stupentibus qui aderant preibat
exultans uiam carpens. et uie ducem ulterius non requirens. Memorati
memoriam martyris que posita est in castello Sinitensi. quod Hypponensi
colonie uicinum est. Eiusdem loci Lucillus episcopus populo populo precedente
atque sequente portabat fistulam cuius molestia iam diu laborauerat.
et familiarissimi sui medici qui eum secaret operiebatur manus. Illius pie
sarcine uectatione repente sanata est. Nam deinceps eam in suo cor-
pore

non invenit. Eucharius presbiter ex hispania Calame habitat. Vetere morbo calculi laborabat. Per memoriam supradicti martyris quam possidius illo advexit episcopus salvus factus est. Idem ipse postea morbo alio prevalescente mortuus sic iacebat ut ei iam pollices ligarentur. Opitulatione memorati martyris cum de memoria eius reportata esset super iacentis corpus missa ipsius presbiteri tunica suscitatus est. Fuit ibi vir in ordine suo Primarius nomine Martialis evo iam gravis et multum abhorrens a religione christiana. Habebat sane fidelem filiam et generum eodem anno baptizatum. Qui cum eum egrotantem multis et magnis lacrymis rogarent ut fieret christianus, prorsus abnuit eosque a se turbida indignatione summovit. Visum est genero eius ut iret ad memoriam sancti Stephani et illic pro eo quantum posset oraret ut deus illi daret mentem bonam qua credere non differret in christum. Fecit hoc ingenti gemitu et fletu et sinceriter ardente pietatis affectu. Deinde abscedens aliquid de altare florum quod occurrit tulit eique cum iam nox esset ad caput posuit. Tum dormitum est. Et ecce ante diluculum clamat ut ad episcopum curreretur qui mecum forte tunc erat apud hypponem. Cum ergo eum audisset absentem venire postulavit presbiteros. Venerunt credere se dixit. Admirantibus atque gaudentibus omnibus baptizatus est.

Hic quamdiu vixit in ore habebat: Christe accipe spiritum meum, cum hec verba tamen beatissimi Stephani quando lapidatus est a iudeis ultima fuisse nesciret que huic quoque ultima fuerunt. Nam non multo post etiam ipse defunctus est. Sanati sunt illic per eundem martyrem et podagri duo, civis unus, peregrinus unus, sed civis omni modo. Peregrinus autem per revelationem quid adhiberet quando doleret audivit.

Et cum hoc fecerit dolor continuo conquievit. Audurus nomen est fundi ubi ecclesia et in ea memoria martyris Stephani. Puerum quendam: puerum quendam parvulum cum in area luderet, exorbitantes boves qui vehiculum trahebant rota obtriverunt. Et confestim palpitavit expirans. Hunc mater abreptum ad eandem memoriam posuit et non solum revixit verum et illesus apparuit. Sanctimonialis quedam in vicina possessione que Aspaliana dicitur cum egritudine laboraret ac desperaretur, ad eandem memoriam tunica eius allata est que antequam revocaretur illa defuncta est. Hac tamen tunica operuerunt cadaver eius parentes. Et recepto spiritu salva facta est. Apud hipponem Bassus quidam syrus ad memoriam eiusdem martyris orabat pro egrotante filia eoque secum vestem eius attulerat. Cum

ecce pueri de domo cucurrerunt, qui ei illam mortuam nuntiarent.
Sed cum orante illo ab amicis eius exciperentur, prohibuerunt eos illi dicere
ne per publicum plangeret. Qui cum domum redisset iam suorum eiu
latibus personantem, et uestem filie quam ferebat super eam proiecisset
reddita est uite. Rursus ibidem apud nos hyrenei cuiusdam
collectarii filius egritudine extinctus est. Cumque corpus iaceret
exanime, atque a lugentibus et lamentantibus exequie pararentur, amicorum
eius quidam inter aliorum consolantium uerba suggesserit, ut eiusdem
martyris oleo corpus perungeretur. factum est et reuixit. Itemque apud
nos uir tribunitius eleusinius, super memoriam martyrum que in
suburbano eius est, egritudine exanimatum posuit infantulum filium
suum. Et post orationem quam multis cum lacrymis ibi fudit, uiuentem
leuauit. Quid faciam? Urget huius operis implenda promissio, ut non
hic possim omnia commemorare que scio. Et procul dubio plerique nostrorum
cum hec legent, dolebunt me pretermisisse tam multa, que utique me
cum sciunt. Quos iam nunc ut ignoscant rogo, et cogitent quam prolixi
laboris sit facere quod me hic non facere suscepti operis necessitas cogit.
Si enim miracula sanitatum ut alia taceam, ea tantummodo uelim scribere,
que per hunc martyrem id est gloriosissimum Stephanum facta sunt in colonia
calamensi et in nostra, plurimi conficiendi sunt libri. Nec tamen omnia
colligi poterunt, sed tantum de quibus libelli dati sunt qui recitarentur in populis.
Id namque fieri uoluimus, cum uideremus antiquis similia diuinarum signa
uirtutum etiam nostris temporibus frequentari. Et ea non debere multorum
notitie deperire. Nondum est autem biennium ex quo apud hipponem
regium cepit esse ista memoria. Et multis quod nobis certissimum est non
datis libellis de his que mirabiliter facta sunt, illi ipsi qui dati sunt
ad septuaginta ferme numerum peruenerant quando ista conscripsi. Calame
uero ubi et ipsa memoria prius esse cepit et crebrius dantur, incomparabili
multitudine superant. Uzali etiam que colonia Utice uicina est, multa
preclara per eundem martyrem facta cognouimus, cuius ibi memoria
longe prius quam apud nos ab episcopo euodio constituta est. Sed libel
lorum dandorum ibi consuetudo non est, uel potius non fuit. nam
fortasse nunc esse iam cepit. Cum enim nuper illic essemus, Petroni
am clarissimam feminam que ibi mirabiliter ex magno atque diuturno
in quo medicorum adiutoria cuncta defecerat languore sanata est,
Hortati sumus uolentes supradicto loci episcopo ut libellum daret qui
recitaretur in populo. et obedientissime paruit. In quo posuit etiam quod

hic reticere non possum q̄uis ad ea quę hoc opus urgent festinare
compellar. A quodam iudeo dixit sibi fuisse psuasum ut anulū
capillatio uinculo insereret quo sub omni ueste ad nuda corpo
ris cingēt̃ qui anulus hr̄et sub gemma lapidem in renibus inuen
tum bobus. Hoc alligata q̄si remedio ad sci martyris limina ueni
ebat. Sed pfecta a carthagine cum in confinio fluminis Bargarde
in sua possessione mansisset surgens ut iter pageret ante pedes suos
illū iacentē anulum uidit. Et capillatiā zonam quā fuerat alli
gata mirata tentauit, quā cum omo suis nodis firmissimis sic
erat comperisset astricta crepuisse atq; exiluisse anulum suspica
ta ē. Qui etiā ipse cum integerrimis fuisset inuentus future salutis
quodammō pignus de tanto miraculo se accoepisse psumpsit. Atq;
illud uinculum soluens simul cū eodem anulo piecit in flumen

N on credant hoc qui etiā dnm iesum xpm pintegra uirginalia
matris enixū et ad discipulos hostiis clausis ingressuz fuisse non
credunt. Sed hoc certe querant et si uerū inuenerit illa credant

C larissima feia est nobiliter nata nobiliter nupta carthaginem
hītat ampla ciuitas ampla psona rem q̄rentes latere non sinit.

M artyr certe ipe quo ipetrante illa sanata est in filiū pmanentis uir
ginis credidit in eū qui hostijs clausis ad discipulos ingressus est
credidit. Postremo qp oīa ista dicunt̃ a nobis in eū q ascendit in cęlū
cum carne in qua resurrexerat credidit. Et ideo p eum tanta fiūt
qa pro ista fide aiām posuit. Fiūt ergo et nunc mlta miracula
eodē deo faciente p quos uult et q̄eadmodū uult, q et illa quę
legimus fecit. Sed ista nec silr̃ innotescūt. Neq; ut excidāt aīo
q̄i glaream memorie crebra lectione tūdunt̃. Nam et ubi dilige
tia est que nunc apud nos esse cepit, ut libelli eoꝝ qui beneficia
pcipiunt recitent̃ in pplo. Semel hoc audiūt qui adsunt, pluēs
q; non adsunt ut nec illi qui affuerūt post aliquos dies qd audie
runt mente retineant. Et uix quisq; repiat̃ illoꝝ, qui ei quē non
affuisse cognouerit indicet qd audiuit. Vnū est apud nos fcm
non maius q̄ illa que dixi, sed tam clarū atq; illustre miraclm
ut nullum arbitror esse hypponensiū, q hoc qdē non uel uidēit
uel didicēit, nullū qui obliuisci ulla rōe potuerit. Decem qdē
frēs quoꝝ septē sunt mares tres feminę de cęsarea capadocie
suoꝝ ciuiū non ignobiles, maledicto matris recenti patris eoꝝ
obitu destitute, quę iniuriam sibi ab eis frām acerbissime tulit,

T ali poena sunt diuinitus coerciti ut horribiliter quaterent̄ omnes
tremore mebro͡r. In qua fedissima spē oculos suo͡r ciuium non
ferentes quaq; uersum cuiq; ire uisum est toto pene uagabantur
orbe romano. Ex his etiā ad nos uenerūt duo frater et soror, et
P aulus et Palladia, multis aliis locis miseria diffamante iā cogniti.
V enerūt aūt ante pascha ferme dies qndecim. Eccl͡am quotidie et in
ea memoria glosissimi Stephani frequentabāt, orantes ut iā sibi
placaret̄ deus et salutē pristinā redderet. Et illic et quocūq; ibat
conuertebant in se ciuitatis aspectum. Non nulli qui eos alibi ui
derant causamq; tremoris eo͡r nouerāt aliis ut cuiq; poterant indica
bant. Venit et pascha. Atq; ipso die dn̄i eo mane cū iam frequens
ppls pn̄s esset. Et loci sancti cancellos ubi martyriū erat. Idem iu
uenis orās teneret, repente pstratus ē et dormienti simillimus iacu
it. non tn̄ tremens sic etiā per somnium solebat. Stupentibus q
aderant, atq; aliis pauentibus, aliis dolentibus cum eum qdam
uellent erigere non nulli phibuerūt et potius exitū expectan
dum esse dixerunt. Et ecce surrexit et non tremebat qm sanat
erat. et stabat incolumis intuens intuentes. Quis ergo se tenuit
a laudibus dei? Clamantiū gratulantiū uocibus ecclesia usq; qq;
completa ē. Inde ad me currit ubi sedebam iam pcessurus. Ir
ruit alter quisq; post alterum. Omnis posterior quasi nouū qd
alius prior dixerat nuntiantes. Meq; gaudente et apud me deo
grās agente ingredit̄ etiā ipse cum pluribus. Inclinat̄ ad genua
mea, erigit̄ ad osculum meū. Procedimus ad pplm. plena erat
eccl͡a, psonabat uocib; gaudio͡r deo grās deo laudes nemine
tacente hinc atq; inde clamantiū. Salutaui pplm. Et rursus ea
dē feruentiore uoce clamabant. Facto tandem silentio scriptu
rarū diuinarū sunt lecta solemnia. Ubi aūt uentū est ad mei ser
monis locū dixi pauca p tpre et pro illius iocunditate letitie.
M agis eñ eos in ope diuino quādā dei eloquentiā non audire sed
considerare pmisi. Nobiscum homo prandet. et diligenter nob
omnē sue fraterneq; ac mt̄ne calamitatis indicauit historiam.
S equenti itaq; die post sermone reditum narrationis eius libellū
in crastinum pplo recitandū pmisi. Qd cū et dnico pasche die
tertio fieret in gradibus exedre in qua de supiore loco loquebar
feci stare ambos frēs cū eo͡r legeret̄ libellus. Intuebat̄ pplus unius
sus sexus utriusq; unum stante sine deformi motu, alteram

membris omnibus contremente. Et qui ipsum non uiderant quod in eo diuine misericordie factum esset in eius sororis ore cernebant. Videbant enim quod in illo gratulandum quod pro illa esset orandum. Inter hec recitato eorum libello de conspectu populi eos abire precepi. Et de tota ipsa causa aliquanto diligentius ceperam disputare. Cum ecce me disputante uoces alie de memoria martyris noue gratulationis audiuntur. Conuersi sunt eo qui me audiebant ceperuntque currere. Illa enim ubi de gradibus descendit in quibus steterat ad sanctum martyrem orare perrexerat. Que mox ut cancellos attigit collapsa similiter uelut in somnum sana surrexit.

Dum ergo requirimus quid factum fuit unde ille strepitus letus extiterit. Ingressi sunt cum illa in basilicam ubi eramus adducentes eam sanam de martyris loco. Tum uero tantus ab utroque sexu admirationis clamor exortus est ut mox continuata cum lacrymis non uideretur posse finiri.

Perducta est ad eum locum ubi paulo ante steterat tremens. Exultabant eam similem fratri cui doluerant remansisse dissimilem. Et nondum fusas lacrymas suas pro illa iam tamen priorem uoluntatem tam cito exauditam esse cernebant. Exultabant in dei laudem uoce sine uerbis tanto sonitu quantum nostre aures ferre uix possent. Quid erat in cordibus exultantium nisi fides christi pro qua Stephani sanguis fusus est;

Cui nisi huic fidei attestantur ista miracula in qua predicatur christus resurrexisse in carne et in celum ascendisse cum carne. Quia et ipsi martyres huius fidei martyres id est huius fidei testes fuerunt. Huic fidei testes testimonium perhibentes mundum inimicissimum et crudelissimum pertulerunt. Eumque non repugnando sed moriendo uicerunt.

Pro ista fide mortui sunt qui hec a domino impetrare possunt propter cuius nomen occisi sunt. Pro hac fide precessit eorum mira patientia ut in his miraculis tanta ista potentia sequeretur. Nam si carnis in eternum resurrectio uel non precessit in christo uel non uentura est sicut prenuntiatur a christo uel sicut prenuntiata est a prophetis a quibus prenuntiatus est christus. Cur et mortui tanta possunt qui pro ea fide qua et resurrectio predicatur occisi sunt.

Siue enim deus ipse per se ipsum miro modo quo res temporales operatur eternus.

Siue per suos ministros ista faciat et eadem ipsa que per ministros facit siue quedam faciat etiam per martyrum spiritus sicut per homines adhuc corpore constitutos. Siue omnia ista per angelos quibus inuisibiliter incorporaliter immutabiliter imperat operatur. Ut que per martyres fieri

dicuntur eis orantibus tantum et impetrantibus non etiam operantibus fiant
ut alia istis alia illis modis qui nullo modo comprehendi a morta
libus possunt. Et tamen attestantur ei fidei in qua carnis in eternum resur
rectio predicatur :

HIc forte dicturi sunt et deos suos aliqua fecisse. Bene si iam
incipiunt deos suos nostris mortuis hominibus comparare. An dicent
etiam se habere deos ex hominibus mortuis sicut Herculem sicut Romulum
sicut alios multos quos in deorum numero receptos opinantur. Sed nobis mar
tyres non sunt dii quia unum eundemque deum et nostrum scimus et mar
tyrum. Nec tamen miraculis que per memorias nostrorum martyrum fiunt ullo
modo sunt comparanda miracula que facta per templa perhibentur illorum. Ve
rum si qua similia videntur sicut a Moyse magi pharaonis. Sic eorum dii vi
cti sunt a martyribus nostris. Fecerunt autem illa demones eo fastu impu
re superbie quo eorum dii esse voluerunt. Faciunt autem ista martyres vel po
tius deus aut cooperantibus aut orantibus eis ut fides illa proficiat. qua eos
non deos nostros esse sed unum deum nobiscum habere credamus. Denique illi
talibus diis et templa edificaverunt et statuerunt aras et sacerdotes institu
erunt et sacrificia fecerunt. Nos autem martyribus nostris non templa sicut
diis sed memorias sicut hominibus mortuis quorum apud deum vivunt spiritus
fabricamus. Nec ibi erigimus altaria in quibus sacrificemus martyri
bus sed uni deo et martyrum et nostro. ad quod sacrificium sicut homines dei
qui mundum in eius confessione vicerunt suo loco et ordine nominantur
non tamen a sacerdote qui sacrificat invocantur. Deo quippe non ipsis sacrificat
quamvis in memoria eorum sacrificet quia dei sacerdos est non illorum. Ipsum
vero sacrificium corpus est Christi quod non offertur ipsis quia hoc sunt et ipsi.
Quibus igitur potius credendum est miracula facientibus. Eisne qui se ipsos
volunt haberi deos ab hiis quibus ea faciunt. An eis qui ut in deum credatur quod
et Christus est faciunt. Eisne qui sacra sua et crimina sua esse voluerunt.
An eis qui nec laudes suas volunt esse sacra sua sed totum quod veraciter
ad eius gloriam proficere in quo laudantur anime eorum. Credamus ergo eis et
vera dicentibus et mira facientibus. Dicendo enim vera passi sunt ut possent
facere mira. In eis veris est precipuum quod Christus resurrexit a mortuis et immor
talitatem resurrectionis in sua carne primus ostendit quam a nobis
affuturam vel in principio novi seculi vel in huius vitae fine
promisit :

Contra platonicos qui de naturalibus elementorum ponderibus argumentantur terrenum corpus in celo esse non posse : Capitulum . xi .

Contra quod magnum dei donum ratiocinatores isti quorum cogitationes nouit deus quoniam uane sunt, de ponderibus elementorum argumentantur. Quoniam scilicet magistro platone didicerunt mundi duo corpora maxima atque postrema duobus mediis aere scilicet et aqua esse copulata atque coniuncta. Ac per hoc inquiunt quoniam terra ab hinc sursum uersus est prima, secunda aqua super terram. tertius aer super aquam quartum super aera celum. Non potest esse terrenum corpus in celo. Momentis enim propriis ut ordinem suum teneant singula elementa librantur. Ecce qualibus argumentis omnipotentie dei humana contradicit infirmitas quam possidet uanitas. Quid ergo faciunt in aera terrena tot corpora cum a terra sit aer tertius nisi forte qui per plumarum et pennarum leuitatem donauit auium terrenis corporibus ut portentur in aere in mortalibus factis corporibus hominum non poterit donare uirtutem qua etiam in summo celo ualeant habitare. Animalia quoque ipsa terrena que uolare non possunt in quibus et homines sunt, sic sub aqua pisces qui sunt aquarum animalia. Ita sub terra uiuere debuerunt. Cur ergo non saltem de secundo id est de aquis sed de elemento tertio, terrenum animal carpit hanc uitam. Quare cum pertineat ad terram in secundo quod super terram est elemento uigere si cogatur continuo suffocatur, si ut uiuat, uiuit in tertio. An errat hic ordo elementorum. uel potius non in natura rerum. Sed in istorum argumentationibus deficit. Omitto dicere quod iam in tertiodecimo libro dixi. Quoniam multa grauia terrena sint corpora sicut plumbum. Et formam tamen ab artifice accipiant qua natare ualeant super aquam. Et ut accipiat qualitatem corpus humanum qua ferri in celum et esse possit in celo omnipotenti artifici contradicitur. Iam uero contra illud quod iam dixi superius et istum considerantes atque tractantes elementorum ordinem quo confidunt non inueniunt omnino quod dicant. Sic enim est hinc sursum uersus terra prima aqua secunda tertius aer quartum celum. Ut super omnia sit anime natura. Nam et Aristotiles quintum corpus dixit esse. Et Plato nullum. Si quintum esset certe superius esset ceteris. Cum uero nullum est multo magis superat omnia. In terreno ergo quid facit corpore. In hac mole quid agit subtilior omnium. In hac tarditate quid agit celerior omnibus. In hoc pondere quid agit leuior omnibus. Itane per huius tam excellentis nature meritum non poterit effici ut corpus eius leuetur in celum: Et cum ualeat nunc natura corporum terrenorum deprimere animas deorsum aliquando et anime leuare sursum

terrena corpora non ualebunt. Iam si ad eorum miracula ueniamus que
facta a diis suis opponunt martyribus nostris nonne etiam ipsa pro nobis facere
et nobis reperientur omnino proficere. Nam inter magna miranda deorum suorum
profecto magnum illud est quod Varro commemorat Vestalem uirginem cum periclita
retur falsa suspicione de stupro cribrum impleuisse aqua de tiberi et ad
suos iudices nulla eius parte stillante portasse. Quis aque pondus supra
cribrum tenuit. Quis tot cauernis patentibus nihil inde in terra cadere permi
sit. Responsuri sunt aliquis deus aut aliquis demon. Si deus numquid ma
ior est deo qui fecit hunc mundum. Si demon numquid potentior est angelo
qui deo seruit a quo factus est mundus. Si ergo deus minor uel angelus
uel demon potuit pondus humidi elementi sic suspendere ut aquarum
uideatur mutata fuisse natura. Ita ne deus omnipotens qui omnia ipsa creauit
elementa terreno corpori graue pondus auferre non poterit ut in eodem
elemento habitet uiuificatum corpus in quo uoluerit uiuificans spiritus. Deinde
cum aera medium ponant inter ignem desuper et aquam subtus. quid est quod eum
inter aquam et aquam et inter aquam et terram sepe inuenimus. Quid uolunt
esse aquosas nubes inter quas et maria aer medius reperitur. Quomodo queso quo
elementorum pondere atque ordine efficitur ut torrentes uiolentissimi atque
undosissimi antequam sub aere in terris currant super aera in nubibus pon
derant. Cur denique aer est medius inter summa celi et ima terrarum qua
que uersum orbis extenditur si locus eius inter celum et aquas sicut aquarum
inter ipsum et terram est constitutus. Postremo si ita est elementorum ordo dis
positus ut secundum platonem duobus mediis id est aer et aqua duo extrema id est
ignis et terra iungantur celique obtineat ille summum locum hec autem imi ue
lut fundamenti mundi. et ideo in celo esse non potest terra. Cur est iste
ignis in terra. Secundum hanc quippe rationem ita ista duo elementa in locis
propriis imo et summo terra et ignis esse debuerunt. Ut quemadmodum no
lunt in summo esse posse quod imi est. Ita nec in imo possit esse quod summi est.
S
ic ergo nullam putant uel esse uel futuram esse terre particulam in celo. Ita
nullam particulam uidere debuimus ignis in terra. Nunc uero non solum in
terris uerum et sub terris ita est ut eum eructent uertices montium propter quod
in usibus hominum et ignem esse in terra et eum nasci uidemus ex terra quando quidem
et de lignis et de lapidibus nascitur que sunt corpora sine dubitatione ter
rena. Sed ille inquiunt ignis est tranquillus purus innoxius sempiternus.
I
ste autem turbidus fumeus corruptibilis atque corruptor. Nec tamen tamen
corrumpit montes in quibus iugiter estuat cauernasque terrarum. Verum esto
sit illi iste dissimilis ut terrenis habitationibus congruat. Cur ergo nolunt

ut credamus naturã corpo(rum) terrenorũ aliqñ incorruptibilẽ fcãm celo
convenientẽ futurã. sic ignis hic corruptibilis convenit terris. Nihil i-
gitr afferunt ex ponderibus atq; ordine elemẽto(rum) unde oĩpotenti deo q̃
minus faciat corpora nr̃a talia ut in celo possint h̃itare pr̃escribant

Contra calumnias infidelium quibus christianos de credita ratione carnis irrident. capitm. xii.

Sed scrupulosissime querẽ et fidem qua credimus resurrecturã carnẽ ita querẽdo asso-
lent irridere. utrũ fetus abortivi resurgant. Et qm̃ dñs ait
Amen dico vobis. Capillus capitis ur̃i non p(er)ibit. utrũ statura et robur e-
qualia futura sint oĩbus. an diverse corpo(rum) q̃ntitates. Si enĩ equalitas erit
corpo(rum) unde h̃ebunt qđ hic non h̃uerunt in mole corporis illi abor-
tivi si resurgent et ipsi. Aut si non resurgent quia nec nati sunt sed ef-
fusi. Eandẽ q̃stionẽ de parvulis versant. unde illis mensura corpõis
quã nunc defuisse videmus accedat cũ in hac etate moriunt(ur). Neq;
enĩ dicturi sum(us) eos non resurrecturos qui non g(e)n(er)ationis tm̃. verum
et regenerationis capaces sũt. Deinde interrogant quẽadmodũ ipsa
eq̃litas h̃itura sit. Si enĩ tam magni et tam longi erũt q̃ fuerunt qui-
q; hic fuerũt maximi atq; longissimi. Non solũ de parvulis sed de
plurimis querũt unde illis accessurũ sit qđ hic defuit. si hoc quisq;
recipiet q(uo)d hic h̃uit. Si aũt quod ait ap(osto)l(u)s. Occursuros nos omš in me-
suram etatis xp̃i. et illud alterũ quos p(re)destinavit conformes imagis
filii sui. Sic intelligendũ est ut statura et modus corporis xp̃i oĩum
qui in regno eius erũt humano(rum) corporũ sit futur(us). Multis erit inq-
unt de magnitudine et longitudine corpõis detrahendũ. Et ubi iam
erit Capillus capitis ur̃i non p(er)ibit. si de ipsa corpõis q̃ntitate tam mul-
tum p(er)ibit. Q̃uis et de ipsis capillis possit inq(ui)ri utrũ redeat quicquid
tondentibus decidit qđ si rediturũ ẽ q(ui)s non exhorreat illã deformita-
tẽ. Nam hoc et de unguibus videt(ur) necessario secuturũ ut redeat tam
multum qđ corporis curatura desecuit. Et ubi erit decus qđ certe ma-
ius q̃ in ista ẽẽ corruptione potuit in illa ĩmortalitate esse debebit. Si
aũt n̄o redibit ergo non p(er)ibit. Quo igit(ur) inquiunt capillus capitis non
p(er)ibit. De hac macie quoq; vel pinguedine sic(ut) disputant. Nam si eq̃-
les omnes erunt non utiq; alii macri alii pingues erunt. Accidet ergo
aliis aliqđ aliis minuet(ur). Ac p(er) hoc non qđ erat recipiendũ sed alicu-
bi addendum ẽ qđ non fuit. et alibi p(er)dendum ẽ qđ fuit. De ipsis et
corruptionibus et dilapsionibus corpo(rum) mortuo(rum) cũ aliqđ vertatur in
pulverẽ in auras aliud exalet(ur) sintq; q(ui)s bestie sũt quos ig(ni)s absumat

et naufragio uel quibuscumq; aquis. Ita qd eos pereant ut eorum carnes in humorem putredo dissoluat non mediocriter pmouent. Atq; oia ista colligi in carnem et reintegrari posse nō credunt. Consectant̄ et quasq; feditates et uitia siue accidant siue nascant̄ ubi et mostruosos partus cū horrore atq; irrisione cōmemorat et requirunt quę nā cuiusq; deformitatis resurrectio sit futura. Si enī nihil tale redire in corpus hoīs dixerimus. rnsionem nrām de locis uulnerū cum quib; dnm xpm resurrexisse pdicamus se confutaturos esse psumūt. Sed hec inter oīa questio illa difficillima pponit̄. In cuius carne redita sit caro q corpus alterius uescentis humana uiscera fame copellete nutrit̄. In carnem quippe conuersa ē eius qui talibus uixit alimētis. et ea q macies ostenderat detrimenta suppleuit. Utrū ergo illi redeat homini cuius caro prius fuit. An illi potius cui postea fca est. Ad hoc pcunctant̄ ut fidem resurrectiōis illudant. Ac sic aīæ humanę aut alternantes sicut Plato ueras infoelicitates falsasq; pmittant btitudines. Aut post multas itidem p diuersa corpōa reuolutiones. Aliqn tn̄ eam sic Porphyrius finire miserias et ad eas nūq redire fateant̄ non tamen corpus habendo immortale sed corpus omnino fugiendo :

An abortiui non ptineant ad resurrectioē si pertinent ad nūm mortuorum. Caplm. xiii.

AD hec ergo q ab eorum parte contraria me digerente mihi uidentur opposita. Misericordia dei mei nisibus opem ferente respondeam. Abortiuos fetus qui cū iam uixissent in utero ibi sunt mortui, resurrecturos ut affirmare ita negare non audeo quāuis non uideam quō ad eos non ptineat resurrectio mortuorum si non eximunt̄ de nūo mortuorum. Aut enī non omīs mortui resurget et erunt aliquę hūanę aīæ sine corporib; in eternū que corpora humana qūis intra uiscera matrna gestarunt. Aut si omīs animę humāe recipient sua corpora resurgentia quę hūerunt undecūq; uiuentia et morientia reliquerūt. Non inuenio queadmodū dicam ad resurrectionem non ptinē mortuorum quoscumq; mortuos etiā in uteris matrum. Sed utrū libet de his quisq; sentiat qd de iam natis infantibus dixerimus hoc etiā de illis intelligendum est si resurgant;

An infantes in ea sint resurrecturi habitudine corporis quā hūituri erant ætatis accessu. Capitulum. xiiii.

QVid ergo de infantibus dicturi sumus nisi qa non in ea resurrecturi sunt corporis exiguitate q mortui sunt sed qd eis

tardius accessurum erat tempore hoc sine illo dei ope miro atque celerrimo recepturi. In sententia quippe domini ubi ait: Capillus capitis uestri non peribit, dictum est non defuturum esse quod fuit, non autem negatum est affuturum esse quod defuit. De fuit autem infanti mortuo perfecta quantitas sui corporis. Perfectio quippe infanti deest utique perfectio magnitudinis corporalis qua cum accesserit iam statura longior esse non possit. Hunc perfectionis modum sic habent omnes ut cum illo concipiantur atque nascantur sed habent in ratione non mole. Sicut ipsa membra omnia iam sunt latenter in semine, cum etiam natis non nulla iam desint, sicut dentes ac sic si quid eiusmodi. In qua ratione uniuscuiusque materie indita corporali iam quodammodo ut ita dicam initiatum uidetur esse quod nondum est, immo quod latet. Sed accessu temporis erit uel potius apparebit. In hac ergo infans iam breuis aut longus est qui breuis aut longus futurus est. Secundum hanc rationem profecto in resurrectione corporis detrimenta corporis non timemus quia et si equalitas futura esset omnium ita ut omnes usque ad gyganteas magnitudines peruenirent, ne illi qui maximi fuerunt minus haberent aliquid in statura quod eis contra sententiam Christi periret qui dixit, nec capillum capitis esse periturum. Creatori utique qui creauit cuncta de nihilo quomodo deesse posset unde adderet quod addendum esse mirus artifex nosceret: —

An ad dominici corporis modum omnium mortuorum resurrectura sint corpora : Capitulum XV :

Sed utique Christus in ea mensura corporis in qua mortuus est resurrexit. Nec fas est dicere cum resurrectionis omnium tempus uenerit, accessura corpori eius eam magnitudinem quam non habuit quando in ea discipulis in qua illis erat notus apparuit ut longissimis fieri possit equalis. Si autem dixerimus ad dominici corporis modum et quaecumque maiora corpora redigenda peribit de multorum corporibus plurimum cum ipse nec capillum periturum esse promiserit. Restat ergo ut suam recipiat quisque mensuram quam uel habuit in iuuentute etiam si senex sit mortuus uel fuerat habiturus et si est ante defunctus. Atque illud quod commemorauit apostolus de mensura etatis plenitudinis Christi aut propter aliud intelligamus dictum, id est ut illi capiti in populis christianis accedente omnium perfectione membrorum etatis eius mensura compleatur. Aut si hoc de resurrectione corporum dictum est sic accipiamus dictum ut nec infra nec supra ultra iuuenilem formam resurgant corpora mortuorum sed in eius etate ac robore usque ad quam Christum hic peruenisse cognouimus. Circa quippe xxx^ta annos diffinierunt et esse seculi huius doctissimi homines iuuentutem que cum fuerit spatio proprio terminata inde iam hominem

in detrimenta uergere grandioris ac senilis etatis. Et ideo non esse dictum in mensuram corporis uel in mensura stature, sed in mensura etatis plenitudinis christi :~ Qualis intelligenda sit sanctorum conformatio ad imaginem filii dei :~ Capitulum . XVI ;

Illud etiam quod ait predestinatos fieri conformes imaginis filii dei potest et secundum interiorem hominem intelligi. Unde nobis alio loco dicit. Nolite conformari huic seculo. sed renouamini in nouitate mentis uestre. Ubi ergo reformamur dei filio. Potest et sic accipi ut quemadmodum nobis ille mortalitate. ita illi nos efficiamur immortalitate conformes quod quidem et ad ipsam resurrectionem corporum pertinet. Si autem et in his uerbis qua forma resurrectura corpora sint, sumus commoniti sicut illa mensura. ita et ista conformatio non quantitatis intelligenda est sed etatis. Resurgent itaque omnes tam magni quam uel fuerunt uel futuri erant etate iuuenili: quamuis nihil oberit et si erit infantilis uel senilis corporis forma ubi nec mentis nec ipsius corporis ultra remanebit infirmitas. Unde et si quis in eo corporis modo in quo defunctus est resurrecturum unumquemque contendit non est cum illo laboriosa contradictione pugnandum :~ An in suo sexu resuscitanda atque mansura corpora feminarum sint :~ · Capitulum · XVII :

Non nulli propter hoc quod dictum est donec occurramus omnes in uirum perfectum in mensura etatis plenitudinis christi et conformes imaginis filii dei. Nec in sexu foemineo resurrecturas feminas credunt sed in uirili omnes aiunt quoniam deus solum uirum fecit ex limo feminam ex uiro. Sed melius mihi sapere uidentur qui utrumque sexum resurrecturum esse non dubitant. Non enim libido ibi erit, que confusionis est causa. Nam priusquam peccassent nudi erant et non confundebantur uir et femina. Corporibus ergo illis uitia detrahentibus natura seruabatur. Non est autem uitium in sexu femineo sed in natura que tunc quidem et a concubitu et a partu immunis erit. Erunt tamen membra feminea non accomodata usui ueteri sed decori nouo quo non alliciatur aspicientis concupiscentia que nulla erit. sed dei laudetur sapientia atque clementia qui et quod non erat fecit et liberauit a corruptione quod fecit. Ut enim in exordio generis humani de latere uiri dormientis costa detracta foemina fieret christum et ecclesiam tali facto iam tunc prophetari oportebat. Sopor quippe ille uiri, mors erat christi cuius exanimis in cruce pendentis latus lancea perforatum est. Atque inde sanguis et aqua profluxit que sacramenta esse nouimus quibus edificatur ecclesia. Nam hoc etiam uerbo scriptura usa

est ubi non legitur formauit aut finxit. sed edificauit eam in mulierem.
Unde et apostolus dicit edificationem corporis xpi quod est ecclesia. Creatura
est ergo dei femina sicut uir. Sed ut de uiro fieret unitas comendata
est. Ut autem illo modo fieret xpus ut dictum est et ecclesia figurata est. Qui
autem utrumque sexum instituit utrumque restituet. Denique ipse Iesus interro
gatus a Saduceis qui negabant resurrectionem cuius septem fratrum erit uxor
quam singuli habuerunt dum quisque eorum uellet defuncti semen sicut
lex preceperat excitare. Erratis inquit nescientes scripturas neque uirtutem
dei. Et cum hoc locutus esset ut diceret de qua enim me interrogatis.
Uir erit et ipsa mulier non hoc dixit. Sed dixit in resurrectione enim
neque nubent neque uxores ducent sed sunt sicut angeli dei in celo. Aequa
les utique angelis immortalitate ac foelicitate non carne. sicut nec re
surrectione qua non indiguerunt angeli quoniam nec mori potuerunt. Nu
ptias ergo dominus futuras negauit etiam in resurrectione non foeminas. Et ibi
negauit ubi talis questio uertebatur. ut eam negato sexu muliebri celebriore
facilitate dissolueret. si eum ibi prenosceret non futurum immo etiam futurum
esse firmauit dicendo non nubent quod ad feminas pertinet. Nec uxo
res ducent quod ad uiros. Erunt ergo que uel nubere hic solent uel du
cere uxores. Sed ibi hoc non facient :– De uiro profecto id est xpo
et corpore eius id est ecclesia que est plenitudo ipsius; Capitulum xviii.

PRoinde quod ait apostolus occursuros nos omnes in uirum perfectum
totius ipsius circumstantiam locutionis considerare debemus que
ita se habet. Qui descendit inquit ipse est et qui ascendit super omnes
celos ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos quos
dam autem prophetas quosdam uero euangelistas quosdam autem pastores et
doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii in edificatione
corporis xpi. donec occurramus omnes in unitate fidei et agnitionem filii
dei in uirum perfectum in mensura plenitudinis xpi. et ultra non simus
paruuli iactati et circulati omni uento doctrinae illusione hominum in a
stutiam ad machinationem erroris. Ueritatem autem facientes in caritate
augeamur in illo per omnia qui est caput xpus. Ex quo totum corpus conexum
et compactum per omnem tactum subministrationis secundum operationem in
mensuram uniuscuiusque partis incrementum corporis facit in aedi
ficationem sui in caritate. Ecce qui est uir perfectus caput et corpus quod
constat omnibus membris que suo tempore complebuntur. Quotidie tamen eidem
corpori accidunt dum edificatur ecclesia cui dicitur uos autem estis corpus xpi
et membra et alibi pro corpore inquit eius quod est ecclesia. Itemque alibi.

Unus panis unum corpus multi sumus. De cuius corpõis edificatiõe et hic dictum ē ad consumatiõe3 scorum in opus ministerij in edificatione corporis xpi. Ac deinde subiectum unde nūc agimus: donec occurramus omnes in unitate3 fidei et agnitionem filii dei in uirū pfectum in mensurā etatis plenitudinis xpi et cetera. Donec eade3 mensura in quo corpore intelligenda esset õnderet dicens: augeamur in illo p oĩa qui est xpus: ex quo totum corpus connexum et cõpactum per oẽm tactum sūministrationis scdm opationem ĩ mensuram uniuscuiusq; partis. Sic ergo ē mensura uniuscuiusq; partis. Ita totius corporis qd' omnibus suis partibus constat: Est utiq; mēsura plenitudinis xpi. Quā plenitudine3 ēt illo loco cõmeõrauit ubi ait de xpõ. Et ipm dedit caput sup oĩa ecc' que est corpus eius plẽitudo eius qui omnia in oĩbus impletur. Verū si hoc ad resurrectiõis forā3 in q' erit unus quisq; referendū est. Quid nos impediret noĩato uiro intelligere et fẽiam ut uirū pro hoĩe positū acciperemus: sic in hoc qd dcm est. Beatus uir qui timet dñm in mandatis eius &c. Utiq; ibi sunt et foeminæ que timent dominum.

Quod oĩa corpõis uitia que in hac uita hūano sunt contraria decori in resurrectiõe non sit futura ubi manente naturali substantia in unā pulchritudinem et qualitas cõcurret et quantitas. *Caplm. XIX.*

Quid iam respondeam de capillis atq; unguib9. Semel qppe intellecto ita nihil periturū esse de corpe: ut deforme nihil sit in corpõe, simul intelligēt ea que deforme3 fcura fuerant enormitate3 masse ipsi accessura esse, non locis in qb9 mēbroꝝ forma turpet. Velut si de limo uas fieret, qd rursus in eunde3 limū redactum. totū de toto iterū fieret nõ esset necesse ut illa pars limi que in massa fuerat, ad ansa3 rediret, aut que fundū fecerat, ipa rursus facēt fundum, du3 tñ totū reuertet in totū .i. totus ille limus in totū uas nulla sui pdita parte remearet. Quapropter si capilli toties tonsi ungues ue desecti ad sua loca deformiter redeunt nõ redibūt nec tñ cuiq; resurgēti peribūt qm in eande3 carnē ut quecunq; ibi locū corporis teneant seruata partiū congruentia materie mutabilitate uertent. Quis qd dicit dñs. Capillus capitis uestri nõ peribit non de longitudine sed de nūo capilloꝝ dcm multo aptius possit intelligi. Unde et alibi dicit. Capilli capitis uri nūati sūt. Neq; hoc ideo dixerim: q aliqd existime3 corpori cuiq; periturū: qd naturalr inerat sed qd deforme natū fuerat non utiq; ob aliud nisi ut hinc quoq; ostenderet.

quod sit poenalis conditio ista mortalium sic esse reddendum ut seruata inte-
gritate substantiae deformitas pereat. Si enim statuam potest homo arti-
fex quam propter aliquam causam deformem fecerat conflare et pulcherrimam
reddere ita ut nihil inde substantiae sed sola deformitas pereat. ac si quid in
illa figura priore indecenter extabat nec parilitati partium congrue-
bat. Non de toto unde fecerat amputare. sed ita conspergere uniuersa
atque miscere ut nec feditatem faciat nec minuat quantitatem. quid de omni-
potenti artifice sentiendum? Ergo ne non poterit quasque deformitates hu-
manorum corporum non modo usitatas uerum etiam raras atque monstruosas
quae huic uitae miserae congruunt. Abhorrent autem ab illa futura feli-
citate sanctorum sic auferre ac perdere ut quaecumque earum faciunt et si na-
turalia tamen indecora excrementa substantiae corporalis nulla eius diminu-
tione tollantur. Ac per hoc non est macris pinguibusque metuendum ne
ibi etiam tales sint quales si possent nec hic esse uoluissent. Omnis enim
corporis pulchritudo est partium congruentia cum quadam coloris suaui-
tate. Ubi autem non est partium congruentia aut ideo quid offendit quia
prauum est. aut ideo quia parum. aut ideo quia nimium. Proinde nulla erit
deformitas quam facit incongruentia partium ubi et quae praua sunt
corrigentur. Et quod minus est quam decet unde creator nouit inde sup-
plebitur. et quod plus est quam decet materiae seruata integritate detrahetur.
Coloris porro suauitas quanta erit ubi iusti fulgebunt sicut sol in regno
patris sui. Quae in Christi corpore cum resurrexisset ab oculis discipulorum
potius abscondita fuisse quam defuisse credenda est. Non enim eam ferret
humanus atque infirmus aspectus quando ille a suis ita deberet attendi ut pos-
set agnosci. Quo pertinuit et ut contrectantibus ostenderet suorum uulnerum
cicatrices ut et cibum potumque sumeret non alimentorum indigentia sed
ea qua et hoc poterat potestate. Cum autem aliquid non uidetur quamuis adsit a quibus
alia quae pariter adsunt uidentur sicut illam claritatem dicimus affuisse
non uisam a quibus alia uidebantur. Aurasia graece dicitur quod nostri interpre-
tes latine non ualentes in libro Geneseos caecitatem interpretati sunt. Hanc
enim passi sunt sodomitae quando quaerebant hostium iusti uiri nec poterant
inuenire. Quae si caecitas fuisset qua fit ut nihil possit uideri non ho-
stium quo ingrederentur sed duces itineris a quibus inde abducerentur
inquirerent.

Quae in resurrectione mortuorum natura corporum quibuslibet modis dissipatorum in integrum undecumque reuocanda erit. C. XX.

Nescio quo autem modo sic afficimur amore martyrum beatorum
ut uelimus in illo regno in eorum corporibus uidere uulnerum

Cicatrices

cicatrices quę pro christi nomine ꝑtulerunt. Et fortasse uidebimus.
N on enī deformitas in eis sed dignitas erit. et quedā q̄muis in corpore
non corporis sed uirtutis pulchritudo fulgebit. Nec ideo tñ si aliq̄
martyribus amputata et ablata sunt membra sine ipsis membris e
runt in resurrectione mortuoꝝ quibus dcm̄ est. Capillus capitis uri nō
ꝑibit. Sed si hoc decebit in illo nouo sęculo ut indicia gl'osorum uul
nerum in illa ımortali carne cernant' ubi membra ut precide rentur
percussa et secta sunt. Ibi cicatrices sed tñ eisdem membris redditis
non perditis apparebunt. Quāuis itaq; omnia quae acciderūt corpori
uitia tūc non erunt non sunt tñ deputanda uel appellanda uitia
uirtutis indicia. Absit aūt ut ad resuscitanda corpora uitæq; red
denda non possit oīpotentia creatoris oīa reuocare quę uel bestiæ
uel ignis absumpsit uel in puluerem cinerem ue collapsum uel in
humorem solutum uel in auras est exalṭatum. Absit ut sinus ullus
secretum q; naturę ita recipiat aliq̄d tractum sub sensibus nr̄is ut oīuꝫ
creatoris aut cognitionē lateat aut effugiat potestatem. Dūm certe
uolens sicut poterat diffinire. Cicero tantus auctor ipsoꝝ. Mens q̄dā
est inquit soluta et libera secreta ab omni concretione mortali oīa
sentiens et mouens ipsaq; prędita motu sempit̄no. hoc aūt repꝑit in do
ctrinis magnoꝝ phorum. Vt igit' scdm ipsos loquar quō aliq̄d latet
omīa sentientem uel irreuocabiliter fugit oīa mouentē. Vnde iam
etiā questio illa soluenda ē que difficilior uidet' ceteris ubi querit'.
cum caro mortui hōis etiā alterius sit uiuentis caro cui potius eorū
in resurrectione reddat'. Si enī quispiam confectus fame atq; com
pulsus uescamur cadaueribꝰ hoīm q̄d malum aliquotiens accidisse
et ue'tus testat' historia et nr̄oꝝ tpoꝝ infoelicia expimēta docuerūt
nū quisq̄ rōe contendet totū digestum fuisse ꝑimos meatus nihil
inde in eius carne mutatum atq; conuersum cum ipsa macies que
fuit et non est satis indicet que illis escis detrimenta suppleta sint.
I am itaq; aliqua paulo ante premisi que ad istum q̄; nodum soluen
dum ualere debebunt. Quicq̄d enī carnium exhausit fames uti
q; in auras ē exalatum. Vnde dicimus oīpotentē deū posse reuoca
re q̄d fugit. Reddat' ergo caro illa hōi in quo esse caro humana
p̄rimitus cepit. Ab illo quippe altero tanq̄m mutuo sumpta deputan
da est que sicut es alienum ei reddenda est unde sumpta est. Sua
uero illi que famē exinaniuerat ab eo qui pōt etiā exalata reuo
care reddet' q̄muis et si omnibus ꝑisset modis nec ulla eiꝰ materie[s]

in illis nature latebris remansisset unde eu uellet eam reuocare oips.
Sed propter snīam ueritatis qua dcm est . Capillus capitis uri non
peribit absurdum est ut putemus cum capillus hōis perire non
possit tantas carnes fame depastas atq; consumptas pire potuis
se . Quibus oībus pro nro modulo consideratis atq; tractatis hec
summa conficit' ut in resurrectione carnis in ętnum eas mesuras
hēat corpoꝝ magnitudo quas habebat pficiende siue pfce cui
q; indita corporis ratio iuuentutis in mēbroꝝ quoq; omniū mo
dulis congruo decore seruato . Quod decus ut seruet' si aliquid
demptū fuerit in decenti alicui granditati in parte aliqua con
stitute qđ p totum spargat' ut neq; id pereat et congruentia par
tium ubiq; teneat' . Non est absurdum ut aliqd inde etiā stature
corporis addi posse credamus . Cum omnibus partibus ut decorem
custodiant id distribuit' quod si enormiter in una esset nō utiq;
decet . Aut si contendit' in ea queq; statura corporis resurrectuꝝ
esse in qua defunctus est non pugnaciter resistendū est . Tantum
absit oīs deformitas oīs infirmitas oīs tarditas oīsq; corruptio .
Et si quid aliud illud non decet regnū in quo resurrectionis et pro
missionis filii equales erunt angelis dei si non corpore nō ętate
certe foelicitate :

De nouitate corporis spiritalis in qua sanctoꝝ caro mutabitur : Capitulum . xxi ;

Restituet' ergo quicqd de corporibus uiuis uel post morte
de cadaueribus perit . et simul cum eo qđ in sepulchris
remansit in spūalis corporis nouitate ex aīalis corporis
uetustate mutatū resurget in corruptione atq; īmortalitate ue
stitum . Sed et si uel casu aliq grauiu inimicoꝝ imanitate toti
penitus cōterat' in puluere atq; in auras uel in aquas dispsum
ut qntum fieri pot nusqm esse sinat' omīo nullo modo subtrahi
poterit oīpotentie creatoris . Sed et capillus capitis in eo nō pibit .
Erit ergo spūi subdita caro spūalis . sed tn̄ caro non spūs sicut carni
subditus fuit spūs ipse carnalis sed tn̄ spūs non caro cui rei hēm
expimentum in nr̄e pene difformitate . Non enī scdm carnem
sed utiq; scdm spm carnales erant qbus ait aplus . Non potui uo
bis loqui quasi spūalibus sed quasi carnalibus . Et homo spūalis
sic in hac uita dr' ut tn̄ corpore adhuc carnalis sit et uideat aliā
legem in mēbris suis repugnantē legi mentis sue . Erit autem et
corpus spūale cum eadem caro sic resurrexerit ut fiat qđ scriptū

est. Seminatur corpus animale resurget corpus spiritale. Que sit autem et quam
magna spiritalis corporis gratia quia nondum uenit in experimentum
V ereor ne temerarium sit quod de illa profertur eloquium. Verum tamen
quia spei nostre gaudium propter dei laudem non est tacendum. et de inti-
mis ardentis sancti amoris medullis dictum est. Domine dilexi decorem
domus tue de donis eius que in hac erumnosissima uita bonis ma-
lisque largitur ipso adiuuante coniciamus ut possumus quantum sit illud
quod nondum experti utique digne eloqui non ualemus. Omitto enim
quando fecit hominem rectum. Omitto uitam illam duorum coniugum in pa-
radisi fecunditate foelicem quoniam tam breuis fuit ut ad nascentium
sensum nec ipsa peruenerit. In hac quam nouimus. In hac qua adhuc
sumus cuius tentationes immo quoniam totam tentationem quamdiu in ea su-
mus quantumlibet proficiamus pati non desinimus. Que sint indicia cir-
ca genus humanum bonitatis dei quis possit explicare. Nam quod ad pri-
mam originem pertinet omnem mortalium progeniem fuisse damnatam
H ec ipsa uita si uita dicenda est tot et tantis malis plena testatur. Quid
enim aliud indicat horrenda quedam profunditas ignorantie ex qua
omnis error existit qui omnes filios adam tenebroso quodam sinu suscepit ut
homo ab illo liberari sine labore dolore timore non possit. Quid
amor ipse tot rerum uanarum atque noxiarum et ex hoc mordaces cure
perturbationes merores formidines insana gaudia discordiae lites
bella insidie iracundie inimicitie fallacia adulatio fraus furtum
rapina perfidia superbia ambitio inuidentia homicidia parricidia
crudelitas seuitia nequitia luxuria petulantia inpudentia forni-
cationes adulteria incesta et contra naturam utriusque sexus tot stupra
atque inmunditie quas turpe est etiam dicere sacrilegia hereses blasphemie
periuria oppressiones innocentium calumnie circumuentiones preuarica-
tiones falsa testimonia iniqua iudicia uiolentie latrocinia et quic-
quid talium malorum in mentem non uenit. et tamen de uita ista hominum non rece-
dit. Verum hec hominum sunt malorum ab illa tamen erroris et peruersi amo-
ris radice uenientia cum qua omnis filius adam nascitur. Nam quis ignorat
cum quanta ignorantia uanitatis que iam in infantibus manifesta est. et
cum quanta abundantia uane cupiditatis que in pueris incipit ap-
parere homo ueniat in hanc uitam. Ita ut si dimittatur uiuere ut ue-
lit in haec facinora et flagitia que commemoraui et que commemo-
rare non potui uel cuncta uel multa perueniat. Sed diuina guberna-
tione non omnino deserente damnatos. et ideo non continente in ira

miserationes suas in ipsis sensibus gnis humani prohibitio et
eruditio contra istas cum qbus nascimur tenebras uigilant· &
contra hos impetus opponunt. plene tn etiam ipse labor et dolor
Quid eni sibi uolunt multimode formidines que cohibendis qdem
cupiditatibus adhibent. Quid pedagogi. Quid magri. Qd feru
le. Quid lora. Quid uirge. Quid discipuli. Quid disciplina illa q
scriptura sancta dicit. dilecti filij latera esse tundenda ne crescat
indomitus domariq; iam durus aut uix possit aut fortasse nec pos
sit. Quid agit his poenis omibus nisi ut debellet imperitia et pra
ua cupiditas infrenet cum qbus malis in hoc sclm uenimus. Quid
est eni qd cum labore meminimus sine labore obliuiscimur. Cum
labore discimus sine labore nescimus. Cum labore strenui sine la
bore inertes sumus. Nonne hinc apparet inqt uelut pondere suo
pcliuis et prona sit uitiosa natura et qnta ope ut hinc liberet indi
geat. Desidia segnitia prigritia negligentia uitia sunt utiq; qbus
labor fugit cum labor ipse etia utilis pena sit. Sed preter pueriles
poenas sine qbus disci non pot quod maiores uolunt qui uix aliqd
utiliter uolunt, quot et qntis poenis genus agitet humanu quae
non ad malitiam nequitiamq; iniquior sed ad conditione ptinet
miseriamq; coem. Quis ullo sermone digerit, qs ulla cogitatioe
comprehendit, qntus est metus, qnta calamitas ab orbitatib atq;
luctu a damnis et a damnationibus, et mendacijs hoim, a suspitioi
bus falsis, ab omnibus uiolentis, facinorib et sceleribus alienis. Qn
qdem ab eis, et depdatio, et captiuitas et uincula, et carceres, et exilia,
et cruciatus, et amputatio mebror, et priuatio sensuu, et oppssio
corporis ad obscenam libidinem opprimentis explendam, et alia mlta
horrenda sepe contingunt. Qd ab innuis casib que forinsecus cor
pori formidant estibus et frigoribus, tempestatibus imbribus alluuio
nibus chorusscatione tonitruo grandine fulmine motibus iatibusq;
terraru oppressionibus ruinaru ab offensionib et pauore uel et mali
tia iumentor a tot uenenis fruticu aquar aurarum bestiar ac fera
rum uel tantmodo molestijs uel etia mortiferis morsibus a rabie que
cotigit ex rabido cane. Vt et blanda et amica suo dno bestia non nu
q uehementius et amarius q leones draconesq; metuat faciatq; hoiem
que forte cotaminauerit contagione pestifera ita rabiosum ut a pa
rentibus a coniuge et filiis peius omni bestia formidet. Quae mala
patiunt nauigantes. Que terrena itinera gradientes. Quis ambulat

ubicunq; non inopinatis subiacens casibus. De foro quidam rediens domu sanis pedibus suis cecidit pede fregit et ex illo uulnere finiuit hanc uitam. Quid uidetur sedente securius. De sella in qua sedebat Heli sacerdos ex mortuus. Agricole immo uero omnes homines quot et quantos a celo et terra uel a perniciosis animalibus casus metuunt agrorum fructibus? Solent tamen de frumentis tandem collectis et reconditis esse securi. Sed quibusdam quod nouimus prouentum optimum frumentorum fluuius ingruens fugientibus hominibus de horreis iecit atq; abstulit. Contra mille ferme demonum incursus quis innocentia sua fidit. Cum quidem ne quis fideret et paruulos baptizatos quibus certe nihil innocentius aliquando sic uexant ut in eis maxime deo ista sinente monstretur huius uite flenda calamitas et alterius desideranda foelicitas. Iam uero de ipso corpore tot existunt morborum mala ut nec libris medicorum cuncta comprehensa sint. Quorum pluribus ac pene omnibus et ipsa adiumenta et medicamenta tormenta sunt. ut homines a poenarum exitio penali eruantur auxilio. Nonne ad hoc perduxit sitientes homines ardor immanis ut urinam quoque humanam uel etiam suam biberent. Nonne ad hoc fames ut a carnibus hominum se abstinere non possent. Nec inuentos homines mortuos sed propter hoc a se occisos nec quoslibet alienos uerum et filios matres incredibili crudelitate quam rabida esuries faciebat absumerent. Ipse postremo somnus qui proprie quietis nomen accepit quis uerbis explicet saepe somniorum uisis quam sit inquietus. et quam magnis licet falsarum rerum terroribus quas ita exhibet et quodammodo exprimit ut a ueris eas discernere nequeamus animam miseram sensusq; perturbet. Qua falsitate uisorum et uigilantes in quibusdam morbis et uenenis miserabilius agitantur. Cum is multimoda uarietate fallacie homines etiam sanos maligni demones non numquam decipiant ut talibus uisis etiam si eos per hec ad sua traducere non potuerunt sensus tamen eorum solo appetitu quali tercumq; persuadente falsitatis illudant. Ad huius tam misere quasi quibusdam inferis uitae non liberat nisi gratia saluatoris xpi dei ac domini nostri. hoc enim nomen est ipse quippe Iesus. interpretatur enim saluator. maxime ne post hanc miserior ac sempiterna suscipiat non uita sed mors. Nam in ista quamuis sint per sancta et per sanctos curationum magna solatia tamen ideo non semper etiam ipsa beneficia tribuuntur petentibus. ne propter hoc religio queratur que propter aliam magis uita ubi mala non erunt omnino ulla querenda. Et ad hoc meliores quosq; in his malis adiuuat gratia ut quanto fideliore tanto fortiore corde tolleretur. Ad quam rem et philosophiam prodesse dicunt docti huius seculi quam dii quibus

dam paucis ait Tullius vera dederunt. Nec hominibus inquit ab his aut
datum est maius donum aut potuit ullum dari usque adeo et ipsi contra
quos agimus quoquo modo compulsi sunt in habenda non quacumque sed vera
philosophia divinam gratiam confiteri. Porro si paucis divinitus datum est
vere philosophie contra miserias huius vite unicum auxilium. satis et hic
apparet humanum genus ad luendum miseriarum penas esse damna-
tum. Sicut autem hoc ut fatentur nullum divinum maius est donum. Sic
a nullo deo dari credendum nisi ab illo quo et ipsi qui multos deos
colunt nullum dicunt esse maiorem.

De his que preter illa mala que bonis malisque communia sunt ad iustorum laborem specialiter pertineant. Capitulum xxiii.

Post hec autem mala huius
vite bonis malisque communia habent in ea iusti et proprios quosdam
labores suos quibus adversus vitia militant et in talium proeliorum
temptatione periculisque versantur. Aliquando enim concitatius aliquando remissius
non tamen desinit caro concupiscere adversus spiritum et spiritus adversus car-
nem ut non ea que volumus faciamus omnem malam concupiscen-
tiam consumendo sed eam nobis quantum divinitus adiuti possumus
non ei consentiendo subdamus. Vigiliis continuis excubantes ne o-
pinio veri similis fallat ne decipiat sermo versutus ne se tenebre alicuius
erroris effundant ne quod bonum est malum aut quod malum est bonum
esse credatur ne ab his que agenda sunt metus revocet ne in ea que
agenda non sunt cupido precipitet ne super iracundiam sol occidat ne
inimicitie provocent ad retributionem mali pro malo ne absorbeat in-
honesta vel inmoderata tristitia ne in percipiendo beneficiorum inge-
rat mens ingrata torporem ne maledictis rumoribus bona conscientia
fatigetur ne temeraria suspitio nostra decipiat ne aliena de bonis falsa
nos frangat ne regnet peccatum in nostro mortali corpori ad obedien-
dum desideriis eius ne membra nostra exhibeantur iniquitatis arma pec-
cato ne oculus consequatur concupiscentia ne vindicandi cupiditas
vincat ne in eo quod male delectat vel visio vel cogitatio remoretur ne
improbum aut indecens verbum libenter audiatur ne fiat quod non licet
etiam si libet. Ne in hoc bello laborum periculorumque plenissimo vel de
viribus nostris ~~facta tribuatur~~ speretur facienda victoria vel viribus nostris
facta tribuatur sed eius gratie de quo ait apostolus. Gratias autem deo qui dedit no-
bis victoriam per dominum nostrum ihesum christum. Qui et alio loco. In his inquit
omnibus superuincimus per eum qui dilexit nos. Sciamus tamen quantalibet vir-
tute proeliandi vitiis repugnemus vel et vitia superemus et subiugemus.

quamdiu sumus in hoc corpore nobis deesse non posse. Unde dicamus
deo. Dimitte nobis debita nostra. In illo autem regno ubi semper cum cor-
poribus inmortalibus erimus nec proelia nobis erunt ulla nec debita
que nusquam et numquam essent si natura nostra sicut recte creata est permaneret.
Ac per hoc etiam noster iste conflictus in quo periclitamur et de quo nos victo-
ria novissima cupimus liberari ad vitae huius mala pertinet quam tot
tantorumque testimonio malorum probamus esse damnatam.

De bonis quibus etiam hanc vitam damnationi obnoxiam crea-
tor implevit. Capitulum XXIIII.

SED IAM nunc considerandum
est hanc ipsam miseriam generis humani in qua laudatur iusti-
tia punientis quibus et quantis impleverit bonis eiusdem
bonitas cuncta que creavit administrantis. Primum benedictionem
illam quam protulerat ante peccatum dicens. Crescite et multiplicamini
et implete terram. Nec post peccatum voluit inhibere. Mansitque
in stirpe damnata donata fecunditas. Nec illam vim mirabilem
seminum immo etiam mirabiliorem qua efficiuntur et semina inditam
in corporibus humanis et quodammodo intextam peccati vitium potuit au-
ferre quo nobis inpacta est etiam necessitas mortis. Sed utrumque simul
currit isto quasi fluvio atque generis humani malum quod a parente trahitur
et bonum quod a creante tribuitur. In originali malo duo sunt peccatum
atque supplicium. In originali bono alia duo propagatio et conformatio.
Sed quantum ad presentem pertinet intentionem nostram de malis quorum unum de nostra
venit audacia id est peccatum alterum de iudicio dei id est supplicium iam satis dixi-
mus. Nunc de bonis dei que ipsi quoque vitiate damnateque nature contulit
sive usque nunc offert dicere institui. Neque enim damnando aut totum abstu-
lit quod dederat. Alioquin nec esset omnino. Aut eam removit a sua potestate.
etiam cum dyabolo poenaliter subdidit cum nec ipsum dyabolum a suo
alienaverit imperio. Quando quidem ut ipsius quoque dyaboli natura subsistat ille est
facit qui summe est et facit esse quicquid aliomodo est. Duorum ergo illo-
rum que diximus bona et in natura peccato vitiata suppliciaque dam-
nata de bonitatis eius quodam veluti fonte manare propagationem
in primis mundi operibus benedictione largitus est a quibus operibus die
septimo requievit. Conformatio vero in illo eius est opere quo usque nunc
operatur. Efficacem quippe potentiam suam si rebus subtrahat nec pro-
gredi poterunt et suis dimensis motibus peragere tempora nec prorsus in
eo quod create aliquatenus permanebunt. Sic ergo creavit hominem deus
ut ei adderet fertilitatem quandam qua homines alios propagaret

torrente

congenerans eis etiam propagandi possibilitatem non necessitatem. Quibus tamen voluit hominibus abstulit eam deus et steriles fuerunt. Non tamen generi humano abstulit semel datam primis duobus coniugibus benedictionem generandi. Haec ergo propagatio quamvis peccato ablata non fuerit, et tamen etiam ipsa talis est qualis fuisset si nemo peccasset. Ex quo enim homo in honore positus postea quam deliquit comparatus est pecoribus, similiter generat. Non in eo tamen penitus extincta est quaedam velut scintilla rationis in qua factus est ad imaginem dei. Huic autem propaginationi si conformatio non adhiberetur, nec ipsa in sui generis formas modosque procederet. Si enim non concubuissent homines et nihilominus deus vellet implere terras hominibus, quomodo creavit unum sine commixtione maris et feminae, sic posset omnes. Concubentes vero nisi illo creante generantes esse non possunt. Sic ergo ait apostolus de institutione spiritali qua homo ad pietatem iustitiamque formatur. Neque enim qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Ita et hic dici potest nec qui concubit nec qui seminat est aliquid, sed qui format deus. Nec mater quae conceptum portat et partum nutrit est aliquid, sed qui incrementum dat deus. Ipse namque operatione qua usque nunc operatur facit ut numeros suos explicent semina et a quibusdam latentibus atque invisibilibus involucris in formas visibiles huius quod aspicimus decoris evolvant. Ipse incorpoream corpoream que naturam illam propositam istam subiectam miris modis copulans et conectens animantem facit. Quod opus eius tam magnum et mirabile est ut non solum in homine quod est animal rationale et ex hoc cunctis terrenis animantibus excellentius atque inde praestantius, sed in qualibet minutissima muscula bene consideranti stuporem mentis ingerat laudemque sui pariat creatoris. Ipse itaque humanae animae mentem dedit ubi ratio et intelligentia in infante sopita est quodammodo quasi nulla sit, excitanda atque exercenda aetatis accessu qua fit scientiae capax atque doctrinae et habilis perceptionis veritatis et amoris boni, qua capacitate hauriat sapientiam virtutibusque sit praedita, a quibus prudenter fortiter temperanter et iuste adversus errores et cetera ingenerata vitia dimicet eaque nullius rei desiderio nisi boni illius summi atque immutabilis vincat. Quod et si non faciat, ipsa talium bonorum capacitas in natura rationali divinitus instituta quantum sit boni quam mirabile omnipotentis quis omnipotenter effatur aut cogitat? Praeter enim artes bene vivendi et ad immortalem perveniendi felicitatem quae virtutes vocantur et sola dei gratia quae in Christo est filiis promissionis regnique donantur. Nonne humano ingenio tot tantaeque artes sunt inventae

et exercitate partim necessarie partim uoluntarie. Vt tam excellens
uis mentis atq; rois in his etiā rebus q̄s supfluas imo et piculosas pni
ciosasq; appetit q̄tum bonū h̄eat in natura. Vnde ista potuit uel inue
nire uel discere uel exercē testet̄ uestimentoꝝ edificioꝝ ad opa q̄ mi
rabilia q̄ stupenda industria hūana puenerit. quo in agricultura q̄
in nauigatione pfecerit. que in fabricatione uasorum ul̄ etiā statuarū
picturarum uarietate excogitauit et ipleuerit. Que in theatris mirabilia
spectantibꝫ audientibꝫ incredibilia facienda et exhibenda molita sit
in capiendis occidendis domandis irronabilibꝫ aīantibus. q̄ et q̄nta
repperit. aduersus ipsos hoīes tot gn̄a uenenoꝝ tot armorū tot machi
namentorū. et pro salute mortali tuenda atq; repanda q̄t medicamta
atq; adiumēta conphenderit. pro uoluptate fauciū quot condimta
et gule irritamēta repperit. ad indicandas et suadendas cogitatio
nes quā multitudinē uarietateq; signoꝝ. ubi pcipuū locū uerba et
litte tenent ad delectandos aīos quos elocutionis ornatus q̄m diuersoꝝ
carminū copia. ad mulcendas aures q̄t organa musica quos canti
lene modos excogitauit. q̄nta peritia dimensionū atq; nūerorum
meatusq; et ordines syderū q̄nta sagacitate cōprehenderit. q̄m multa
rerū mundanarū cognitione se impleuerit. Quis possit eloq maxime
si uelim non aceruatim cūcta congerere sed in singulis immorari.
In ipsis postremo erroribꝫ et falsitatibus defendendis q̄ magna claru
erint ingenia phoꝝ atq; hereticoꝝ. Quis estimare sufficiat. Loquimur eni
nūc de natura mentis humane q̄ uita ista mortalis ornat̄ non de fi
de atq; itinē ueritatis qua illa imortalis adqrit̄. Huiꝰ tante nāte condi
tor cū sit utiq; deus uerus et sūmus ipso cuncta q̄ fecit iam ministrante
et sūmā ptatem summaq; hn̄te iustitiā nunq̄ profecto in has miseri
as decidisset atq; ex his pter eos solos qui liberabunt̄ in etnas esset itura
nisi nimis grande pccm in hoīe pmo de quo ceteri exorti sūt pcessisset
Iam uō in ipso corpore quāuis nobis sit cū beluis mortalitate commune
mltisq; earū repiat̄ infirmius q̄nta dei bonitas q̄nta puidentia tanti
creatoris apparet. Nonne ita sunt in eo loco sensuū et cetā membra
disposita. speciesq; ipsa ac figura et statura totius corporis ita modifica
ta. Vt ad ministeriū aīe rationalis se indicet fcm. Non enī ut aīalia
rōis expertia que prona esse uidemus in terra. Ita creatus est homo sꝫ
erecta in celum corporis forma admonet eū q̄ sursum sunt sapere.
Porro mira mobilitas que lingue ac manibꝫ attributa ē ad loquendū
et scribendū apta atq; conueniens etiā ad opa artiū plurimarum

officiorumque complenda. Nonne satis ostendit quali anime ut seruiret
tale sit corpus adiunctum. Quamquam et detractis necessitatibus operandi
ta omnium partium congruentia numerosa sit, et pulchra sibi parilitate re
spondeat. Ut nescias utrum in eo condendo maior sit utilitatis ratio
quam decoris. Certe enim nihil creatum uidemus in corpore utilitatis
causa quod non habeat etiam decoris locum. Plus autem nobis id appareret
si numeros mensurarum quibus inter se cuncta conexa sunt et coapta
ta nosceremus, quos forsitan data opera in his que foris eminent,
humana posset inuestigare solertia. Que uero tecta sunt atque a nostris
remota conspectibus sicuti est tanta perplexitas uenarum atque ner
uorum et uiscerum secreta uitalium inuenire nullus potest. Quia et si
medicorum diligentia non nulla crudelis quos anathomicos appel
lant. Laniauit corpus mortuorum, siue etiam inter manus secantis
scrutantisque morientium atque in carnibus humanis satis inhumane
abscondita cuncta rimata est, ut quid et quomodo quibus locis curandum
esset addisceret, numeros tamen de quibus loquor, quibus coaptatio que armo
nia grece dicitur, tamquam cuiusdam organi extrinsecus atque intrinsecus totius
corporis constat: quid dicam nemo ualuit inuenire, quos nemo
ausus est querere. Qui si noti esse potuissent in interioribus quoque
uisceribus que nullum ostendebant decus ita delectaret pulchritudo
rationis, ut omni forme apparenti que oculis placet, ipsius mentis
que oculis utitur, preferretur arbitrio. Sunt uero quedam ita posita
in corpore ut tantummodo decorem habeant et non usum. Sic habet
pectus uirile mamillas. Sic facies barbam, quam non esse munimen
to sed uirili ornamento indicant pure facies feminarum, quas utique
infirmiores muniri potius conueniret. Si ergo nullum membrum est
in his quidem conspicuis unde ambigit nemo, quod ita sit alicui o
peri accommodatum, ut non etiam sit decorum, sunt autem non nulla quo
rum solum decus et nullus est usus, puto facile intelligi in conditione
corporis dignitatem necessitati fuisse prelatam. Transitura est quippe
necessitas tempusque uenturum, quando sola inuicem pulchritudine sine
ulla libidine perfruamur quod maxime ad laudem referendum est con
ditoris. Cui dicitur in psalmo. Confessionem et decorem induisti. Iam
cetera pulchritudo et utilitas creature que homini licet in istos labores
miseriasque proiecto atque damnato spectanda atque sumenda diuina
largitate concessa est. Quo sermone terminari potest in celi et terre
et maris multimoda et uaria pulchritudine in ipsius lucis tanta

copia tam q̄ mirabili specie in sole ac luna et syderibus in opacitatis nemorum in coloribus et odoribus florum in diuersitate ac multitudine uolucrum garrularum atque pictarum in multiformi spe tot tantorumque aīantium quarum ille plus hñt admirationis q̄ nobis minima· plus enī formicularum et apicularum opa stupemus q̄ imensa corpora ballenarum. In ipsius quoque maris tam grandi spectaculo cū sese diuersis coloribus uelut uestibus induit et aliqn̄ uiride atque hoc multis modis aliqn̄ purpureū aliqn̄ ceruleū est. Qm̄ porro delectabiliter spectatur etiā qn̄cumque turbatur et fit inde maior suauitas qa sic demulcet intuentes ut non iaciat et quatiat nauigantes: Quid ciborum usque quaque copia contra famē. Quid saporum diuersitas contra fastidium nature diffusa diuinitus nō cocorum arte ac labore quesita.

Quid in tam mltis rebus tuende ac recuperande salutis auxilia q̄ grata uicissitudo diei alternantis et noctis aurarum tam blanda temperies.

In fruticibus et pecorib' indumentorum conficiendorum q̄ materies: Oīa comemorare quis possit. Hec aūt sola que a me uelut in quendā sunt congeriem coartata si uellem uelut colligata inuolucra soluere atque discutere q̄nta mihi mora esset in singulis qbus plurima continentur. et hec oīa miserorum sunt damnatorumque solacia non pmia btorum. Que igr̄ illa sunt. si tot et talia et tanta sunt ista. Qd dabit eis quos predestinauit ad uitā qui hec dedit etiā eis quos pdestinauit ad mortē. Que bona in illa btā uita facit eos sumere. pquib' in hac misera unigenitū filiū suū uoluit usque ad mortem mala tanta pferre. Vnde aplus de ipsis in illud regnū pdestinatis loquens qui xp̄o inqt filio non pepcit sed pro nobis omibus tradidit eū. quo non et cum illo oīa nobis donauit. Cum hec pmissio coplebitur qd erimus. Que bona in illo regno adepturi sumus. qn̄ xp̄o moriente p nobis tale iam pignus accepimus. qualis erit sp̄us hoīs nullū omīo hn̄s uitiū nec quo subiaceat nec cui cedat nec contra qd saltē laudabiliter dimicet pacatissima uirtute pfectus. Rerum ibi oīm q̄ta quam speciosa q̄ certa scientia sine errore aliquo ul' laboē ubi dei sapia de ipso suo fonte potabitur cū summa foelicitate sine ulla difficultate. Quale erit corpus quod oīmodo sp̄ui subditum et eo sufficienter uiuificatū nullis alimonijs indigebit. Non enim aīale sed sp̄uale erit. hn̄s qdem carnis sed sine ulla carnali corruptione substantiam.

De puicacia quorundam qui creationem carnis quā sicut pdcm̄ est totus mūdus credidit impugnant. C. XXI.

VErum de animi bonis q̄bus post hanc uitam b̄tissimus pfrui
et non a nobis dissentiūt p̄hi nobiles de carnis resurrectiōe
contendūt hanc q̄tum possiunt negant. Sed credentes mlti
negantes paucissimos reliquert. et ad xp̄m qui hoc qd̄ istis uidet ab
surdum in sua resurrectione monstrauit fideli corde conuersi sūt
docti et indocti sapientes mūdi et insipientes. Hoc enī credidit mun
dus qd̄ p̄dixit deus. qui et hoc p̄dixit qd hanc rem mūdus male fu
erat crediturus. Neq; enī petri maleficiis eam cū laude credentium
tanto ante p̄nuntiare compulsus est. Ille est enī deus quē sicut iam
dixi aliquotiens nec cōmemorare me piget consentiente Porphyrio
atq; id oraculis deoꝝ suorū probare cupiente ipsa numina phorre
scunt quē sic laudauit ut eū et deū patrē et regem uocarent. Ab
sit enī ut sic intelligenda sint quē p̄dixit quo modo uolūt hi qui
hoc cum mūdo non crediderūt qd̄ mundus crediturum esse p̄dixit
C ur enī non potius ita sic crediturus tanto ante p̄dictus est mundus
non sic paucissimi garriūt qui hoc cū mundo qd̄ crediturus pre
dictus est credere noluerūt. Sic enī ꝓpterea dicūt alio modo ēē cre
denda ne si dixerit uana esse conscripta. iniuriam faciant illi deo
cui tam magnū phibent testimoniū. Tantam ꝓrsus ei uel etiā gra
uiorem faciunt iniuriā si aliter dicūt esse intelligenda non sicut
mundus ea credidit quē crediturū esse laudauit. Ipse ꝓmisit ipe
cōpleuit. Vtrū enī non pōt facere ut resurgat caro et uiuat in ētnū
A n ꝓpterea credendū non ē id eum esse facturum qa malum ē atq;
indignū deo. Sed de oīpotentia eius qua tot et tanta facit in credibi
lia iam multa diximus. Si uolunt inuenire qd' oīpotens non pōt nō
hn̄t prorsus. ego dicam mentiri non pōt. Credamus ergo qd' potest.
N on itaq; credentes qd mentiri possit credant facturū quod se facturū
esse ꝓmisit. et sic credant sic id credidit mundus quē crediturū esse
p̄dixit quē crediturū esse laudauit quē crediturū esse promisit quē
crediturū esse iam ōndit. hoc aūt malū unde demonstrant. Non
erit illic ultra corruptio qd̄ est corporis malum. De ordine elemē
torum iam disputauim'. De aliis hoīm coniecturis satis diximus. Qūn
ta sit futa in corpore incorruptibili facilitas motus de ꝑntis bone ua
litudinis temꝑamento quē utiq; nullo modo illi cōparanda est im
mortalitati in libro tertiodecimo satis ut ut opinor ostendimus.
L egant superiora operis huius qui uel non legerint uel uolunt reco
lere quod legerunt.

Quomodo Porphyrii diffinitio qua beatis animis putatur corpus esse
fugiendum ipsius Platonis sententia destruatur qui dicit summum
deum diis promisisse ut numquam corporibus exuerentur etc. Cap. XXVI

Sed Porphyrius ait inquiunt ut beata sit anima corpus esse omne
fugiendum. Nihil ergo prodest quia incorruptibile diximus
futurum corpus si anima beata non erit nisi omne corpus effuge
rit. Sed iam et hic in libro memorato quantum oportuit disputavi. Ve
rum hic unum inde tantum commemorabo. Emendet libros suos istorum omnium
magister Plato et dicat eorum deos ut beati sint sua corpora fugituros
id est esse morituros quos in celestibus corporibus dixit inclusos quibus
tamen deus a quo facti sunt quo possent esse securi inmortalitatem id est in
eisdem corporibus eternam permansionem non eorum natura id habente
sed suo consilio prevalente promisit. Ubi etiam illud evertit quod dicunt. Quoniam
est impossibile ideo resurrectionem carnis non esse credendam. Apertis
sime quippe iuxta eundem philosophum ubi diis a se factis promisit deus non
factus inmortalitatem quod impossibile est se dixit esse facturum. Sic
enim eum locutum narrat Plato. Quoniam estis orti inquit inmortales esse et in
dissolubiles non potestis. Non tamen dissolvemini neque vos ulla mortis
fata perimient. Nec erunt valentiora quam consilium meum quod maius est
vinculum ad perpetuitatem vestram quam illa quibus estis colligati. Non solum
absurdi sed surdi si non sunt qui hec audiunt. Non utique dubitant
diis factis ab illo deo qui eos fecit secundum platonem quod est impossibi
le fuisse promissum. Qui enim dicit vos quidem inmortales esse non potestis
sed mea voluntate inmortales eritis. Quid aliud dicit quam id quod fieri
non potest me faciente tamen eritis? Ille igitur carnem incorruptibilem im
mortalem spiritualem resuscitavit. Qui iuxta platonem id quod inpossibi
le est se facturum esse promisit. Quid adhuc quod promisit deus quod deo
promittenti credidit mundus. Qui etiam ipse promissus est crediturus esse
inpossibile clamant quem quidem nos deum qui etiam secundum platonem
facit inpossibilia id facturum esse credamus. Non ergo ut beate sit
anime corpus est omne fugiendum sed corpus incorruptibile recipiendum
in quo convenientius incorruptibili corpore letabuntur quam in quo cor
ruptibili gemuerunt. Sic enim non in eis erit illa dira cupiditas quam po
suit ex platone Virgilius ubi ait. Rursus et incipiant in corpora
velle reverti. Sic inquam cupiditatem revertendi ad corpora non habebunt
cum corpora in quae reverti cupiunt secum habebunt. Et sic habebunt
ut numquam non habeant nunquam ea prorsus vel exiguum quolibet tempus

illa morte deponant :~ **De contrariis diffinitionibus platonis et porphyrii in quibus si uterque alteri cederet a ueritate neutra deuiaret. Capitulum xxvi ;**

Singula quedam dixerunt Plato atque Porphyrius que si inter se communicare potuissent facti fortasse xpiani essent. Plato dixit sine corporibus animas in eternum esse non posse. Ideo enim dixit etiam sapientium animas post quamlibet longum tempus tamen ad corpora redituras. Porphyrius autem dixit animam purgatissimam cum redierit ad patrem ad hec mala mundi numquam esse redituram. Ac per hoc quod uerum uidit plato si dedisset Porphyrio etiam iustorum atque sapientium purgatissimas animas ad humana corpora redituras. Rursus quod uerum uidit Porphyrius si dedisset platoni numquam redituras ad miserias corruptibilis corporis animas sanctas ut non singuli haec singula sed ambo et singuli utrumque dicerent. Puto quod uiderent esse iam consequens ut redirent anime ad corpora et alia reciperent corpora in quibus beate ac inmortaliter uiuerent. Quoniam secundum platonem etiam sancte animae ad humana corpora redibunt. Secundum porphyrium ad mala mundi huius sanctae anime non redibunt. Dicat itaque cum platone porphyrius redibunt ad corpora. dicat plato cum porphyrio. Non redibunt ad mala. et ad ea corpora redire consentient in quibus nulla patiuntur mala. Haec itaque non erit nisi illa que promittit deus beatas animas in eternum cum sua eterna carne facturus. Hoc enim quantum existimo iam facile nobis concederent ambo ut qui faterentur ad inmortalia corpora redituras animas esse sanctorum ad sua illa redire permitterent in quibus mala huius seculi pertulerunt in quibus deum ut his malis carerent pie fideliterque coluerunt :~ **Quid ad ueram resurrectionis fidem uel Plato uel Labeo uel etiam Varro conferre potuerunt si opiniones eorum ad unam sententiam conuenissent et coetera : Capitulum xxvii ;**

Nonnulli nostri propter quoddam preclarissimum loquendi genus et propter nonnulla que ueraciter sensit amantes platonem dicunt eum aliquid simile nobis etiam de mortuorum resurrectione sensisse. Quod quidem sic tangit in libris de re publica Tullius ut eum lusisse potius quam id quod uerum esse affirmet dicere uoluisse. Inducit enim hominem reuixisse et narrasse quedam que platonicis disputationibus congruebant. Labeo et duos dicit uno die fuisse defunctos et occurrisse inuicem in quodam compito. deinde ad corpora sua iussos fuisse remeare et constituisse inter se amicos se esse uicturos

atque ita esse factum donec postea morerentur. Sed isti auctores talem
resurrectionem corporis factam fuisse narrarunt quales fuerunt
eorum quos resurrexisse novimus, et huic quidem redditos vitae
sed non eo modo ut non morerentur ulterius. Mirabilius autem quiddam
Marcus Varro ponit in libris quos conscripsit de gente populi romani
cuius putavi verba ipsa ponenda. Genethliaci quidam scripserunt in-
quit esse in renascendis hominibus quam appellant palingenesiam. Gre-
ci hanc scripserunt confici in annis numero quadringentis quadraginta
ut idem corpus et eadem anima que fuerint coniuncta in homine aliquando
rursus redeant in coniunctionem. Iste Varro quidem sive illi Genethli-
aci nescio qui non enim nomina eorum prodit quorum commemoravit sententiam
aliquid dixerunt quod licet falsum sit. Cum enim semel ad eadem cor-
pora que gesserunt anime redierint numquam eas sunt postea relicture. Tamen
multa illius impossibilitatis qua contra nos isti garriunt argumenta
convellit et destruit. Qui enim hoc sentiunt sive senserunt non eis vi-
sum est fieri non posse ut dilapsa cadavera in auras in pulverem
cinerem in humores in corpora vescentium bestiarum vel ipsorum quoque hominum
ad id rursus redeant quod fuerunt. Quapropter Plato et Porphyrius vel po-
tius quicumque illos diligunt et adhuc vivunt si nobis consentiunt et
sanctas animas ad corpora redituras sicut ait Plato. Nec tamen ad mala illa
redituras sicut ait Porphyrius ut ex his fiat consequens quod fides
predicat christiana talia corpora recepturas in quibus sine ullo modo
in eternum feliciter vivant. assumant etiam hoc de Varrone ut ad ea-
dem corpora redeant in quibus antea fuerunt. Et apud eos tota questio
de carnis in eternum resurrectione solvetur. De qualitate visionis qua
in futuro seculo sancti deum videbunt. Capitulum XXVIIII

Nunc iam quid acturi sint in corporibus inmortalibus atque
spiritalibus sancti non adhuc eorum carne carnaliter sed spiritua-
liter iam vivente quantum dominus dignatur adiuvare videamus.
Et illa quidem actio vel quies atque otium quale futurum sit si verum
velim dicere nescio. Non enim hoc umquam per sensus corporis vidi. Si
autem mente id est intelligentia vidisse me dicam quantum est aut quid est
nostra intelligentia ad illam excellentiam? Ibi enim est pax dei que sicut
dicit apostolus superat omnem intellectum. Quem nisi nostrum aut fortasse
etiam sanctorum angelorum? Non enim et dei. Si ergo sancti in dei pace victu-
ri sunt perfecto in ea pace victuri sunt que superat omnem intellectum.
Quod nostrum quidem superat non est dubium. Si autem superat et angelorum ut nec

ipsos excoepisse uideatur qui ait omnem intellectum secundum hoc dictum
esse debemus accipere quia pacem dei qua deus ipse pacatus est sic deus
nouit. Non enim eam nos sic possumus nosse nec ulli angeli. Superat
itaque omnem intellectum non dubium quod preter suum. Sed quia et
nos pro modo nostro participes pacis eius facti summam in nobis atque
inter nos et cum ipso pacem quantum nostrum summum est obtinebimus. Isto modo
pro suo modo sciunt eam sancti angeli. Homines autem nunc longe in
fra quantumlibet prouectu mentis excellant. Considerandum est enim
quantus uir dicebat. Ex parte enim scimus et ex parte prophetamus donec
ueniat quod perfectum est. Et uidemus nunc per speculum in enigmate
tunc autem facie ad faciem. Sic iam uident sancti angeli qui etiam nostri
angeli dicti sunt quia eruti de potestate tenebrarum et accepto spiritus
pignore translati ad regnum christi. Ad eos angelos iam cepimus perti
nere cum quibus nobis erit sancta atque dulcissima de qua iam tot
libros scripsimus dei ciuitas ipsa communis. Sic sunt ergo angeli nostri
qui sunt angeli dei quemadmodum christus dei christus est noster. Dei
sunt quia deum non reliquerunt. Nostri sunt quia suos ciues nos habere
coeperunt. Dixit autem dominus iesus. Videte ne contemnatis unum de pu
sillis istis. Dico enim uobis quia angeli eorum semper in celis uident faciem
patris mei qui in celis est. Sicut ergo illi uident ita et nos uisuri su
mus. Sed non dum ita uidemus. Propter quod ait apostolus quod paulo ante
dixi. Videmus nunc per speculum in enigmate. tunc autem facie ad fa
ciem. Premium itaque fidei nobis uisio ista seruatur. De qua et iohannes
apostolus loquens. Cum apparuerit inquit similes ei erimus quoniam uidebimus
eum sicuti est. Facies autem dei manifestatio eius intelligenda est. Non
aliquid tale membrum quale nos habemus in corpore atque in nomine nuncu
pamus. Quapropter cum ex me queritur quid acturi sint sancti in illo cor
pore spiritali non dico quia non uideo sed dico quod iam credo secundum
illud quod in psalmo lego. Credidi propter quod locutus sum. Dico itaque
uisuri sunt deum in ipso corpore. Sed utrum per ipsum sic per corpus
nunc uidemus solem lunam stellas mare terram et que sunt in ea.
Non parua questio est. Durum est enim dicere quod sancti talia corpora non ha
bebunt ut non possint oculos claudere atque aperire cum uolent. Du
rius autem quod ibi deum quisquis oculos clauserit non uidebit. Si propheta
Heliseus puerum suum Giezi absens corpore uidit accipientem munera
quae dedit ei Naaman syrus quem propheta memoratus a leprae de
formitate curauerat quod seruus nequam domino suo non uidente lateter

se fecisse putauerat. Quanto magis in illo corpore spiritali uidebunt sancti omnia non solum si oculos claudant. uerum etiam unde sunt corpore absentes. Tunc enim erit perfectum illud de quo loquens apostolus. Ex parte inquit scimus et ex parte prophetamus. Cum autem uenerit quod perfectum est quod ex parte est euacuabitur. Deinde ut quomodo posset aliqua similitudine ostenderet quantum ab illa que futura est distet hec uita non qualiumcumque hominum uerum etiam qui precipua hic sanctitate sunt prediti. Cum essem inquit paruulus quasi paruulus sapiebam quasi paruulus loquebar quasi paruulus cogitabam. Cum autem factus sum uir euacuaui ea que paruuli erant. Videmus nunc per speculum in enigmate tunc autem facie ad faciem. Nunc scio ex parte tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum. Si ergo in hac uita ubi hominum mirabilium prophetia ita comparanda est illi uite quasi paruuli ad iuuenem. Vidit tamen Heliseus accipientem munera seruum suum ubi ipse non erat. Ita ne cum uenerit quod perfectum est. Nec tamen corpus corruptibile aggrauabit animam sed incorruptibile nihil impediet. Illi sancti ad ea que uidenda sunt oculis corporeis quibus Heliseus absens ad seruum suum uidendum non indiguit indigebunt. Nam secundum interpretes septuaginta ista sunt ad Giezi uerba prophete. Nonne cor meum in presenti erat tecum quando conuersus est uir de curru in obuiam tibi et accepisti pecuniam et cetera. Sic autem ex hebreo interpretatus est presbiter Hieronymus. Nonne cor meum inquit in presentia erat quando reuersus est homo de curru suo in occursum tibi.

Corde suo ergo se dixit hoc uidisse propheta adiuto quidem mirabiliter nullo dubitante diuinitus. Sed quanto amplius tunc omnes munere isto abundabunt. cum deus erit omnia in omnibus. Habebunt tamen etiam illi oculi corporis officium suum et in loco suo erunt. Vteturque illis spiritus per spiritale corpus. Neque enim et ille propheta quia non eis indiguit ut uideret absentem non eis usus est ad uidenda presentia que tamen spiritus uidere posset etiam si illos clauderet. Sicut uidit absentia ubi cum eis ipse non erat. Absit ergo ut dicamus illos sanctos in illa uita deum clausis oculis non uisuros quem per spiritum semper uidebunt. Sed utrum uidebunt et per oculos corporis cum eos apertos habebunt inde questio est. Si enim tantum poterunt in corpore spiritali eo modo utique etiam ipsi oculi spiritales quantum possunt isti quales nunc habemus. Procul dubio per eos deus uideri non poterit. Longe itaque alterius erunt potentie si per eos uidebitur incorporea illa natura que non continetur loco sed ubique tota est. Non enim quia dicimus deum et in celo esse et in terra. Ipse

quippe per prophetam ait. Celum et terram ego impleo. Aliam partem dicturi
sumus eum in celo habere et in terra aliam. Sed totus in celo est totus in
terra. et utrumque simul. quod nulla natura corporalis potest. Vis itaque praepollen
tior oculorum erit illorum non ut clarius videant quam quidam perhibentur
videre serpentes uel aquile. Quantalibet enim acrimonia eadem quoque
animalia nihil aliud possunt videre quam corpora. sed et ut videant in
corporalia. Et fortasse ista virtus magna cernendi data fuit ad ho
ram et in isto mortali corpore oculis sancti viri Iob quando ait ad dominum. In
abditu auris audiebam te prius. Nunc autem oculus meus videt te. pro
pterea despexi memet ipsum et distabui et estimavi me terram et cine
rem. quamvis nihil hic prohibeat oculum cordis intelligi. De quibus oculis
ait apostolus. illuminatos oculos habere cordis vestri. Ipsis autem videri deum
ut videbitur christianus ambigit nemo qui fideliter accipit quod ait
deus ipse magister. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt.
Sed utrum et corporalibus ibi oculis videatur hoc in ista questione ver
samus. Illud enim quod scriptum est. Et videbit omnis caro salutare dei
sine ullius modo difficultatis intelligi potest ac si dictum fuerit. Et vide
bit omnis homo christum dei. Qui utique in corpore visus est et in corpore
videbitur quando vivos et mortuos iudicabit. Quod autem ipse sit salutare
dei multa sunt et alia testimonia scripturarum. Sed evidentius illius
senis Symeonis verba declarant. Qui cum infantem christum accepis
set in manus suas. Nunc inquit dimittis domine servum tuum secundum verbum
tuum in pace quoniam viderunt oculi mei salutare tuum. Illud etiam quod ait
supra memoratus Iob sicut ex exemplaribus que ex hebreo sunt
invenitur. Et in carne mea videbo deum. resurrectionem quidem carnis
sine dubio prophetavit. Non tamen dixit per carnem meam. quod quidem si di
xisset posset deus christus intelligi. qui per carnem in carne videbitur.
Nunc vero potest et sic accipi in carne mea videbo deum meum. ac si dixisset
in carne mea ero cum videbo deum. Et illud quod ait apostolus facie ad
faciem non cogit ut deum per hanc faciem corporalem ubi sunt oculi
corporales nos visuros esse credamus quem spiritu sine intermissione vi
debimus. Nisi enim esset etiam interior hominis facies non diceret idem a
postolus. Nos autem revelata facie gloriam domini speculantes in eandem ima
ginem transformamur de gloria in gloriam tamquam a domini spiritu.
nec aliter intelligimus et quod in psalmo canitur. Accedite ad deum
et illuminamini et facies vestre non erubescent. Fide quippe acceditur
ad deum quod cordis constat esse non corporis. Sed quia spiritale corpus

nescimus quantos habebit accessus: de re quippe inexperta loquimur. Ubi
aliqua quae aliter intellegi nequeat diuinarum scripturarum non
occurrit et succurrit auctoritas. Necesse est ut contingat in nobis
quod legitur in libro sapientiae. Cogitationes mortalium timide et incerte prui
dentie nostre. Ratiocinatio quippe illa philosophorum qua disputant ita
mentis aspectu intelligibilia uideri et sensu corporis sensibilia id est cor
poralia ut nec intelligibilia per corpus nec corporalia per se ipsam
mens ualeat intueri, si posset nobis esse certissima, profecto certum esset
per oculos corporis etiam spiritalis nullo modo posse uideri deum. Sed istam
ratiocinationem et uera ratio et prophetica irridet auctoritas. Quis enim
ita sit auersus a uero ut dicere audeat deum corporalia ista nescire?
Numquid ergo corpus habet per cuius oculos ea possit adiscere. Deinde quod
de propheta Heliseo paulo ante diximus nonne satis indicat etiam spiritu
non per corpus corporalia posse cerni. Quando enim seruus ille munera ac
cepit utique corporaliter gestum est. quod tamen propheta non per corpus
sed per spiritum uidit. Sic ergo constat corpora uideri spiritu. quid si tanta
erit potentia spiritalis corporis ut corpore uideatur et spiritus. Spiritus enim
est deus. deinde uitam quidem suam qua nunc uiuit in corpore et
hec terrena membra uegetat facitque uiuentia interiore sensu quisque
non per corporeos oculos nouit. Aliorum uero uitas cum sint inuisibi
les per corpus uidet. Nam unde uiuentia discernimus a non uiuen
tibus nisi corpora simul uitasque uideamus: quas nisi per corpus
uidere non possumus. Vitas autem sine corporibus corporeis ocu
lis non uidemus. Quam obrem fieri potest ualdeque credibile est sic
nos esse uisuros mundana tunc corpora celi noui et terre no
uae ut deum ubique presentem et uniuersa etiam corporalia gubernantem
per corpora que gestabimus et que conspiciemus quaqua uersum
oculos duxerimus clarissima perspicuitate uideamus. Non sic
nunc inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur
per speculum in enigmate ex parte. ubi plus in nobis ualet fides qua
rerum corporalium species quas per oculos cernimus corporales. Sed sic
homines inter quos uiuentes motusque uitales exercentes uiuimus mox
ut aspicimus non credimus uiuere sed uidemus cum eorum uitam
sine corporibus uidere nequeamus. quam tamen in eis per corpora remota
omni ambiguitate conspicimus. Ita quocumque spiritalia illa lumina
corporum nostrorum circumferemus incorporeum deum omnia regentem et per
corpora contuebimur. Aut ergo si per illos oculos uidebitur deus

ut aliqd h̄eant in tanta excellentia menti sue quo et in corporea natura
cernat̄ qd ullis exemplis siue scripturarum testimoniis diuinarum
uel difficile est uel impossibile ostendere. Aut qd est ad intelligedū
facilius. Ita nobis deus erit notus atq; conspicuus ut uideat̄ spiritu
a singulis nobis in singulis nobis uideat̄ in ab altero in altero uideat̄
in celo nouo et terra noua atq; omni quæ tūc fuerit creatura uide-
at̄ et per corpora in omni corpore quocunq; fuerit spūalis corporis
oculi acie perueniente directi. Patebunt et cogitationes n̄re inuicem
nobis. Tunc enī implebit̄ qd aplūs cum dixisset. Nolite ante tp̄us
quicq; iudicare mox addidit. donec ueniat dn̄s et illuminet absco
dita tenebrarum. et manifestabit cogitationes cordis. et tunc laus erit
unicuiq; a deo :~ De æterna foelicitate ciuitatis dei sabbatoq; perpetuo ; Caplm. xxix;

Quanta erit illa foelicitas
ubi nullum erit malum nullum latebit bonum uacabi
tur dei laudabus qui erit om̄ia in omnibus. Nam quid
aliud agat̄ ubi neq; ulla indigentia laborabit̄ nescio. Admoneor etiā
sancto cantico ubi lego uel audio. Beati qui habitant in domo tua
in secula seculorum laudabunt te. Omnia m̄ebra et uiscera incorrup
tibilis corporis quę nunc uidemus per usus necessitatis uarios distri
buta qm̄ tunc non erit ipsa necessitas sed plena securitas sempiterna
foelicitas proficient laudibus dei. Omnes quippe illi de quibus iam
sum locutus qui nūc latent armonię corporalis numeri non latebūt
intrinsecus per corporis cuncta dispositi. Et cum ceteris rebus quę ibi
magne atq; mirabiles uidebant̄ r̄onales mentes in tanti artificis lau
dem r̄onalis pulchritudinis delectatione succedent. Qui motus illic
talium corporum sint futuri temere diffinire non audeo. qd excogitarē
non ualeo. Tamen et motus et status sic ipsa spes decens erit q̄cunq;
erit. ubi qd non decebit non erit. Certe ubi uolet spūs ibi erit ꝓtinus
per corpus. Nec uolet aliqd spūs. qd nec spm̄ possit decere uel cor
pus. Vera ibi gloria erit ubi laudantis nec errore quisq̄ nec adu
latione laudabit̄. Verus honor q nulli negabit̄ digno nulli defe
ret̄ indigno. Sed nec ad eū ambiet ullus indignus. Vera pax ubi
nihil aduersi nec a se ipso nec ab aliquo quisq; patiet̄. Premium uir
tutis erit ipse qui dedit eiq; se ipm̄ quo melius et maius nihil possit
esse ꝓmisit. Quid enī est aliud qd per ꝓphetam dixit. Ero illorum
deus et ipsi mihi plebs. nisi ego ero unde satient̄. ego ero q̄cunq;
ab hominibus honeste desiderant̄ et uita et salus et uictus et copia

& gloria et honor et pax et omnia bona: Sic enim et illud recte in
telligitur quod ait apostolus. Ut sit deus omnia in omnibus. Ipse finis erit
desideriorum nostrorum qui sine fine uidebitur. sine fastidio amabitur
sine fatigatione laudabitur. Hoc munus hic affectus hic actus profec
to erit omnibus sicut ipsa uita communis eterna. Ceterorum qui futuri sunt
pro meritis premiorum etiam gradus honorum atque gloriarum quis
est idoneus cogitare quanto magis dicere: Quod tamen futuri sint
non est ambigendum. Atque id etiam beata illa ciuitas magnum in se
bonum uidebit quod nulli superiori nullus inferior inuidebit. sic
nec nunc inuident archangelis angeli ceteri. tamquam nolet esse unus
quisque quod non accepit quamuis sit pacatissimo concordie uinculo
ei qui accepit obstrictus. Quem ad modum qui nec in corpore uult oculus esse
qui est digitus cum membrum utrumque contineat totius carnis paca
ta compago. Sic itaque habebit alius alio minus ut hoc quoque donum
habeat ne uelit amplius. Nec ideo liberum arbitrium non habebunt
quia peccata eos delectare non poterunt. Magis quippe erit libe
rum a delectatione peccandi usque ad delectationem non peccandi
indeclinabilem liberatum. Nam primum liberum arbitrium
quod homini datum est quando primum creatus est rectus potuit non
peccare sed potuit et peccare. hoc autem nouissimum eo potentius erit
quo peccare non poterit. Uerum hoc quoque dei munere non sue possi
bilitate nature. Aliud est enim esse deum aliud participem dei. Deus
natura peccare non potest. particeps uero dei ab illo accepit ut peccare
non possit. Seruandi autem gradus erant diuini muneris ut primum
daretur liberum arbitrium quo non peccare homo non posset. Atque
illud ad comparandum meritum. hoc ad recipiendum premium
pertineret. Sed quia peccauit ista natura cum peccare potuit largiore
gratia liberatur ut ad eam perducatur libertatem in qua peccare non
possit. Sicut enim prima inmortalitas fuit quam peccando Adam
perdidit posse non mori. Nouissima erit non posse mori. Ita primum
liberum arbitrium posse non peccare nouissimum non posse peccare.
Sic enim erit inamissibilis uoluntas pietatis et equitatis quomodo est foelici
tatis. Nam utique peccando nec pietatem nec foelicitatem tenuimus.
Uoluntatem uero foelicitatis nec perdita foelicitate perdidimus. Certe
deus ipse numquid quia peccare non potest ideo liberum arbitrium
habere negandus est. Erit ergo illius ciuitatis et una in omnibus et
inseparabilis in singulis uoluntas libera ab omni malo liberata

et impleta omni bono fruens indeficienter aeternorum iocunditate gaudiorum oblita culparum oblita poenarum nec ideo tamen sue liberationis oblita ut liberatori suo non sit ingrata. quantum ergo attinet ad sciam rationalem memor preteritorum etiam malorum suorum. quantum autem ad experientis sensum prorsus immemor. Nam et peritissimus medicus sicut arte sciuntur omnes fere morbos corporis nouit sicut autem corpore sentiuntur plurimos nescit quos ipse non passus est. Ut ergo scientie malorum due sunt una qua potentiam mentis non latent altera qua expertis sensibus inherent.

Aliter quippe sciuntur uitia omnia per sapientiae doctrinam. Aliter per insipientis pessimam uitam. Ita et obliuiones malorum due sunt. Aliter ea namque obliuiscitur eruditus et doctus. Aliter expertus et passus.

Ille si peritiam negligat. Iste si miseria careat. Secundum hanc obliuionem qua posteriore loco posui non erunt memores sancti preteritorum malorum. Carebunt enim omnibus ita ut penitus deleantur de sensibus eorum. Ea tamen potentia sciae quae magna in eis erit non solum sua preterita sed etiam damnatorum eos sempiterna miseria non latebit. Alioquin si se fuisse miseros nescituri sunt quomodo sicut ait psalmus: Misericordias domini in eternum cantabo. Quo cantico in gloriam gratie christi cuius sanguine liberati sumus nihil erit profecto illi iocundius ciuitati. Ibi perficietur. Vacate et uidete quoniam ego sum deus quod erit uere maximum sabbatum non habens uesperam. quod commendauit dominus in primis operibus mundi ubi legitur. Et requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis quae fecit.

Et benedixit deus diem septimum. et sanctificauit eum quia in ipso requieuit ab omnibus operibus suis quae inchoauit deus facere.

Dies enim septimus etiam nos ipsi erimus quando eius fuerimus benedictione pleni et sanctificatione perfecti. Ibi uacantes uidebimus quoniam ipse est deus quod nobis nos ipsi esse uoluimus quando ab illo cecidimus audientes a seductore. Eritis sicut dii. et recedentes a deo uero quo faciente dii essemus eius participatione non desertione. Quid enim sine illo fecimus nisi quod in ira eius defecimus. A quo refecti et gratia maiore perfecti uacabimus in eternum uidentes quia ipse est deus quo pleni erimus quando ipse erit omnia in omnibus. Nam et ipsa bona opera nostra quando ipsius potius intelliguntur esse quam nostra tunc nobis ad hoc sabbatum adipiscendum imputantur quia si nobis ea tribuerimus. Seruilia erunt. Cum de sabbato dicatur. Omne opus seruile

non facientes. propter quod et per Ezechielem prophetam dicitur. Et sab
bata mea dedi eis in signum inter me et inter eos ut scirent quia
ego dominus qui sanctificabo eos. Hoc profecto tunc sciemus quando
perfecte vacabimus et perfecte videbimus quia ipse est deus. Ipse
etiam numerus aetatum veluti dierum si secundum eos articulos temporis
computetur qui in scripturis videntur expressi. Iste sabbatissimus evi
dentius apparebit quoniam septimus invenitur. Ut prima aetas tanquam
primus dies sit ab Adam usque ad diluvium. Secunda inde usque ad
Abraham non aequalitate temporum sed numero generationum. De
nas quippe habere repperiuntur. Hinc iam sicut Mattheus evangelista
determinat tres aetates usque ad Christi subsequuntur adventum quae
singulae denis et quaternis generationibus explicantur. Ab Abraham
usque ad David una. Altera inde usque ad transmigrationem in
babyloniam. Tertia inde usque ad christi carnalem nativitatem.
Fiunt itaque omnes quinque. Sexta nunc agitur nullo generationum numero
metienda propter id quod dictum est. Non est vestrum scire tempora quae
pater posuit in sua potestate. Post hanc tanquam in die septimo requi
escet deus cum eundem diem septimum quod nos erimus in se ipso
deo faciet requiescere. De istis porro aetatibus singulis nunc diligen
ter longum est disputare. Haec tamen septima erit sabbatum nostrum
cuius finis non erit vespera sed dominicus dies velut octavus ae
ternus qui Christi resurrectione sacratus est aeternam non solum
spiritus verum etiam corporis requiem praefigurans. Ibi vacabimus
et videbimus. Videbimus et amabimus. Amabimus et laudabi
mus. Ecce quod erit in fine sine fine. Nam quis alius noster est
finis nisi pervenire ad regnum cuius nullus est finis. Videor mihi
debitum ingentis huius operis adiuvante domino reddidisse. Quibus
parum vel nimium est mihi ignoscant. Quibus autem satis est
non mihi sed deo mecum gratias congratulantes agant. Amen.

AVRELII. AVGVSTINI. EPI.
DE. CIVITATE. DEI. LIBER.
VIGESIMVS SECVNDVS. ET.
VLTIMVS. FINIT.

F initum hoc opus Anno domini . M°cccc°Lix° die . xi . mensis Octobris
per Reuerendi in xpo patris et domini dni Nicolai de forteghueris
de Pistorio Epi Theanen ac S.mi d . n . ppe Pii Secundi Thesaurarij
Librarium et familiarem domesticum Iohannem Gobellini de
de Lins Clericum Treueren dioc Mantue in dieta est .

G

H